UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

G III
27.

Th. 4741.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IO. FRANCISCI LEONIS EPOREDIENSIS I. V. D. EPISCOPI THELESINI

THESAURUS FORI ECCLESIASTICI,

Continens divitias totius Juris Canonici;

EX HODIERNO ROMANÆ CVRIÆ STYLO, SACRORUM Canonum, Conciliorum, aliarumq́; Constitutionum Apostolicarum Sanctionibus, Congregationis Sac. Concilii Tridentini Declarationibus, Sac. Rotæ Romanæ Decisionibus, variisq́; Doctoribus depromptas:

EPISCOPIS, OFFICIALIBVS, JVDICIBVS ECCLESIASTICIS, omnibusque in utroque Foro versantibus utilissimus, & maximè necessarius.

Præter varias Additiones, Quarta Parte, Operâ OCTAVII LEONIS, ipsius Auctoris ex Fratre Nepotis J. U. D. ac Prothonotarii Apostolici auctus. Collegii Soctis Jesu Padib.

Adjecto Indice Rerum & Materiarum locupletissimo.

E D I T I O

Post alteram Romanam Prima in Germania.

Ex legato Celsmi Principis FERDINANDI Episcopi Padib. * * * * ex Monaster. 1683

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud ARNOLDVM METTERNICH, propè Augustinianos.

ANNO M. DC. LXXXII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIMO ET PERILLVSTRI DOMINO,

D. IOANNI HENRICO ANETHAN,

Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopo

Hierapolitano, Seren.mi & Rev.mi Principis ac Domini **MAXIMILIANI HENRICI**, Archi-Episcopi ac Principis Electoris Colonienſis, &c. Vtriuſque Bavariæ Ducis &c. Suffraganeo Vicario in Pontificalibus ac Spiritualibus Generali, Conſilii Eccleſiaſtici Præſidi &c. Metropolitanæ Electoralis Colonienſis & Liberæ Imperialis Collegiatæ Goslarienſis reſpectivè Præpoſito, Canonico Presbytero Capitulari, Toparchæ in Densborn, &c. Domino Patrono ac Mœcenati obſervandiſſimo.

REVERENDISSIME ET PERILLVSTRIS DOMINE,

NVllam theſauri invviſi utilitatem eſſe oſtendit ſapientiſſimus Syracides, dum in aureo ſuo Eccleſiaſtico cap. 41. ℣. 17. ſic loquitur: Sapientia abſcondita & theſaurus inviſus; quæ utilitas in utriſque? *Quapropter ne invviſus eſſet, ſed in laudatiſsima noſtra Germania magnos utilitatis fructus germinaret* Theſaurus fori Eccleſiaſtici *præſtantiſſimus, totius Ca-*

nonici Juris divitias è varijs sacratißimis & probatissimis fontibus haustas & depromptas complectens, olim in Romana Curia à Reverendissimo Domino IOANNE FRANCISCO LEONIS Eporediensi I. V. D. Episcopo Thelesino *editus*, *auctusque ab ejusdem Nepote* OCTAVIO LEONIS, *pariter* I. V. D. & Prothonotario Apostolico, *illum prælo meo subjeci, ut ejusdem beneficio publicam lucem aspiceret. Verùm cùm solemne sit hujusmodi Thesauris librarijs Patronos ac Tutores etiam Viros Principes quærere, juxta illud antiquum ac vulgatum:* Diis templa, Principibus libri consecrantur, *sub quorum tutela, custodia ac patrocinio contra invisos obtrectatores tutarentur; memorato Thesauro Tua insignia*, Reverendissime & Perillustris Domine, *Tuumque præclarißimum Nomen præfigere volui, ut sub eo securus ac salvus singulorum manibus tereretur, non contereretur. Et profectò si apud prudentißimos celeberrimi omnium scientiarum Athenæi cultores* Leo fontis custos *dicta fuit ærea Leonis effigies, super fonte isto, ex quo aqua efferebatur, constituta teste Polluce apud Aldrovand. lib. 2. de crustat. c. 4. quem alium hujus Thesauri à Leone Reverendißimo editi Tutorem, Custodem, & Patronum constituere fas erat, quàm Tuam*, Reverendissime & Perillustris Domine, *non æream, sed vivam in Gentilitio Tuo Leone firmissimis columnis* JUSTITIÆ *figuris insidente adumbratam effigiem? Quantus enim hujus Thesauri Tutor, Custos & Patronus existas, ipsemet attestaris, qui à Prænobili, Consultißimo ac Prudentissimo Viro ac Domino trium Archi-Episcoporum Trevirensium Cancellario, Anethanæ familiæ splendore, omnium Consiliariorum, in Comitijs Imperialibus Ratisbonensibus anno hujus sæculi quinquagesimo tertio pluribusq; sequentibus veluti Oraculo Imperatoribus & Principibus S.R.J. gratissimo & notißimo prognatus adeò Thesaurum hunc dilexisti, tantamque*

ejus

ejus copiam conquisiviſti, invenisti, tenuisti; ut Viris Principibus annumeratus, de quibus Regius Psaltes inquit: psal. 44. v. 17. Constitues eos Principes super omnem terram, &c. *Episcopalique fulcitus honore primùm Diœcesin Hildesiensem; deinde dulcissimam Tuam Patriam Metropolim & Archi-Diœcesin Trevirensem temporibus hisce exulceratissimis, constantiâ magnâ, robore invicto, æquitate mira, laude rara* fortiter *ac* suaviter *moderatus fueris. Hoc suavi & forti moderamine allectus* Serenissimus & Reverendissimus Princeps ac Dominus **MAXIMILIANVS HENRICVS**, Archi-Episcopus Elector Colonensis &c. Vtriusque Bavariæ Dux, &c. *motu proprio Te ad Amplissimam suam Archi-Diœcesin Coloniensem accersivit* Suffraganeum Vicarium in Pontificalibus & Spiritualibus Generalem, Metropolitanæ nostræ Electoralis Canonicum Presbyterum Capitularem, *quæ tanquam ocularis testis eximias Tuas nunc celebrat virtutes, egregias animi Tui modestissimi & humanissimi suspicit atque miratur dotes, quas silendo potiùs quàm eloquendo deprædico,*

Nam quid verba valent, si res satis ipsa loquatur.

Hoc rogo, Thesaurum hunc solita Tua benignitate accipere, Reverendissima & Perillustri auctoritate Tua custodire, protegere ac fovere dignare, ut Nominis & Honoris Tui gloria illustratus summam in Ecclesia sancta Dei adferat utilitatem, cujus protectioni Reverendissimam & Perillustrem Dignitatem Tuam cum tota familia pro diutissima prosperitate & incolumitate commendo, meque totum devoveo, qui sum

Reverendissimæ & Perillustris Dignitatis Tuæ

Coloniæ 1682. 6 Februarii.

Humillimus Servus & Cliens

ARNOLDUS METTERNICH.

INDEX CAPITUM TOTIVS OPERIS.

PARS PRIMA.

DE Potestate Papæ. Cap. i.
De gradibus dignitatum ecclesiasticarum. Cap. ii.
De Electione Episcoporum, & Qualitatibus in eis requisitis. Cap. iii.
De Potestate Episcopi. Cap. iv.
De Consecratione Ecclesiæ. Cap. v.
De Benedictione. Cap. vi.
De Indulgentiis. Cap. vii.
De Verbi Dei Prædicatione. Cap. viii.
De Synodo. Cap. ix.
De Vicariis. Cap. x.
De Privilegio Clericorum. Cap. xi.
De Bonis Clericorum. Cap. xii.
De Immunitate Ecclesiarum. Cap. xiii.
De Immunitate Bonorum ecclesiasticorum. Cap. xiv.
De Bonis Ecclesiæ non alienandis. Cap. xv.

PARS SECUNDA.

DE Iurisdictione ordinaria. Cap. i.
De Potestate jurisdictionis delegatæ. Cap. ii.
De Collatione Beneficiorum. Cap. iii.
De Resignationibus. Cap. iv.
De Reservationibus. Cap. v.
De Iurepatronatus. Cap. vi.
De Pensionibus. Cap. vii.

De

De Dispensationibus. Cap. viii.
De Sponsalibus, & Matrimoniis. Cap. ix.
De Iuramentis. Cap. x.
De Voto, & Voti dispensatione. Cap. xi.
De Decimis. Cap. xii.
De Primitiis, & Oblationibus. Cap. xiii.
De Quarta Funeralium. Cap. xiv.
De Censibus. Cap. xv.
De Visitatione. Cap. xvi.

PARS TERTIA.

DE collatione mala beneficiorum. Cap. i.
De Pœna non residentium. Cap. ii.
De Spoliis Clericorum. Cap. iii.
De Prohibitionibus & Pœnis. Cap. iv.
De Sortilegiis. Cap. v.
De crimine hæresis. Cap. vi.
De Excommunicatione. Cap. vii.
De Suspensione, & Interdicto. Cap. viii.
De Irregularitate. Cap. ix.

PARS QUARTA.

DE Emphyteusi Ecclesiastica. Cap. i.
De Confraternitatibus. Cap. ii.
De Locustis, & Bruchis. Cap. iii.
De Iudæis, & Sarracenis. Cap. iv.

Impri-

Imprimatur,

Si videbitur Reverendiſſ. P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

A. Eps. Hierac. Vices-gerens.

Imprimatur,

Fr. Paulus Palumbara, Lector & Socius Reverendiſſ. P. Fr. Nicolai Rodolphij, Ord. Præd. Sacri & Apoſtolici Palatij Magiſtri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. FRANCISCI LEONIS, EPOREDIENSIS V. I. D. EPISCOPI THELESINI. THESAURI FORI ECCLESIASTICI

Pars Prima.

DE POTESTATE PAPÆ.

Cap. I.

SUMMARIUM.

1 Petrus Primatum habuit, & inter duodecim unus fuit electus; & cur non Andreas aut Ioannes.
2 Papa de jure divino succedit.
3 Pastoris officium est ordinarium, & perpetuum.
Christus dicens Petro, pasce oves meas, omnes successores suos est alloquutus.
4 Papæ totus mundus est territorium.
5 Papæ omnes parcere, & ipsum in primatum recognoscere debent.
6 Papa Adrianus, quam potestatem Carolo Magno concesserit.
7 Papæ privilegia Imperatoribus concessa declarantur, & fuerunt revocata.
8 Regum omnium potentia ab Imperio fluxerunt, tanquam rivuli, à flumine.
9 Papa Imperatorem sibi judicē constituere non potest, quia irrogaretur injuria Deo, si Vicarius suus judicaretur à laico.
10 Clerici etiam cum juramento judicio laicorum se submittere non possunt.
11 Papa est Iudex omnium non recognoscentium superiorem.

12 *Successores facta prædecessorum quandoque debent immutare.*
13 *Imperatores, & Reges privilegiis sibi à Pontificibus concessis renuntiarunt.*
14 *Papa jurisdictionem habet super Imperatorem.*
15 *Papa septem Electores Imperii constituit.*
16 *Papa Imperium à Græcis transtulit in Germanos.*
17 *Principes Imperii Romanam Ecclesiam recognoscunt superiorem.*
18 *Principes Imperii sunt Romanæ Ecclesiæ auctoritate suffulti.*
19 *Principes Imperii tam Ecclesiam, quàm Imperium confovere tenentur.*
20 *Imperatores, & Reges Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ fidelitatem, obedientiam, honorificentiam, & reverentiam præstare tenentur.*
21 *Eccl. Rom. jura, & possessiones.*
22 *Privilegiorum, & donationum Romanæ Ecclesiæ factarum ratificatio.*
23 *Papa Leo Carolum Magnum coronavit, & Imperium transtulit ad Francos.*
24 *Irene Constantinum Imperatorem filium, oculis, & vita privavit.*
25 *Papa Imperium à Græcis, transtulit ad Francos.*
26 *Nicephorus tyrannus Irenem deposuit.*
27 *Carolus Magnus testamento Ludovicum filium in Imperio successorem nominavit, & Papa testamentum confirmavit.*
28 *Papa Ludovicum Imperatorem coronavit.*
29 *Papa, nullo Imperatoris expectato consensu, eligi potest.*
30 *Ludovicus II. à Papa fuit coronatus.*
31 *Carolus Crassus à Papa Imperator fuit coronatus.*
32 *Guido Imperator coronatus.*
33 *Lambertus à Papa in Imperatorem fuit coronatus.*
34 *Guidonis Imperatoris, & Arnulphi mors.*
35 *Caroli Magni descendentia Germanorum finem habuit.*
36 *Ludovicus IV. Imperator, à Papa coronatus.*
37 *Ludovicus IV. à Berengario victus, Imperio, & oculis privatus fuit.*
38 *Lambertus à Papa fuit coronatus.*
39 *Lambertus Imperator, proditoriè occisus.*
40 *Berengarius in Imperatorem à Papa inunctus.*
41 *Berengarius à suis fuit occisus.*
42 *Francorum proceres Imperio vacante Regem elegerunt.*
43 *Ludovicus in Regem Francorum fuit coronatus.*
44 *Caroli Magni linea penitus extincta.*
45 *Otho Saxoniæ Rex à Papa Ioanne XII. coronatus, & à Francis Imperium transtulit in Germanos.*
46 *Imperator jure dici non potest, qui à Papa non est coronatus.*
47 *Papa Federicum II. Imperio, & Regnis privavit.*

VERBA

VERBA breviter facturus de Poteſtate Papæ priuſquam attingam alia, quæ ſum tractaturus, Omnipotentis Dei auxilio implorato, ut det mihi ſapientiam de Sede magnitudinis ſuæ, mecumque ſit, & mecum laboret; aperiat os meum, & impleat illud ſpiritu ſapientiæ, & intellectus; ut quod ſcripſero, coràm ipſo acceptum ſit omni tempore, aliqua de Primatu Petri præmittere decrevi.

1 † Primatus Petri probatur auctoritate ſacræ Scripturæ, Matthæus *capit.* 16 ubi, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Luc. *cap.* 22. ubi 2 Dominus Petro, Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos, Jo. *cap: ultim.* Paſce oves meas, *cap: quamvis, 21, diſtinct:* & B. Auguſt. *c.* 1, *de Baptiſm: lib:* 2, ubi ait, Nam nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædificavit Eccleſiam ſuam, cum ſecum Paulus de circumciſione diſceptaret, poſtmodum vindicavit ſibi aliquid, &c. Et paulò poſt, ecce (inquit) ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in Scripturis ſanctis dicimus Petrum, in quo Primatus Apoſtolorum, tam excellenti gratia præeminet, *eod: cap:* 1, Origen: *cap: 6, ad Roman:* Petro cum ſumma rerum de paſcendis ovibus traderetur, & ſuper ipſum, velut ſuper petram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio virtutis alterius ab eo, niſi caracteris, exigitur, S. Ambroſ. *c.* 12, *Epiſt:* 2, *ad Corinth.* inquit, Primatum non accepit Andreas, ſed Petrus inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio; ſed, cur non Joannes electus eſt virgo? ætati delatum eſt, quia Petrus ſenior erat, ne adhuc adoleſcens, & penè puer progreſſæ ætatis hominibus præferretur, & B. Hieron. *lib:* 1, *in Iovinianum*, & ſequuntur moderni, ut per Janſen. *in concord: Evang: cap: 66, colum: 9, & 10, part:* 3, diffuſè Caſſan: *in Catal: glor: mun. part:* 3, *conſiderat:* 30, & Card. Bellarmin: qui plures adducit auctoritates *in* 3, *controverſ: gener: tom:* 1, *de Roman: Pontif: cap:* 25, *lib:* 1, Card: Jacob: *in tract: de conc: lib:* 2, *artic:* 2, *numer: 62, tom:* 3, & Joan: à Capiſt: *de auctoritate Papæ in* 3, *part:* 2, *part: princip: numer:* 3, *eod: tom.*

Papa eidem † Petro de jure divino ſuccedit, & probatur verbis Joan: cap: ultim. Paſce oves meas, quia † officium Paſtoris eſt officium ordinarium, & perpetuum, & ex natura rei tamdiu durare debet, quamdiu manet ovile, quod manebit uſque ad conſummationem ſeculi. Et cum Dominus, Petro, qui ſemper in carne non erat victurus, dicat. * Paſce oves meas, & paſce agnos meos, Joan: *c:* 21, in ipſo omnes ſucceſſores ſuos eſt alloquutus, ut teſtatur Joan. Papa *Epiſt: inter claras in princip. C. de ſumm: Trin: & fi: Cath:* Bonifac: *par:* 8, *in extravag: unam ſanctam*, §, *hanc autem, de major: & obed:* Innocen: *in cap: licet, ex ſuſcept: num:* 4, *de for: comp:* Abb. *in quæſt:* 1, *incipien: Epiſcop: & quidam num.* 1, Card. Jacob. *in eodem tract. lib* 6, *art.* 4, *num.* 42, & hanc ſententiam comprobarunt, S. Auguſt. *ſuper Ioan. relatus in cap. quocunque*, 24, *quæſt.* 1, & S. Joan. Chryſoſt. *lib.* 2, *de Sacerd. circa principium*, ubi, Quanam, inquit, de cauſa ille ſanguinem effudit ſuum? certè, ut pe-

cudes eas acquireret, quarum curam, tum Petro, tum Petri successoribus committebat, & S. Leo *sermon. 2, de anniversario Assumptionis suæ ad Pontificatum*, manet, ut, dispositio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine Petre perseverans suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit, perseverat vicelicet Petrus, & vivit in successoribus suis.

Nullus enim est, nec fuit unquam, qui se Petri successorem asseruerit, vel 6 pro tali sit habitus, præter Rom. Pontif. & cum Christus instituerit in Petro Pontificatum duraturum usque ad finem mundi; pro pecudibus perpetuo pascendis constat, Papam Petri successorem esse, *cap manet, capitulo quodcunque*, 24, *quæst.* 1.

Romanum Pontificem Petro succedere in Ecclesiastica Monarchia, tam ex divino jure, quàm ratione successionis Conciliorum auctoritate Summorum Pontificum Græcorum, & Latinorum patrum, aliorumque testimoniis, & auctoritatibus, probat idem Cardin. Bellar. *de Rom. Pont. eodem tomo, lib.* 2, *cap.* 12, 13, *& usque ad cap.* 22, & quamvis *in cap. ego Ludovicus*, 63, *distinct.* ab eodem Ludovico Romanorum Imperatore appelletur Vicarius Petri, ea appellatio est impropria, vel ita intelligenda, quòd exercet eandem Vicariam, quàm Petrus, ut *per gloss. in clement. unic.* in ver. *Vicarium, de jure jur.* & Navarr. *in comm. de lobel. & indulg.* 29, *not. num.* 1, *tom* 3.

4 † Et est Ordinarius Ordinariorum, & totius orbis, cùm totus Mundus Papæ sit territorium, *capitul. cuncta per mundum, capitul. per principalem*, 9, *quæst.* 3, & Abb. *in cap. final. num.* 45, *de form. comp.* & omnes eidem parere, † ipsumque in Primatum recognoscere debent, *cap. omnes, cap. sacrosancta, & cap. de Constantinopolitana*, 22, *dist.*

Licet enim Carolo Magno, qui ad defendendas res Ecclesiæ postulatus, Desiderium Regem, Sedis Apostolicæ hostem captivum fecit, illiusque exercitum debellavit, & Sedem Apostolicam liberavit, unde victoriosissimus Romam accessit, 6 ubi ab Adriano Papa † hujus nominis primo, honorifice susceptus, ab eodem cum universa Synodo jus, & potestas eligendi Pontificem, & Sedem Apostolicam ordinandi, Archiepiscoposque, & Episcopos investiendi ei videatur concessa, ut *cap. Adrianus* 2, 63, *distinct.* quam Leo VIII. 7 † Othoni primo Regi Theutonicorum, ejusque successoribus confirmavit, & corroboravit, ut *in capit. in Synodo eadem distinct.* & Reges omnes Imperio subessent, 8 cum omnium Regum potentiæ † ab Imperio fluxerint, tamquam rivuli, à flumine, gloss. *penult. in dict. cap.* Adrianus, *cap. in apibus*, 7, *quæst.* 1, Abb. *in cap. venerabilem, num.* 19, *ver. ex qua collige de elect. & in consil:* 82, *num:* 4, *vers: nam apud Imperatorem, volum:* 1, Jas. *in l:* 1, *num:* 6, & 8, C. *de summ: Trinitat: & fid: Cathol.* Oldrad: *consil:* 69, *num:* 1, & universæ ditioni præsit, quæ ascendentem, & descendentem solem videt in genere suo, Auct. *ut om. obed. judic. provinc.* §, *hæc considerantes, colum.* 5, & Pupur. *in rubrica, de jurisdict. omnium judic. numer.* 5, & *num:* 6.

Tamen Adrianus, ac Leo Imperatori concesserunt, ut Roman. Eccles. ordinaret, quo ad temporalem Principatum, qui est sub regimine Imperatoris, ut *d. cap.*

nos

nos si, §, sed notandum, & duo illa privilegia Imperatori concessa ob frequentia schismata, quæ tunc erant, & propter frequentes hostes Longobardos, & Græcos, qui Ecclesiam Romanam assiduè vexabant, ut per Card. Alban. *in tract de potest. Pap par: 2, num: 214 tom. 13*, causis illis cessantibus, revocata fuerunt, ut per gloss. *in dict. cap. in Synodo, in ver. assici, 63, distinct* plenè Bero. *in rubric. de jure patron. num. 23, & num. 24*, & Bellarm. *de Rom. Pontif. tom: 1, lib 2, cap 29, ad sext.*

9 Non enim Papa † Imperatorem sibi judicem facere potest, quia irrogaretur injuria Deo, si Vicarius suus judicaretur à laico, Abb *in cap Ecclesia S. Mariæ, num. 7*, & Felin. *num: 5. de const.*

Papa verò à solo Deo judicatur, *capit. Anastasius, 19, distinct.* quoniam innocentiam suam soli Deo ostendere tenetur, *cap. aliorum, cap. favor subditorum, cap. ipsi sunt, capitul. cuncta per mundum, 9, quæst. 3*, & Card. Abb. *in eodem tractat. de potesta. Pap. par. 1, num. 9, & 109*, & hanc veram conclusionem post plures alios per ipsum citatos, novem rationibus probat, Joan. à Capist. *in tractat. de auctoritat. Pap. 2, par. princip. sub num. 35, & sequ.* cùm in Terris non habeat Superiorem, nec præterea possit fieri vasallus Imperatoris, aut alicujus Regis, *dict. cap. cuncta per mundum, cap. licet, in fin. de elect.* Clemen. *ne Romani, eod. tit.* Paris. *cons 5. num. 77, & 78. volum: 4*, Dec: *in dict: cap: Ecclesia Sanctæ Mariæ, num: 62, & 63, de constitut:* Jas. *in dict: l. est receptum, numer: 3, de jurisdict: omn: judic:* & Navar: *in capit: novit, 3, not: num: 7, de judic: tom: 3.*

10 Præterea non solum Papa, sed nec clericus, etiam cum juramento, judicio laici se submittere potest, *cap: at si clerici, de jud: cap: si diligenti, & cap: significasti, de for: compet:* quia clerici privilegium fori habent à Deo, *cap: si Imperator*, ubi gloss. *in cap: quamquam, in verb: divino, de cens: in 6*, Innocen: *in cap: 2, num: 1, de major. & obed:* Abb: *in dict: cap: at si clerici, num. 25. de jud:* & Oldrad: *consil: 83, num. 7*, & cum dictum privilegium jus publicum tribuat, consensu privatorum juri publico derogari non potest, *dict. cap: si diligenti, & ibi Abb. num: 3, & Felin in dict: cap: Ecclesia Sanctæ Mariæ, num 6.*

11 Papa est judex omnium non recognoscentium superiorem. *c. novit*, ubi etiam Abb. *num. 15.* & Felin. *num: 4, de judic.* Et quòd dicta potestas per Adrianum, & Leonem Regibus concessa, fuerit revocata, probat text. *in cap. quia, §. verum dict. 63, distinct.* & Abb: *in cap: venerabilem, num: 18, in fin: de elect:* cum aliis supra deductis.

12 Successores † verò debent facta, & institura prædecessorum, etiam bona, mutare, si ita videtur expedire, *cap: quia sancta, §, verum quia, ver. ut si nonnulli*, & ibi gloss. *in verb. destruantur, 63, distinct.* Quinimò & ipsimet Reges, † & Imperatores non solùm Federicus secundus Imperator, ut si scripserunt iidem auctores, sed etiam Carolus, & Ludovicus Imperatores, & Gallorum Reges, ac etiam Henricus Primus, & Otho pariter primus illi postea renunciarunt, licet juri non suo, *cap. cum Adrianus, cap. Ego Ludovicus, cap. constitutio, cap. tibi Domino, cap. sacrorum, §. ex hu*, & gloss. *in cap. in synodo; in verb. assici, eadem 63, distinct.* & Navarr. *in com. rub. de jud. num. 70, tom. 2*, qui verò juri suo

renunciat, illud repetere non potest, *cap. quàm periculosum*, & ibi gloss: 7, *q.* 1, & Crav. *cons.* 14, *num.* 4.

14 Papa habet jurisdictionem supra Imperatorem, *cap. venerabilem, circa med. versic. quòd autem*, & ibi Innoc. *num.* 4, & Abb: *num.* 18, *de elect. cap. novit*, §, *non igitur, de jud. cap. Constantinus*, 96, *distinct.* Clem. Romani, *de jure jur.* & Abb. *in consil.* 82, *num.* 3, *&* 4, *volum.* 1, quia licet Imperator habeat Imperium à solo Deo, mediatè tamen per electionem, *l.* 1, *in princ. C. de vet. jur. enucl. cap. si Imperator*, & ibi gloss. *in verb. divinitus*, 96, *distinct.* tamen subest Papæ Vicario Chri-
15 sti † qui septem Electores Imperii instituit, videlicet Archiepiscopos Moguntin. Treverensem, & Colonienſem Ecclesiasticos; Laicos verò, Palatinum Comitem Rheni, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandeburgensem, & Regem Bohemiæ, qui infrascriptis versibus comprehenduntur, Magna Moguntia, Crassa Colonia, Treveris alma: Atque Palatinus Dapifer. Dux Portitorensis, Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Bohemus Romanum Regem statuendi dant sibi legem, ut per gloss. *penul. cap. ad Apostolicæ, de sent. & re jud. in* 6, & Baron. *Annal.* 996, §, *& licet, tom.* 10. Antea verò non penes septem tantum electores erat jus eligendi, sed penes omnes, tàm Ecclesiasticos, quàm Laicos feudatarios Imperatoris, utriusque. Germaniæ Principes, ut pluribus probat Baron. eodem *Annal.* 99, §, *sanè quidem, & seqq.* Et quòd à Romano Pontifice fuerunt dicti Electores instituti, probat text. *in cap. venerabilem*, §, *Verum*, ubi, jus, & potestas hujusmodi ab Apost. Sede pervenit, *de elect.* Clemens Quintus *in Concil. Gener. Viennen. ut in Clement. Romani*, ibi: Seque illi, & eidem Eccle-
16 siæ, quæ à Græcis † Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes, jus, & potestas eligendi Regem, & Imperatorem postmodum promovendum pervenit de jure juran. Otho Imperium usque ad tertiam suam generationem, quorum quilibet vocatus est Otho, & ex tunc per Gregorium Quintum genere simili, & Theutonicum provisa, fuit electio, ut videlicet per septem Principes Alemaniæ fieret, quæ usque ad hæc tempora perseverat, ut testatur S. Thom. *in lib.* 3, *de regimine Principum, cap.* 19, S. August. *in summ. de potest. Eccles. q.* 35, *articul.* 2. Philipp. Bergom. *lib.* 12, *Supplemen.* Chronic. Blond. Flav. *lib.* 3, *decad.* 2, Plat. *in vit. Gregor. V.* Raph. Volater. *lib.* 22, *Antropolog.* Joan. Andr. *in cap. ad Apostolicæ, de senten. & re judic. in* 6, *& in dict. cap. venerabilem, de elect.* Cardin. Flor. *eodem cap. venerabilem*, §, 1, *colum.* 3, *in* 6, *quæst. num.* 7, Alberic. *in l. benè à Zenone, num.* 5, *de quadrien. præscript.* sanctus Antonin. *part.* 3, *tit.* 22, *cap.* 5, §, 13. Andr. Alciat. *in commen. l. bona Civitatis, ff. de verb. signific.* & Cardin. Bellarm. qui alios adducit de translat. Imperat. Roman. *lib.* 3, *cap.* 1, §, *habemus igitur, & cap.* 3, §, *primus igitur*, quem reprobata opinione tenentium, quòd à Gregorio X. Electores fuerint instituti, sequitur Baron. *Annal.* 996, §, *hæc igitur, tom.* 10, & cõprobatur confessione eorundem Principum Imperii de Anno 1279, facta, ut per Autographum Romæ in Arce sancti Angeli asservatum tenoris infrascripti.

17 *Nos Principes Imperii universis præsentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi*

sibi Romana mater Ecclesia, quadam quasi germana charitate Germaniam illam, eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod est super omne nomen temporaliter tantùm præsidentium super terram, plantans in ea Principes, tanquàm arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ; ut ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti, velut germen
18 electum † per ipsorum electionem, illum qui frena Romani tenerent Imperii germinarent. Hinc est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ per luminare majus Christi Vicarium illustratum. Hic est, qui materialem gladium ad ipsius nutum excutit, & convertit; ut ejus præsidio pastorum pastor adjutus, oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communitas, temporali refrenet, & corrigat, ad vindictam malefactorum, laudem verò credentium, & bonorum. Vt igitur omnis materia dissensionis, & scandali, seu etiam rancoris occasio, inter ipsam Ecclesiam, & Imperium auferantur, & ii duo gladii in domo Domini constituti debito fœdere copulati se ipsos exerceant in utilem reformationem regiminis Vniversi, & nos in actu voluntatis, & operis inveniamur filii devotionis, & pacis, qui tam
19 Ecclesiam † quam Imperium confovere tenemur, quicquid per Dominum nostrum R. Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum Sanctissimo Patri, & Domino nostro Domino Nicolao Papæ III. ejusque successoribus, & ipsi Romanæ Ecclesiæ recognitum, confirmatum, ratificatum, innovatum, de novo donatum, declaratum, sive concessum, juratum, & actum, seu factum est, per privilegia, vel quacunque alia scripta quorumcumque tenorem super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innovationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus, & factis, seu gestis, tam aliorum Imperatorum; & Regum Romanorum prædecessorum Regis ejusdem, quam ipsius Regis,
20 † & specialiter super fidelitate, obedientia, honorificentia, & reverentia, per Romanos Imperatores, & Reges, Romani Pontificibus, & ipsi Ecclesiæ impendendis, ac possessionibus, honoribus, & juribus ejusdem
21 Ecclesiæ, & super tota Terra, † quæ est à Radicofano usque ad Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, Terra Comitissæ Matildis, Civitate Ravennæ, & Æmilia, Bobio, Cæsena, Foropompilii, Forolivi, Faventia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adriano, atque Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetri, Territorio Balneo, Comitatu Bertenorii, Exarchatu Ravennæ, Pentapoli, Massa Trebaria cum adjacentibus Terris, & omnibus aliis ad prædictam Ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, Territoriis, atque Insulis, in terra, marique ad Provincias, civitates, territoria, & loca prædicta quo quomodo spectantibus. Necnon super Civitate Romana, & Regno Siciliæ, cum omnibus ad ipsam spectantibus, tàm citra Farum, quàm ultra, Corsica quoque atque Sardinia, & cæteris Terris, ac juribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus. Nos nostri nomine
22 principatus in omnibus, † & per omnia approbamus, & ratificamus, ac iisdem omnibus, & singulis, & quibuscumque aliis, super eisdem per eundem Regem quoquomodo factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum unanimiter, & concorditer exhibemus: & promittimus, quòd contra præmissa, vel aliquod præmissorum nullo unquam tempore veniemus; sed ea omnia, & singula pro posse nostro procurabimus inviolabiliter observari.

Et,

Et, ut hæc nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus, atque promissio, à nobis eisdem Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ in perpetuum observentur, hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorumque sigillorum munimine roboratum. Actum & datum anno Domini 1270. Indictione septima, regnante Dom. nostro prædicto Domino R. Romanorum Rege glorioso, Regni ejus anno sexto. Et cum Ecclesia Romana opprimeretur ab Astulpho Rege Longobardorum, Papa petiit auxilium à Constantino, & Leone ejus filio Imperatoribus Constantinopolitanis, qui cùm recusassent Ecclesiæ Romanæ auxilium præbere, Stephanus Papa II. Romanus de anno Domini 776. Imperium Romanum in personam Caroli Magni filii Pipini, auxi-
23 lium præbenti, † à Græcis transtulit in Germanos, *cap. venerabilem, §. verum;* & ibi gloss. prima *in ver. transtulit, de elect.* & etiam Abb. *num. 1, quam dicit singularem, & receptam,* Navarr. *relect. cap. novit, not. 3, num. 3, tom. 2, de jud.* licèt similis, quæ tamen discordat in tempore habeatur in Clement. Rom. *in ver. transtulit, de jurejurando.* Hancque superioritatem, & potestatem Imper. & Reges ex causa deponendi habere idem probat idem Cardin. Bellarm. *in tract. de pont. cap. 12, num. 4, & in dicta Apologia, cap. 6,* jam verò. Carolus autem fuit postea à Leone Papa IV.
24 † in Basilica sancti Petri de anno 801. coronatus, ut tradit Platina *in vita ejusdem Leonis IV. cap. 97,* & facit dicta gloss. *in cap. venerabilem,* & etiam dict. glo. *in cap. si Imperator, in ver. divinitus.* Sed decipiuntur glossatores, & Navarr. supracitat. in eundemque errorem, quòd Stephanus Papa Secundus imperium à Græcis ad Germanos transtulerit, incidit Cel. Manc. *in tract. de jure Principat. lib. 3, cap. 3,* dum tenent, quòd de anno 776. dictus Stephanus Papa Secundus transtulerit imperium à Græcis ad Germanos, quia eodem anno Leo IV. filius Constantini V. Imperatoris post annos 35. Imperii paterni imperium regere cœpit; in cujus regimine annis quinque & diebus sex vixit, ut post Theopha, testatur Baron. *tom. 9, Annal. Eccles. 780, in princ.* & de anno ab eadem Nativitate 781, decessit, eidemque Constantinus filius impubes ætatis annorum decem successit, qui sexto Idus Septembris unà cum Irene matre piissima Imperium accepit, ut per Baron. loco proximè citato. Constantino interim ætate legitima completa, Imperium ab administratione materna in se suscepit: & quia nihilò melior fuit Constantino V. avo, & Leone III. proavo, Jesu Christi Salvatoris nostri, S. R. E. Sanctorum, & eorum reliquiarum, ac Imaginum contemptoribus, inimicis, & hostibus, ut per Cassan. *in Cath. glo. mundi parte duodecima considerat. decima septima, §. & primo,* ver. Leo Tertius, ab eodem omnium pessimo, ut legitur apud Tarcagnot. *de Hist. mundi, lib. 9, par. 2,* qui quampluribus suis nefandis sceleribus, & delictis causantibus, erat à Papa deponendus, *argumen. tex. in capit. ad Apost.* ubi etiam gloss. *in ver. privamus, & de senten. & re judic. in 6.* à matre Irene
25 † Religionis causa, & amore justitiæ paratis insidiis, orbatus oculis, ac simul vita privatus fuit, ut per eundem Baron. *eodem tom. 9, anno 697, §, hoc si quidem,* & Genebrar Chron. *anna. 798, lib. 4.* Unde rursum Imperium in matrem Irenem fuit devolutum, ut per Baron. *annal. 797,* in princ.

prine. quæ regnavit usque ad annum 802, quo tempore vindex Dei, & veritatis propugnatrix nominata fuit, & de ejus laudibus plura scripsit Theod: Studita, quem refert Baro. *dict. tom. 9, annal.* 801, *circa finem.* Dum hæc fierent in Oriente pro
26 tutiori Romanæ Ecclesiæ defensione † Leo III. Romæ in Basilica Divi Petri in die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi tunc incipiente anno 801, omni populo acclamante, Carolo Augusto à Deo coronato, Magno & pacifico Imperatori vita, & victoria, intra Missarum solemnia Carolum Magnum coronavit, & à Græcis, ac persona ejusdem Constantini VI. in personam ejusdem Caroli Magni Imperium ad Francos transtulit, ut *in cap. Ego Ludovicus in fine, & ibi* glos. *fin. 63, distinct.* quod Carolus Rex Franciæ cum suis successoribus Francis tenuerunt per annos centum & tres, usque ad Arnulfum. Quo tempore cum Ecclesia oppugnaretur è Berengario tyranno, Papa vocavit Othonem Ducem Saxoniæ, qui auxilium præbuit: qua propter per Leonem Papam Quintum constitutus fuit Imperator, ex cujus persona imperium fuit translatum ad Germanos, Zabarell. *in cap. venerabilem, 3, not. de elect.* & Joan. à Capistr. *à par. 2, par princip. num.* 131, *in tract. de auctorit. Pap.* & Alban. *de Pontif. pot: nu:* 103, *tom:* 13. S. Anton. in summ. *par:* 3, *tit:* 3, *cap:* 1, *colum:* 3, qui scripsit, Adrianum transtulisse Imperium in Carolum, cum à Leone fuerit coronatus, & in coronatione translatum esse Imperium, ut etiam attestantur Otho Episc. Frisingensis *lib:* 5, *Histor: ad Vrb: cond: c.* 31, *Gotif:* Viterb: *chronic: univers:* aliàs Pant: Conrad: Abb: Usperg: *in Chronic:* Lupold: Bamber: *in proœmio, lib: de juribus Imper:* Blon: Flav: *decad: 2, lib:* 1. Joan. Trithem. *in Catal. script.* Philip. Berg. *lib:* 11, *supplem* Albert. Krant: *lib:* 2, *Saxo: c.* 18, Plat: *in vit: Leo III. cap:* 97. Bellarm: *eod: lib: de translat: Imp: Rom: ad Franc: lib:* 1 *cap* 4 *per tot* & Baro, *dict: tom:* 9, *annal:* 800, §, *qui autem, & tom:* 10, *anal:* 870, §, *at quam*, & Occidentale Imperium, quod aliàs translatum fuerat in Orientem, Bellarm. *de translat. Imper. Rom. lib.* 1, *cap.* 4, §, *Ioan Zonaras*, denuò in Occidentem fuit revocatum, idque non, nisi divino consilio, factum esse, vel fieri potuisse, testatur Baron: *eodem tomo* 9, *annal:* 800, §, *hæc iccircò.*

27 Postea autem, §, quia benè operantes Deus ad majorem probationem sæpè affligi, terrenisque boni nudati permittit, ut majoribus reddantur digni muneribus, de anno 802 dum Carolus Magnus per Legatos Constantinopolim missos expetiisset conjugium Irenis, Nicephorus tyrannus fraudulenter invasit Imperium, & Irenem deposuit, ut post alios testatur Bellarm: *eod. lib:* 1, *c.* 11, §, *quod verò, & seq.* & Baron. *annal* 702, §, 7, *& seqq.*

28 Carolus enim ipse Francorum Rex Primus Imperator suo testamento Ludovicum ejus filium in Imperio successorem nominavit, Plat. *de vita Pont. eod. cap.* 97. Quæ nominatio ab eodem Papa Leone Tertio unà cum illius Testamento fuit confirmata, ut per Aym. *de rebus gest. Franc. lib.* 4, *cap.* 94, ubi inquit, testamentum Caroli Leoni Papæ missum est, ut approbaretur, quod factum est, hoc idem testatur And. Viennen. *in chronic. 6, ætate*, ubi Imperator, inquit, inter filios Regna dividit, ut sciret quisque, si superstes esset, quam partem tueri, & regere debuisset.

testamentum indè factum, & jurejurando ab Optimatibus Francorum confirmatum, & Leoni Papæ missum, ut sua manu subscriberet, & denique corroborantur præmissa vetustissimis Annalibus Francorum, in quibus habetur: hæc omnia litteris mandata sunt, & Leoni Papæ, ut ipse sua manu subscriberet, per Eginarthum missa quibus Pontifex lectis, & assensum præbuit, & propria manu subscripsit, ut tradit Bellarm: *ibi, de translat: Imper: Rom: ad Franc: cap: 5, vers: principio* Carolus, *lib:* 1, & Baron: *eod: tom:* 9, *annal:* 806, §, *Hæc autem.*

29 Leone mortuo, Stephanus Papa hujus nominis Quartus successor in Franciam se contulit, & ab eodem Ludovico honorificè receptus fuit, ut per Platin: *in vita ejusdem Stephani cap:* 98, & Baron: *d: nu:* 9, *annal:* 816, §, *auctor incertus*, & ipse Romis in eodem Franciæ Regno de anno 815. eundem Ludovicum in Imperatorem coronavit, ut testatur idem Otho Frisingensis *dict: lib:* 5, *cap:* 33, & Baro: *loco proximè citato*, §, *postea Pontifex.* Deinde cùm Romam rediisset, & mense septimo sui Pontificatus diem obiisset, ad summi Apostolatus apicem Paschali assumpto, Ludovicus ipse Imperator eidem Paschali Summo Pontif. & successoribus
30 in perpetuum, ut nullo Imperatoris, † aut aliorum exspectato consensu, Papa eligi posset, & reliqua, sicut à prædecessoribus suis hactenus in eorum potestate ditione tenuerant, & dispositerant, cuncta confirmavit, ut *dicto cap. Ego Ludovicus sexagesima tertia distinct:* Card. Alban. *in tractat. de potestat. Papæ par:* 2, *numer:* 215, *tom:* 13. & Baron: *annal:* 817, §, *& quando eodem tomo* 9, cui Lotharius primogenitus Imperator ab eo nominatus in Imperium successit, quem idem Paschalis Romæ coronavit, ut testatur idem Otho *dict: lib:* 5, *cap:* 34, & Baron: *annal:* 823, *in princip:* qui post annos quatuordecim, quibus rexit Imperium, Ludovicum secundum ejus primogenitum ad Imperium nominavit, & ipse ad vitam monasticam se contulit.

31 Ludovicus à Sergio Papa † hujus nominis secundo, anno 844, fuit coronatus, ut testatur Ado. Viennens: *in chronic. 6, ætat.* Bellarm: *in translat: Imper: Rom: lib:* 2, *cap:* 1. & Baro: *annal:* 844, §, *Dominico verò, tom.* 10, *cui vita functo* Carolus Calvus Francorum Rex dicti Ludovici patruus, & Lotharii frater in Imperio successit, & à Joanne Papa VIII. anno 874. Romæ coronatus fuit, ut per Rheginon. *lib.* 2 *chronic.* & Baro. *eodem tom. annal.* 875, §, *quo inde*, qui biennio tantùm rexit Imperium, & eidem successit Ludovicus filius cognominatus Balbus, quia loquendo balbutiebat, primogenitus dicti Ludovici II. & nepos Caroli, qui postea ab eodem Joanne Papa VIII. in Franciam de anno 878. Imperator coronatus fuit, ut post Aymon. & Onuphr. *in addit. ad Plat. in vita ejusdem Pontificis* testatur Baron. *eod. tom.* 10, *annal.* 878, §, *qui summatim*, & decessit anno sequenti eidem superstitibus Ludovico, Carolo Magno filius, ac Carolo simplici posthumo, ut per eundem Baron. *annal.* 879, *in princip.* qui Ludovico Secundo Imperatori patri in Regno Franciæ successerunt, ex quibus Carolus simplex à Fulcone Rhemensi Archiep. in Regem Francorum de anno 892. inunctus fuit, rejecto Othone Comite Parisiensi, qui Regis titulum Tyrannis-

tannicè sibi usurparat, ut per eundem Baro. *ann.*892 §,*eodem anno.*

Quia verò Joannis Papæ Octavi animus erga Carolum Crassum, Ludovici Germaniæ Regis filium propensior erat, post Ludovicum secundum, eundem Carolum Romæ anno 881. in Imperatorem coronavit,idem Baro.*ann.*879,§,*cum Ludov.juncto ann.*881,§, *hoc pariter*, & Aym. *de reb.gest.Franc.lib* 5,*c.*60 *prope fin.*

32 Carolo de medio sublato, Arnulphus Caroli Magni Regis filius eidem Carolo Crasso, repudiato à suis, in Regno non in Imperio successit, ut post Reginon. & alios, Baro. *anna.*888, *in princip.&* §, *eodem anno*, & Vuido, aliàs Guido Ducis Spoleti filius Imperium occupavit, ut per Reginon. quem sequitur Baro. *eodem annal.* 888, §. *qui autem*, qui posteà à Papa Formoso fuit coronatus, reprobata opi- 37 nione scribentium, quòd eidem Carolo in Imperio successerit Arnulphus, pro-Frodoard. *in Histor.Rhemen. lib.*4, *cap.*2, & Baro. *in dict.* §, *qui, autem juncto ann.* 892, *in princip.*

33 Demum Lambertus † ejusdem Guidonis Imperatoris filius ab eodem Formoso Papa in Imperatorem inunctus fuit, 38 Baron. *ann.*893,§,*ad postremum*, & quòd Arnulphus non fuerit legitimus Imperator, sed nulliter coronam Imperialem adhuc Guidone Imperat. in humanis agente surripuerit pluribus probat idem Baro: *ann.* 986, & hac de causa cum Guido Im-
34 perator † Arnulphum insequeretur juxta fluvium Tarum defunctus fuit, quo anno Arnulphus etiam, morbo pediculari decessit, ut post Luitprand. *lib.*1, *cap* 9.& 10, tradit Baron. *ann* 899,*tom.*10.

35 Arnulpho successit Ludovicus filius, 39 Ugone † Comite Mediolan. in venatio-

& Ludovico Chunradus Arnulphi ex alio Chunrado nepos, in quibus finem habuit progenies Caroli Magni in linea Regum Germanorum, ut post Abba. Ulpergen. tenet Bellarm. *de translat: Imper: Roman: lib:* 2, *cap:*1, & post alios antiquos chronographos Baro. *ann.*912, *circa fin. eodem tom.*10.

36 Eodem tempore de Imperio in Italia inter Berengarium Ducem Forolivien-sem,& Ludovicum Bosonis Comitis filium acerrimè certatum, post plures congressus, Ludovicus Berengarium fugavit,& Romam ingressus, à Stephano Papa Quarto coronatus Imperator, Ludovicus Quartus, fuit appellatus qui usque ad annum 904, imperavit, ut per Baron: *annal:* 900,*in fin.* quo tempore ab eodem Berengario in prœlio victus, & captus, Imperio, & oculis privatus fuit & Berengar. Romam armatus,exercitu accedente, coronam Imperii à Joanne Papa IX. violenter extorsit, sicque tyrannicè Imperatoris nomen sibi vendicavit, quo recedente, Lamberto Guidonis Imperatoris filio Romam vocato, qui aliàs in Imperatorem fuerat inunctus, imperatoria corona solemnibus † ritibus ab eodem Pontifice fuit coronatus, & Synodo Episcoporum Romæ collecta, in eodem conventu patrum utriusque Regis causa proposita, & utriusque juribus examinatis, in eam sententiam ab omnibus itum est,ut Berengarii coronatio, tamquã vi extorta penitus abrogaretur, Lamberti verò,in quem libera vota Rom.Pont.conspirassent, legitima esse judicaretur, ut per Baro.*ann.*904,*in princ.*qui anno 7. sui Imperii pluribus laudibus exornatus, ab

ne occultè necatus fuit, ut per Luitprand. *lib.1, c.10, quem sequ.* Baro. *ann.910, in prin.*

40 Lamberto mortuo, Berengarius summa rerum potitus est, & anno 915, à Jo. Papa X. Romæ in Imperatorem inunctus fuit, ut post Sigo. *de Reg. Ital. lib.6,* Baro. *annal.915, §, quod ad Ioan.* & impera-
41 vit usque ad annum 924, quo à suis † fuit occisus ut post Luitpran. & Frossard ejusdem temporis accuratum chronographū, ut testatur Bart. tenet idem Baron. *anna. 924. in princ.* & deinde pluribus annis vacavit Imperium, donec auctoritate Pontificia in Othonem Regem Saxonum ad Germanos fuit translatum, ut per Bellarm. *de translat. Imper. Rom. lib.2, cap.1, in fin. & cap §, accedant, etiam in fin.* & Genebrar. *chron. anna 912, pag.320.*

42 Interim in Gallis proceres Francorum, Carolo simplici Rege relicto, elegerunt Robertum Comitem, Regem, quem solemni ritu Archiepisc. Rhemensis unxit, ut post Frossard. Baron. *annal.923, §, hoc pariter,* & sequenti anno Carolus cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato prælio, illum necavit, ac Hugone filio ad patris vindictam cum exercitu parato, Carolus fuga sibi consuluit, & demum dolo Eriberti Comitis captus, in carcerem detrusus fuit. Quapropter proceres Regni Rodulp. Richardi filium
43 è Burgundia vocatum, in Regem elegerunt, ut post Frossard. idem Baron. *annal. 923, eod. §, hoc pariter.* Deinde Carol. de carcere eductus, & depositus, iterumque in carcerem conjectus, ut per eundem Baro. *anna.927, in princ.* infra biennium in carcerem decessit relicto Ludovico filio, qui educabatur in Anglia, & interim Rodulf. regnare cœpit, ut post Frossard: in *chron. ejusdem anni,* Baro. *ann.929, in prin.*

43 Rodulfo de anno 936, defuncto dictus Ludovicus Caroli Simplicis filius ab Anglia revocatus ad coronam Regni suscipiendam ab Artaldo Archiepisc. Rhemen. in Regem Francorum coronatus fuit, ut tradit Baro. *annal 936, §, quo pariter eoque mortuo.* Lotharius ejus filius puer ab eodem Rhemensi Archiepisc. fuit coronatus, ut per Frossard. relatum à Baron: *anna.954, §, quo pariter.*

44 Decessit Lotharius, cum regnasset annos triginta, relinquens Regni hæredem Ludovicum filium unicum, qui etiam anno sequenti sine liberis decessit, & contempto Carolo patruo, Lotharii fratre, Regnum Francorum ad Hugonem Capetum Ducem Parisiensem delatum fuit, ut post alios Baro: *annal. 986, & 987, in princ.*

Carolus autem Lotharii frater, & Ludovici patruus, Civitatem Rhemensem proditoriè accepit qua potitus fuit. Bar. *annal. 990, §, eod. anno,* & sequenti anno eod. Carolo ab Hugone Capeto Rege capto, præcisum fuit ab eo Regnum Francorum, & Caroli Magni familia finem habuit, ut per eundem Baro. *eod. anna. 900. in fin.*

45 Regrediendo nunc ad Imperium occidentale, cujus translationis occasione hæc pauca de Regum, & Imperatorum descendentia mihi attigisse sufficiant, mortuo Berengario, Francorum Reges coronam Imperialem non fuerunt assecuti, sed primus eadem imperiali corona post Berengarium, Otho Saxoniæ Rex, Henrici Regis filius fuit decoratus, qui Romam pacificè

cificè adiens amicabiliter excceptus, à Papa Joanne XII. Imperator, & Augustus vocatus fuit, & ordinatus, ut per Frossard. quem refert, & sequitur Card. Baro. *anna. 962, in princip.* & post plures alios per ipsum citatos Card. Bellarm. *de translat: Imper: Romani lib. 2, cap 3 per tot* & ex persona ipsius Othonis, non autem Henrici Regis patris, ut aliqui scripserunt, qui Imperialem coronam non fuit assecutus, ut per Bellarm. *dict: lib. 2, cap: 2, in princ:* Imperium Occidentale auctoritate Pontificia fuit translatum ad Germanos, idem Cardin: Bellarm: *eod: cap: 3*, & Baron. *dict: annal: 962, in princ.*

46 Non enim † jure Imperator dici potest, qui à Papa non est coronatus, Clementin. unic. in princip. de jure jurand & Baron. *annal. 871, §, dicit autem, & §, illud autem, & anna. 888, §, eodem anno, tom. 10.* Ideò, quia Henricus, nec Conradus, minusque Ludovicus Arnulphi filius, Reges coronam Imperialem habuerunt, in aliorum Imperatorum numero minimè fuerunt ascripti, ut post plures per ipsum citatos, testatur Bellarm. *dict. cap. 2, §, accedant postremo.*

47 Demum Innocentius Quartus, qui pluribus nefandis excessibus commissis causantibus, sacro præsente Concilio Lugdun. Fridericum Secundum, Imperio, & Regnis omnique honore, & dignitate privatum Domino ostendit, denunciavit, & sententiando privavit; atque omnes, qui ei juramento fidelitatis tenebantur astricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolvit auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero illi tanquàm Imperatori, vel Regi, pareret, decernendo quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori, vel Regi, consilium, vel auxilium præstarent, seu favorem, ipso facto excommunicationis sententiæ subjacere, & eisdem ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectabat electio, ut eligerent liberè successorem, permisit, ac liberè declaravit, *cap: ad Apostolica, de sent. & re jud. in 6.*

DE GRADIBVS DIGNITATVM Ecclesiasticarum. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Papa habet curam, & regimen Universalis Ecclesiæ.*

2 *Cardinales personas Apostolorum repræsentant, & sunt pars corporis, ac membra Papæ.*

3 *Cardinalium gradus est tripartitus in Episcopos Presbyteros, & Diaconos. Et ultra septuaginta esse non possunt.*

4 *Cardinales Episcopi sex.*

5 *Optantur sex Episcopatus Cardinalium inter præsentes.*

6 *Cardinales in eorum Episcopatibus habent ordinariam jurisdictionem.*

7 *Cardinales Presbyteri 50. & Diaconi 14. esse possunt, & numerus 70. à Papa Clemente Octavo fuit expletus.*

8 Cardinalibus singulis singulæ Ecclesiæ pro titulo Cardinalatus conferuntur.
9 Cardinales sub regulis Cancellariæ non comprehenduntur.
10 Ecclesiæ Titulares pro 50, Presbyteris Cardinalibus quæ.
11 Ecclesiæ Titulares pro 14. Diaconis.
12 Cardinalis ex omnibus nationibus sunt promovendi.
13 Ætas requisita, ut quis ad Cardinalatum possit promoveri.
14 Illegitimi etiam per subsequens matrimonium legitimati corpore vitiati, ac consanguinei, & affines in aliquibus gradibus ad Cardinalatus celsitudinem sunt inhabiles.
15 Papa contra constitutionem prædecessoris dispensare, & illam revocare potest.
16 Cardinalibus aliæ dignitates conferuntur.
17 Legatorum tria sunt genera.
18 Legati de latere primum locum obtineas, & beneficia conferre possunt.
19 Legati missi, qui.
20 Legati etiam de latere, & Nuntii causas in prima instantia cognoscere non possunt.
21 Nuncio Apostolico non creditur, nisi ostensis literis facultatis.
22 Nuncio Apostolico, in quibus credatur sine ostensione litterarum.
23 Cardinali soli non creditur, ubi agitur de alterius præjudicio.
24 Facultates Nunciorum non extenduntur ad collationem beneficiorum in Cathedralibus existentium.
25 Legati nati, qui sint.
26 Episcoporum ordo est quadripartitus.
27 Patriarchæ principales sunt quatuor.
28 Patriarchæ, quomodo inter ipsos præcedant.
29 Primates, & Patriarchæ nomine differunt, sed idem & officio.
30 Abbates, etiam exempti, & habentes in diœcesi jura Episcopalia, tenentur Episcopo reverentiam exhibere.
31 Abbates præferuntur omnibus dignitatibus Ecclesiasticis secularibus post Pontificalem, quando dignitates collegialiter non procedunt.
32 Abbates Ordinum capita qui sint.
33 Canonici Cathedralium collegialiter sedentes, vel incedentes Cathedralem Ecclesiam representant.
34 Protonotarij alij ordinarij, & alij extraordinarij.
35 Protonotariatus est dignitas, & quomodo alias dignitates præcedat.

1 PAPA uti Petri successor habet curam, & regimen universalis Ecclesiæ tam in concernentibus Papæ electionem, ac S. R. E. Cardinalium promotionem, quàm Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum sanctiones, *cap. in novo, 21, dist. cap. sacrosancta, 22. dist. & cap. in illis, 80, dist.* Eugen. IV. *in Bull. constit. 1*, Paulus IV. *constit. 8*, Pius IV. *constit. 81*, & Sixtus V. *in constitut. 50, incip. postquam verus*, *in* 2 *Bulla, part. ult.* post Papam † primum locum obtinent S. R. E. Card. qui personas sanctorum Apostolorum repræsentant, & sunt Papæ consiliarii, ac coadjutores, *cap. per venerabilem, ante fin: vers. sunt autem sacerdotes, ex. qui fil: fin: leg. cap. fundamenta, de elect: in 6*, & pars corporis, ac membra ipsius Papæ, ut trad. Felin. *in cap. ad aures, numer: 11*,

mer: 11, *in princip: de rescript:* Card: Jacob: *in tract: de conc: lib:* 1, *numer:* 118, *&* 126, *tom.* 13. Paulus IV. *in Bull. Rom. cap.* 8, *in princip.* & Purpur. *in rubr. de jurisd. omn. jud. numer.* 15 Cardinalatus enim celsitudo, ac splendor dignitati Regiæ comparatur, immo præfertur. Inquit enim S. Ambros. Nihil est in hoc sæculo excellentius sacerdote, nihil Episcopo sublimius, *ut in lib. de dignit. sacerdot. cap.* 3. & pluribus auctoritatibus hanc veritatem, probat Card. Bellarm. *in Apolog. pro respons. ad regem Brit. cap.* 4, §. *igitur Cardinales, & fere per tot. posui alibi.* Sixtus V. *in const.* 50, *in princip. & §. præterea.*

3 Cardinalium gradus † est tripartitus in Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ac numerus præfinitus, ne ullo unquam tempore ultra septuaginta esse possint, ut statuit idem Sixtus *in dict. constit.* §. *de prædictorum fratrum*, imitans figuram septuaginta senum, quibus Deus auferens de spiritu, qui erat in Moyse, dedit, ut sibi essent in regimine coadjutores, ut *in lib. Numer. cap.* 11.

4 † Quorum septuaginta Cardinalium sex sunt Episcopi, licèt olim essent septem, videlicet Ostiensis unitus cum Veliterno, qui primus est in ordine, & dignitate, præcedens omnes, & immediatè sequitur Papam; quod habuit ex privilegio Ecclesiæ Ostien. quia consecrat Papam; & ungit Imperatorem: Abbas *in c. antiqua, num.* 6, *de privil.* Cassan. *in Cat. glo. mun. par.* 4, *consid.* 12, *vers. & adverte, c. cùm venerabilis, de consuet.* Portuensis & S. Ruffinæ ob martyrium, quod Ruffina in eodem loco passa fuit, secundum locum obtinet, unusque tantummodo est Episcopatus, licet Cassan. duos distinctos errore ductus, connumeraverit, in eod. vers. & adverte. Tusculan. tertius, Sabinensis, quartus, Prænestinus, quintus, & Albanensis, sextus; de quibus *in constitut. Sixt. V. in Bull. cap.* 56, §, *ex Diaconis par. ult.* qui sunt sub Romano Pontifice, & non in alterius Provincia, *ut ibi vers. Ostiensis*, & primum gradum constituunt, ac secundum anterioritatis creationis prærogativam, & ordinis sacerdotalis susceptionem
5 optantur † inter præsentes in Curia, quia in optione absentes pro mortuis habentur, nisi ex causa publica absentes, & extra Romanam Curiam per Roman. Pontif. fuerint destinati, ut in Constitutione Pauli Papæ IV. *in Bull. Rom cap.* 8. Ostiensi autem, qui Decanus existit, præcipuus ho-
6 nor tribuitur, † habentque in eorum Episcopatibus ordinariam jurisdictionem cum
7 beneficiorum collatione. Secundus † gradus est Presbyterorum, quorum numerus ad summum quinquaginta fuit stabilitus, ut *in cad. constit.* 50. Tertius est Diaconorum, qui ultra quatuordecim esse non possunt, ut *in d. constit* 50. Nunquam autem hactenus perfectus fuit numerus septuaginta Cardinalium, nisi quando Clemens Papa VIII. sub die 3. Martii 1599. illum
8 explevit. Singulis † autem singulæ Ecclesiæ pro titulo Cardinalatus à Papa conferuntur, & si Ecclesiæ sunt collegiatæ, vel aliàs habent beneficia ad eorum collationem, quocunque tempore, & quovis modo vacent, ab ipsis Cardinalibus titularibus personis sibi benè visis conferri possunt, quacunque reservatione non obstante, quia in beneficiis † ab Ecclesiis Cardi-
9 nalium dependentibus nulla cadit reservatio, cum Cardinales sub regulis Cancellariæ

riæ non comprehendantur, ut per Felin. *in c. in eos, n: 2, de Hæret.* Gomes. *in proæm. regul. Cancell. q 6, num: 9, & 10, vers. & sub ista generaliter, & in reg. de idiom. quæst: 3, num: 6,* & Ancar. *cons: 295, n. 6.*

10 Quinquaginta Presbyteris † Cardinalibus, qui secundum ordinem constituunt, pluribus antiquis titulis reformatis, fuerunt pro titulis assignatæ Ecclesiæ S. Crucis in Hierusalem, SS. Marcellini, & Petri, SS. Quatuor Coronatorum, & SS. Joannis, & Pauli, S. Anastasiæ, S. Sabinæ, S. Stephani in Cœlio Monte, S. Clementis, SS. Nerei, & Archillei, S. Susannæ, S. Pudentianæ, S. Sixti, S. Petri ad Vincula, S. Martini in Montibus, S. Eusebii, S. Priscæ, S. Vitalis, S. Marci, S. Marcelli, S. Laurentii in Lucina, Basilicæ duodecim Apostolorum, S. Laurentii in Damaso, quæ S. R. E. Vicecancellario pro tempore existenti perpetuò concessa, & assignatæ est, S. Sabinæ, S. Cæciliæ, S. Chrysogoni, S. Praxedis, S. Mariæ Transtiberim, SS. Quirici, & Julitæ, S. Joannis ante portam Latinam, S. Agnetis in Agone, S. Laurentii in Palisperna, S. Thomæ in Parione, S. Sylvestri in Campo Martio, S. Pancratii, S. Bartholomæi in Insula, S. Matthæi in Merulana, S. Mariæ de Aracœli, S. Mariæ in Via, S. Mariæ supra Minervam, S. Mariæ Angelorum in Thermis, S. Hieronymi Illyricorum, S. Honuphrii in Janiculo, S. Augustini, S. Mariæ de Populo, Alexii in Aventino, S. Blasii de Annulo, S. Mariæ de Pace, S. Salvatoris de Lauro, S. Petri in Monte Aureo, Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio, & S. Mariæ Transpontinæ.

11 Quatuordecim † Diaconis Cardinalibus, qui tertium Cardinalium ordinem tenent, fuerunt pro titulis applicatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Aquiro, S. Mariæ in Cosmedin. SS. Cosmæ, & Damiani, S. Mariæ Novæ, S. Hadriani, S. Mariæ in Via lata, S. Mariæ in Porticu, S. Angeli in Foro piscario, S. Nicolai in Carcere Tulliano, S. Mariæ in Dominica, S. Eustachii, S. Viti in Macello, S. Agathæ, & S. Georgii ad Velabrum, ut in litteris ejusdem Sixti, *in eodem Bull: c: 56, part: ultim.* In dictis autem titulis, aliisque Ecclesiis sibi subjectis, Cardinales habent jurisdictionem Episcopalem, *capitulo hù quæ, de majo. & obed:* & ibi Felin. Post alios, quos citat, *num: 1.*

12 In Cardinalium promotione † omnium Christianitatis nationum ratio debet haberi, Conc. Trid. *in cap: 1, §, ea verò omnia, de reform. sess. 24,* & Sixtus V. *in ead: constit: 50, § primùm igitur, & §, ut autem ipsi,* in Bullar: *par: ult.* Sed nullus in
13 Diaconum Cardinalem assumi potest, nisi saltem in vigesimosecundo suæ ætatis anno fuerit constitutus, ita ut omninò intra annum ad sacrum Diaconatus ordinem valeat, & debeat promoveri, ut *in ead.*
14 *constitut: 50, §, neque post.* † Illegitimi etiam per subsequens matrimonium legitimati, aut super defectu natalium auctoritate Apostolica dispensationem consecuti, ad Cardinalatus celsitudinem sunt inhabiles, ut *in d: constit: 50, §, præterea.*

Qui verò ob defectus, vitia, aut impedimenta, ad sacros ordines juxta canonicas sanctiones promoveri nequeunt, etiam si dispensationem auctoritate Apostolica obtinuerint, & qui alicujus criminis, aut infamiæ nota respersi fuerint, pariter in Cardinales, ullo unquam tempore assumi possunt, ut *ibi, §, sed, & insuper.*

Prohibentur etiam ad Cardinalatus honorem assumi filios utriusque sexus, etiam

etiam ex legitimo matrimonio procreatos, vel ex eis nepotes habentes, quia nequeunt suæ testimonium continentiæ exhibere, & pater erga filios naturali affectus nimium quadam propensione alligatur, ut verendum sit, ne propterea variis propriæ domus negotiis, ac multiplici liberorum cura distractus; Ecclesiæ negotia sibi credita, aut negligenter tractet, aut minus solicitè, & fideliter, quàm par sit, ejusdem Ecclesiæ jure tueatur, *ut in eadem constit. 50, §, cùm autem, cap. priusquam, in fin. 28, dist. & c. sicut ver. habentes, 47, dist.*

Et pater, etiam ex uno parente germanus, vel patruelis consobrinus, aut amitinus patruus, aut avunculus nepotis ex fratre, vel sorore Cardinalis viventis, eo vivente, & è converso talis nepos patrui, aut avunculi, Cardinales esse prohibentur, ut *ibidem, §, Insuper ut, & §, sed, & pari, ead. 50, constit.* Salva † tamen Papæ auctoritate, quia in omnibus supra expressis, in suis Cardinalium promotionibus dispensare potest, tam super ætate, quàm numero, & aliis impedimentis, ut habetur infrà *in cap. de Dispensat. ferè per tot.* cum possit constitutiones prædecessorum revocare, *Clemen. un. & ibi gloss. in ver. pro infectu, de imm. Eccles.* & Navar. *in cons. 3, num. 9, par. 2, de spons.* Præterea in Eccles. S. Joannis Later: S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & earum singulis est dignitas Archipresbyteralis, quæ Cardinalibus

16 † per Papam confertur cum ordinaria jurisdictione conferendi, visitandi, & corrigendi, qui post Pontificalem primam habent dignitatem, & in eisdem Ecclesiis solum Papam habent superiorem, & tenentur per se ipsos, vel substitutos, animarum curam gerere, ut *cap. perlectis, §, Archipresbyter, 26, dist. & cap. officium, de off. Archipresb.* Secundum locum † obtinent

17 Legati, quorum tria sunt genera, de Latere, Missi, & Nati, Guid. Pap. *in rubr. de offic. leg. Saphil, eod. tit. n. 1,* & Specul. *de leg. §, supereſt videre, in princip. lib. 1, par. 1.*

Legati † de latere sunt Cardinal. qui

18 primum locum obtinent, & eisdem legatione durante, idem honor, sicut Papæ, est exhibendus, gloss 2, *in cap. qua de causa, 2, q. 4.* Felin. *in cap. mandata, num. 1, de præsumpt.* & Specul. *d. §, sequitur videre, n. 2,* & ipsi videntur habere jurisdictionem ordinariam. Abb. *in cap. novit, num. 2, & in cap fin. num. 2, de off leg.* glos. *in cap. Legatos, in verb. Proconsulum, in fine, & in verb. reputantes, eod. tit. in 6,* & Specul. *de leg. §, nunc ostendendum, num. 54, lib. 1, par. 1,* possuntque conferre beneficia, quæ conferre non possunt Legati missi sine speciali Sedis Apostolicæ facultate, *c. 1, de off. in 6,* & Compostell. *in cap. dilectus, num. 5, eod. tit.*

Legati missi † ad certas Provincias non

19 Cardinales sunt, quibus committitur legationis officium, Specul. *d. §, sequitur videre, num. 3,* & regulariter vocantur Nuncii, qui omissa disputatione, an de jure communi antiquo in Provincia eis commissa, habeant ordinariam jurisdictionem, de qua per Specul. *eod. tit. §, supereſt videre, num. 2, & 3,* hodie nec Legati de latere in cognitione causarum habent ordinariam jurisdictionem, quæ illis tribuitur, ut legitur in facultatibus Clementis Papæ VIII. dum Cardinalatus fungeretur officio ad Regnum Poloniæ Legati, ubi ad causas Ecclesiasticas, prophanas, civiles, criminales, & mixtas ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, sine præjudi-

cio Ordinariorum, quo ad causas hujusmodi, in prima instantia coràm eis juxta ejusdem Conc. Trid. decretum, cognoscendas, *& cap. habuit facultatem*, ut in litteris sub dat. Rom. anno 1588. 10 Kal. Junii, de quibus in 2. par. Bull. Sixti Papæ V. c. 35 §. Necnon horum, & Sacri Conc. de-
20 cretis ita cavetur. Legati † quoque etiam de latere, Nuncii, Gubern. Ecclesiast. aut alii quarumcunq; facultatum vigore, non solùm Episc. in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præripere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam contra clericos, aliasve personas
22 Eccl siast. nisi Episc. prius requisito eoque negligente, procedant, alàs eorum processus, ordinationesvè nullius momenti sint, atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur, ut *in cap. 20, §. Legati quoque, sess 24. de reformat.* Et non credi-
21 tur † Nuncio Apostolico, nisi ostensis litteris suæ facultatis, ut est rex. *in c. 1. §. sanè in Extravag. com. de elect.* Bartol. *in l. unic. num. 2. C. de mar. d. princip.* & ibi Dec. *num.* 15 & Fed. de Sen. *consil* 251. *num.* 1. cùm enim agatur de interesse Episcoporum, in quorum diœcesanos jurisdictionem exercere debent, illis, quorum interest, facultas est edenda, quia cum Nunciis Apostol. plures facultates ad voluntariam jurisdictionem spectantes concedantur, ut beneficia conferendi, dummodò secundum communem æstimationem valorem annum 24. ducat. non excedant, non tamen in Cathedralibus. Ecclesiis, ac ut plurimum nec in Collegiatis, minusque beneficia regularia, monitorialesque litteras in forma: Significavit, dispensationes extra tempora pro ætatis, & in aliquibus casibus absolvendi, illa clausula, quòd inferere non teneatur, respicit similes provisiones in quibus facultas non est inserenda, & non sequitur: non est inserenda, ergo nec edenda, quia aliud est inferere, & aliud edere, & ex diversis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* Quando enim agitur de præjudicio tertii, tunc, nec Cardinali asserenti se legatum, creditur, nisi ostensis litteris suæ legationis, ut post plures per ipsum citatos tenet Farinac. *in tract. de test. q. 63, c. 2, n. 64.* & quando absque illius editione in Regno, seu Provincia ei commissa, habetur, & reputatur pro Nun-
22 cio, postquam à Rege, † vel Principe, ad quem fuit missus, dignoscitur admissus, & receptus; tunc absque ostensione litterarum habebitur ab omnibus pro Nuncio, in his quæ ad Nunciaturæ officium, & jure legationis spectant, secus, quo ad alia, quæ speciale mandatum requirunt, ut distinguit Staphil. *qual. deb. esse leg. n.* 10. & in concernentibus jurisdictionem, in quibus non creditur Nuncio, nisi ostensis litteris ex supra allegatis, *c. nobilissimus*, junct. glos. 97. *dist.* Abb. *in cap. quod super his, n.* 5. & Felin. *n. 9. de fide instr.* licet autem Staphil. *ubi sup. nu.* 12. teneat, quòd, si Legatus habeat in facultatibus, quòd non teneatur inferere, vel ostendere facultates, stabitur assertionis suæ, argumento statuti disponentis, quòd statur juramento officialis, ibi loquitur de Legato de latere, & sic de Cardinali, non de Nuncio, & argumentum, quod stetur juramento officialis, non procedit in assertione Nuncii sine juramento, cui non est credendum, quia in causa propria nemo est idoneus testis, *c. si testes*, §. *item omnibus*, 4. *q.* 3. *c. insuper. in fi.* & ibi Abb. *nu.* 6. *de testi.* tantò minus, quia unicus & unicus testis non probat, *c. veniens, & c. licèt*,

licèt, *t. eod. tit.* etiam si præsidialis curiæ honore præfulgeat, *d. cap. si testes*, §. *jurisju-*
23 *ran.* & etiam, quòd sit Cardinalis, † quando agitur de alterius præjudicio, ei soli non 25
creditur, Abb. *in cap. quòd super his, num. 5. vers. si tamen aliquid*, & Felin. *nu. 12. vers. tertia conclusio, de fide instr.* In his autem in quibus creditur Legatis de latere, non creditur Nunciis, quia sunt inferiores in absentia Papæ, ut ibi per Abb. *vers. inferiori verò*, & Felin. *num 8. vers. quod autem, & num. 12. in prin.* mihi enim contingit in facto, quòd prætendens Nuncius Apostolicus conferre beneficium in Metropolitana Ecclesia Provinciæ suæ legationis in mense reservato, tunc vacans, op 26
ponente capitulo ejusdem Ecclesiæ de defectu facultatis, quam nunquam edere voluit, asserens, non teneri, affirmans in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, conferendi facultatem habere, illamque edere non teneri, quam mihi tandem ad partem legendam exhibuit, ea lecta, reperi 27
24 facultatem conferendi † cum expressa limitatione, non tamen in Cathedralibus, quapropter abstinuit à collatione, & vidi facultates Nunciorum quandoque impressas, & omnibus apud Bibliopolas venales, & aliquando apud alios ita custoditas, & occultas teneri, quòd eorum dicto, quod in illis facultatibus contineretur, 28
standum videbatur, & nihilominus casu, quod de eorum provisionibus, & concessionibus in Rota disputari contingat, omnino facultas est exhibenda, cum præsertim Nuncii beneficia sine speciali facultate conferre non possint, *d. c. 1. de off. leg. in 6.* & tunc non sufficit, quòd in litteris collationis legatur, fuisse factam vigore facultatis eidem Apostol. auctoritate attributæ, quia non creditur referenti, nisi constet de relato, *auth. si quis in aliquo, C. de eden.* & in causis pendentib. in Rot. producuntur.

Legati nati sunt, † qui habent legationis officium vigore dignitatum ex privilegio Apostolico indultum, ut Archiepiscopus Cantuarien. & Eboracev. in Anglia, Remen. in Francia, & in Italia Pisarum, *c. 1. de off. leg.* & ibi Abb. *num. 1. & 2.* ubi Seb. Sap. *in add. gloss. in cap. 1, ver. Ecclesiarum, eod. tit. in 6.* & Compost. *in rubr. de off. leg.* & de Legatorum facultate habetur per Doct. *tot. tit. de off. leg.* Felin. *in d. cap. quod super his, num. 8, 9, 10, 11, & 12*, & plene per Spec. *in d. 1, par. lib. 1, de leg.*

Tertius † est ordo Episcoporum quadripartitus in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, *cap. cleros*, §. *ordo verò*, 21, *dist: cap: unic:* §, *final: de stat: reg: in 6.* Concil. Trident. *in cap: 1*, §, *ne verò, de reform. sess: 23.* & Pius V. *in Bull: Roman: cap: 115, circa princip.* Patriarchæ principales † sunt quatuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, *cap. cleros*, & ibi gloss. *in ver: in Patriarchis*, 21, *dist: & cap: final:* 21, *dist:* præter Romanum Pontificem, qui Basilicæ Lateranensis est Patriarcha, *cap: in nomine Domini, in princip: 23, dist.* & est Patriarcha Patriarcharum, quorum Constantinopolitanus † post Papam primum locum obtinet, *d: cap: Sacrosancta, in fine, & cap. Constantinopolitana*, 22, *dist:* secundum, Alexandrinus, tertiò, Antiochenus, quartò, Hierosolymitanus, & quòd post Romanam Ecclesiam, quæ mater universorum Christi fidelium est & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, & Hierosolymitana quartum locum obtineant,

fuit diffinitum in Conc. Lateranen. *cap. 5, de ord. sed. Patriarch. cap. renovantes, & cap. nal. ead. distin.* 22. Alii Patriarchæ sunt Aquileien. Gradensis in Istria, Venetiarum, & Lugdunen. qui apud Lugdunen. Primas nuncupatur, & licèt Primates à Patriarchis nomine differant, † tamen idem est officium, quia Episcopi ab Archiepiscopis ad Primates appellant, *cap. 1, 99, distin.* gloss. *in cap. unic. §, final. in ver. Patriarchu, de stat. reg. in 6,* & Rebuff. *in sua pract. benef. de devol. num. 24,* sed non habent locum cum cæteris Patriarchis, Archiepiscopi quandoque, & patriarchæ nuncupantur, *l. jubemus nulli, &* ibi, gloss. 2, *C. de sacrosanct. Eccles.* & auth. *de Eccles. tit. in princip.* Urbes verò, ac loca, in quibus Primates præsidere debent, non à modernis, sed multis ante adventum Christi statutæ sunt temporibus, quarum primates gentiles etiam pro majoribus negotiis appellabant. In ipsis verò Urbibus post adventum Christi Apostoli, & eorum successores, Patriarchas, & Primates posuerunt, & Beatus Petrus in illis civitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcopos, Patriarchas, vel Primates poni præcepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & majora negotia in fide agitarent: in illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines, Archiepiscopos instituti mandavit. In singulis verò reliquis Civitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantum vocabula sortirentur, ut *cap. 2, & 3. 80, dist.* & gloss. *in cap. 2, 13 q. 1.* Parochialium vero fines, ac terminos Dionysius Papa distinxit, & divisit, ut *d. cap. 2,* ubi etiam gloss. *13, q. 1, cap. pastoralis, de his, quæ fil. à prælat:* & Bertran. *in cons: 350, num: 1, par: 2.* atque modernis temporibus indivisæ reperiebantur, Conc: Trident: dividi mandavit, ut *cap: 13, de reform: sess: 24.* Archiepiscopis autem solicitudo totius Provinciæ est commissa, *d. cap. cleros, §, ordo verò, 21, distin.* & causas appellationum ab Episcopis suis suffraganeis interpositas cognoscere possunt, sed in propria Diœcesi tantum, *cap. 1, & cap. ut litigante, de off ord. in 6, & cap: nullus Primas 9. q 2.*

29 30 Aliæ sunt dignitates, † ut Abbatiales, quarum Abbates, etiam exempti, & habentes jura Episcopalia, & Diœcesi, tenentur Episcopo reverentiam exhibere, Felin. *in cap. conquerente, num: 1, de off ind ord.* & Cassan. *in cathal glo: mun: 4. part: 27, consid: in princip: &* 31, *consid. circa medium.*

31 Ipsique Abbates regulares † præferuntur cæteris clericis, & aliis Episcopo inferioribus in dignitatibus Ecclesiasticis sæcularibus constitutis Abb: *in cap: decernimus, num: 2,* & ibi Zach: *in apostil. de jud.* & post Dec: ibi Gemin: & Bal. quos citat, tenet Cassan: *eadem par: 4. consid. 32,* in princip. Inter Abbates autem quatuor gene-

32 rales ordinum capita, † videlicet Sancti Benedicti, Cluniacen. Cistercien. & Præmonstraten. omnibus aliis Abbatibus præferuntur, ut per eund. Cassan: *d. par. 4, 31, consid.* Abbates enim veniunt appellatione Prælatorum, ut per Abb. *eod. num. 2.* Quò autem præcedant aliis dignitatibus Ecclesiasticis sæcularibus post Episcopalem, procedit quando Dignitates, & canonici Ecclesiæ Cathedralis collegialiter

33 non incedunt, † quia collegialiter Cathedralem Ecclesiam repræsentant, & tunc præstolasti, *numer. 4, vers. fallit. 3, de rescript.*

script: & Cassan: *eadem par. 4, considerat: 32.*

34 Dignitatem † habent etiam Protonotari, quorum alii ordinarii, & alii supranumerarii: Protonotarii ordinarii sunt participantes, qui habent officium Protonotariatus cum fructibus, qui ex eo in Romana curia percipiuntur: extraordinarii verò ad honores,& dignitatem Prælaturæ sunt creati, qui rochetum portare possunt. Protonotariatus autem est digni-
34 tas, † cum Protonotarii sint notarii Papæ, ut *cap:2,& cap.cum redemptor,12,q.2,* gloss. 1, *in cap. scriptum de elect.* & isti etiam quibuscunque Canonicis, & dignitatibus non tamen Capitulariter incedentibus præferuntur, ut per Cassan. *loco supracitato, consid. 29.* ubi de dignitatibus Romæ Curiæ, & aliis copiosè scripsit in prædicta parte 4. per totam, quod puto distinguendum, quia aut Protonotarius extraordinarius est in habitu prælaturæ, & tunc extra ecclesiam præcedit alias dignitates sine prelatura,secus si est sumendus in simplici habitu Sacerdotali,in quo præsumitur simplex persona ecclesiastica, nisi aliàs sit persona gravis, & nota, quo casu habitus non attenditur.

DE ELECTIONE EPISCOPORVM, & qualitatibus in eis requisitis. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, quomodo eligantur.*
2 *Episcopatus Fossanen. est juris patronatus Serenissimi Ducis Sabaudiæ.*
3 *Electio, & nominatio idem sunt.*
4 *Præconizatio quid sit.*
5 *Episcopi, quomodo confirmentur.*
6 *Cedula consistorialis, quid sit.*
7 *Ætas triginta annorum completorum in Episcopo requiritur.*
8 *Illegitimus est inhabilis ad Episcopatum.*
9 *Episcopus promovendus per sex menses ante debet in sacris esse constitutus, & doctor, aut licentiatus.*
10 *Privilegium doctoratus non facit doctorem.*
11 *Examen promovendorum ad Episcopatus, fieri debet.*
12 *Episcopi sunt parochi parochorum.*
13 *Litteratura conveniens sufficit, & quæ aliæ qualitates in Episcopo requirantur.*
14 *Episcopatus est onus Angelicis humeris formidandum.*
15 *Processus super concernentibus cathedralem Civitatem, & diœcesim, quomodo formandus.*
16 *Fidei professio ab Episcopis promovendis emittenda.*
17 *Processus promovendorum ad Episcopatus, quomodo subscribantur.*
18 *Cedulæ pro Episcopis promovendis Cardinalibus dandæ,quid continere debeant.*
19 *Cedula cōsistorialis quomodo expediatur.*
20 *Episcopi quomodo ordinentur.*
21 *Episcopi, quando acquirant ordinariam jurisdictionem.*

22 *Consecrari debent Episcopi infra tres menses.*
23 *Ordinis potestas per consecrationem acquiritur.*
24 *Episcopi per totam diœcesim habent ordinariam jurisdictionem.*
25 *Episcoporum appellatione, qui veniant.*
26 *Ordo sacerdotalis post Christum à Petro incepit.*
27 *Episcopi officium quomodo facile, & difficile.*
28 *Episcopum, qualem esse oporteat.*
29 *Episcopi munus, in quibus consistat.*
30 *Episcopi, quales esse debeant.*
31 *Episcopi, quomodo subditis præesse debeant.*
32 *Canonici cathedralium ecclesiarum, quomodo sint corrigendi.*
33 *Crimen hæresis, etiam in loco exempto commissum ab Ordinario cognosci potest.*
34 *Exempti, etiam regulares, extra cluastra degentes, ab Ordinariis locorum corrigi, & puniri possunt.*
35 *Episcopi dominicis, & solemnibus diebus missam celebrare tenentur.*
36 *Episcopi suarum diœcesum, & etiam aternorum, animarum cura debent habere.*
37 *Ecclesiarum substantia per filios solet periclitari.*
38 *Filios, vel nepotes ex filio habens, non est Episcopus eligendus.*
39 *Eliguntur Episcopi filios habentes de consuetudine.*
40 *Filius est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris.*
41 *Filii in ecclesiis parentum, vel vacantia per mortem parentum beneficia obtinere non possunt.*

1 EPISCOPI † eliguntur, confirmantur, & consecrantur. Eliguntur ad Episcopatus à patronis jus patronatus habentibus à Papa confirmandi, si idonei sint electi, ut ad Episcopatum Viglevanen. à Rege Hispaniarum, & ad Episcopatum Fossanen. à Duce Sabaudiæ titulo fundationis, & dotationis modernis temporibus ultra alios aliàs fundatos,
2 & dotatos per ipsos legitime acquisito †, cum dotatio, & fundatio sint duo ex tribus modis acquirendi jus patronatos, *cap. decernimus, cap. monasterium, cap. rationis ordo, 16. q: 7,* & Concil. Trid. *cap: 9, de reform: sess: 25,* & licet à patronis ad beneficia jus patronatus nominentur, † nomi-
3 natio, & electio idem sunt, *cap. cùm terra, & cap: cùm in jure, de electio, & l. nominationum forma,* ubi gloss. C. *de decur, lib: 10.*

4 Ad Episcopatus, † qui ad liberam Papæ dispositionem spectant, eliguntur, cum in Consistorio præconizantur, & præconizatio habet vim electionis, cùm fiat tantum ad effectum nominandi personam ad Episcopatum assumendam, ut, si quis sciret aliquod impedimentum, quominus taliter præconizatus assumi deberet, illud manifestare posset, & ista præconization nullum tribuit jus, aut jurisdictionem, nec potest quis illius vigore fructus percipere, cùm Episcopus nominatus, donec à Papa fuerit provisus, se in jurisdictione, & fructuum perceptione immiscendo, sit intrusus, *cap. quòd sicut, in princip: de elect.* Rebuff: *forma dimiss: lit: par: 1, n. 3,* & Oldrad.
5 *cons: 246, n: 1.* Confirmatur postea, † quando alia die in eodem consistorio, fabricato prius processu super vita, & moribus promoven-

6 movendi, † expectur cedula, quam in Urbe vocant, consistorialem, quæ habet vim supplicationis in Dataria expeditæ, & illa est matrix, super qua litteræ Apostolicæ sub plumbo expediuntur, & antequam litteræ expediantur, illa cedula dicitur gratia informis, ut informis gratia dicitur supplicatio, Gomes. *de infir: resign: quæst:* 18, *n.* 1.

7 Processus primò fabricatur † super ætate, cùm Episcopus debeat trigesimum annum suæ ætatis compleviſſe, *cap: cùm in cunctis*, §, *præsenti decreto*, & ibi etiam glos. *de elect.* Host. *in sum: de elect:* §, *quis eligendus, num:* 9. Secundò super legitimis

8 natalibus, quia illegitimus † sine Papæ speciali dispensatione, quæ vix ad Episcopatus obtinendos conceditur, est inhabilis, ut ad Episcopatum assumatur, *cap: cùm Vintonien: ecclesia, ex de elect.* glos: *in cap grandi, in ver: legitimo de supl: negl. Prælat: in* 6, *cap.* 1, *de fil: presb:* Concil. Trident. *cap.* 1. *sess.* 7: *& cap:* 1, § *omnes verò, de refor:*

9 *sess* 24. Tertiò, an saltem † sex mensibus ante promotionem fuerit in sacro ordine constitutus, Concil. Trident. *cap.* 2, *de reform: sess:* 22. Quartò, si antea in Universitate studiorum magister, sive doctor, aut licentiatus in sacra Theologia, vel jure canonico, aut publico alicujus Academiæ testimonio, idoneus ad alios docendos ostendatur, *d. cap: 2. de reform: sess:* 22. quæ

10 nec sufficiunt, † quia, cùm privilegium doctoratus non faciat doctorem, sed requiratur doctrina, Clemens Papa VIII. ut non solùm habentes privilegium, sed docti viri ad cathedrales assumantur, statuit, quòd ad Episcopatus in Italia assumendi in Urbe coram ipso, & sacra congregatione Cardinalium, aliorumque gravium, & peritorum Prælatorum, & viro-

11 rum, in Gallia verò, & Hispania † coram S. R. E. Cardinalibus Legatis ibi existen & Legatis deficientibus, coram sanctæ Sedis Apostolicæ Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, de speciali Papæ mandato assistentibus aliis Prælatis, ac peritis viris, ut hujusmodi negotii gravitas requirit, se examini subjiciant, qui approbati, & non aliàs ad ecclesiarum regimina admittuntur, Concil. Trid. *c.* 1, *de reform. sess* 24. cùm absurdum videretur, quòd providendi de parochialibus, rigoroso examini se subjicere tenuerentur, Conc. Trid. *in c.* 1. *sess* 24 *de refor.* Ad ca-

12 thedrales autē assumendi, † qui in eorum diœcesi sunt parochi parochiorum, cùm universalem illius curam gerere teneantur, *c. rationis in fine*, 100. *dist. & cap sugg: stum*, 7. *q.* 1. absque examine admitterentur, &

13 licet quis non sit eminentis, † sufficit quòd sit convenientis litteraturæ, *c. cum nobis*, §. *his igitur, de elect. cap. nisi*, §. *pro defectu*, & ibi Abb. *num.* 10, *de renunc.* Quintò, an sit bonæ vocis, conditionis, & famæ, non rixosus, non criminosus ex supra deductis.

14 † Sextò, an in rebus gerendis pro Episcopatus administratione sit aptus, cùm sit onus Angelicis humeris formidandum, Concil. Trident. *c.* 1. *paulò post princ. de reform. sess* 6. & hæc, quoad personam, & qualitates assumendi. Ulterius formatur

15 † processus super reditibus cathedralis, ad quam quis sit assumendus, ac illius status, tam in capitibus, quàm in membris, sub cujus temporali dominio, & Provincia sit posita, si ecclesia sit suffraganea, sub quo Metropolitano, si verò sit Metropolis, quot sub se suffraganeos habeat, in qua parte civitatis, & vicinia cathedralis sit constructa, & an circumcirca habeat

domos

domos canonicales, quot in ea sint Dignitates, & quæ, quot canonicatus, quot sint beneficiati ad residentiam obligati, quæ, & qualis sit fabrica ecclesiæ cathedralis, si contiguum habeat campanile, & campanas, si sacristia sit paramentis, vasis argenteis, aliisque necessariis decenter munita, an unam, vel plures habeat sacristias, & aptas. An habeat palatium Episcopale pro Episcopi, & ejus familiæ congrua habitatione. In civitate, & diœcesi quot sint ecclesiæ collegiatæ, quot, & quæ monasteria regularia, tam virorum, quàm mulierum, an institutum fuerit collegium seminarii puerorum, unum, aut plura, juxta Sacri Conc. Trid. dispositionem, *c. 18, sess. 23, de reform.* quot pueri in eisdem reperiantur, & an vivant ex reditibus beneficiorum eisdem collegii seminariorum unicorum, vel ex portione fructuum ab aliis beneficiis detractorum ad formam dicti *c. 18; §, & quòd*, si in eadem civitate, & diœcesi reperiantur erecti plures montes pietatis, hospitalia, confraternitates, aut alia pia loca, quot sint parochiales in civitate, & diœcesi, sub cujus titulo sit cathedralis, & an in eadem adsint corpora Sanctorum, aliæque reliquiæ, & decenter asserventur, Si civitas, & diœcesis sit ab hæretica pravitate munda, vel aliqua in parte suspecta, aut infecta, an civitas sit populata, & quot animas habeat, quot in tota diœcesi consistant, si non in numero certo, qui vix haberi potest, saltem circumcirca, super quibus omnibus testes quàm graviores haberi possunt in competenti numero, qui præmissa legitimè probent coram notario, seu secretario, ad hoc à Cardinali proponente deputato.

16 Peracto autem examine, † assumendus genibus flexis fidei professionem coram eodem Cardinali proponente emittit, juxta formam à Pio IV. traditam *in Bullario constit.* 114. Injunctum nobis, & si in Regnis Franciæ, vel Hispaniarum, aut in Germania, in manibus Cardinalis Legati, vel Nuncii, aut alterius dicto examini præsidentis, & in publico instrumento omnia rediguntur, quo à notario, vel secretario subscripto, & authenticato, Cardinalis proponens illud subscribit, attestando, processum vidisse, & proponendum requisitas habere qualitates, & à Cardinali proponente ad Cardinales capita ordinum, videlicet seniorem ex ordine Episcoporum, seniorem ex ordine Presbyterorum, & seniorem Diaconum defertur, qui omnes eundem processum perfectum, quo per assumendum fuerint requisita probata, † primò Episcopus, secundò Presbyter, & tertio loco Diaconus Cardinales subscribunt, affirmando, se adhibita accurata diligentia, invenisse promovendum qualitatibus à jure, & sancta Synodo requisitis præditum, ac certò existimare ipsum idoneum esse, ut *in c. 1, de refor. sess 24.* quo facto ad Cardinalem proponentem reportatur, & facta † cedula summarium totius processus continente, tot copiæ ejusdem fiunt; quot in consistorio Cardinales esse debent, & una, quæ Papæ defertur, pridie, quàm dicta cedula in consistorio proponatur, facta hujusmodi propositione, illaque à Papa admissa, supradicta cedula, † quæ consistorialis vocatur, manu Cardinalis proponentis subscripta, & ejus sigillo munita expeditur, qua confirmatur electio, & deinde Episcopus infra legitimum tempus, de quo infra, per consecrationem ordinatur.

17 18 19

20 tur. † In Episcopi ordinatione duo Episcopi manus imponere, & Evangeliorum librum super caput, & verticem ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangere, & tenere debent, *cap. Episc. 23, dist.* & super eadem
21 cedula, litteris Apost. expeditis, † illarum vigore possessione subsequuta, acquirit ordinariam jurisdictionem, *cap. transmissam, de elect.* quæ Episcopis tribuitur à Papa, qui vices suas ita aliis impartitur ecclesiis, ut Episcopi in partem vocantur solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, *cap. decreto, cap. qui se scit, 2, q 6, cap. loquitur, §. Episcopatus, 24, q. 1,* & Varg. de *auct. Pont. in tract. tom. 13, propos. 4, confir. 5, sub nu. 1.* Ex tribus enim jurisdictio ordinaria competit, ex lege, consuetudine, & privilegio, *cap. cum contingat, juncta glos. in ver. consuetudine,* ubi etiam Abb. *num. 5,* & Felin. *num. 2, de for. compet. cap. conquestus,* & ibi glos. *eod. vers. consuetudo, 9, q. 3,* & Abbas *in cap. duo simul, n. 2, de offic. ord.* Postmodum verò consecrationis munus intra tres
22 menses suscipere tenentur, † sub pœna amissionis fructuum, & negligentes per alios tres menses, ecclesiis sunt ipso jure privati, *cap. qui quidam, 75, dist. cap. quoniam quidam, 100, dist.* Conc. Trident. *cap. 9, de reform. sess. 7, & cap. 2, de reform. sess. 23,* Navar. *in cap. 25 num. 118, tom. 2,* & Graff. *dec. aur. cap 97, num. 52, par. 1, lib. 2.*
23 Per consecrationem enim † acquiruntur ordinis potestatem, ut in d. cap. transmissam, ubi etiam glos. *final. ante med. de electio.* & in tota diœcesi habent jurisdictio-
24 nem ordinariam, † quam per se ipsos, vel alios, in quolibet loco non exempto, pro tribunali sedentes causas audiendo, & quæ ad eorum jurisdictionem pertinent, expediendo, libere possunt exercere, *cap. cùm Episcopus, eod. tit. de offic. ord. in 6.* E-
25 piscoporum enim appellatione † veniunt etiam Patriarchæ, Primates, & Archiepis. *cap. cleros, §. ordo verò, vers. omnes autem, 21, dist.* & Archid. *in cap. 1, de stat. reg. in 6.* qui omnes habent jurisdictionem, intra limites suarum diœcesium, *d. cap. cum Episcopus,* juncta glos. *de offic. ord. in 6.*

26 Post Christum Dominum, † à Petro Sacerdotalis incepit ordo, quia ipsi primum Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino ei dicente, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & dabo tibi claves Regni cœlorum, ubi ligandi, solvendique potestatem, primus accepit à Domino, primusque ad fidem populum suæ prædicationis virtute adduxit, verboque instituit, cœteri verò Apostolicum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt, qui etiam jubente Domino, in toto orbe terrarum dispersi, Evangelium prædicaverunt, ipsis quoque decedentibus, in loco eorum surrexerunt Episcopi, *cap. in novo, 21, dist. cap. sacrosancta, 22, dist. cap. quorum vices, 68, dist. cap. in illu, 80. dist.* & Concil. Trident. *cap. 4, sess. 23.*

27 In hac autem vita † nihil facilius, & levius & hominibus acceptabilius Episcopi officio, nisi negligenter, & adulatoriè administretur, sed nihil apud Deum miserabilius, tristius, & damnabilius, nihilque difficilius ac laboriosius, & periculosius Episcopi officio, sicut apud Deũ nihil beatius, si eo modo militetur, quo militari præcipitur, ut ait S. August. *relat. in cap. ante*

omnia, 40. *dist.* & scire debent Episcopi, aliique Prælati, quòd, si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exẽpla tranf mittunt; unde necesse est, ut tantò se cautiùs à culpa custodiant, quantò per prava, quæ faciunt, non soli moriuntur, B. Gregor. *relatus in cap. præcipuè, §. scire Prælati*, 11, *q.* 3 *& cap. nulli fas*, 25, *q.* 1.

28 Episcopum † oportet irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum, non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli, oportet autem illum testimonium habere bonum, etiam ab his, qui foris sunt. Paul. ad Timoth. *epist.* 1, *c.* 1, *c. qui Episcopus*, 23, *distinct. cap. unum orarium*, 25, *distinct. cap. Episcopum* 61, *distin.* & Conc. Trid. *cap.* 1, *vers & quoniam oportet, sess* 2. ejus
29 autẽ munus est, † oves suas agnoscere, pro illis sacrificiũ offerre, verbiq; divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorũ omnium operũ exemplo pascere, pauperũ, aliarumq; miserabilium personarum curam paternam gerere, ad omnia munia pastoralia incumbere, & subditorũ omniũ vitia, ne criminosam, nevè inhonestã vitam, ipso connivente, ducant, redarguere, *cap. qualiter, & quando, il.* 2, *de accus.* Conc Trid. *cap.* 1, *sess* 6, *& cap.* 1, *in princ. sess* 23. ubique de reformatione. Ir-
30 reprehensibilem esse oportet, *cap. ult.* 25, *dist. c. ult.* 2, *quæst.* 7, *cap. si quũ*, §. *item Episcopum*, 1, *quæst.* 7, *& cap. quidem*, 11, *quæst.* 1. sobrium, non vinolentum, *cap. Episcopus*, 35, *dist.* prudentem, ornatum, & pudicum, *dicto cap. qui Episcopus*, 23. *dist.* hospitalem, ne sit de numero eorum, quibus in judicio dicetur, hospes fui, & non me suscepistis, *Matth. cap.* 25, *in fine, & distin.* 42, *in princ.* cùm fine liberalitate necessitatem patientibus succurrendo nomen Episcopi non mereatur, *cap. fratrem nostrum*, 86, *dist.* Doctorem, quia alios docere tenetur, *cap. qui ecclesiasticis, cum seq.* 36, *dist. & dist.* 86. *in princip.* & non sufficit innocens vita, nisi adsit etiam doctrina, 43, *dist. in princ. & cap. seq.* sine crimine esse debet, ut alios liberiùs arguere possit, *cap. ult.* 25, *dist.* cùm criminosus magis dicendus sit canis impudicus, quàm Episcopus, *Cap. qui nec*, 2, *q.* 7. & propriis manibus neminem lædere, vel flagellare licet, *cap. non liceat*, 86. *dist.* non litigiosum, cùm debeat occupationes sæculares abjicere, ne præfocatus curis negociorum Dei verbo vacare non possit, *cap. te quidem*, 11, *quæst.* 1. non cupidum turpis lucri gratia, nec aliquo inhonesto negotio victum sibi necessarium quærere debet, *dicto cap. non liceat*, §. *prohibetur*, 86, *dist.* non venatorem, *cap. Episcopum*, 34. *dist.* non neophitum, quia neophiti prohibentur in Episcopos ordinari, ne elati in superbiam, tanquam Religio Christiana plurimum eis egeat, in judicium incidant, & in laqueum diaboli, Paul. ad Timoth. *dist. epist.* 1, *cap.* 3, *& cap.* 1, *& 2*, 48, *d.* & qualitates requisitæ in Episcopo, sequentibus versibus comprehenduntur. Primùm præcipitur, quòd sit sine crimine Præsul, monogamus, sobrius, prudens, ornatus, & hospes, casta docens, non percussor, non litigiosus, non cupidus, bene dispositus, non neophitus, ut aliis, Apostolica, quòd præsit regula jussit, ut per Hostiẽ. *in sum. de temp. ord.*

ord. §. & à quo, nu. 7. in fin. Pluresque alias qualitates, & virtutes in Episcopo requisitas ad bene munus suum explendum copiosè, & optimè scripsit Card. Paleot. *in Archiepiscopali Bono, cap. 6, cum pluribus seqq. part.* 1. Pastores quidem, non
31 † autem percussores Episcopi esse debent, & ita subditis præesse eos oportet, ut non in eis dominentur, sed illos tamquam filios, & fratres diligant, monendo, rogando, arguendo, obsecrando, & increpando, *Pet. 1, Epist. in cap. 5, circa princ. cap. ult. distin. 94, cap. esto subjectus, 95, distin.* & Concil. Trident. *cap. 1. de reform. sess* 13. Post correctionem verbalem contra incorrigibiles ad acriora, & graviora remedia descendere, & procedere debent, *cap. corripiantur, cum seq. 24. quæst. 3:* & ubi ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, & cum lenitate severitas est adhibenda Concil. Trid. *dicto cap. 1, de refor. sess:* 13: omnesque subditorum suorum excessus corrigere, & ipsos visitare, ac de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, tamquam Sedis Apostolicæ delegati cognoscere, & castigare possunt, quibuscunque exemptionibus, consuetudinibus, concordiis, consanguinitate, familiaritate, & aliis non obstantibus, *cap. irrefragabili, de off. ord.* & Concil. Trident. *cap. 3, & 4, de reform.*
32 *sess.* 14. † exceptis Canonicis cathedralium ecclesiarum, qui per Capitula corrigi consueverunt, in ecclesiis, quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt, & tunc à capitulo ad jussionem Episcopi, infra terminum competentem, ab eo præfigendum sunt corrigendi, alioquin Episcopus corrigere potest, *dict. cap. irrefragabili, §. excessus tamen, de off ordin.* & ibi Innocent. in princip. & Concil. Trident. *cap. 6. de ref. sess. 25.*

33 Corrigi etiam, † cognosci, & puniri ab Episcopis possunt exempti ratione delicti, contractus; & rei, si delictum fuerit commissum, & contractus celebratus in loco non exempto, & res de qua agitur, in loco etiam non exempto situata existat, de crimine hæresis etiam in loco exempto commissi, superfluarum comessationum, illicitarum fabulationum, & divinorum officiorum celebratione, & in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum, *cap. dolentes, de celebr. Miss. cap. ad abolendam, ext. de haret. cap. 1, de probat. in 6, cap. unico, §. fin. & cap. 1. de privil. eod. lib. 6.* & Concil. Trid. *cap. 14, de ref.* quoq etiam dictum, *c. 1. innovat. sess. 7.* ratione personæ, si exempti etiam regula-
34 res clausirales, † extra clausira degentes delicta committunt, ab Ordinariis locorum, in quorum jurisdictione sunt commissa delicta, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegatis, visitari, puniri, & corrigi possunt, Concil. Trid. *cap. 3, sess. 6, & cap. 4, de reform. sess 14.*

35 Tenentur Episcopi † diebus Dominicis, & festis solemnibus, legitimo cessante impedimento, Missam celebrare, pro quo facit Conc. Trid. *cap. 2, sess 2.* quia habent curam animarum totius diœcesis, *argum. tex. in cap. 14. de reform. sess 23.* debentque non modò pauperum suarum diœcesum,
36 † sed externorum etiam curam habere; Nam beatus Petrus profecturus ad prædicandum Judæis dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiã, Bithyniã, & Paulus profecturus ad gentes ab Hierosolymis per circuitum usque ad Illyri-

cum, cùm scirent, hoc esse proprium pastoris, non solùm spiritualia gregi ministrare; id quod potissimum est; sed egentibus ea etiam, quæ ad vitæ usus necessaria sunt, providere, curam pauperum habere voluerunt, ut discant Episcopi animarum, & corporum pastores, si fortè pauperes in Diœcesi sua non habent, aut superest, eorum necessitati, alienis etiam pauperibus opitulari, aut etiam, si ex Diœcesi sua ad usus suorum pauperum, quantum satis sit, colligere non possunt, ut aliunde quærant, quia cura pauperibus subveniendi communis esse debet, sicut Paulus ex ecclesiis Galatiæ ad pauperes Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis mittebat, ut 1. *Corinth: cap:* 16, & Navarr: *in tract: de red: ec-*
37 *cl: d:* 3, *n:* 10. † Nam, quia per filios solet Ecclesiarum substantia periclitari, *cap: de Syracusana,* 28. *distin.* & Episcopi solent esse cœci circa nepotes, secundum gloss: *in cap. pervenit,* 1, *q:* 3, *& Concil: Trid: c.* 1, *sess.*
25, *de refor.* habens filios, vel nepotes et-
38 iam legitimos, † in Episcopum non est eligendus, *authen. quom. op. Epi.* §. 1. *colum.* 1, & hoc locum nepotum nomine filii filiorum, non autem fratrum, aut sororum filii vocantur, *l. Iurisconsultus. ff. de grad. cogn.* & Abb. *in cap.* 1, *de test. num.* 2, facit *cap. catinensis,* 61, *dist: & cap: priusquam,* 28. *dist.* & non posse de jure communi habens filios, vel nepotes eligi in Episcopum, nisi dispensativè, tenet Innoc. *in d: c.* 1, *de test.* quem sequitur Abb. *ibi num* 2. & Navarr. *in com: de spol. cleric:* §, 19, *num.* 2. ubi dicunt hanc opinionem juri scripto esse ma-
39 gis consonam, licet † contrarium disponat, *cap. Episcopus, qui filios,* 12, *q* 2, & contraria viguerit consuetudo, quapropter multi Episcopi habentes filios, à Sede Apostolica ad Episcopatus fuerunt promoti, ex opin. Host. quæ communiter est recepta, ut testatur Navarr. *d: num* 2, & secundum antiqua tempora, quando ecclesiæ erant pauperes, hoc licebat, *cap. sicut,* §. *necesse* 47. *dist.* & Innoc. *in d. c.* 1, *in fin. de test.* & puto maxime decere, si nec ad parochiales ecclesias obtinendas qui filios
40 habent, admittentur, † quia filius est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris, *cap. priusquam, in fi. & cap. proposuisti, circa prine. &* ibi gloss. *in ver. filii,* 28. *distinct.*

41 Patres enim † frontem habere non possunt alios de incontinentia redarguendi, *dicto cap. sicut, ver. habentes,* 47. *distinct.* nec propterea filii in ecclesiis, in quib. patres eorum sunt instituti, vel quæ morte parentum immediate vacarunt, beneficia obtinere possunt, *capitulo præsentium, capitulo ad præsentiam, capitulo quoniam, cap. cum decorem, & ca. ad abolendam, de fil. presbyt.*

* * *
* *

DE

DE POTESTATE EPISCOPI, Cap. IV.

SUMMARIUM.

1 Episcopi duplicem habent potestatem Ordinis, & jurisdictionis.
2 Potestatis Ecclesiasticæ definitio quæ.
3 Potestas Ordinis, in quibus consistat.
4 Chrisma conficere, & confirmare est solius Episcopi.
5 Consuetudine præscribi non potest, quòd clericus non Episcopus possit Sacramentum confirmationis conferre.
6 Chrisma duobus conficitur, scilicet, oleo olivarum, & balsamo.
7 Confirmationis Sacramentum quomodo differat à baptismo.
8 Confirmatio quid sit.
9 Chrismatis unctio tripliciter fit in tribus Sacramentis.
10 Effectus Sacramenti confirmationis est impressio characteris plenitudinis Spiritus sancti, conformans nos divinæ bonitati.
11 Sacramentum confirmationis reiterari non potest.
12 Baptismus est fundamentum, & janua omnium Sacramentorum.
13 Confirmati majorem gratiam consequuntur, quàm non confirmati.
14 Confirmationis Sacramentum ex Papæ delegatione à simplici presbytero conferri potest.
15 Confirmationis Sacramentum inducit impedimentum cognationis spiritualis.
16 Ordo est unum ex septem Sacramentis, & distribuuntur ordines in majores, & minores, & sunt septem, qui imprimunt characterem.
17 Episcopatus an sit ordo.
18 Ordines quibus cæremoniis conferantur.
19 Clerici comam nutrire prohibentur, & clericaturam deferre tenentur.
20 Ordinationum tempus quando sit.
21 Ordines minores Dominicis, & aliis festis diebus simul omnes conferri possunt, secus de majoribus.
22 Majores ordines possunt conferri tantùm post annum à susceptione postremi, nisi Episcopo aliud videatur.
23 Ordinari nemo potest à non suo Prælato sine literis dimissoriis sui Ordinarii.
24 Episcopi titulares non possunt aliquem ordinare absque Ordinarii licentia.
25 Mendicare non decet sacris ordinibus initiatos, neque aliquem sordidum quæstum exercere.
26 Ordinibus sacris initiari nemo potest sine titulo.
27 Ordinū pro collatione nihil accipi potest, & quid de notariis pro dimissorialibus.
28 Duo sacri ordines eodem die conferri non possunt.
29 Intervalla temporis in singulis ordinibus quæ sint servanda.
30 Infans ad ordines promoveri non potest, & dicitur infans, qui nondum septennium excesserit.

31 *Attingere annum legitimum sufficit in ordinum susceptione.*

32 *Abbatissa non minor 40 annis, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, eligi potest.*

33 *Inquisitorum legitima ætas est 40 annorum.*

34 *Ordinum impedimenta quæ & qualia sint.*

35 *Bigamus ad ordines promoveri non potest.*

36 *Bigamia est triplex, vera, interpretativa, & similitudinaria.*

37 *Bigamia vera, quæ sit.*

38 *Bigamia interpretativa quot modis contrahatur.*

39 *Bigamia similitudinaria quæ sit.*

40 *Bigamus quare ab ordinibus arceatur, quatuor rationibus probatur.*

41 *Minor ordinatus ordines sacros recipit, sed executio usque ad legitimam ætatem est suspensa.*

42 *Ordinatus extra tempora est suspensus, donec à Sede Apostolica fuerit dispensatus.*

43 *Reges & Reginæ, & quomodo inungantur, coronentur.*

44 *Episcopi quomodo consecrentur.*

45 *Abbates, Abbatissæ, & Virgines quomodo benedicantur, & consecrentur.*

46 *Campanæ ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, & quomodo.*

47 *Degradatio fit etiam potestate ordinis Episcopalis.*

48 *Episcopi, quæ sunt ordinis Episcopalis, aliis demandare non possunt.*

1 EPiscopi † duplicem habent potestatem, Ordinis, & Jurisdictionis, Navarr. *in relect. c. novit, not. 2. num. 83, vers. quibus addo, de jud. to. 2.* & Burſat. *cons. 125,* 2 *num. 23, lib. 1.* quæ generaliter sumpta † est potestas à Christo instituta immediatè, & supernaturaliter ad gubernandum fideles secundùm legem Evangelicam in supernaturalibus, & quatenus ad illa est opus etiam in naturalibus, Navar. *in d. relect. cap. novit, not. 3, num. 81, vers. 17.*

3 Potestas ordinis, † quæ uti dignior est præmittenda, cõsistit in chrismatis, & olei infirmorum confectione, frontis chrismatione, ordinum collatione, & ecclesiarũ, altarium, vasorum divino cultui dicatorum, Abbatum, Abbatissarũ, & Virginum consecratione, vestium, mapparum, aliorumque paramentorum, & campanarum benedictione, earundemque ecclesiarum, ac cæmeteriorum pollutorum reconciliatione, *cap. quamvis, 68, distin. gloss. fin. in cap. transmissa, de elect. gloss. penul. in cap. aqua,* & ibi Abbas *num. 2, & 8, de consecr. Eccles. vel alta, gloss. 1, in cap. quia periculosum, de sent. excom. in 6.* Abb. *in cap. quanto, nu. 3, de consuet.* & Conc. Trid. *cap. 4, & can. 7, de sacr. ord. sess. 23.*

4 Solius autem Episcopi est † chrisma cõficere, *cap. illud, 95. distin. cap. si jubet, 26. q. 6.* & in Cœna Domini quolibet anno est conficiendum, & vetus intra ecclesiam est exurendum, *cap. litteris, de consecr. dist. 3.* & cum chrismate in fronte signare est tantùm Episcoporum, quibus spectat baptizatos confirmare, *cap. presbyteris primo, de consecrat. 4. dist.* Ita quòd nec præscri-

5 ptione † possunt presbyteri nec Episcopi acquirere jus Sacramentũ confirmationis ministrandi, ut *cap. quanto, de consuet.* & Covar. *lib. 1, var. resolut. cap. 10, num. 14.* & sicut aqua est materia baptismi, ita chrisma est materia confirmationis, sine quo conferri non potest, ut *in cap. 1, §. penult. de*

de sacer. Vnct. & *cap. novissimè, de consecr. dist.* † Duo enim sunt in chrismate, scilicet oleum olivarum, & balsamum, Graff. *decis. aur. par. 2, lib. 1, cap 5, num. 10.* si verò per errorem quis non chrismate, sed oleo tantùm deliniretur, non esset Sacramentum iterandum, sed tantùm cautè chrismate supplendum, Innoc. *in cap. 1, de Sacram. non iter.* quem sequitur Covar. *eod. cap. 10, n 4.*

7 Confirmationis † autem Sacramentum differt à baptismo, qui est necessarius ad salutem, non autem confirmationis sacramentum, quod tutius sine peccato potest omitti, quàm ab iis, quibus id conferre non licet, ex temeritate assumatur, ut inquit *tex. in eod. cap. quanto, de consuet.*

8 † Est enim confirmatio consignatio facta cum chrismate in fronte baptizati ab Episcopo cum certa forma verborum ad audacter cõfitendum nomen Christi. Graff. *decis aur par. 2, lib 1, cap. 5, num. 1.* forma autem verborum est: Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis: ita definitur à S. Thom. *art. 3.* S. Bonav. *art. 1, q. 1,* & Rich. *q. 2, art. 4.*

9 Chrismatis verò unctio tripliciter fit, † in tribus Sacramentis, quorum diversitas ex fine accipitur, quia in baptismo fit in vertice, ad significandũ fidei susceptionẽ, quia vertex est locus cellulæ rationalis, ac per modum crucis, ut per crucem Redemptoris bona accepta in baptismate obtinere cognoscamus. In confirmatione fit in fronte, ad significandũ audaciam confessionis, cujus impedimentũ, scilicet, timor, & verecundia magis manifestatur in pallore, & rubore frontis, ex propinquitate cellulæ imaginariæ, fitque in modum crucis, ut in crucifixo, & per crucifixũ sit tota spes, & fiducia confirmato, ut in tentationibus suis recogitet eum, qui talem sustinuit passionem, *cap. 11, ad Hebr.* In ordine verò fit in manibus ad significandum potestatem consecrandi corpus Christi, ut post Petr. 4, *dist. 7 q. 3, art. 3.* tenet Graf.

10 *d. cap. 5, num. mihi 13* † Effectus autem Sacramenti confirmationis est, quòd per illius collationem ita imprimitur character, quemadmodum in baptismo imprimitur character fidei, conformans nos divinæ sapientiæ, & in ordine character potestatis conformans nos divinæ potentiæ, ita in confirmatione imprimitur character plenitudinis Spiritus sancti, conformans nos divinæ bonitati, daturq; per confirmationem plenitudo copiæ gratiæ ad fortiter resistendũ contra pressuras mundi, & quòd in hoc Sacramento Spiritus sancti gratia augeatur, ut cõfirmemur ad pugnandum, probat tex. *in c. 2,* & *c. novissimè, de consecr. dist. 5* † Et, quia hoc Sacramento imprimitur character, reiterari non potest, *c. dictum, cum seq. de consecr. eod. dist. 5.* Ut enim quis illud recipere possit, requiritur, ut sit baptizatus, quia, nisi baptismus præcedat, nihil reciperet, cùm baptismus sit fundamentum, † & janua omnium Sacramentorum, ut *c. 1, & c. veniens, de presbyter. bapt.* & *gloss fin. in eod. c. quanto, de consuet.* Licèt autem Sacramentum confirmationis sine peccato omitti possit, *d. c. quanto, de consuet.* † Tamen pueri confirmati majorem gloriam consequuntur, quàm non confirmati, quemadmodum in præsenti majus obtinent augmentum gratiæ, *cap. 2, de consecr. dist. 5.* & *gloss fin. in c. ut jejuni in eod. dist* & quamvis Episcopis, & non inferioribus liceat Sacramentum cõfirmationis ministrare, nec facultã-

cultatem illud ministrandi possint solis
14 presbyteris delegare, tamen ex delegatio
ne Papæ simplex sacerdos baptizatis con-
firmationis Sacramentum potest ministra-
re, glos. 1, *in eod. c. quanto, in fine, de consuet.*
& ex administratione Sacramenti confir-
15 mationis † oritur impedimentum cogna-
tionis spiritualis impediens matrimonium
contrahendum, & dirimens contractum,
Conc. Trid. *cap. 2, de refor. sess. 24*

16 Ordo vero † est propriè unum ex sep-
tem Ecclesiæ Sacramentis à Christo Do-
mino institutum, Conc. Triden. *cap. 3. &*
can. 3, de sacr. ord. sess. 23. Fuerunt distribu-
ti ordines in majores, & minores, ut dig-
nius, & majori cum reverentia sancti sa-
cerdotii ministerio posset deserviri, *c. 2, &*
can. 2, eod. sess. qui in Ecclesia militante
sunt septem, videlicet Ostiariatus, Lecto-
ratus, Exorcistatus, Acolythatus, & hi di-
euntur minores, Subdiaconatus, Diaco-
natus, & Presbyteratus, qui sunt majores,
& sacri, à quibus retrocedere non licet,
c erubescant, 32, dist. & Dec. *in c. cùm in*
cunctis, n. 2, de elect. & ordines imprimunt
characterem, atque in eorum collatione
accipitur Spiritus sanctus, *c. consultationi*
de temp. ord. & ca. 4, de sacr. ord. sess 23.

17 Sed, quoniam † quæritur inter Theolo-
gos, & Canonistas, an scilicet Episcopatus
sit ordo, & nonnulli secundùm eorum re-
ceptiorem sententiam, tenent opinionem
affirmativam. Illa procedit, quatenus or-
do dicitur officium quoddam, & potestas,
respectu quarundam sacrarum actionum,
quæ sacerdoti non cõpetunt; non autem,
quòd censeatur verus ordo distinctus ab
aliis, quatenus est Sacramentum, & cha-
racterem imprimit, cùm non habeat Epi-
scopus majorẽ, aut distinctam potestatem
supra corpus Christi verum, quàm Sacer-
dos simplex, quapropter Episcopatus pro-
priè ordo non est distinctus à Sacerdotio:
& ita post S. Thom. *in 4. sent. dist. 24. q.*
3, art. 2. & Ricard. Palud. *q. 7.* Sylvestr.
Cajet. & Abb. *in cap. ex litteris, de excess.*
Prælat. ac alios, quos citat, distinguit, &
tenet Covar. *d. cap. 10, num. 15.*

18 Presbyter ordinandus † stola utroque
humero ambitur, & Episcopo eum bene-
dicente, & manum super caput ejus te-
nente, etiam omnes presbyteri præsentes
manus suas super caput illius ponere de-
bent, *c. presbyter, cum seq. 23 dist.* & dum
ipse consecrat, cunctis sacerdotibus sin-
gillatim dicit, consecrare, & sanctificare
digneris manus istas per istam unctionẽ,
& nostram benedictionem, ut, quæcunque
benedixerint, benedicantur, & quæcunq;
consecraverint, consecrentur, & sanctifi-
centur in nomine Domini N. Jesu Christi,
ut in Pont. Rom. jussu Clement. VIII. nu-
per edito, *folio 66. & cap. generaliter, §.*
utrisque enim, 16, q 1. Diacono, dum or-
dinatur, solus Episcopus, qui eum bene-
dicit, manus super caput ponit, quia non
ad sacerdotium, sed ad ministerium con-
secratur, *c. Diaconus, 23. dist.* Subdiaconus
manus impositionem non accipit, sed ca-
licem vacuum cum patena, vacua super-
posita abæpiscopo porrectum dextera ma-
nu tangit, & de manu Archidiac. tangit
urceolos cum vino, & aqua, ac bacile cum
manutergio, *cap Subdiaconus, eod. dist.* &
antiquitùs Subdiaconatus non erat ordo
sacer, cap. nullus in Episcopatum, 60.
dist. inter eos fuit postea connumeratus,
cap. erubescant, 32. dist. & *cap. à multis de*
etat. & qualit. Acolythus, dum ordinatur,
ab Episcopo est docendus, & qualiter in
officio

officio suo se gerere debeat, & tangit candelabrum cum candela extincta ab episcopo porrectum, ut sciat, se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, & urceolum vacuum ad suggerendum vinum in calicem, *cap. Acolythus, 23. dist.* Exorcista accipit de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episc. Accipe, & commenda memoriæ, & habe potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos, *c. Exorcista, eod. dist.* Lector cùm ordinatur, Episc. facit de eo verbum ad plebem, posteà tradit ei codicem, in quo lecturus est, dicens: Accipe, & esto relator verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter impleveris officium tuum, partem cum iis, qui verbum Dei bene administraverunt ab initio, *cap. lector, eod. dist.* Ostiarius cùm ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archid. tradit ei Episc. claves Ecclesiæ de altari, dicens: Sic ages, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur, *c. Ostiarius, eod. dist.* & *in eod. Pont.* ubi de omnibus Ordinibus habetur.

19 Clerici † comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæræ rasum esse debet, *cap. psalmista, cum duobus seq. eod. 23. dist. cap. 1.* quod de omnibus ordinibus tradit, *25. dist.* Ordinum autem ministeria, nisi per constitutos in eisdem ordinibus exerceri non possunt, ut capit. Acolythus, *cap. Exorcista, c: lector, cap. Ostiarius, cap. Psalmista, 23, dist: cap: illud, in cap. singulis, cap: quicunque, 77, dist.* & Conc. Trident. *cap. 17, de reform. sess. 23.* Clerici verò conjugati non bigami in ministeriis quatuor minorum ordinum se possunt exercere, *eod. c. 17. de reform. sess. 23.* & sine examine ordinati sunt deponendi, *cap. ult. 24. dist.*

20 Tempus ordinationum † regulariter est quodlibet sabbatum quatuor Temporum, sabbatum præcedens Dominicam Passionis, & sabbatum sanctum, *cap. sanè, & capit. de eo de temp. ord.* & ibi Abb. *num. 1.* & Conc. Trid. *cap. 9. de reformat. eod. sess. 23.* Quatuor temporum jejunia celebrantur, primum in initio Quadragesimæ, secundum in hebdomada Pentecostes, tertium in Septembri, & quartum in Decembri, *cap. statuimus, 76 dist.* & ordinantes, ac ordinandi jejuni esse debent, *cap. quòd à patribus, & cap. sequenti 75. dist.* † Minores ordines Dominicis, & aliis festivis diebus simul omnes Episcopi conferre possunt, *c. de eo, junct. gloss 2.* & ibi Abb. *nu. 1, de temp. ord* non tamen omnibus, sed, si ita Episcopo visum fuerit expedire, & iis, qui saltem latinam linguam intelligant, *c. 11. de refo. sess 23* † Majores verò tantummodò temporibus supradictis, & post annum à susceptione postremi, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episc. aliud exposcat, ita quòd judicio Episc. qui ab interstitiis ex causa potest dispensare, est relictum, *d. c. de eo, cum ibi not. eo. c. 11, de ref. sess 23.*

23 Ordinari † nemo potest à non suo Prælato sine litteris dimissoriis sui Ordinarii prævio examine exnceſſis, alioquin ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum exequutione quàm diu proprio Ordinario videbitur expedire, est suspensus, *cap. 1, & 2, 9, q: 2, c: 1, & 2, 21, q. 2, cap. 2, & 3, de temp: ord in 6.*

& Conc. Trid. *cap. 3. & 8. de reform. sess. 23.* minusque familiarem non subditum, nisi per triennium secum fuerit commoratus, potest Episcopus sine sui Ordinarij dimissoriis ordinare, & tunc illi statim beneficium conferre tenetur, Conc. *Trid. c. 9. de reform. de sess. 23.* & ex causa occulta potest Ordinarius ascensum ad ordines superiores ordinatis interdicere, *cap. ad aures, de temp. ord.* & Conc. Trid. *cap. 1. de reform. sess. 14.*

24 Episcopi † Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut in aliquo monasterio cujusvis ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegij, etiam prætextu familiaritatis, & continuæ commensalitatis suæ absque proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs, sub eisdem pœnis aliquos ordinare non possunt, Concil. Trid. *cap. 2. de reformat. eadem sess. 14.*

25 Sacris ordinibus † initiatos non decet mendicare, nec aliquem sordidum quæstum exercere, *cap. Diaconi sunt, §. mendicat infelix 93 dist.* & ideo ad eisdem or-
26 dines sacris promoveri nemo debet, † nisi beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium, vel pensionem habeat, quibus se commode possit sustentare, *cap. neminem, c. Sanctorum 70, dist.* & Conc. Trident. *in*
27 *cap. 2, de refor: sess. 21.* † Ordinum autem collatores, eorumque ministri nihil pro collatione ordinum capere possunt, *c. sicut Episcop. 1, q. 2, c. 1, de simo.* nec etiam à sponte offerentibus, Conc. Trid. *cap. 1, de refor: sess: 21.* Notarii tamen in locis, in quibus non viget consuetudo nihil acci-
33 piendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus decimam partem unius aurei accipere possunt, ut *eodem c. 2, sess. 21.*

29 Duo sacri ordines, † eodem die conferri non possunt, quibusvis privilegiis & indultis concessis non obstantibus, *cap. litteras, & cap. dilectus, de temp. ord. &* Conc. Trident. *cap: 13, de reform. sess. 23.* Temporis intervalla, & ætate singulis ordinum gradibus antiquitus præscripta, ut *cap. in singulis cum omnibus seqq. 77, dist.* penitus sublatis, ætas impedit promotio-
30 nem. Infans enim † promoveri non potest ad primam tonsuram, *cap. ult. &* ibi gloss. *in ver. infanti. de temp. ord. in 6.* & infans dicitur, qui septimum annum non explevit, gloss. *in cap. de his in verbo infantia, 28, dist.* & Alexand. *in l. si infanti, nu. 1, C. de jur: delib.* Ad Subdiaconatus ordinem ante 22, ad Diaconatus ante 23, & ad
31 Presbyteratus ante 25. † suæ ætatis annum nemo potest ordinari, Conc. Trid: *c. 12. de refor. sess 22,* & sufficit per diem annum attigisse cùm, completo, & elapso 24 ante 25. dici non possit, & sic de reliquis, gloss: *in cap. cùm in cunctis, in ver. exegerit,* ubi est speciale in Episcopo, quòd annus sit completus, & in aliis inferioribus sufficit attigisse, & ibi Abb. *nu. 6, de elect: & gloss. in Clem. generali in ver. in decimo*
32 *octavo, de æt. & qualit.* † Abbatissa non minor 40. annis, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, eligi debet, & si his qualitatibus non reperiatur, ex his, quæ annum trigesimum excesserint, & quinque annis post professionem rectè vixerint, eligi potest, *c. indemnitatibus, de elect. in 6.* & Conci-
33 lium Trid. *cap. 6, de reform. sess. 25.* † Inquisitor hæreticæ pravitatis minor annis

40. re-

40: regulariter creari non potest, clemen. nolentes, in princ. de hæret.

34 Nativitas † impedit etiam promotionem, quia illegitimè procreati, absque dispensatione ordinari non possunt, *cap.* 1, *& c. litteras de fil. presb.* & ibi Abb. *num.* 3, *cap. si is eod. tit. in* 6, & *cap.* 1, & 2, 56, *distinct.* Corporis vitium, super quo Episcopus dispensare non potest, Innocent. *in cap.* 1, *in fine de corpor. vit.* & habetur *in cap.* 1, 49. distinct. non ordinantur vitiati corpore, dum vitium scandalum generat in populo, ut propter maximum gibbum, qui est valde claudus, habens in oculo maculam, mutilatus manu, qui virilia, non ægritudinis causa, sibi fecit abscindi, qui partem digiti volens sibi ipsi abscidit, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, qui morbo incurabili laborat, & qui digiti partem in duello amisit, *cap. maritum* 33, *distinct. c. si quis abscideri*t, 36 *cap. qui partem*, *c. si quis pro ægritudine* 55. *dist. c.* 2, *c. significavit*, *c. exposuisti*, *de corp: vit: c. presbyterum*, *c. de rectoribus*, *c. tua nos*; *& cap. ex parte de cler: ægrot: & debil.* An autem vitium inducat deformitatem, quæ scandalum pariat, relinquitur arbitrio Ordinarii, *d. c.* 2, & ibi gloss. *penul: & ult: de corp. vit.*

Crimina, ut qui usuras accepisse convincuntur, in scæna lusisse noscuntur, qui publica pœnitentia crimina deflevit, qui aliquando in furiam versus insanivit, & simoniacus, *d. cap. maritum*, 33, *dist.* qui homicidii facto, aut præcepto, aut consilio conscius existit, & apostata, *cap. si quis viduam*, *cap. studeant*, *cap. pœnitentes*, *cap. ex pœnitentibus*, *cap. illud quoque*, *& cap. hi qui.* 50, *dist.*

Administratio aliorum bonorum impedit promotionem, cùm quis ad ratiocinia est obligatus, *cap: unic: de obligat:* ad ratio. ord. vel non, præsertim falsi decoctores, qui ultimi supplicii, & ea pœna, qua fures ipsi de jure, vel consuetudine, aut particulari, vel municipali statuto plecti solent, puniri debent, Pius V. constit. 116. quæ incipit: Postquàm bigamia † cum 35 quis duas duxit uxores, aut cum vidua contraxit matrimonium, *cap. curandum cum seq.* 34, *dist. cap.* 1, *& cap. bigamis de big. conditio.* bigamia impedit, ne quis possit ordinari, & est impedimentum ordinis, quia bis conjugatus non potest apte significare unionem Jesu Christi cùm Ecclesia unica, & sancta sua sponsa, quam excellentia Sacramenti ordinis meretur, *cap. acutius*, *& cap: una*, 26. *dist:* glos. *in cap. debitum*, *in ver. sacramentum*, *de big.* & Navar. *in cap:* 27. *de pr spec. irreg. num.* 195, *tom.* 3.

Triplex est bigamia, † scilicet vera, in- 36 terpretativa, & similitudinaria, glos. *in c.* 2, *de bigam.* Rota *decis. unic. num:* 7, 8, *& 9*, *eod: tit: in no.* Navar. *d. num.* 195, *vers.* 2, *&* Graff. *decis. aur. cap.* 27, *nu:* 38, *par.* 1, *lib.* 4.

37 † Vera bigamia est ejus, qui successivè duxit duas uxores virgines, unam post mortem alterius, etiam, si antequam fuisset Christianus, ipsas ambas, vel alteram tantum habuisset. † Interpretativa qua- 38 tuor modis contrahitur per violationem castitatis promissæ contrahendo cum vidua, vel corrupta, contrahens diversis temporibus cum una de jure, & cum alia de facto, & qui scienter cognovit uxorem adulteram, glos. *in d cap.* 2. *in verb. in bi-* 39 *gamis*, & similitudinaria est, † quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus cum aliqua etiam unica virgine contrahens, & consumans, Navar.

*d:c:27,n:*195. Graff *d:c:*27, *n.*38. & Rot. *d:decis:*1, *n:* 9. licèt enim bigamus ad ordines promoveri non debeat, tamen promotus recipit characterem, *cap. quicunque*, 50, *dist: gloss:in d:cap:*2, *in ver:dispensare, in fine, de bigam.* & Graff. *decis. aur. cap.*1, *num.*24, *par.*2, *lib.*1. sed non habet ordinis exequutionem, ut ibi.

40 Quatuor assignantur rationes, † quare bigamus ab ordinibus arceatur, prima propter defectum sacramẽti unitatis, cùm carnem suam in plures diviserit; secunda propter prærogativam ordinum; tertia propter signum incontinentiæ cum uxore mortua, si aliam duxerit; & quarta, quia frequentator conjugiorũ non habet frontem alios hortandi ad viduitatem, *in cap: una, dist.* 26: & Graff. *d:cap:*11, *nu.*23. Neque promoveri potest, si quis servilis est conditionis, *cap:nullus, cap.nulli, cap: quicunque, cap: servorum, cap. si quis, & cap. ultim:* 54. *dist.* nec Monachus sine consensu Abbatis, *cap. nullus, & cap. si quis*, 58,

41 *dist:* † Minores si ordinantur, ordines sacros recipiunt, sed exequutio usque ad legitimam ætatem est suspensa, *cap. pueri*, cum gloss. 2, *q:*1, *cap:vel non*, cum gloss. *de temp:ord:cap:*2, *de ætat: & qual:* & gloss. 2.

42 *in fine, in clem: fin: eod: tit* † Ordinatus extra tempora est suspensus, donec à Sede Apostolica fuerit dispensatus, *cap: cùm quidam, & cap. literas, de temp. ord.* quæ suspensio est inducta ipso jure, & qui suspensione hujusmodi durante, in eisdem ordinibus ministrare præsumpserint, irregularitatem incurrunt, & beneficiis ecclesiasticis possunt jure privari, Pius II. *Constit.*6. Cum ex sacrorum, in Bull. Rom.

43 Ordinis Episcopalis † potestate etiam Reges, & Reginæ oleo cathecumenorum inunguntur, & coronantur die Dominico, triduano jejunio devotè peracto per hebdomadam præcedeutem, videlicet quarta, & sexta feria, & sabbato præcedente, ipsis præparatis pro sanctissimo Eucharistiæ Sacramento sumendo in metropolitana, sive alia cathedrali ecclesia, ubi solemnitas celebratur, astantibus pluribus Episcopis Regni, emissâ priùs à Rege flexis genibus coram eodem Metropolitano professione juxta formam, de qua in Pont. Rom. Clement. VIII. jussu edito, *fol.*228. & pro consecratione Metropolitanus intingit pollicem dexteræ manus in oleo cathecumenorum, & jungit in modum crucis Regis brachium dexterum, inter juncturam manus, & juncturam cubiti, atque inter scapulas, in eodem Pont. *fol.* 231. & deinde eidem ensem præbet, coronam capiti illius imponit, & sceptrum regale dat, ut ibidem *fol.* 234, & 236. eodemque modo cum injunctione brachii dexteri benedicitur Regina, cui etiam corona capiti imponitur, ut in eod. Pont. *fol.*250, & 251.

44 Eadem ordinis potestate † à Metropolitano, astantibus saltem duobus Episcopis, consecrantur Episcopi, præstito priùs per eos juramento in manibus ejusdem Metropolitani ad præscriptam in eodem pont. formam, *fol.*79. & adhibitis solemnitatibus, & ceremoniis, quæ ibi sequuntur.

45 Abbates verò † eadem forma benedicuntur, & consecrantur, de qua in eodem Pont. *fol.*122, & *seqq.* Et quia de benedictione, & consecratione Abbatissæ, & virginum dantur formæ, in eodem Pont. *fol:* 170, *usque ad fol.* 223. de his hæc obitet mihi dixisse sufficiat.

46 Campanæ etiam † ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, in qua requiritur oleum

oleum sanctum infirmorum, sanctum chrisma, thymiama, thus, myrrha, & thuribulum cum igne, adhibitis quamplurimis exorcismis, & solemnitatibus de quibus in dict. Pont. Roman. *fol.* 515. cum pluribus seqq.

47 † Degradatio fit etiam potestate ordinis Episcopalis, & Episcopus, non autem inferior potest ab ordinibus degradare, *capit. degradatio, de pœnit. in 6.* & Concil. Tridentin. *cap.* 4. *de reformat. sess.* 13, nec hanc potestatem potest Episcopus 48 inferioribus demandare, † quia licèt Episcopus committere valeat, quæ jurisdictionis existunt, quæ ordinis Episcopalis sunt, non potest inferiori gradus clericis demandare, *capit. aqua de consecrat. eccles. vel Altar.*

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE, vel Altaris. Cap. V.

SUMMARIUM.

1 *Consecratio Ecclesiarum pluribus ex causis fuit instituta.*

2 *Consecratas Ecclesias frequentare, & in illis orare debemus, ut orationes sint magis gratæ.*

3 *Consecratio Ecclesiarum tam ex veteris quàm ex novi testamenti præceptis fieri debet.*

4 *Consecrantur Ecclesiæ ab Episcopis pluribus de causis, & sine Episcoporum licentia ædificari non possunt.*

5 *Consecrans Ecclesiam indotatam de suo proprio in defectum fundatoris dotare tenetur.*

6 *Ecclesiæ pluribus casibus reconciliantur.*

7 *Ecclesiâ pollutâ, etiam cœmeterium contiguum est pollutum, & non contra.*

8 *Ecclesiæ reconciliatio quomodo fiat.*

9 *Consecratio, & reconciliatio non, nisi ab Episcopis fieri potest.*

10 *Reconciliatio Ecclesiæ non consecratæ, & cœmeterij quomodo fieri debeat.*

11 *Consecratio Altaris in quibus consistat, & quibus ex causis consecretur.*

12 *Altare, nisi ab Episcopo, aut Episcopi mandato execrari, vel destrui non debet.*

13 *Paramenta, & vasa sacra vetustate consumpta, non sunt ad usus prophanos vertenda.*

14 *Calicem non, nisi de auro, vel argento, licet consecrare.*

15 *Virgines per Episcopum, & non per inferiorem possunt consecrari.*

16 *Procuratio, an debeatur pro consecratione.*

17 *Procuratio præstatur in signum superioritatis.*

18 *Episcopus cujus expensis debeat Ecclesiam pollutam reconciliare.*

19 *Ecclesia regularis polluta cujus sumptibus sit reconcilianda.*

20 *Commodum sentire debet, qui sentit incommodum.*

21 *Iohannes Stephanus Agatia Episcopus Astensis laudatur.*

22 *Ordo Mendicantium pluribus privilegiis gaudet.*

ECCLESIARUM, & Altarium consecratio Episcopis competit ordinis potestate, *ut supra c. proximo, in princ.* & consecratio est simul sacratio, *cap. pudenda, 24. quæst. 1.* & glos. *in cap Episcopus, 23. dist.* pluribusque ex causis fuit institutum, quòd ecclesiæ consecrentur.

1 † Quarum prima, ut diabolus, & potestas ejus penitus expellatur. Cùm enim quædam ecclesia Arrianorum fidelibus reddita consecraretur, & reliquiæ sancti Sebastiani, & beatæ Agathæ illuc delatæ fuissent, *cap. Arrianorum, de consecr. dist. 1.* populus ibidem congregatus porcum repente inter pedes huc, illucque discurrentem senserunt, qui fores ecclesiæ repetens, in exitu à nullo videri potuit, omnesque in admirationem commovit, quod idcircò Dominus ostendit, ut cunctis patefaceret, quòd de loco eodem immundus habitator exiret, ut refert Gregor. *in dialog. lib. 3.* relatus à Graff. *decis. aur. par. 2 lib. 2. c. 15. num. mihi, nu. 5.*

Secunda, ut in eis decentius laudes Deo solvantur, & preces effundantur, quia Iudæi loca, in quibus sacrificabant Domino, divinis habebant supplicationibus consecrata, nec in alijs, quam dedicatis locis Deo munera offereban; si enim Judæi, qui umbræ legis deserviebant, hoc faciebant, multò magis nos quibus veritas patefacta, &
2 gratia per Iesum Christum, data est, † templa Domino ædificare, & prout melius possumus, ornare, eaque divinis precibus, 3 sanctis unctionibus suis cum altaribus, & vasis, vestibus quoque & reliquijs ad divinum cultum explendum utensilibus, devotè, & solemniter sacrare, & non in alijs, quàm in Domino sacratis ab Episcopis missas celebrare, frequentare, & in illis dotare debemus, *cap. 2. §. qualiter ergo, de consecr. dist 1.*

Ecclesia est decentior locus orandi, juxta illud psalm. Unam petij à Domino hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: ibi enim animus ad devotionem magis excitatur propter solitudinem, & quietem, nec mediocriter adversatur exteriorum tumultus ad pacem mentis, & animi, & ad obtinendam tranquillitatem, quæ oranti animo necessaria est, ubique tamen orare licet, Paulus ad Timot. *c. 2. qui ait,* Volo, vos orare in omni loco, & Graff. *decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 53. num. 2.*

Tertia, ut ibidem dignè missæ celebrentur, & alia ecclesiastica sacramenta ministrentur, *d. c. 2. post med. de consecrat. dist. 1. cap. hic ergo, & cap. nullus, ead. dist.*

Quarta, ut orationes sint magis gratæ, quia piè est credendum, quod ex hoc, cæteris paribus, divina virtus ibi assistat ad gratiam libentiùs infundendam, cùm propterea in missa dedicationis, quæ singulis annis celebrantur, proferatur oratio, Deus, qui, & cæt. exaudi preces populi tui, & præsta, ut, quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lætetur, & simili oratione Deum precamur in ipso die dedicationis ecclesiæ.

Consecratio enim † ecclesiarum fieri debet tam ex veteris, quam ex novi testamenti præceptis, quia Dominus locutus est ad Moysen, dicens, &c. ut faciant cuncta,

cuncta, quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propitiatorium, quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque, & vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis & altare thymiamatis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua, vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs ejus, ut fungantur officio suo in sacris oleum unctionis, & thymiama aromatum in sanctuario, omnia, quæ præcepit tibi faciant, Exod. *c. 32. &* Levit *cap. 8. vers. tulit & unctionis*, & *d. cap. consecrat. dist. 1.* Quæ autem in consecratione ecclesiarum ab Ecclesia ordinata sunt, ideſt, vel à conciliis Papæ auctoritate congregatis, ac si à Christo sint ordinata, accipi debent, Turrecrem. *in c. omnes basilicæ, n. 4 de consecr. dist. 1.* cùm ea, quæ per Ecclesiam statuitur, ab ipso Christo ordinentur. Matth. *cap. 18.* ubicunque fuerint duo, vel tres in nomine meo, in medio eorum sum, & Graff. *decis. aur. d. c. 15, n. 6. par. 2 lib. 2.* Licet olim consecratio fieri non posset sine mandato Papæ, cap. de locorum, *cap. præcepta, cap. Basilicas, & cap. Ecclesiæ. de consecr. ead. dist. 1.* fuit ius antiquum reformatum, seu potius Episcopis auctoritas consecrandi à Papa generaliter communicata, & ex singulari delegatione facta est
4 ordinaria potestas † Et hodie ab Episcopis possunt ecclesiæ consecrari, *cap. 2.* 5 *& ibi glos. fin. &* Abb. *de consecr. eccles. vel alt.* nec sine Episcopi licentia potest ecclesia ædificari, *cap. nemo, ead. dist. 1. & cap. quidam 18. q. 2.*

Consecrantur ecclesiæ quolibet die, tam feriato, quàm festo, *d. cap. 2.* & ibi glos. *de consecr. eccles. vel alt.* quæ singulis annis solemniter sunt celebrandæ, cap. solemnitates dedicationem, & *cap. solemnitates ecclesiarum, ead. dist. 1.*

Secundo, quando dubitatur, an fuerit consecrata, quia non apparet in aliqua scriptura, vel libro Ecclesiæ, aut columna, vel tabula marmorea, *de cap. solemnitates dedicationum, & cap. ecclesiæ ead. d. 1.* & Innocent. *in rubrica de consecr. eccles. vel alt. n. 1.* & ad probanda consecrat, sufficeret unicus testis de visu, cùm nullum aliis præiudicium inferatur, ut ibi Innoc. *d. n. 1.*

Tertiò, si ecclesia sit exusta, ita quòd sit decrustata in totum, vel pro majori parte, *cap. ecclesiis*, & ibi glos. *in vers. exusta, ead. dist. 1.* & Innoc. *eod. num. 1. vers. secundus si sit exusta.*

Quartò, si funditus sit diruta, & ex toto reparata de eisdem, sive de aliis lapidibus, *cap. de fabrica eadem dist. 1.* & est ratio, quia consecratio ecclesiæ maxime consistit in unctione exteriore, & conjunctione, & dispositione lapidum *cap. ecclesias eadem dist.* & Innoc. *eod. nu. 1. vers. tertius est*, licet videatur ultimo casu sufficere reconciliationem *cap. si mortuum ead. dist. & Innocent. ubi supra ante num. 2.*

Quinto, quando constat de solemnitatibus requisitis in consecratione, sed probabiliter dubitari potest, an Episcopus fuerit consecratus, *cap. presbyteri, 68. dist. &* Graff. *decis. aur. d. c. 15. nu. 14. in fine.*

Ecclesia † non est consecranda, nisi prius competens dos fuerit ei assignata, *c. placuit, 1. qu. 2. c. piamentis, 16. qu. 7. cap. cum sicut*, & ibi gloss. *de consecrat. eccles. vel alt.* & si Episcopus consecrat ecclesiam indotatam, illam sine læsione suæ ecclesiæ, si hoc facere potest, aliàs de suo proprio in defectum fundatoris dotare tenetur, glos. *in d. c. cum sicut, vers. sed quid si Episcopus,*

pus, & ibi Abbas n.2, & 3. & gloss. in cap. nemo, 1, in ver. domum de consecr. d. 1. Dos verò competens juxta qualitatem ecclesiæ esse debet, quia pro monasterio tanta esse debet, qua presbyteri, diaconi, subdiaconi, cantores, & lectores ibi ali possint, *authentica aut deter. sit in cler. §, investigantes, colum. 1.* & ibi Bart. *n. 1.* si verò ecclesia sit collegiata, dos ad minus debet esse pro duobus, & quòd possint recipi hospites, & episcopalia jura persolvi, *c. 2, de supl. negl. Pral. cap. de Monachis, de præb.* & gloss. *in eod. c. cùm sicut*, & si parochialis, pro parochi sustentatione debet regulariter dos esse centum ducatorum, ex dispositione sacri Conc. Trid. *c. 13. §. ad hæc, sess. 24. de ref.* puto tamen, qualitatem locorum esse attendendam, & ubi communitatum vires non suppetunt, sufficere dotem scutorum quinquaginta vicariis perpetuis assignatam, ut in extravag. Pii V. ad exequendum in Bull. *cap. 46.*

6 Ecclesiæ † pluribus etiam casibus reconciliantur.

Primò, si alicui mors violenta in ecclesia inferatur, aut injuriosè humanus sanguis effundatur, *cap. ecclesiis, 68, dist. cap. proposuisti, de Consec ecc. vel alt.* & non sufficit aliquarum guttarū sanguinis emissio, quia jura requirunt effusionem, quæ largitatem denotat, *cap. revertimini, 16, q. 1.* gloss. *in cap. cum illorum, in verb. effusionem*, & ibi Felin. *nu. 13. de sent. excom.* Abbas *in cap. proposuisti, num 3, de consecr. eccl. vel alt.* & Navar. *cap. 27, num. 256. tom. 3.* Si quis autē extra ecclesiam fuisset vulneratus, & in illa sanguinem effudisset, nō esset ecclesia reconcilianda, arg. *tex. in l. huic scripturæ, ff. ad leg. aquil.* ubi dicitur, quòd, si quis vulnerat servum alterius, & ille postea perreat ruina, vel alio casu, non imputatur ei mors, sed vulnus tantùm, ita non imputatur, quod extra ecclesiam contingit, quia hîc non est facta ecclesiæ injuria, vel irreverentia, *Abb. antiq. in cap. si Ecclesia, nu. 4. de Consec. Eccl.* & Navar. *d. num. 256. vers. dixi, aut datur.* Vulnere verò in ecclesia illato, licèt percussus antè egrediatur, quàm sanguis in illam effundatur, etiam quòd reciperetur in aliquo vase, ne in eam decideret, eccl. diceretur polluta, & requireretur reconciliatio, ut per Nav. *eo. ver. dixi.*

Secundò, si semen humanum voluntariè in ecclesia effundatur, *cap. unico*, & ibi glo. *in ver humanum, de Consecr. eccles. in 6.* quod procedit etiam, si vir cognoscat uxorem, quicquid aliqui contrarium teneant, quia multa licita ex loco fiunt illicita, *cap. accusatio, 2, q. 7, cap. 1. de immunit. eccles.* glos. *in d. ver. seminū*, Jo. de Sel. *in tractat. de benef. in 5, quæst.* ubi dicit, ita tenendum, *colum. 49.* & Navar. *d. c. 27. nu. 257.*

Tertiò, si in ecclesia aliquis excommunicatus sepeliatur, *cap. consuluisti*, & ibi Abb. *antiq. de Consecrat. eccles. vel alt.* quod intellige de excommunicatis impœnitentibus, secus de excommunicatis pœnitentibus, sed, qui morte præventi, absolvi non potuerunt, arg. à contrario sensu, *cap. is cui, §. talis quoque, de sent. excommun. in 6.* & Graff. *decis. aur. d. cap. 15. num. 19.*

Quartò, si cadavera mortuorum infidelium in ecclesia sepeliantur, & tunc illis evulsis, & etiam parietibus dealbatis, est reconcilianda, *cap. ecclesiam, in qua mortuorum, de consecrat. eadem dis. 1.* & Navar. *eod. num. 257. versic. quartus est.*

Quin-

Quintò, si ecclesia per Episcopum excommunicatum publicum consecretur, vel benedicatur, quia, si corpus excommunicati mortui execratur ecclesiam, vel cœmeterium, dict. cap. consuluisti, & cap. ecclesiam, multò magis, ubi ipsa consecratio transit per manus, & os excommunicati, *arg. l. Domitius, de test. &* Graff. *eodem cap. 15, num. 19.*

7 † At polluta ecclesia, etiam cœmeterium contiguum est pollutum, & non e contra, quia cœmeterio polluto, quamvis ecclesiæ contiguo, non est polluta ecclesia, ne minus dignum majus, aut accessorium principale ad se trahere videatur, *d. cap. de consecr. eccles. vel alt. in 6.*

8 Ecclesiæ reconciliatio † fit per aquam cum vino, & cinere benedictam, & per aquam significatur populus, *cap. cum Martha, §. quæsivisti, circa finem, de celebrat. miss.* per cinerem, memoria passionis Christi, Zabarel. *in cap. proposuisti, de consecr. eccles vel alt.* & vinum aqua permistum significat unionem divinitatis, & humanitatis, & ponuntur ista, ut populus, qui per aquam designatur, mundetur, & uniatur Deo, quod significat per vinum aqua mistum, Abb. antiq. *in d. cap. proposuisti, nu. 2, eodem tit. de consecrat.* & Graff. *eodem cap. num. 17.*

9 Consecratio autem, † seu reconciliatio ecclesiarum, & altarium adeò solis Episcopis competit, ut nec Vicarius consecrationem, aut reconciliationem exequi possit, nisi sit Episcopus, ex supra in superiori *cap. deductis*, & ecclesia non consecrata, si injuriosa sanguinis effusione polluatur, est etiam reconcilianda, *cap. final. eod. tit. de consecrat. eccles. vel alt.* quia ecclesiæ, in quibus divina mysteria celebrantur, licèt adhuc non extiterint consecratæ, nullo jure privilegium immunitatis amittunt, cum obsequiis divinis dicata nullius sint temerariis usibus profananda, *cap. penult. de immunitat. eccl.* & ibi glos. *in ver. adimitur*, & gaudent eodem privilegio, quo, & consecratæ, gloss. *in d. cap. fin. in ver. non consecrata*, & Abbas *num. 2.* tamen in reconciliationis actu servari non debet forma, quæ requiritur in reconciliatione ecclesiæ consecratæ, sed sufficit, quòd aqua exorcizata protinus lavetur, ne divinæ laudis organa suspendantur, *d. cap. fin.* & ibi Abb. quòd interim organa clericorum suspenduntur, *nu. 4, de consecrat.* Nam minor solemnitas in reconciliatione ecclesiæ non consecratæ requiritur, quàm in consecrata, quia cùm magis delinquatur in loco consecrato, expedit, ut in actu reconciliationis major demonstratio fiat, argum. text. *in cap. cùm illorum, §. primò, si fuerint, de sentent. excommun.* & Abb. *in d. cap fin. in fine*, & licet videatur, quòd per Episcopum ecclesia sit reconcilianda, *per tex. in cap. aqua, eod. tit.*

10 † ecclesia tamen non consecrata, si polluatur, per simplicem sacerdotem aqua per Episcopum exorcizata pro reconciliatione lavari potest, glo. *si in d cap fin. quam sequitur* Abb & dicit, cum eadem opinione doctores communiter transire, *nu. 6.* & eadem ratione cœmeteria polluta, quæ non sunt annexa ecclesiis, eadem aqua exorcizata per simplicem sacerdotem possunt reconciliari, quia illa cæmiteria non consecrantur, sed benedicuntur, cætera verò cœmeteria ecclesiis contigua, & quæ unà cum ecclesiis consecrantur, non, nisi ab Episcopo possunt reconciliari, quia de connexis, uti de similibus, idem est judicium, *c. inter cæteras, de rescript. c. 2, de transla-*

Lat. prælat. & c. in causis, de re judic. Episcopi tamen aliqui, privilegio Papæ suffulti aquam per ipsos exorcizatam personis in dignitate Eccles. constitutis transmittere, & facultatem reconciliandi illis delegare possunt, quod privilegium ex causa concedi solet.

11 Altaria sine reliquiis † consecrari non possunt, *cap. placuit, de consecr. d.* 1. & consecratio altaris præcipue consistit in conjunctione mensæ, scilicet, lapidis superioris, & structuræ inferioris, Innoc. *in rub. de consecr. n.* 2. Nam pluribus ex causis reconsecrantur, si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodò superpositus, qui sigillum continet, confractus, aut etiam diminutus, *c.* 1, *& c.* 3. *de consecr. eccl. vel altar.* sunt etiam reconsecrandæ, si augeantur, vel minuantur, aut mutentur, ita quòd amittant priorem formam, quia forma dat esse rei, Abb. *in cap. ligneis, nu.* 2. *eo. tit. &* pari modo altare viaticum, si amittat formam, vel frangatur, illius sigillum est reconsecrandum, ut per Abb. *ubi supra.*

12 Sicut enim † altare consecrari non debet, nisi ab Episcopo, sic non debet quis illud execrari, vel destruere, nisi Episcopus, vel alius de ejus mandato Turrecrem. *in*

13 *cap. placuit, de consecr. dist.* 1. † Vasa sacra, planetæ, pallæ, vestes sacerdotum, & ministrorum, & similia non sunt ad usus profanos convertenda, quia Deo dicata ad usus profanos reverti non debent, *cap. nulli,* 12, *q.* 2, *& cap. semel, de reg. jur. in* 6. sed paramenta, si qua vetustate sint consumpta, comburi debent, & cineres in ecclesia sub pavimento, vel alio loco tuto, & honesto, ne pedibus intrantium conculcen-

E tur, sunt reponendæ, *cap. altaria de consecr.*

4 *d.* 1. † Calicem verò, nisi de auro, argento, vel stanno consecrare nonlicet, non autem ex ære, aut aurichalco, quia ob vini virtutem æruginem facit, pariterque vomitum provocat, minusque ligneum, aut vitreum, cum quo missa prohibetur celebrari, cap. ut calix, ead. dist. & quicquid in contrarium supra disponatur de calice ex stanno, qui non est prohibitus, hodie minime admittitur eadem ratione, quia de facili æruginatur, & nauseam parit celebranti, eodem *c. ut calix.* & ubi est eadem ratio, eadem debet esse juris dispositio, *l. illud, ff. ad l. Aquil.*

15 Virgines quoque † non, nisi per Episcopum, possunt consecrari, *cap. quamvis corepiscopus,* 68, *dist. & cap. si jubet,* 26, *quæst.* 6. & debent consecrari in veste professionis, quam semper ferre tenentur, *cap. sanctimonialis,* 23, *dist.* sunt enim consecrandæ solemnibus diebus tantum, ut in Epiphania, per hebdomadam Paschæ, & in festis Apostolorum, nisi in contrarium immineat necessitas, *cap. devotionis,* 20, *q.* 1.

16 Quæri potest, † an procuratio pro visitatione debita, ut suo loco dicetur, recipi etiam possit pro consecratione, & est distinguendum, quòd, aut loquimur de consecratione calicum, ordinandorum, & virginum, quæ fit in propria civitate, & pro ordinandorum consecratione, & tunc recaret difficultate, quòd nihil accipi possit in quocunque loco ordinationes habeantur, sed gratis operam suam visitantes præstare omnino tenentur, Conc. Trid. *c.* 1. *de refor: sess.* 21. & eadem ratio militat in virginibus consecrandis, vel velandis, ac calicibus consecrandis, campanisque benedicendis, & ita se habet communis usus, & consuetudo, quæ est servanda, Conc. Trid. *cap.* 3. *§. in iis verò, de reformat: sess.* 24. aut

est

est consecranda ecclesia extra civitatem, & cùm non brevi tempore consecratio fieri possit, ita quòd, nec commode ad palatium Episcopale pro sumendo prandio Episcopus redire valeat, tunc prandium, aliaque victualia eundo, & redeundo ab iis, qui ejus ministerium requisiverunt, sumere potest, etiam quantumcunque ecclesia consecranda sit vicina Episcopatui, quia ista procuratio est annexa visitationi, & 17 consecrationi, † quæ præstatur in signum superioritatis, & ut facilius Prælati inducantur ad visitandum, & consecrandum, gloss. *in c. cùm sit Romana*, ubi etiam Abb. *n. 2. de sim.* Innoc. *in cap. Romana, de cens.* & Graff. *decis. 15. n. mihi 10. par. 2. lib. 2.* dummodò non obsit paupertas, quia casu, quo propter paupertatem procuratio sub ministrari non possit, tunc Episcopus propriis sumptibus Ecclesiam consecrare tenetur, ut tenet glos. & Abb. *in d. cap. cum sit Romana.*

18 Frequenter etiam quæritur, † cujus expensis debeat Episcopus accedere ad ecclesiam pollutam reconciliandam, & omissis disputationibus, aut scitur quis violaverit, ecclesiam, & est solvendo, & tunc expensis illius, qui eam violavit, reconciliari debet, *arg. text. in l. 1.* ubi etiam Bart. *ff. de eo, per qu. fac.* erit, aut nescitur, vel non est solvendo, & tunc si ecclesia est parochialis, parochus solus, si juxta redditus id commode facere potest, nisi in contrarium sit statutum, aut vigeat consuetudo, vel parochus est pauper, & tunc sumptibus parochianorum, & in defectum omnium debet Episcopis suis expensis ecclesiam reconciliare, ut post Jo. Andr. & alios distinguit, & tenet Abb. in *c. proposuisti, n. 21. de cons. eccl. vel altar.*

19 Si vero ecclesia † est regularis sine cura animarum, & ignoratur, quis ecclesiã polluerit, vel is non sit solvendo tunc, nec Episcopus, nec populus tenetur, cùm regulares sint exempti à jurisdictione Episcoporum, neque ex obligatione sacramenta populo ministrare teneantur, & populus minime ad illa ab eis recipienda cogi possit, quia, uti exemptos ab onere sacramenta ministrandi, & ab ordinaria jurisdictione 20 contra ipsos procedit regula † quòd, qui sentit commodum, sentire debeat, & incommodum, & contra, *cap. qui sentit, de reg. jur. in 6.* Valde tamen decebit, si tali casu Episcopi eorum officium exerceant in reconciliandis ecclesiis regularium, quantumvis exemptorum, & Joan. Stephanus ex illustri famiglia Agatiorum Vercellen. 21 † Episcopus Astensis in Ordinarii loci legitima à civitate, & diœcesi absẽtia requisitus pro recõciliatione ecclesiæ monasterii S. Pauli Ordinis Prædicatorum Vercellen. humani sanguinis effusione pollutæ, ab eadem civitate Asten. Vercellas pro ejusdem ecclesiæ reconciliatione se transtulit, illamque præsente Vespasiano Agatia Abbate Abbatiæ B. Mariæ de Abundãtia Gebenen. diœcesis, ejus consanguineo, & me, una cum maxima cleri, & populi multitudine, sub die *18.* mensis Novembris anni 1601. reconciliavit, gratis, sine aliqua procuratione viatici, nec tam eundo, quã stando, sumptuum etiam cibariorum submi-nistratione, peragendo functionẽ, quæ bonum, & pium decet pastorem in benefi-22 cium ecclesiæ dicti † ordinis mendicantium, qui tit. paupertatis merito pluribus gaudet privilegiis, de quibus plenè scripsit Alphons. de Casa Rub. in compend. privileg. Fratr. Minor. & Mendic. per totum.

DE BENEDICTIONE.
Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 Benedictio multipliciter accipitur.
2 Benedictionis definitio.
3 Benedictio est duplex.
4 Benedictionis usus est antiquus.
5 Benedictionis nomine, quæ veniant.
6 Benedictio Papæ venialia peccata remittit, & est res sacramentalis.
Qui possint virtute ordinis benedicere, ibi.
Papa benedicere potest, ibidem.
7 Benedicere potest Episcopus, & num. seq.
8 Ecclesiastica paramenta, à quibus benedici possint.
Presbyteri vestimenta ecclesiastica benedicere non possunt, ibidem.
9 Presbyteris non licet benedicere modo, quo benedicit Episcopus.
10 Sacerdotes, quæ benedicere possint, & n. 11, cum pluribus sequentibus.
Nuptiæ secundæ non sunt benedicendæ, ibidem.
11 Nuptiarum benedictio à mundi creatione originem duxit.
12 Benedictio novarum frugum ex ritu antiquo fuit.
13 Benedictionis aquæ, quis fuerit institutor.
14 Aqua benedicta conficitur per septem invocationes.
15 Aquæ benedictæ peccata venialia remittuntur.
16 Gratiæ novæ infusio non requiritur ad remissionem peccati venialis, sed quid requiratur.
17 Venialium peccatorum remissio triplici ratione causari potest.
18 Aquæ benedictæ aspersio cur fiat.
19 Aquæ benedictæ, quænam fuerit figura in testamento veteri.
20 Aquæ benedictæ effectus est duplex, spiritualis, & temporalis.
21 Spirituales effectus aquæ benedictæ sunt septem, & num. seq.
22 Aqua benedicta fugat dæmones, & alia operatur.
23 Corporales effectus aquæ benedictæ sunt plures.
24 Aquæ benedicendæ forma in duobus versatur.
25 Septenarius numerus est perfectus.
26 Trinitatis fides in signo crucis exprimitur, eoque roborantur fideles.
27 Crux Christi quatuor virtutes habet.
28 Crucis signi plures virtutes, & miracula.
29 Crucis signum fieri debet in figura quadrangulari.

QUIA supra egimus de consecratione, quæ fit potestate ordinis Episcopalis, congruo loco nunc ad præcedentia continuando tractandum videtur de benedictione, quæ ejusdem ordinis potestate competit, Turrecrem. *in cap. denique, n.* 12, 21, *dist.* de qua ut plene cognitio haberi possit, sciendum est, benedictionis

ctionis nomen non semper idem significa-
1 re, † quandoque enim significat adulationem *ad Roman. cap.* 16. qui per pulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, aliquando maledictionem per antiphrasim, *Iob. cap.* 1. Ne benedixerint filij mei, hoc est maledixerint, vel ingrati fuerint, *& cap.* 2. Benedic. Deo, & morere aliquando eleemosynam spiritualem *Proverb. cap.* 11. anima quæ benedicit, impinguabitur, & *ad Corinth.* qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, nonnunquam laudem, *Psalm.* 102. Benedic anima mea Domino & omnia, quæ intra me sunt, &c. sæpius beneficiorũ collationem, vel precationem: *Psalm.* 20. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis &c. *& Genes.* 12. Benedicam benedicentibus te, &c. denique fere semper benedictio significat optativam, vel imperativam collationem bonorum, vel enunciativam laudem virtutum, ac beneficiorum qua ratione sumpto bene-
2 dictionibus nomine, ea definitur rectè, † quòd sit sanctificationis, & gratiarum votiva collatio Sanc. Ambros. *l. de benedict. Patriarch. cap.* 2.

3 Benedictio † principaliter est duplex secundum S. Thom. *in* 4. *sent. d.* 19. *qu.* 1. *art.* 2. una enim fit in virtute sanctitatis ab ominibus, in quibus per gratiam Christi inhabitat, & hoc solet expeti à Sanctis hominibus tantùm, quibus à Deo virtus sanctificandi tribuitur; altera, qua virtute ordinis sacri homo benedicit, nec ministri Sanctitatem requirit, quæ procedit, & effectum obtinet ex meritis Christi, Marsil Archiep. Salernitanus Hidragiolog. *sec.* 2. *cap.* 1. *num.* 51 *&* 52.

4 Benedictionis autem usus est † antiquus, quia fuit in veteri testamento benedictus Abraham Deo excelso, & det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam, qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur: *Gen. cap.* 14. *&* 27. Benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ, benedixitque Jacob filijs Joseph, eo. *cap.* 28. *&* 48. quæ, postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis, *cap.* 39. eo lib. ut benedicam panibus tuis & aquis. *Exod. cap.* 23. & cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, referetis manipulos spicarũ primitias vestras ad sacerdotem, qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis altero die sabbati, & sanctificabit illum: *Levit. cap.* 23. primitiva ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domibus vestris, *Ezech. cap* 44. & Marsil. d. Hidragiolog. *sec.* 3. *cap.* 7. *nu.* 29. Benedictio-
5 nis verò nomine † omnia felicia, & bona à Deo nobis concessa veniunt, ut super populum tuum benedictio tua. *Psal.* 3.

De benedictione, qua homo homini benedicit, sive paterna, sive sacerdotali, aut quacunque potestate fiat, pluribus in sacrarum litterarum locis habetur ut benediximus vobis de domo Domini: *Psalm.* 117. Aaron elevans coram Domino, sicut præceperat Moyses, & extendens manum ad populum benedixit, *Levit. cap.* 9. qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus. Nu 24 Joachim autem summus sacerdos de Hierusalem venit in Betuliam cum universis presbyteris suis, ut videret Iudith, quæ cum exijsset ad illum, benedixerunt eam omnes una voce dicentes, Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israël tu beneficentia populi nostri Iudith, *cap.* 15.

Bene-

Benedictio patris firmat domos filiorum, *Eccles. cap. 3.* benedictio Domini divites facit *Salom. cap. 10.* honora ergo patrem, ut benedicat te, honorat patrem pius propter gratiam, ingratus pro timore, & si pauper est, pater non habens divitiarum copias, quas relinquat filijs, habet tamē ultimæ benedictionis hereditatem, qua sanctificationis opes successoribus relinquat, & multò plus est beatum, quàm divitem fieri, S. Ambros. *in lib. de benedict. Patriac. c. 1.* & plura alia sacræ scripturæ loca deducit, & citat Marsil. Archiep. Saler. *in d. sec. 2. c. 1. n. 39.* & Christus dominus noster Apostolis panem daturus, benedixit, Math. c. 22. similiter, & calicē, & cū cœnasset, hymnū dixit, *Luc. c. 22. & 24.*

5 Benedictio,† quam impatiuntur Pontifices, venialia peccata remittit, & est sacramentale, non sacramentū, Marsil. dict. Hidragiolog. *sec. 3. c. 2. nu. 7.* benedicunt etiam agnos ex cæra, de quorum origine, & virtutibus diserte tradidit Fr. Vincentius Bonardus ordinis Prædicat. in suo peculiari tractatu Romæ edito. Ordinis virtute† benedicit Episcopus vestimenta ecclesiastica, quæ benedictio de 11 jure communi ad Episcopos pertinet, & ex privilegio Papæ, Ministri, & Provinciales† Fratrum Minorum, & Guardiani, pro eorum ordinibus, & pro monialibus S. Claræ, totiusque ordinis, benedicere possunt, Nau. *c. 25. n. 84. tom. 3.* eodemque privilegio sunt muniti superiores Societatis Jesu, & congregationis S. Pauli de collati Barnabitæ nuncupati.

Aquam benedicunt Episcopi, qua ecclesia polluta reconciliantur, nempe naturali aqua vinum cum cinere miscendo, *cap. proposuisti, ext. de consecr. eccles. vel alt.* & in veteri testamento sanguine aspergebatur, *Levit. c. 4.* & aquæ pro reconciliatione benedicuntur, & ecclesiæ reconciliantur ad formam præscriptam in Pont. Rom. *de eccles. dedic. par. 2.*

Benedicunt† etiam Episcopi populum post missam solemni benedictione, ut *c.* Abb. & ibi glos. *in vers. solemnem, de privil. in 6. & c. denique, 21. dist. Presbyt.* aut modo, quo Episcopus benedicit, benedicere non licet, glos. *in c. ad celebrandas, de consecr. d. 1.* & Graff. *decis. aur. c. 26. n. 4. par. 2. lib. 3.* & omnia, quæ consecrantur, benedicuntur, ut ecclesiæ, cœmeteria, altaria, calices, ac paramenta, & alia, quæ sunt ordinis Pontificalis, de quibus supra in *c. 5.* de consecr. per totum. Aliàs benedictiones, quæ sunt ordinis sacerdotalis,† presb. ordinis virtute possunt impartiri, ut sponsos benedicere, *c. Sponsus, 23. d. c. aliter, & c. sponsus, 30. qu. 5. &* Conc. Trid. *cap. 1. de ref. matr. sess 24.* non autē secundæ nuptiæ sunt benedicendæ quia secundas nuptias benedicens pœna est plectendus, ut *cap. 1.* ubi etiam glos. & Abb. *de sec. nupt.*

Nuptiarum benedictio† jam à mundi creatione originem duxit, benedixitque illis, & ait, crescite, & multiplicamini, & replete terram, *Genes. c. 1.* ac alio loco, & apprehendens dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ tradidit dicens, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, vobiscum sit & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis, *Tobias cap. 7.* & ab Apostolis tradita fuit de qua per Evarist. in epist. quæ primo Concil. tom. continetur. Benedicunt presbyteri cæreum paschalem in sacræ resurrectionis Dominicæ mysteriū ex antiquissimo

simo ritu, ut trad. S. Ambros. *in sermone de mysterio Paschæ, c. 5.* & Conc. Tolet. 4. *c. 8.*

12 Benedictio † novarum frugum ex ritu antiquo à presbyteris fiebat, ut apud sanctum Hieronymum *in Ezechielem, c. 24.* ubi primitiæ ciborum nostrorum sacerdotibus offeruntur, ut nihil gustemus novarũ frugum, nisi quòd sacerdos antè gustaverit, hoc autem facimus, ut reponat sacerdos oblationem nostram in domo sua, sive ut ad prædicationem suã Dominus benedicat domibus nostris. Grandis est dignitas sacerdotum, sed grandis ruina, si peccaverint, & Genebrard. *in Psalm: 150. nu. 4.* ait, Videmus, Apostolos retinuisse dedicationes, templa, choros, vota, aquam lustralẽ, benedictiones sacerdotũ, vestes, genuflexiones, ordines ecclesiasticos, decimas, primitias, processiones, visitationes sacrarum ædium, & locorum, manuum expansiones, festa Pentecostes, Paschatis, sublato victimarum usu, quæ per Christi cruorem abrogata sunt, & de pluribus aliis benedictionibus ex ritu antiquo tradit Marsil. *in ead. sec. 2, cap. 2, nu. 7, usque ad num. 27.*

13 Sacerdotes inter alia † benedicunt aquas sale conspersas, cujus benedictionis institutor fuit S. Matthæus Apostolus, & Evangelista, ut refert S. Clemens Romanus *in lib. 8. Apostolicarum constitutionum, cap. 35.* & Franc. Turia. in sua translatione, *cap. 29.* tradit de aqua, & oleo: Ego Matthæus constituo, ut benedicat Episcopus aquam, aut oleum; sin verò non aderit, benedicat presbyter, præsente diacono. Cùm autem Episcopus aderit, assistant presbyter, & diaconus: dicat autem in hunc modum, Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & olei largitor, miserator, & amator hominum, qui dedisti aquam ad bibendũ, & abluendum, & oleum ad exhilarandum faciem in exultationem lætitiæ, ipse etiam nunc sanctifica per Christum hanc aquam, & oleum, ex nomine ejus, qui obtulit, vel quæ obtulit, & tribue ei vim sanandi, & depellendi morbum, fugandi dæmones, & expellendi insidias, per Christum spem nostram, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, ac sancto Spiritu in sæcula. Amen. Marsil. *sec. 2. cap. 2, nu. 49, 50, 51, & 54.* & fuit postea constitutio Matthæi innovata, ut constat ex epistola S. Alexandri Rom. Pont. mart. ejus nominis primi, & à beato Petro quinti, qui ita scripsit, aquam, sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur: quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam, si cinis vitulæ sanguine aspersus populum sanctificabat, atque mandabat, multò magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacrata. Et, si sale aspersa per Elisæum Prophetam sterilitas aquæ sanata est, quantò magis divinis precibus sacratum sal sterilitatem rerum auferret humanarum? Coinquinatos enim sanctificat, mundat, purgat, cætera bona multiplicat, insidiasque diaboli avertit, & à phantasmatum versutiis homines defendit, *ut in epist 1, quam scripsit omnibus orthodoxis, ut in tomo 1. conc. 1. & 5. & cap. aquam sale, de consecr. dist. 3.*

14 Conficitur † aqua benedicta per septem invocationes mysticas divini nominis. Prima est, Adjutorium nostrum. Secunda: Exorcizo te creatura salis. Tertia, Invocamus te Domine. Quarta, Exorcizo te creatura aquæ. Quinta dum dicitur, qui ad salutem humani generis. Sexta, Cùm sal in

in aquam immittitur. Et septima, dum dicitur, Deus invictæ virtutis, ut in sacerdotali Romano, & septem invocationes potissimùm in hujusmodi benedictione concurrere creduntur, quia sanctificatur aqua in virtute septem donorum Spiritus sancti, ut per eundem Marsil. *d. sec: 2, cap: 7, num: 34, & 35.*

15 Effectus aquæ benedictæ † præcipuus est, ut per eam ante conspectum Domini peccata venialia remittantur, ex communi Theologorum sententia S. Thom. *in 3: par: q. 65: artic: 1, ad 6. & 8, q: 83, art: 3, ad 3, q: 87, art. 3:* Sot. *in 4 sent: dist: 15, q: 2, art: 3:* & glo. *in procem: sex: in ver. benedictionem,* ubi Doctores omnes, & remittuntur per aquam benedictam peccata ex opere operantis, scilicet, quòd actus ille devotionis, & reverentiæ, qua homo ad sacra recipienda movetur, peccatorum remissionem operatur, non quidem conferendo
16 gratiam, ut in sacramentis, † quia necessaria non est gratiæ infusio pro venialibus remittendis, sed propter actum devotionis prædictum, ut explicat idem S. Thom. *par: 3: quæst: 87: art: 3, in corpore,* ubi ait, ad remissionem venialis peccati non requiritur novæ gratiæ infusio, sed sufficit
17 aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccatum veniale, vel explicitè, vel saltem implicitè, sicut, cùm aliquis ferventer movetur in Deum.

17 Triplici † autem ratione aliqua causant
18 remissionem venialium peccatorum.

Primò causatur per infusionem gratiæ,
21 & sic per Eucharistiam, & Sacramenta
22 novæ legis.

Secundò, in quantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum, & hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio Dominicalis prosunt ad remissionem venialium peccatorum.

Tertio modo, in quantum sunt cum aliquo motu reverentiæ in Deum, & ad res divinas, & hoc modo benedictio Episcopalis, aquæ benedictæ aspersio, quælibet sacramentalis unctio, oratio in ecclesia dedicata, & similia, operantur ad remissionem venialium peccatorum. Marsil. *eadem sect 3. cap. 3. num. 1. usque ad num. 11,*

18 Sacerdos aqua benedicta † altare, ecclesiam, & populum aspergit, ut omnis immundorum spirituum spurcitia tam de habitaculo, quàm de cordibus fidelium propellatur, hæc enim virtus aquæ exorcizatæ inest, & etiam, quia novus Christianorum populus baptismatis sacramento fuit renatus, ita ministerio aquæ lota renatorum corpora lustrat, ac diluit, eodem modo, quo sanguis agni à prisco populo ad repellendum percussorem in postibus ponebatur, Duran. *rationa: divino. c. 4. lib. 4* & Ugo de S. Vict. inquit, Hac igitur aqua sanctificata fideles asperguntur, & habitacula fidelium illustrantur ab illuhone; & infestatione malignorum spirituum, in quo effectu aqua benedicta figu-
19 rari † potest in sanguine agni paschalis, qui in postibus habitaculorum ad repellendum exterminatorem Dei mandato poneb..tur, ut *Exod. cap. 12.* & Marl. *ead. sec: 3. cap. 2. nu. 19, 20, & 21.*

20 Effectus aquæ benedictæ † est duplex, spiritualis, & temporalis. Spirituales effe-
21 ctus † sunt septem.

22 Primus, quo profligantur dæmones † ex creaturis, & locis, ut testatur Petr. Abb. Cluniacen. coætaneus divi Bernardi, qui *lib. 1: de mirac. c. 7.* narrat, quemadmodum in monasterio Cluniacē. infirmus quidam

videbat

videbat in cubiculo innumerabiles dæmones, quod animadvertens unus ex custodibus, cœpit locum aqua benedicta aspergere, infirmus autem statim cœpit clamare, eja, eja, fac, quod facis, quia diaboli fugientes contendunt, alter post alterum summa celeritate discedere, & Marsil. *eod. sect. 3 cap. 6. nu. 29. & 30.* & de aliis miraculis testatur Antonius Possevinus in litteris ad piissimam Mantuæ Ducissam datis anno 1585. quas refert idem Marsil. *eod. cap 6, num. 64: usque ad num. 69.*

Secundus, quo remittuntur peccata venialia ex supra deductis.

Tertius, quo excluduntur phantasmata diabolica, pravæque cogitationes, ac mentis distractiones in oratione, aliisque temporibus.

Quartus, quo elevatur mens à terrenis rebus.

Quintus, quo disponitur animus ad orationem, & devotionem.

Sextus, quo gratia, favor, & assistentia Spiritus sancti impetratur.

Septimus, quo præparat mentem hominis, ut rectiùs divina mysteria peragat, Sacramentaque suscipiat.

Corporales effectus † etiam plures ex aqua benedicta prodeunt.

Primus, quo hominum, jumentorum, aliarumque humanarum rerum sterilitas curatur.

Secundus, quo multiplicatio, & ubertas bonorum impetratur.

Tertius, quo sanitas mentis, & corporis conceditur, tum curando infirmitates, tum illas præcavendo.

Quartus, quo aër noxius purgatur, omnesq; pestiferi, ac cõtagiosi morbi vis propellitur. Aqua benedicta, Deo cooperãte, plures sancti homines, quamplures à spiritibus immundis vexatos, incantationibus ligatos, leprosos, claudos, paralyticos, ac aliis diversis languoribus, & infirmitatibus oppressos liberarunt, cæcos illuminarunt, tempestates maris, & terræ sedarunt, locustas profligarunt, & pestilentem morbum sanarunt, ut per eundem Marsil. *dict. sec: 3, c 2, n. 45. & c. 5, & 6, per tot.* eandem sec. videre licet, ad quem remisisse sufficiat, ubi plura etiam paucis abhinc annis à religiosis Societatis Jesu mirabilia fuerunt facta apud Japones, & Indos, apud quos aquæ benedictæ virtus multis experimentis est comprobata.

24 Aquæ benedicendæ forma† in duobus versatur verbis, scilicet, ac figuris, & quia supra de verbis actum fuit, nunc de figuris aliqua attingam. Hujuscemodi benedictionis figura quatuordecim perficitur crucibus, ea devotione expressis, quæ gravem, & religiosum virum decet, & tunc faciendæ sunt, cùm septem illæ invocationes, de quibus *supra, n.* 14. dicuntur. In prima quidem invocatione crux una fieri debet, in secunda tres, in tertia duæ, in quarta tres, in quinta una, cùm sacerdos dicit: Infunde benedictionem tuam, &c. in sexta similiter una, cùm sal in aquam injicitur, & postremò in septima tres. Quæ quidem evidenter, ac explicitè fieri debent, quemadmodum & verba ipsa clarè, & explicitè sunt pronuncianda, ut per eundem Marsilia in Hidrag. *sec. nu. 35, 36, & 37, 6. ult.*

25 Septenario † numero invocationum fit dicta benedictio, quia dictus numerus apud sacram scripturam, & sacros doctores est perfectus, ut tradit magister Cyprianus Ubertus, hæreticæ pra-

vitatis Inquisitor, in suo peculiari ope. de Cru. *lib.* 1, *cap.* 7, *& d. numero septenario* 249. figuræ describuntur, *in eod. lib.* 1, *cap.* 36.

26 In crucis verò signo † exprimitur fides sanctiss. Trinitatis, in eoque roboramur, quemadmodum in incarnatione fuit concursus totius Trinitatis, ita ministerio crucis astiterunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, cùm opera extetiora Trinitatis sint inseparabilia, & indivisa, ut tradit idem magister Cyprianus, *eod. lib.* 1. *cap.* 7.

27 Habet enim crux Christi † quatuor virtutes, propter quas religiosa, & venerabilis est apud fideles consuetudo, ut signent se signaculo sanctæ crucis.

Prima quidem, quòd est signum distinctum servorum Dei Jesu Christi.

Secunda, quia est armatura fortis ad profugandum dæmones, qui ubi crux Christi est, stare non possunt.

Tertia, virtus ejus est contra vitiorum tentamenta, quæ, si mente fideli habeatur, nulla libido, nulla peccati prævalere potest invidia, sed continuò ad ejus memoratione totius peccati, & mortis fugit exercitus.

Quarta virtus est, quòd operatur, ut divinæ benedictionis dexteram homo consequatur, ut post Damasc. beatus Chrysostomus, August. Origen. & beatus Hieronym. tradit Turrecrem. *in cap. ecclesiarũ*, 28 *n.* 3, *dist.* 11. † & quamplura miracula, aliasque virtutes, quæ ministerio, ac signo sanctæ crucis fuerunt habita, & operantur, copiosè scribit præfatus magist. Cyprianus in eodem ope. de cru. in quinque libros distincto per tot.

29 Fieri enim non debet † crux per modum circuli, sed dextra sursum porrecta, inde quasi recta ducatur linea deorsũ, & transversalis, altera extendatur à sinistro ad dextrũ latus, & maximè referre, hæc signa adamussim fieri, quandoq; autem dæmones nequaquam timuisse aquam sanctam, quia non fuerat ritè benedicta, scribit Marsil. ea. Hydrag. *sect.* 2, *cap.* 7, *n.* 39, 40, & 41. Quòdque signum crucis fieri debeat in figura quadrangulari, tenet idem Turrecrem. eo. c. Ecclesiarum, nũ. 5. quem sequitur mag. Cypr. *eod. lib.* 1. *cap.* 7.

DE INDVLGENTIIS.
Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias conferendi potestas fuit à Christo Ecclesiæ concessa.*
2 *Indulgentia, quid sit.*
3 *Indulgentia duplex, plena, & non plena; harum qualibet quæ sit.*
4 *Indulgentiæ forma est duplex:*
5 *Indulgentia propriè non remittit culpam.*
6 *Culpa, & pœna in peccato consistunt.*
7 *Culpa licèt remittatur à Deo per contritionem, tamen requiritur confessio.*
8 *Purgatorij pœna major est omni pœna, quam unquam aliquis patiatur in præsenti vita.*

9 Pœna

9 Pœna est duplex, damni, & sensus, illa æterna, & cur? hæc verò temporalis.

10 Indulgentia plenaria, an differat à pleniori, & à plenissima.

11 Indulgentia plenaria non differt ab ea, quæ conceditur in anno sancto, vel alijs temporibus vigore Iubilæi.

12 Iubilæi annus quolibet centesimo anno fuit antiquissimus.

13 Iubilæi annus fuit reductus ad annum quinquagesimum à Clemente Sexto, & ad vigesimumquintum à Paulo Secundo.

14 Indulgentia plenaria tempore anni Iubilæi suspensa à Gregorio XIII. Idem à Clemente VIII. nunc Pontifice Maximo, fuit innovatum usque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ.

15 Indulgentiæ plenariæ ad hoc, ut revivisçant anno Iubilæi elapso, quid requiratur.

17 Concilium generale legitimè congregatum, habet potestatem concedendi indulgentias plenarias.

18 Indulgentias non plenarias concedunt Legati, Patriarchæ, Archiepiscopi & Episcopi.

19 Indulgentia non debet concedi, nisi ex causa conveniente, & justa.

20 Indulgentia ut valeat, requiritur pietas.

21 Indulgentia plenaria conceditur pluribus de causis.

22 Opus, quod pro iudulgentia obtinenda imponitur, debet esse ordinabile, & conducibile ad honorem Dei, & fidei exaltationem.

23 Indulgentia respicit principaliter gratiam, non meritum hominum, respicit tamen meritum Christi, beatæ Virginis, & Sanctorum.

24 Indulgentia ad hoc, ut obtineatur, requiritur, ut homo sit in statu gratiæ.

25 Indulgentiam ut quis consequatur, requiritur duplex dispositio, interna, & externa.

26 Confessio actualis, quando requiratur, ad consequendam indulgentiam, & quando non.

27 Confiteri an teneatur ad consequendam indulgentiam, qui nullum habet peccatum mortale.

28 Dispositio externa ad obtinendam indulgentiam est adimplere omnia quæ in litteris indulgentiarum exprimuntur.

29 Indulgentia non extenditur ad mortuos, nisi à Papa expressè fuerit extensa, & tunc per modum suffragij.
Suffragiorum tria sunt genera.

30 Quæstus pro consequendis indulgentijs abolentur.

31 Missa dicta in altari privilegiato pro tali anima, an illam liberet.

32 Papa non habet judiciariam auctoritatẽ, neque jurisdictionem directam in defunctos, & supra num. 29.

33 Indulgentiæ possunt defunctis per modum satisfactionis, & consolationis.

34 Mortui suis orationibus viventibus prodesse possunt.

QUoniam Indalgentiarum concessio genus quoddam benedictionis præstantissimum est, cùm per talem concessionem fidelibus gratiosè indulgeatur, unde pro pœna temporaria suis peccatis debita satisfacere possint, hoc loco post dicta de benedictione in universali, aliqua de Indulgentiis breviter attingere do-

1 crevi † Potestas enim illas conferendi à Christo Ecclesiæ in Petro concessa extitit, quæ hujusmodi potestate divinitùs ei traditâ; antiquissimis etiam temporibus in usu fuit, *Matth. c. 16. Ioan. c. 20. cap. audivimus, cap. quodcunque, 24 q. 1. & cap. ut constitueretur, 50. dist.* ideo sacr. Conc. Trid. indulgentiarum usum Christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse, docet & præcipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant, ut *in decr. de Indulg. in princ. sess. 25.*

2 In primis autem videndum est, † quid sit Indulgentia? quæ omissis aliis diffinitionibus, à diversis scriptoribus ecclesiasticis traditis, est remissio pœnæ temporariæ in foro pœnitentiali Deo debitæ, extra sacramentum facta, per applicationem eatum satisfactionum, quæ in communi Ecclesiæ thesauro continentur, Navarr. *in commentar. de Indulg & Iubil. not. 20, num. 1. & seqq.* ubi rationes diffinitionis assignat, & ad contraria respondet, *tom. 3.* Cordub. *de Indulgent. q. 3.* & Card. Bellarm. *in 6 contra gen: tom: 1, lib: 2, cap. 16. §. ad hæc*

3 *juvantur.* Quæ quidem est plena, † & non plena, plena est, quæ sub nomine plenariæ datur, vel sub his, aut similibus verbis ei, qui fecerit, hoc aut illud, remissio omnium peccatorum conceditur: non plena, quæ limitata solummodò datur, vel ratione peccatorum, vel ratione pœnæ debitæ: prior respicit totam pœnam temporalem peccatis debitam, posterior non totam, sed illius solummodo partem, Navarr. *eodem comment. not. 9, num. 1, 2, & 3.*

4 Indulgentiæ enim forma † quantum ad eam, quæ significat remissionem pœnæ in foro pœnitentiali, de qua verba facere decrevi, aliis omissis, de quibus per eundem Navar. *eod. com. not. 20, num. 2.* est quadruplex. Aliquando enim dantur indulgentiæ respiciendo ad certum tempus secundùm numerum dierum, aut annorum: quandoque respiciendo ad certam partem peccatorum, ut cùm datur remissio mediæ, vel tertiæ partis; Interdum respiciendo totum id, quod pro peccato debetur, ut cùm datur indulgentia plenaria, vel remissio omnium peccatorum, Turrecrem. *in cap. quia aliquando, de pœnit. d. 1.*

5 *§. item in Levitico, q. 2. art. 1.* † Quandoq; etiam conceditur de culpa, & pœna; quod non est propriè intelligendum, cùm solus Deus auctoritativè culpas remittat, juxta illud Isaiæ: *Ego solus deleo iniquitates tuas per memetipsum*: sed ideò sic dicitur, quia ibi remittitur culpa à Deo per contritionem, quæ præexigitur, & pœna à Papa per indulgentiam, quæ subsequitur, Sylvestr. *in verbo Indulg q. 9, n. 23.* & Graff. *c. 15. secundùm impressionem Taurinen. n. 53, 55, 59, & 64 par. 1, lib. 4.* ubi de his quatuor modis indulgentias concedendi copiosè tractat.

6 In peccato, † ad quod delendum indulgentiæ conceduntur, duo sunt; culpa, qua offenditur Deus, & pœna, quæ debetur pro culpa: remittitur autem culpa in contritione, quæ est cum proposito confitendi, & satisfaciendi, ut *in psalm. 31. Confitebor adversum me injustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei,* sed quamvis Deus remittat culpam per

7 contritionem, † tamen requiritur confessio, ut ipse confessarius absolvat pœnitentem sacramentaliter à peccatis, cujus

abso-

absolutionis virtute illa pœna æterna peccato debita, quæ per contritionem commutata erat in temporalem, aliqua ex parte tollitur, ideo, si decederet sine confessione, non tamen contempta, sed prævenita gravius, & diutius puniretur in purgatorio, cujus pœna est ignis, qui, etsi æter-
8 nus non sit, † miro tamen modo gravis est, quoniam excellit omnem pœnam, quam unquam aliquis passus sit in hac vita, & nunquam in carne tanta inventa est pœna, licèt mirabilia martyres passi sint tormenta, & multi nequiter immensa sustinuerint supplicia, Aug. *in lib. de pœnit. relatus in cap. nullus, de pœnit. dist. 7.* Graff. *eod. c. 15. nu. 48.* & Bellarm. *in 6 controv. gener. lib. 2. cap. 14 de purgat.*

9 Pœna, quæ debetur, † est duplex, id est pœna damni, quæ est carentiæ visionis Dei ex parte aversionis, & hæc est æterna, ut qui contra æternum bonum peccavit, in æternum puniatur, & pœna sensus ex parte conversionis ad creaturam, quæ cùm non sit infinita ex genere suo, non est æterna, quo fit, ut, si hujusmodi conversio non esset aversio à Deo, non deberetur ei pœna infinita, ideo peccatis venialibus non debetur, nisi temporalis; & hinc colligitur, quòd, cùm per contritionem, & per satisfactionem homo convertatur ad Deum, recuperet amicitiam Dei, ac etiam
11 tollatur æterna pœna damni, *cap. dixi, & cap. magna, de pœnit. d. 1.* remanet tamen pœna sensus in hoc sæculo persolvenda, vel per pœnas sponte à nobis confessis pro vindicando peccato susceptas, vel sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositas, vel etiam per temporalia flagella à Deo inflicta, & à nobis patienter tolerata, Conc. Trid. *sess. 14, c. 9, cap. sunt plures, de pœn. d. 3.* & Graff. *eod. c. 7, n. 1, 2, & 3. par. 1, lib. 1.* Quòd, si ea pœna in hac vita non luatur, luenda erit in purgatorio, hæc autem est pœna, quæ per indulgentias tollitur. Verùm, quia aliqui indulgentiam
10 plenariam dividunt † in plenam, sive plenariam, pleniorem, & plenissimam.

Quæritur, an re vera inter se differant. Aliqui autem putant esse differentiam realem inter has tres species super enumeratas, ut Palud. *in 4, dist. 20, q. 4.* Adr. pariter *in 4. q. de Indulgent. colum. 12.* & Navar. *d. not. 9, num. 4, & not. 22, num. 50, & 51.* sed melior videtur eorũ sententia, qui nullam inter plenariam, pleniorem, & plenissimam constituunt differentiam, quam tenet Sot. *in 4, d. 21, q. 2, art. 1.* Michaël Med. & Cordub. *q. 11. de Indulgent.* & cæteri omnes recentiores: gradationem autem illam solummodò adhiberi ad exaggerandam, seu potius explicandam indulgentiæ plenitudinem, qua nihil ampliùs desiderari possit, ut benè advertis Graff. *d. cap. 15. nu. 45.* Quando autem Papa plenariam omnium peccatorum indulgentiam cõcedit, perinde est, ac si vocabulo, plenissimæ uteretur, ut manifestissimè exemplo ostendi potest, amphoræ enim aquæ plenę nõ majus datur vacuũ, quàm plenissimæ tribuatur. Nec differt † plenaria indulgentia ab ea, quæ cõceditur in anno sancto, vel aliis temporibus vigore Jubilæi, sed in Jubilæo, præter plenam remissionem pœnæ, multa solent concedi privilegia, quæ per indulgentias communiter non conceduntur, ut facultas eligendi confessariũ, potestas absolvendi à casibus reservatis, & commutandi vota, ut per Sot. *d. q. 2, art. 1. dist. 21.* & tenet etiam Graff. *eadidecis. 15, num. 29,*

quapropter annus Jubilæi fuit semper in Ecclesia celeberrimus, & antiquissimus.

Nam Bonifacius VIII. anno 1300. antiquorum fida relatione motus, quòd accedentibus ad honorabilem Basilicam Principis Apostolorum de Urbe cõcessæ erant magnæ remissiones, & indulgentiæ peccatorum, dictas remissiones, & indulgentias omnes, & singulas ratas, & gratas habens, ipsas auctoritate Apostolica confirmavit, approbavit, & etiam innovavit, & ut beatissimi Petrus, & Paulus Apostoli eò ampliùs honorarentur, quo ipsorum basilicæ de Urbe majore devotione essent à fidelibus frequentatæ, de fratrum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus eod. anno 1300 à festo Nativitatis Iesu Christi, & in quolibet anno centesimo sequuturo ad basilicas ipsas accedentibus reverenter verè pœnitentibus, & confessis, vel qui verè pœnitentes confiterentur,
12† in eodem, & quolibet centesimo sequuturo anno, non solùm plenam, & largiorem, immò plenissimam omnium suorum concessit veniam peccatorum, ut habetur in dicta extravag. 1. de pœnit. & remiss. & ante illam Honorius III. de illis statuit, ut in cap. nostro, ex eodem tit. & longè ante Gregorius, qui stationes ad indulgentias quærendas Romæ statuit circa annum 619. secundùm S. Thom. *in 4. dist. 20. q. 1. art. 3.*

Illa verò Jubilæi indulgentia centesimo quoque anno ante Bonif. VIII. semper concedi solita fuerat, ut post alios, quos refert, testatur Navar. *d. com. not. 7. n. 3.* & 4. Clemens verò VI. idem Jubilæũ, quod centesimo quolibet anno concedebatur,
13† ad annum quinquagesimum, qui primò fuit annus 1350. reduxit, ut in extravag. unigenitus, eod. tit. de pœnit. & remiss. & tandem à Paulo II. reductum est, ut quolibet vigesimoquinto anno celebraretur, ut in extravag. Quemadmodum, eod. tit. Qui insuper omnes, & singulas plenarias indulgentias, etiam ad instar jubilæi cum quibuscunque facultatibus, & potestatibus à prædecessoribus datas ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum suspendit, *ut in d. extravag. quemadmodum, §. nos, qui universorum.*

14 Gregorius autem XIII. multorum Romanorum Pontificum morem sequendo, de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad suum, & dictæ Sedis Apostolicæ beneplacitum, omnes, & quascunque indulgentias plenarias, etiam ad instar Iubilæi, & earum causa, facultates, concessiones, & indulta quæcunque ab ipso, & dicta Sede, ejusque auctoritate, quibuscunq; ecclesiis, & monasteriis utriusque sexus, ac conventibus, domibus, congregationibus, hospitalibus, & piis locis, nec non Ordinibus etiã Mendicantium, ac Militiarum, nec non universitatibus, & confraternitatibus, earumq; & aliis cujuscunq; dignitatis, gradus, & conditionis, personis ecclesiasticis, & sæcularibus per universum orbẽ constitutis, etiam per modum communicationis, & unionis, & aliàs quomodocunque perpetuò, vel ad tempus, quibusvis modis, & ex quibusvis causis concessas, & concessa, quibuscunq; illa sint concepta formulis, ac restitutionibus, revocationibus, mentis attestationibus, aliisq; clausulis, & decretis cõmunita, etiam suspendit, decernẽs interim, illa nulli prorsus suffragari debere. Nec non irritũ, &c. Indulgentiis basilicarum, & aliarum ecclesiarum Urbis nihilominus in suo robore duraturis, interdicendo, ne ullæ aliæ indul-

indulgentiæ publicarentur, vel nunciarentur, & qui secus facerent, in excommunicationis sententiam eo ipso incurrere voluit, & quòd ab Ordinariis locorum punirentur, ut per Navar. *in eodem: com de indulgent. no: 133 in princip.* quam suspensionem etiam ad suum, & ejusdem Sedis Apostolicæ beneplacitum, eodem modo, & forma supra expressis, Clemens Papa VIII. post jubilæi indictionem, innovavit, quæ tamen indulgentiarum suspensio solùm proceedit in plenariis, non autem in aliis, 16 ut ipsius suspensionis expressa verba apertè testantur, & declarat Navar. *eod. com. not: 25, n: 2, & 3:* & cùm sit odiosa, ampliari non debet ad non expressa, *cap: odia, de reg. jur. in 6.*

Hæc autem suspensio, quoad plenarias, durat, non solùm durante anno Jubilæi, & vita Papæ Clementis, sed usque ad beneplacitum Sedis Apostol. quod morte pontificis non tollitur, quia non respicit personam, ut ex contextu Bullæ patet, sed auctoritatem Pontificiam, quæ in omnibus successoribus perseverat; & propterea, nisi à Pontifice pro tempore existenter revocetur, semper intelligitur in suo robore permanere, *cap. si gratiosè, de rescript. in 6.* & Navar. *in d. com: not 28 nu. 7:* &, licèt non desint scribentes stylum curiæ haberet 17 ut elapso anno Jubilæi, cæteræ omnes indulgentiæ reviviscant, consuetudine, quâ Papa scit, & tolerat, ita interpretante; tamen, anno Jubilæi elapso, † requiritur expressa suspensionis revocatio, ut tradit Navar. *in d: com: de indulgent: not. 33: nu. 7.* ex relatu Datarii de mente Gregorii XIII. & ita Clemens Octavus anno Jubilæi expleto interrogatus, suspensionem durare, donec aliter, &c. respondit: Cessat tamen suspensio cum verbo, vel scripto Papa declarat, ipsam suspensionem fore sublatam, & communis usus ita testatur.

Ad indulgentiarum validitatem quinq; requiruntur: auctoritas in concedente, habilitas in recipiente, pietas in fine, utilitas in opere, & congruitas in tempore, secundùm glo. *in d. extravag. 1.* & septem secundùm Innoc. *in cap. quòd autem, de pœnit. & remiss* & quatuor secundùm Graff. qui sequitur d. gloss. *eod. c. 15. n. 51.* sed communis sententia est, † quòd tria tantùm requirantur, scilicet ex parte dantis auctoritas, ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas, quæ comprehendit honorem Dei, & proximi utilitatem, S. Thom. *in 4, d. 20, q. 1, art. 3, q. 2.* & Navar. qui testatur, hanc opinionem communiter receptam, *d. com. not. 32. num. 28.*

Primum requisitum est auctoritas ex parte dantis, quæ summa est penès Papam, summum, universalem, & unicum Christi Vicarium, à quo alii inferiores ordinariâ, vel delegatam recipiunt auctoritatem, *c. cùm ex eo, in fine, de pœnit. & remiss.* gloss. mag. *in c. 1. extravag. commun. eod. tit:* Palud. *in 4. d. 20, q. 4. colum. 6:* Navar. *eod. com. not 31. num. 1, 2, & 3. & not. 32: nu. 11:* & Graff. *d. cap: 15: num. 51, par: 1, lib. 4.*

17 Secundò apud † Concilium generale legitimè congregatum, cujus ut magna est in universam Ecclesiam jurisdictio, sic etiam habet potestatem concedendi indulgentias plenarias, Abb. *in Clem. abusionibus, num. 2, de pœnit. & remiss.* & Felin. *in serm. de indulgent: circa fin.* qua potestate usum est Concilium Constant. *sess: 17: ad fin.* ubi plenariam indulgentiam concessit iis, qui certam pecuniæ summam tribuissent ad faciendas expensas pro adventu

Græco-

Græcorum ad Conc ut per Navar. *cod. com not.31, num:2*

18 Alias indulgentias † non plenarias concedunt Legati intra fines suarum legationum, Patriarchę, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi intra fines suarum diœcesum, etiam nondum consecrati, dummodo sint electi, & confirmati, & hi omnes facultatem habent limitatam. nam regulariter habent facultatem concedendi tantùm 40. dies indulgentiæ, & annum in dedicatione ecclesiæ, *cap. ex eo, de pœnit. & remiss.* & Navar. *d. not. 31, num. 1.* ubi tradit, Archiepiscopum intra suum Archiepiscopatum tantùm indulgentias concedere posse, sed est contra text. *in cap. nostro, de pœnit. & remiss.* ubi Papa Archiepiscopo respondet, quòd per Provinciam suam liberè potest indulgentiarum litteras concedere, dummodò statutum generalis Concilii non excedat. Nam, licèt Archiepiscopus non sit judex ordinarius omnium de Provincia, *ut cap. pastoralis, ex de offic. ord:* nec extra suam diœcesim habeat contentiosam jurisdictionem; cùm tamen indulgentias concedere sit voluntariæ jurisdictionis, illas concedere potest, ut per gloss. *d. cap. nostro.*

Abbates verò, & alii Episcopis inferiores indulgentias concedere non possunt, *cap. accedentibus, ext. de excess prał.* & Navar. *cod. commun. de indulgent. not:7, nu. 2, 21*

19 & concedi non debent, † nisi ex convenienti, & justa causa, secundùm comunem Doctorum sententiam, S. Thom. 3 *par. in addit. q. 25, art. 2.* S Bonavent. *in 4, dist. 20, in 2, par. dist:4, & q ult:* Gers. *in tract de indulgent.* Sylvest. *verbo Indulgentia, qu:6,* Cajet. *in opusc. de causa indulgent. qu. 1 & in opusc, de indulg. c. 8:* Sot. *d: extravag. 1, 9. ut autem beatissimi*, & Navar. *d. com. not. 15, n, 1.* & hoc, quia Summus Pontifex non est dominus ecclesiastici thesauri, sed tantùm dispensator, 1, *ad Corinth. cap. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, & sine causa concessa indulgentia fortè non valet, prout nec sine justa causa valet relaxatio voti, aut juramenti, glo. *in c. non est, in ver. adimplere, de vot. in cap. quantò, in ver. absolvi, de jurejur.* & Navar. *eod. commun. not. 15, nu. 1, & 2.*

Secundum requisitum ex parte causæ, requiritur, ut sit aliquid ad pietatem ordinatum, qualis est honor Dei, & exaltatio fidei: nam frequenter earum concedendarum finis principalis † est pax, & concordia Principum: frequenter decus, honor, & gloria Dei, vel Sanctorũ ejus, qualis videtur esse finis indulgentiæ anni Jubilæi, ut per Navar. *d. com. de indulg. not. 19. n:14.* ut in omni concessione indulgentiæ videre licet, veluti, cùm dicitur, ac pro totius populi Christiani salute preces effuderint, qualia verba in Jubilæis adhiberi solent, & in plerisque aliis indulgentiis, ut pro Principum Christianorum concordia, & fidei exaltatione: quia finaliter debet attendi, ut per hoc fides Catholica honoretur, & exaltetur. Et causæ, quibus indulgentia plenaria conceditur, plures sunt.

Conceditur enim † pro expeditione Terræ sanctæ, pro Jubilæo, pro celebrando œcumenico Conc. pro defensione, & conservatione status Ecclesiastici, & recuperatione bonorum, vel rerum ecclesiasticarum pro placatione iræ divinæ in pestilentia, fame, & bello, præsertim contra Turcas, vel alios infideles, pro singulis, remotorum locorum peregrinis petentibus visita-

visitationem Terræ sanctæ, liminum Apostolorum, & S. Jacobi de Compost. in gratiis agendis pro magno Dei beneficio, ut pro pace facta inter Princ. Christianos, pro conversione ad fidem alicujus Provinciæ, vel civitatis, pro victoria contra hostes Ecclesiæ, pro hæreticis repellendis, sedando schismate, & pro notabili numero captivorum redimendo, Congreg. sacr. Conc. Trid. *super decr. de indulg. sess. 25, decis. mihi 395.*

22. Hinc fit, ut opus, † quod pro indulgentia obtinenda imponitur, debeat esse ordinabile, & conducibile ad honorem Dei, & fidei exaltationem, quare, si hoc habuerit, sufficiens videtur ad dandam indulgentiã: & ita in eo non tam attendenda erit quantitas, quàm illius qualitas, tum quia indul-
23 gentia respicit principaliter gratiam † non meritum hominum, quia aliàs non diceretur indulgentia, per citatam gloss. mag. *in extravag. com. c. 1. de pœnit. & remiss.* & Graff. *decis. aur. d. c. 15. num. 51. in fin. par. 1, lib 4.* tum etiam, quia respicit meritum Christi, super quo fundatur, & ex quo sumitur, quia passio Christi fuit excessiva, & excessus vocatur, *Luc. c. 9.* ubi habetur, quòd in Transfig. Christi apparuerunt Moyses, & Helias, & loquebantur de ex-
25 cessu, quem completurus erat in Hierusalem: quoniam unica gutta tam pretiosi sanguinis sufficisset pro redemptione totius mundi, quia propter unionem humanitatis cum persona divina verbi factam, quantulaquæque passio ab eo tolerata pro redemptione nostra habebat pretium infinitum, & ne tam magnus excessus inanis, & frustratorius remaneret, voluit Christus, ut, tamquam inexhaustus thesaurus in Ecclesia esset per Rom. Pont. Vicarium suum fidelibus loco & tempore dispensandus, ut in d. gloss. mag. quam sequitur Fely. *in d. serm. de indulg. n. 3. vers.* & in hoc S. Tho. *3, par. 1, q. 46, art. 5, ad 3.* & Navar. *in eod. com. de indulg. not. 12, n. 2, & 3.* Passio enim Christi est infiniti valoris, & meriti; unde Summus Pont. † & illi, quibus ipse committit, possunt hujusmodi merita Christi, B. M. ac Sanctorum, ubi necesse est, dispensare, Graff. *eod. c. 13, nu. 52.*
24

Tertium verò requisitum ex parte ejus, qui vult consequi indulgentias, sicut ipsa etiam natura nos docet, non posse subjectum formam aliquam in se recipere, nisi ad illam fuerit per præcedentes dispositiones priùs bene præparatum, sic idem censendum est venire, etiam suo modo in spiritualibus, & in specie, quoad indulgentias obtinendas, & ideo debet, qui vult indulgentias consequi, se ad illas suscipiendas ritè disponere, cùm agens non agat, nisi in patiente bene disposito, & debet esse in statu charitatis, nempe verè pœnitens, & confessus, ad hoc, ut sit idoneus ad indulgentias consequendas, facit *text. in cap. pastoralis, in fine, de appell.* & Graff. *eod. c. 15, nu. 51, vers. secundò requiritur.*

25 Duplex autem † requiritur dispositio, & præparatio ad indulgentias consequendas, una intetior, & altera exterior. Interior est, qua homo per contritionem repellit à se peccatum mortale, tamquam impedimentum ad fructum indulgentiæ percipiendum, & hæc quidem dispositio, si loquamur de tempore, quo percipienda est indulgentia, est omninò necessaria; tum, quia non potest remitti pœna, nisi priùs remissa sit culpa, cùm Deus non tollat reatum pœnæ sine

decoro justitiæ: si autem manente culpa, remitteretur pœna, esset sublatus reatus pœnæ, sine decoro justitiæ; quia adhuc remaneret dedecus culpæ, & sic esset aliquid inordinatum in universo, quòd divina sapientia non permittit, *arg. in auth. de hæred. & falcid. §. inordinatum, col. 1.*

Oportet igitur, ut quis esse possit capax indulgentiæ, quòd sit purgatus à culpa media contritione, tum, quia membrum mortuum non potest suscipere influentiam ab aliis vivis, S. Thom. 3 *par. in addit. q. 27, art. 1. in arg sed contrà*; tùm demùm, quia id in literis indulgentiarum exprimi solet, in quibus dicitur verè pœnitentibus, & confessis, ut idem S. Thom. probat *in corpore ejusdem articuli.*

26 An autem † sit semper necessaria actualis confessio ad indulgentiam consequendam, omissis variis doctorum opinionibus.

Primò respondetur, in iis indulgentiis, quæ per modum Jubilæi concedi solent, in quibus expressè habetur, sacramentalem confessionem intra primam, vel secundam hebdomadam post publicationem, actualiter requiri, indulgentiam, nisi prævia actuali confessione, consequi non posse; quòd idem dicendum est in aliis literis, in quibus vel eodem modo, vel æquipollenti alio exprimitur.

Secundò, si indulgentia absolute concedatur sine ulla expressione confessionis, aut clausulæ verè pœnitentibus, & confessis, tunc illis, qui semel in anno fuerunt confessi, & habent propositum confitendi, & contritionem de peccato præterito, non requiritur actualis confessio, sed satis est, esse in gratia; nam sic præsumendum est, esse de mente concedentis, Palud. *in 4. d. 20. q. 4. art. 2.* Abb *in c. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss. n. 21.* Car. *in Cle. 1. de reliq. & vener. Sanct.* Navar. *eod. com. not. 18, n. 11.*

Tertiò, si sub hac forma indulgentia concedatur, consequuturum esse, qui hoc, aut illud fecerit, indulgentiam omnium peccatorum, de quibus verè fuerit confessus, & contritus, tunc, sive pro consequenda indulgentia quis confiteatur, sive non, eorum tamen peccatorum remissionem consequetur, quæ fuerit aliquando integra confessione confessus, Gab. *in 4. d. 45, q. 3, art. 3.* & Cord. *q. 27, de ind. propos. 3. op. 3.* & alii per ipsum allegati.

Quartò, cùm in forma indulgentiæ cõcedi dicitur verè pœnitentibus, & confessis, res videtur sanè dubia, & quamvis Palud sententia, quæ videtur fuisse Doctorum communis, probabilis sit, securius tamen est, & probabilius, requiri confessionem actualem, ut existimant S. Anton. *1 par. tit. 10, c. 3, § 2, & 5.* Ang. *in sum. verb. Indulgentia, n. 7.* Adria. *in q. de indulg.* Cajet. *in opusc. de indulg. ad Iulium Medicen, c. 10.* Navar. *loco cit. n. 2. & seq.* quod etiam expressè habet gl. *in d. extrav. 1. de pœn. & remiss.*

27 Dubitari enim potest † quando confessio exigitur ad consequendam Indulgentiam, si quis nullum peccatum mortale post ultimam confessionem commiserit, debeat pro illa obtinenda confiteri saltem venialia. Duplex est in hoc sententia, quam aliqui affirmant, alii verò negant. Prima enim tutior est, sed posterior etiam est probabilis, quam sequuntur S. Anton. ubi supra, & Nav. *eo. not. 18. n. 18.* Sylvestr. *verb. Indulgentia, n. 20, & alij*: qui tamen doctores conciliari possunt, sic distinguendo;

do: aut confessio in literis indulgentiarum exigitur, tanquam dispositio ad earum fructum percipiendum, qua etiam ratione exigitur contritio, aut verò exigitur, tanquam opus, vel pars operis, pro quo indulgentia conceditur. Primo modo exigi videtur confessio, cùm sub illa forma injungitur verè pœnitentibus, & confessis, posteriore autem injungitur in Jubilæis, ubi cum aliis operibus præcipitur, ut intra eandem hebdomadam quis confiteatur.

Quando igitur confessio solùm exigitur, tanquam dispositio, probabilius est, si quis nullius peccati mortalis post præteritam confessionem sit sibi conscius, non esse necessariam, sicut in eod. eventu non exigitur necessariò nova contritio, neque est præsumendum, majorem voluisse Papam exigere dispositionem ad percipiendam indulgentiam, quàm necessaria sit ad Eucharistiam, quæ à quolibet mundo letali culpa sumi potest, Conc. Trid. *c.7, sess. 13.* & Graff. *decis. aur. cap. 38. nu. 1, par. 1, lib. 2.*

At, quando exigitur confessio, tanquam opus, aut pars operis, pro quo indulgentia datur, videtur, quòd quis peccata venialia debeat confiteri, quoniam, si quis non facit opus, pro quo indulgentia conceditur, undecunque proveniat, sive ex infirmitate, sive ex inopia, sive demum ex impotentia, non consequitur indulgentiam, *arg. l. cui fundus, ff. de cond. instit.* in terminis, gloss *in ead. extravag. 1. in ver. confitebuntur, in princ. & vers. oportet ergo, de pœnit. & remiss.* & hæc, quoad interiorem dispositionem.

28 Quò autem ad † exteriorem, præter sacramentalem confessionem, quando actus, tanquam opus, pro indulgentia obtinenda exigitur, diligenter etiam adimplenda sunt. Cætera omnia opera, quæ in indulgentiarum litteris exprimuntur, *ut in d. extravaganti 1. §. statuentes.* Palud. *d. 20, q. 4, col. penult.* nec sufficit partem implere, ut quis partem indulgentiæ consequatur, ex communi Doctorum sententia. S. Anton. *1. par. tit. 10, c. 3, §. 4.* & Navar. *eod. com. de Indulg. & Iobel. not. 19, num. 2, & 3.* cujus ratio est, quia concessio conditionata nulli valet, nisi expleta conditione, quæ in forma specifica debet adimpleri, *l. Mævius, l. qui hæredi, ff. de condit: & demonstr.* & Nat. *cons: 624, nu. 14, volum. 3.*

Si quis enim teneatur ex forma indulgentiæ tribus diebus jejunare, vel quatuor ecclesias visitare, aut tribus diebus eleemosynam facere, bis jejunando, vel tres ecclesias visitando, aut una die eleemosynam pro tribus largiendo, neque indulgentiam, neque partem illius consequetur, neque ab hoc ulla legitima causa excusatur, ex supra deductis, nisi in literis concessionis indulgentiarum aliter disponatur, Navar. *in sæpè dicto vocab. 19. à principio usque ad n. 6.* & Graff. *d. cap. 15. num. 22.*

Propterea indulgentia anni Jubilæi, & aliæ conditionatæ de aliquo opere faciendo pro illis consequendis mortuis acquiri non possunt, quia illi saltem ordinaria potestate id, quod Papa jubilæum concedens, & in aliis similibus indulgentiis fieri mandat, sine quo illud non quæritur, facere non possunt, ut eadem extra vag. 1. §. statuentes, ut qui, & in extravagan. unigenitus, §. statuentes de Apostolicæ, & Navar. *eod. com. not. 22. n. 1, & nu. 7.* Nulla autem indulgentia extenditur ad mortuos,

tuos, nisi à concedente expressè extendatur, S. Thom. *in 4, dist. 45, q 2, art. 3.* & Navar. qui hanc dicit esse aliorum omnium opinionem, *in eod not. n. 2.* & dicit *ubi sup. n. 6.* quòd Papa non potest auctoritate judiciaria ligare illos, qui sunt in purgatorio, ergo neque solvere, quia Dominus parius solvendi voluit esse, & ligandi, S. Ambros. *relat. in cap. verbum, de pœnit. dist. 1.*

29 Ideo, quoties Romanus Pontifex concedit indulgentiam pro mortuis, † toties addit per modum suffragii, quasi diceret, se non directè absolvendo, sed indirectè pro eis solvendo eos juvare, *Innoc. in cap. quòd autem, n. 7. de pœnit. & remiss.* Sylv *in summa in ver. indulgentia, nu 19.* Felyn. *in serm. de indulg. col 9, vers. possunt tamen,* & Nav. *eod. not. n 7.* prout in visitantibus ecclesias S. Praxedis, & s. Laurentii extra muros Urbis Romæ, in quibus addita fuit clausulà, per modum suffragii, testatur.

Suffragiorum autem tria sunt genera, sacrificium Missæ, oratio, & opera quælibet pœnalia, & satisfactoria, ut eleemosyna, jejunia, peregrinationes, & similia, sed indulgentiæ non constituunt quartum genus suffragiorum, cùm indulgentia nihil aliud sit, quàm applicatio satisfactionum, seu pœnalium operum Christi, & Sanctorum defunctis. Bellarm. *6. controv. gener. to. 1, l. 2, c. 16, in princ.*

Papa enim Gregorius XIII. qui innumeris altaribus per totum orbem terrarum privilegia liberandi unam animam à pœnis Purgatorii in Missæ celebratione concessit, ferè in omnibus eisdem privilegiis illa verba apposuit: per modum suffragii, & inter indulgentiam per modum suffragii concessam, & eam, quæ simpliciter conceditur, non est differentia, ut una sit majoris effectus, & altera minoris, sed per modum suffragii nunquam est principaliter absolutio: aliàs verò, quæ simpliciter conceditur, sic, & mortuo tunc prodest, cùm forma ejus id habet, & ab aliquo vivo illud fit, propter quod mortuo illa conceditur, Felyn. *in eodem serm. de indulg. colum. 9, vers. sed tandem,* & Nav *eod. com. not. 22, n. 28, & 29.* Ideo, quotiescunque Papa concedit indulgentias pro mortuis, etiam quòd illas concedat, nullâ factâ mentione suffragii, videntur concessæ per modum suffragii; ut per eum modum, quo valere possunt, & non per modum, quo valere non possunt, id est, ut omninò valeant, *arg. l. quoties, idem sermo, ff. de reg. jur. l. quoties, ff. de reb. dub. l. quoties, ff. de verbor. oblig.* & Nav. *eod. not. nu. 34.* quia Papa non videtur posse concedere indulg. mortuis in purgatorio existentibus per modum auctoritatis judiciariæ potestatis, absolvendo eos directè, Calderin. *in cap. nostro, col. 20, de pœnit.* Ricar. communiter receptus *in 4, d. 20, art. 3, q. 3.* & Navar. *eo. not. 22, n. 5.*

Et, quoniam natura novas semper apparat edere formas, ita & ego plura dubia, quæ ex antiquis indulgentiarum formis oriebantur, dilucidare decrevi. Fuerunt enim antiquæ indulgentiarum formæ reformatæ, & etiam aliquæ omnino sublatæ, & primò ab Innoc. III. in Conc. generali, ut *in cap. cum eo, ext. de pœnit. & remiss.* demum à Clemente V. in Conc. Viennen. Clemen. abusionibus eod. tit. & postea à Clemente VII. de anno 1539. in Bull. Rom. *c. 34.* Pio IV. de anno 1562. c. 75. & anno 1564. quo omnia indulta, & privilegia etiam Maris magni, qui-

quibuscunque eccles. tam cathedralibus, quàm etiam metropolitanis, collegiatis, monasteriis, conventibus, & locis, tam sæcularium, quàm regularium, etiam militiarum, in quibus Conc. Trid. contrariantur, revocavit, ac ad terminos, atque limites ejusdem Concilii reduxit, & reducta esse voluit, ut in eodem Bull. Rom. *cap.* 119.

Postremò sacrum Conc. Trid. abusus, qui in his irrepserant, & quorum occasione insigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendare cupiens, generaliter statuit, & decrevit, omnes
30† pravos quæstus pro his consequendis abolendos esse, ut in decreto de indulg. *sess* 25. & Pius V. de anno 1566. auditis ex diversis mundi partibus quamplurimis querelis ad ipsum allatis, quòd, scilicet, vigore diversarum indulgentiarum per ipsum, & prædecessores suos concessarum, multi quæstores ex eisdem indulgentiis lucrum temporale tantùm quærentes quæstas, ut ajunt, exercerent, & plura concederent, quæ eis minimè licebat, omnes, & singulas indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, quibuscunque hospitalibus, monasteriis, ecclesiis, domibus, militiis, ordinibus, etiam mendicantium ordinum regularibus personis, tam singulariter, quàm universaliter per quoscunque Romanos Pontifices quavis occasione, vel causa concessis, pro quibus consequendis manus essent porrigendæ adjutrices, &, quæ facultatem quæstuandi quomodolibet continerent, auctoritate Apostolica revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit, ac viribus evacuavit, ut in d. Bull Roma. c 30. ex quo concessæ per Martinum IV. Nicol. etiam IV. & Urbanum V. porrigentibus manus adjutrices, de quibus per Alphons. de Casal. *Rub. in compen. privileg sub tit. indulgent. quoad secul. 4, sub n. 2, 3 4, 5, & 6.* non suffragatur, quia non fuerunt revocatæ, & sub dict Bull. revocatoria comprehenduntur.

Quæstorumq; nomen, atque usum aboleri, nec ad officium hujusmodi exercendum quemquam admitti, quibuscunque privilegiis non obstantibus, Conc. Trid. decrevit, *ut in c. 9, de reform. sess. 21.* & eo. decreto *de Indulg. sess. 25.* Admittuntur tamen ad colligendas eleemosynas pro usu hospitalium personæ honestæ vitæ, spectatæ religionis, & judicio Ordinariorum approbatæ, non participes dictarum eleemosynarum, & quæ eo munere citra ullum scandalum, ullamve fraudem fungantur, sed simpliciter eleemosynarum collectores nuncupentur, quique nullas publicent indulgentias, non concionentur, nec circumferant sua privilegia, nullasve sacras reliquias, & nullo modo minis, aut precationibus inducant fideles ad eleemosynam, non campanulam, aliaque similia instrumenta, quondam quæstorum insignia, deferant, aut pulsent ad excitandas personas, non petant, tamquam debitum, aut solitum, nec ulla arte, aut prætextu dicendi videlicet orationem S. Antonii, aut alterius Sancti; vel aliter extorqueant pecunias, sed simpliciter, piè, modestè, & cum omni dexteritate petendo eleemosynam pro subventione dicti hospitalis accipiant, quod sibi liberaliter offertur, nec super his eleemosynis ullam quovis modo conventionem faciant, etiam cum hospitali: sed quicquid eleemosynæ nomine collectum fuerit, nullam ad

rem aliam, nisi ad usum hospitalis transferatur, ut fuit in sacra Congr. Conc. Trid. decisum *super cap. 9. ff. 21. decis. mihi 327.* & ita servandum esse in colligendis eleemosynis per societatem sanctissimi Rosarii, confraternitates, & alia pia loca fuit etiam decisum, *ut in decis. 328. & 900.* & secundùm aliam collectam *sub tit. Papiensi super eod. cap. 9. sess. 21. de reformat.*

Et, ut majori cum diligentia indulgentiarum litteræ videantur, & juxta mentem concedentis publicentur, & exequantur, cùm Christi fideles non deceat indulgentiis, aut aliis spiritualibus gratiis privari, Conc. Trident. decrevit, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de capit. debitis temporibus populo publicandas esse, quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta fideliter colligendi facultas detur, ut tandem cœlestes hos thesauros, non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri omnes verè intelligant, *ut cap. 9, de refor. sess. 21.*

31 De Altaribus † privilegiatis, quæritur, nunquid celebrata Missa in altari privilegiato, verbi gratia, pro Joanne defuncto, sequatur, ut ejus anima, quæ in purgatorio est, inde liberetur; & pro hujusmodi quæstionis dilucidatione, primò præsup-

32 ponendum est, † Papam non habere judiciariam auctoritatem, nec jurisdictionem directam in defunctos, ut dixi supra, *sub n. 29. in vers. quia Papa non videtur*, quibus adeò S. Thom. *in 4, dist. 45, q. 2, art. 3, q. 2.* S. Bonavent. *in 4, dist. 20, par. 2, art. 1, qu. 5.* Dom. Sot *in 4, d. 21, qu. 2, art. 3,* Joan. Echi. *in Enchirid. de Indulg.* Bart. Sibil. Monopol. *c. 3, primæ decad. qu. 12.* Duran. *in 4, d. 20, q. 4, & est text. in cap. de communione, cap. legatur, in fine, 24, qu. 2.* & Clem. abusionibus juncta gloss. *in ver. mendaciter, de pœn. & remiss.* & propterea, indulgentiarum satisfactio-

33 nes † aliquibus à Papa applicatas posse quidem, (Deo sic acceptante) non tamen semper, lege certa, prodesse, sed defunctis prodesse, & per viam consolationis, & satisfactionis, S. Thom. *in suppl. 3. par. qu. 71. art. 12:* primo modo considerato omnibus existentibus in purgatorio prosunt, & fortè magis alteri, quàm ei, pro quo fiunt; sicut enim in aula Regis lucerna, quæ ipsi soli accenditur, omnibus circunstantibus lucet, imò illi magis, qui perspicacioris est visus, & lectio ad utilitatem unius facta ab altero auditore quandoque magis percipitur, ita suffragia pro Joanne facta, quatenus consolatoria sunt, omnibus existentibus in purgatorio prosunt, ac illis majore charitate sunt insigniti; si verò satisfaciendi vim in illis consideremus, secundùm intentionem, & affectum applicantium, & statum eorum, quibus applicantur, prosunt, S Thom. *3, parte, qu. 79. art. 5. in corp. & 4 sent. dist. 45. q. 2.*

34 Quæritur, an mortui suis orationibus viventibus prodesse possint, & affirmativa probatur *lib. 2. Machab. c. 15.* ubi legitur, Oniam, & Hieremiam jamdudum defunctos visos fuisse orare pro populo Judæorum viventium. Beneficia exhibita à sanctis defunctis hominibus hîc viventibus, innumerabilia, & certissima sunt, de quibus per S. August. *in lib 22, c. 8, de Civit. Dei*, & Theodor. *in libro de martyr.* Neque est incredibile, etiam animas existentes in purgatorio pro nobis orare, & impetrare; animæ enim Paschasii, & sancti Severini miracula operabantur, etiam

quòd

quòd in purgatorio degerent, ut testatur S. Greg *in lib. 4. dialog. c.* 4: Petr. Damian. *in epistola de miraculu sui temporis*; & Bellarm. *in contro. gen. to. 2. lib. 2. c. 15. §. Quod autem.*

DE VERBI DEI PRAEDICATIONE. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Prædicationis munus præcipuum est Episcoporum, qui, si legitimè impediti fuerint, per viros ad id munus exequendum idoneos supplere tenentur.*

2 *Archipresbyteri, Plebani, & curam animarum habentes per se, vel, si legitimo impedimento detenti fuerint, per alios prædicationis munus exequi debent.*

3 *Pœnæ sunt plectendi, qui tale munus præstare negligunt.*

4 *Prædicatorum eligendi munus ad Episcopum spectat, nisi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium, & num. seq.*

5 *Consuetudo cùm sit facti, debet probari. Testes singulares non probant consuetudinem, ibidem.*

6 *Prædicatori quinam expensas, & eleemosynam persolvere teneantur.*

7 *Episcopo soli spectat in sua Ecclesia deputare prædicatorem, cui etiam tenetur regulariter expensas subministrare.*

8 *An quotidie tempore Quadragesimali, jejuniorúmve, & Adventus sit prædicandum.*

9 *Episcopo contradicente nullus sive sæcularis, sive regularis, etiam in Ecclesiis suorum ordinum prædicare potest, & quomodo intelligantur illa verba, contradicente Episcopo.*

10 *Regulares, antequam prædicare incipiant, debent se personaliter coram Episcopo præsentare, non autem per nuncium.*

11 *Prædicatores, qualiter in prædicando se gerere debent.*

12 *Prædicatori errores disseminanti Episcopus concionem interdicere, & si hæreses prædicaverit, contra eum procedere potest.*

13 *Regulares extra monasterium degentes ab Ordinario, si deliquerint, puniri possunt, & quomodo, si intra monasterium degant, & extra, si notoriè deliquerint.*

14 *Regulares, si notoriè delinquant, instante Ordinario loci, sub gravi pœna ab eorum superioribus in loco delicti sunt puniendi, & non ad alia loca transmittendi.*

15 *Regulares non possunt à suis conventibus recedere, etiam prætextu ad suos superiores accedendi, nisi vocati, & cum licentia, aliàs ab Ordinarijs puniri possunt.*

16 *Regulares alicujus obsequijs subijcere non possunt sine superiorum licentia, qui, si contrafecerint, & superiores sint negligentes, Ordinarij eorundem superiorum negligentiam supplere possunt.*

17 Regu-

17 *Regulares ad publicas processiones accedere tenentur.*

18 *Controversiæ de præcedentia, quomodo terminandæ, & à quibus.*
Confraternitates, an ad publicas processiones compelli possint, ibid.

19 *Regulares sunt Episcopis subjecti in observatione dierum festorum, ac interdictorum, & quid juris de ritibus.*

20 *Episcopi, quam jurisdictionem habeant in monasterijs, aut domibus virorum, seu mulierum, quibus cura imminet animarum.*

21 *Regulares non possunt pulsare suas campanas in die Sabbati majoris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis, vel majoris Ecclesiæ pulsetur.*

EVangelii Prædicatio, quæ Christianæ Reipubl. non minus est necessaria, quàm lectio, est præcipuum Episcoporum munus, & ideò postquam de Indulgentiis disseruimus, de verbi Dei prædicatione tractandum videtur. Piè ac salubriter statuit, atque decrevit sacros. Trid. Syn. omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos, teneri per se ipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum JESU Christi Evangelium; si verò contigerit Episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento propter suas occupationes multiplices, vel valetudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobatum est omnino) ita, ut per seipsos non possent ministrare verbum Dei populo, maximè per amplas Diœceses, & diffusas; viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum potentes in opere, & sermone, assumere debent, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cùm per seipsos non possunt, solicitè visitantes, eas verbo ædificent, & exemplo, *cap. Episcopus nullam rei, 38, dist. c. inter cætera, ex. de off. ord.* Conc. Trid. *c. 2, de refor. sess. 5, & c. 4, de ref. sess. 24.* Archipresbyteri 2 quoque, † Plebani, & quicunque parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, ecclesias quocunque modo obtineant per se, vel alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & festis solennibus; tempore autem jejuniorum, Quadragesi. & Adventus Domini, quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint, plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate salutaribus verbis pascere debent, docendo quæ scire omnibus necessaria sunt ad salutem, annunciandoq; eis cum brevitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeant. Et, si quis ipsorum id præstare neglexerit, etiamsi ab Episcopi jurisdictione quavis ratione exemptum se esse prætenderet, etiamsi ecclesiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesim existenti forsan annexæ, vel unitæ, modò reipsa in diœcesi sint, provida pastoralis Episcoporum cura & solicitudo deesse non debet, ne illud Jerem. Thren. 4. impleatur, *Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.*

3 Itaque, †ubi ab Episcopo moniti trium mensium spatio, muneri suo defuerint, per censu-

censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium sunt cogendi; ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscens officiū suum impleat, *d. c. 2. §. Archipresbyteri quoq; sess. 5. & c. 4 de refor. sess. 24.* Quæri potest, quoad eos, qui parochis impeditis, loco parochorum ad prædicandum sunt deputandi, de duobus, Primò, an ab episcopo, vel à communitatibus, aut alijs sint deputandi. Secundò, quorū impensis debeāt prædicare.

4 Quò verò ad primum † maxima fuit differentia inter communitatem loci Candiæ, Lumelline, Vercellen. Diœcesi. & me Vicarium generalem, qui, absente Episcopo, deputavi, misique prædicatorem. Et pro me faciunt verba sacræ scripturæ: quomodo prædicabunt, nisi mittantur. *Rom. 10. c.* cùm ex injuncto de hæret. & Conc. Trid. *eod. c. 4.* ibi per alios ab Episcopo, & c. deputandos, & ita super eod. cap. fuit à sacra congregatione Cardinalium declaratum, *ut in decis. sub. tit. Sipon. & in alijs decis. sub numeris recollectis decis 192. & 251.* nisi in contrarium sit consuetudo ab immemorabili tempore citrà: quo casu Concilium non sustulit hanc immemorabilem; ut declaravit eadem sacra congregatio *in d. decis. sub tit. Sipontin. alia sub tit. Neapolitan. & alia sub decis. 355.*

5 Episcopus autem † habet semper intentionem fundatam, quia consuetudo est facti, quæ servatis servandis, parte citata probari debet, *l. 1 & ibi* glo. *in ver. probatis*, & Bar. *num. 3. C. quæ sit lon. consuetud. & in l. omnes populi, numer. 67. ff. de just. & jur.* & plene debet probari, ita quòd testes singulares non probent eam consuetudinem, secundùm magis communem conclusionē, de qua testatur Oslasch. *decis. 99. n. 8.* & non sufficit probare quadragenariam, sed requiritur immemorabilis, ut in dictis decisionibus, quæ probari debet per testes deponentes, quòd semper viderunt, & audierunt, quòd prædicatores pro tempore fuerunt deputati à communitate; ita quòd nunquam audierunt, vel viderunt contrarium; & quòd communis est & semper fuit opinio in loco, quod ita fuerit observatum, gl. *in cap. 1. in ver. memoriam. de præscr. in 6.* Bar. *in lib. 1. § fin. de aq. plu. arc.* Natt. *cons. 154. n. 5. vol. 1.* & Corn. *cons. 222. n. 1. vol. 1.* Et cùm pro parte dictæ Communitatis Candiæ, fuisset differentia hujusmodi coram sacra congregatione Ordinariorum in Urbe introducta, & supradicta sacra congregatione Episcopo Novariensi delegata, partibus pluries auditis, de anno 1597. pronunciatum est, ab Episcopo prædicatorem esse deputandum ex supra allegatis.

6 † Secundum dubium, qui prædicatoribus impensas præstare teneantur: si constat de solito, est decisum, quia illas tenentur præstare qui sunt in possessione ipsas subministrandi, Conc. Trid. *eodem c. 4.* ibi per alios ab Episcopo, impensis eorum, qui eas præstare, vel tenentur, vel solent, sess. 24. & ubi est consuetudo, quod populus expensas, & eleemosynam prædicatori persolvat, potest ad id per Episcopum cogi, ut in decisione *supra eodem cap. 4.* à sacra congregatione facta sub titulo Troian. Nuscan.

Si verò nullum ad est solitum, nec cōsuetudo, erit distinguendū, quia aut parochus habet redditus sufficientes pro onere sustentando, & tunc ipse debet, & tenetur impensas, & eleemosynā prædicatori subministrare; nam, cùm sit proprium onus ip-

sius parochi perse ipsum, vel alium idoneum verbum Dei prædicare, *ut cap. 2. de refor. sess. 5.* si per seipsum non potest, debet per alium proprijs expensis supplere.

Si autem parochus sit pauper, qui ex redditibus, & emolumentis suæ ecclesiæ expensas necessarias prædicatori submini-strandas sustinere non possit; tunc ipse non tenetur; quia impossibilium nulla est obligatio. *l. impossibilium. ff. d. reg. jur.* sed tenetur populus, cui verbum Dei prædicatur, cum sit rationi consonum, quòd prædicatores tali casu, ab ijs, quibus seminant spiritualia, temporalia metant. Paul. 1. *Corint. c. 7. & c. cum ex officij, circa fin. de præscript.* Nisi adsit aliquod legatum, aut alij redditus huic pio muneri applicati, quia ijs casibus Episcopi non tenentur, cùm in cathedrali solum teneantur ad præstandum stipendium prædicatori, ut fuit decretum à Pio V. ut in decis. *concl. super eo cap. 4. §. 10 Pius V. decrevit.*

8 Episcopus verò, † qui legitime impeditus, officium prædicationis per se ipsum præstare non potest, per alium impensis ipsius Episcopi præstare debet, nisi ex consuetudine hoc onus ad alium spectaret, ut *in d. decis. sup. dicto cap. 4 factis sub. tit Lancianen.* & ad ipsum Episcopum solum prædicatorem deputare spectat in sua ecclesia, nec capitulum, seu communitates locorum hac in re aliquid possunt, *ut super eodem cap. 4. sub. tit. Burgen: Gadien. Legionen. fuit decisum.* † An autem quotidie tempore Quadragesimali, vel jejuniorum, 11 aut tribus diebus in hebdomata sit prædicandum, arbitrio Episcopi est declarandum. Et hodie Adventus tempus jeiunij proprie non dicitur, *decis. Conc. sup. eodem cap. 4 sub. tit. Mediolanen. quæ incipit, arbitrium.* Ne autem dubitari contingeret, quomodo intelligenda essent verba Concilij *in prædicto cap. 4. post medium*, ibi, nul-9 lus autem secularis, † sive regularis, etiam in ecclesijs suorum ordinum, contradicente Episcopo prædicare præsumat, *sess 24.* fuit per eandem sacram congregationem declaratum *super eodem cap. 4* & decisum, quòd contradicente Episcopo nullus etiam regularis prædicet, nec teneri Episcopum causam exprimere, quare ad hoc prohibendum moveatur, *ut in decis. super eodem cap. factis, sub tit. Mediolanen. quæ incipit. Contradicente Episcopo*, & per dicta verba, Contradicente Episcopo, Ordinarijs est concessum, ut etiam à regularibus, antequàm officium prædicandi assumant, professionem fidei exigant, *ut in eisdem decis. etiam sub titulo Mediolanen. incipien per hæc verba.*

Nec regulares † cujuscunque ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ut statuit Leo X. in constitut. de prædicatorum officio in Bull. *cap. 15.* ac de eorum licentia, etiam in ecclesijs suorum ordinum prædicare possunt, cum qua licentia personaliter se coràm Episcopis præsentare, & ab eis, antequàm prædicare incipiant, benedictionem petere tenentur, *dicto cap. 2. vers. Regulares verò, de reformat. sess. 5.* nec sufficit per Nuncium petere, quia personaliter petere debent, ut ibi expressis verbis, & gloss. *in Clement. dudum in ver præsentari, de sepul. S. Greg.* † fervore charitatis accensus, prædicatores vehementer hortatur, & monet, ut dicturi ad populum prudentes, cautique accedant, ne dicendi impetu rauci, verborum erroribus, quasi iaculis, audientium corda configant, ne cum sapien-

sapientes fortasse videri desiderant, decepti speratæ virtutis compaginem insipienter discindant; cum sæpe verborum effectus amittatur, dum loquacitate importuna, vel incauta audientium corda levigantur, in nullo alio rudem ij plebem majori damno, scandaloque afficiunt, quam cum vel tacenda prædicant, vel falsa, & inutilia docendo, eam in errorem inducunt, Leo. X *in d. const.* 15. §. *propterea Gregorius.*

12 Si verò (quòd absit) prædicator errores, † aut scandala disseminaverit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicere potest; & si hæreses prædicaverit, contra eum juxta juris dispositionem, seu loci consuetudinem, etiam quoad regulares, seu alios exemptos, auctoritate apostolica, & tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, procedere debet, *d. cap.* 2. §. *si verò. sess.* 5.

13 Episcopi autem † in pluribus habent in regulares superioritatem, quia non solùm, si hæreses prædicant, sed etiam, si extra monasteria degentes delinquunt, etiam ordinum privilegiorum prætextu tuti esse non possunt, quominus ab Ordinariis locorum, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegatis, secundùm canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeant. Conc. Trid. *cap* 3. *de ref. sess.* 6. & intra claustra monasterij degentes, & extra ea ita notoriè delinquentes, ut populo scandalo sint, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè sunt puniendi; ac de punitione Episcopus debet certiorari, alioquin superior proximus à majori suo superiore est officio privandus, & delinquens ab eod. Episcopo puniri potest, *c.* 14. *de regul. & mon. sess.* 25. & facit textus *in cap. ult.* §. *si verò* Abbates, *juncta* glo: *in ver. per Abbatem. de stat. mon. & ibi* Abbas *nu.* 1.

14 Sed, quoniam experientia † compereum est, interdum in dicti decreti exequutione nimis remisse procedi; cum enim Episcopus instat, aliquem regularem, eo, quo supra dictum est, modo delinquentem à suo superiore puniri, sæpè fit, ut superior regularem delinquentem ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias Provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de ejus punitione Episcopum certiorem reddat, unde, nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius diœcesim existat, nec superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio privatur, Clemens VIII. sua perpetuò valitura constitutione, omnibus, & singulis cujuscunque ordinis, & instituti regularium etiam mendicantium superioribus in virtute Sanctæ obedientiæ, ac privationis dignitatis, & officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pœnis præcepit, & mandavit, ut juxta prædictum Sacri Concilij decretum procedant, & exequantur. Quòd si superior in regularem delinquentem non animadverterit, quinimò, si illum impunitum ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim transmiserit, decrevit, ut instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem privationis dignitatum, & officiorum obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas à nemine præterquam à Romano Pontifice pro tempore existente, restitui

stitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis ipsum regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & ad illum, in quo deliquit restituere, seu sistere teneri voluit, quòd si hoc etiam facere prætermiserit, Ordinarius loci ad quem regularis delinquens transmissus fuerit, super premissis ab ipso Ordinario loci, in quo delinquit, similiter requisitus, vel aliàs de illius delicto informatus, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, prædi. cõc. decretum omnino exequi, & in regularem delinquentem severe animadvertere potest, & debet, *ut in constitutione, subdat, Romæ 7. kal. Martij. Anno ab Incar. Domini. 1595.*

Nec possunt † Regulares à suis conventibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, & si qui sine licentia in scriptis obtenta reperti fuerint, ab Ordinariis locorum, tanquam desertores sui instituti, sunt puniendi. Illi autem, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, in conventibus tantùm habitare possunt, alioquin ab eisdem Ordinarijs contra eos est procedendum. Conc. Trid. *in cap. 4. §, ne liceat. de Regular. & Monial. sess 25.* † Neque sine sui superioris licentia prædicationis, vel lectionis, aut cujusvis pij operis prætextu, subijcere se obsequio alicujus Prælati, Principis, vel Universitatis, seu Communitatis, aut alterius cujuscumque personæ, vel loci, neque ei aliquod privilegium, aut facultas ab alijs super ijs obtenta suffragari valet: si verò contrafecerint, tanquam inobedientes, arbitrio superioris sunt puniendi, & Ordinarij eorundem superiorum negligentiam supplere possunt, *cap. quanto, de off. ord.* Clc. 1. §, *quia verò, de stat. mon.* & Conc. Trid. *eod. cap. 4.*

17 Regulares, & exempti, † etiam monachi, ad publicas processiones omnes accedere compelluntur; ijs tantũ exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt, & contro-

18 versias omnes de præcedentia, † quæ persæpe maximo cum scandalo oriuntur inter ecclesiasticas personas, tam seculares, quàm regulares, cum in dictis processionibus publicis, tum in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, ac alijs similibus, Episcopus, amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque componere debet, Conc. Trid. *cap. 13 de regul. ea sess. 25.* quæ compositio brevi manu, summarie, & de plano, ac sine strepitu, & figura judicij, debet expediri, ut declaravit sacra congregatio Concil. *in decis. manuscrip. super eo. cap. factis in verbo, componat.* & illa dictio, exempti omnes, non comprehendit eos, qui sunt nullius diœcesis, vel extra civitatem in locis, in quibus habent plebem, quia cum illa plebe debent facere professionem, neque laicorum confraternitates, quæ possunt quidem ab Episcopis invitari, sed non, ut accedant, compelli, ut ibi in verbo, exempti, & in ver. quam regulares. Tenentur autem ad omnes, & quascunque processiones publicas, & consuetas, vel indictas pro bono publico, vel honore: non tamen compelli possunt prædicti regulares exempti accedere ad ecclesias extra propria monasteria pro celebratione orationis quadraginta horarum, sed congregatio censuit illos, quando toti populo dicta oratio indicitur, in proprijs ecclesijs hujusmodi orationi vacare debere, ut ibi in decis. super eod. cap. in ver. vocati. & compelli possunt compellendi per censu-

ras,

ras, vel alias pœnas Episc. bene visas, *ut in eisd. decis. in fin.*

19 Sunt etiam regulares † Episcopo subjecti in observatione dierum festorum, quæ in diœcesi sua servanda Episcopus præceperit, censuraſque & interdicta, nedum à Sede Apostolica, sed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Episcopo, in eorum ecclesijs publicare, & servare debent, *c. de hu, 12. dist. &* Concil. Trid. *c. 12. de reg. & monial. sess. 25.* Ritus tamen eorundem regularium dictis diebus festis, quoad lectiones, Episcopales, Evangelia & similia, debeut servare: in sacris verò lectionibus, & concionibus servari debent ab ipsis illa Evangelia, & Epistolæ, quibus clerus secularis utitur pro more, & instituto illius ecclesiæ, ut ibi in verbo, serventur.

20 In monasterijs etiam, † & domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam regulares, quam seculares, hujusmodi curam exercentes subsunt immediate in ijs, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum, in quorum diœcesi sita sunt. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles, possunt deputari, nisi de eorundem Ordinariorum consensu, & prævio examine per eum, & ejus Vicarium, ac examinatores Synodales faciendo. Concil. Trid. *c. 11. de reg. & mon. ead. sess. 25.* & ibi congregatio Conc. *in decis. 1.* ubi notatur in fine, quod Clemens VIII. mandavit servari dictum decretum, in quo excipiuntur aliqua monasteria, & capita ordinum, non obstante constitutione Pij Quinti, qua voluit, ut in omnibus ecclesiis parochialibus, in quibus cura animarum etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem eas ecclesias & personas visitandi, & ut supra corrigendi.

21 Et, ut debitus honor † matrici ecclesiæ reddatur, tam regulares, quàm clerici seculares, etiam super hoc Apostolicæ Sedis privilegio muniti, die Sabbati majoris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis, vel majoris ecclesiæ pulsetur, campanas in ecclesijs suis pulsare minime possunt. Contrafacientes autem pœnam centum ducatorum incurrunt, ut in Bul. Leo. X. in Bull. *c. 17. post. med. vers. & ut debitus*, & ita fuit etiam à sacra congregatione Cardinalium sub die 10. Octobr. 1586. decisum, *ut in decis. quæ incipit, lecto, vers. Quartò Ordinarij.*

DE SYNODO.
Cap. IX.

SUMMARIUM.

1 *Conciliorum quatuor sunt genera, cur, à quibus, & quando sit Provinciale Concilium celebrandum.*

2 *Concilij Provincialis celebrandi loci ad Archiepiscopatum spectat electio.*

3 Ad Concilium Provinciale, qui convenire debeant, & nu. 5. & qui excusentur.

4 Canonici Cathedralis ecclesiæ in Concilio Provinciali, quando capitulariter sedent, aut procedunt, Abbates titulares, & Commendatarios præcedunt, & Abbates titulares, & habentes usum mitræ præcedunt Commendatarios.

5 In Concilio Provinciali quo ordine sit sedendum.

6 Concilij Provincialis decretis, qui obligentur num. 8.

7 Procuratores Episcoporum, Abbatum, & Commendatariorum, qualem vocem habere possint in Concilio Provinciali.

8 Laici vocati Concilio Provinciali interesse possunt, & vocem consultivam habere, & num. 28.

9 Episcopi exempti debent eligere Metropolitanum aliquem vicinum, in cujus Synodo Provinciali intersint.

10 Episcopi negligentes interesse Concilio Provinciali, quam pœnam incurrant.

11 Archiepiscopus, & Episcopus non convocans Synodum est suspendendus.

12 Diœcesana synodus quotannis celebrari debet.

13 Diœcesanæ Synodo, quinam interesse teneantur.

Visitare potest Episcopus proximior eas ecclesias, quæ nullius sunt diœcesis, ibidem.

14 Io. Stephanus Ferrerius Episcopus Vercellensis laudatur.

15 Episcopus in Synodo diœcesana potest constitutiones facere absque consensu Capituli, & Cleri, ab illis tamen consilium requirere debet.

16 Familiam armatam numquid Episcopi habere possint, lautè disputatur, & in numeris sequentibus.

17 Episcopus potest in carcerem mittere, & verberibus castigare.

18 Verbum libere, importat meram, & absolutam auctoritatem.

Consequenti concesso, conceditur, & antecedens; ibidem.

19 Præventioni locus est in causis misti fori, & quali. sit considerationi præventionne.

Citatio realis præponderat verbali, ibidem.

20 Consuetudo maximè est observanda.

Dispositio quælibet recipit interpretationem à consuetudine, ibidem.

21 Statuti propria virtus est juri communi derogare.

Res inter alios acta alijs non nocet, ibid.

22 Censurarum relaxatio est prohibita, nisi, postquam constiterit executionem realem, & personalem fieri non posse, quare non, nisi sobrie, & magna cum circumspectione, censuræ sunt relaxandæ.

23 Excommunicatione nulla pœna major est in Ecclesia.

24 Indefinita dispositio æquipollet universali.

25 Concilium generale solus Summus Pontifex indicere, & dirigere potest.

26 Laici, quando possint interesse in Concilijs ecclesiasticis.

Lex posterior priori derogat, & plura de familia armata, ibidem.

27 Familiam armatam, quòd Episcopi habeant, Principibus sæcularibus non debere esse molestum multis rationibus comprobatur.

28 Episcopus habet territorium.

29 Episcopi sunt judices corporum, & animarum.

30 Senatus Pedemontanus dat brachium executoribus Archiepiscopalibus Taurinen.

31 Clerici sunt exempti à jurisdictione seculari tempore belli, pestis, & penuriæ, & Episcopi illis temporibus belli, pestis, & penuriæ habent potestatem condendi decreta, & edicta pluribus ex causis.

Clerici

32 *Clerici sunt exempti à jurisdictione seculari à Deo.*

33 *Clerici non tenentur subvenire necessitatibus, vel utilitatibus civitatum, nisi prius Romano Pontifice consulto, & in urgentibus necessitatibus.*

34 *Bona Ecclesiastica non sunt nostra, sed sunt patrimonium Iesu Christi.*

PLURA scripsi de potestate Episcoporum, sed cùm ad eos etiam spectet Conciliorum, ac Synodorum convocatio, & celebratio, de Concilijs, Synodisque breviter hoc loco differendum duxi, † Conciliorum quatuor sunt genera. Quædam enim sunt generalia, quædam nationalia, quædam provincialia, & quædam diœcesana, de quibus per Card. Bellarm. *in 4. controv. gen. tom. 1. l. 1. cap. 4. in princip.* Generalia dicuntur ea, quibus interesse possunt, & debent Episcopi totius orbis, nisi legitime impediantur, & quibus nemo recte præsidet, nisi Summus Pontifex, aut alius ejus nomine, & de quibus ante Card. Bellarm. diffuse scripserunt Card. Jacob. *in tract. de conc. tract. tom. 13.* Nationalia dicuntur, in quibus conveniunt Archiepisc. & Episc. unius Regni, vel nationis, quibus præest aliquis Patriarcha, vel Primas, de quibus per Bellarm. *loco supra citato.* Provincialia verò dicuntur in quibus conveniunt tantum Episcopi unius Provinciæ, quibus præest Archiepisc. Diœcesana autem sunt, in quibus conveniunt Episcopis inferiores unius Episcopatus, quibus Episc. præest, quæ tamen vix dici possunt concilia, ut per eundem Bellarm. *eod. cap. 4. qui in d. lib. 1.* de concilijs generalibus, & nationalibus diffuse tractat, ad quem remisisse lectorem sufficiat. 1 2 3

Concilia Provincialia, ubi omissa sunt, pro moderandis moribus corrigendis excessibus, controversijs componendis, alijsque ex sacris canonibus permissis renovandis, Metropol. per ipsos, seu illis legitimè impeditis, Coepiscopus antiquior quolibet saltem triennio post octavam Paschæ Resurrectionis Domini N. Iesu Christi, seu alio commodiore tempore, in Provincia sua debent celebrare. Conc. Trid. *in cap. 2. de refor. sess. 24.* † Ad Archiep. spectat electio loci celebrandæ Synodi Provincialis, tamen cessantibus justis impedimentis, & accedentibus commoditatibus necessarijs, Metropolitana ecclesia non est relinquenda, Congregatio Conc. *super eod. cap. 2. §. Ibi Synodum.* 4 5

Metropolitanus autem, qui ex aliqua causa Concilium ad præscriptum tempus celebrare non potest, à Summo Pontifice dispensare solet, ut in eisdem decis. congreg. Conc. *super eod. cap. 2. sub tit.* Cæsaraugustanæ. In eod. verò concilio † Episcopi omnes, & alij, qui de jure, vel consuetudine interesse debent exceptis ijs, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, convenire omnino tenentur, *ut d. cap. 2. & cap. 2. de reform. sess. 25. circa princip.* & etiam ex dispositione antiquorum canonum erant concilia celebranda, cap. de concilijs, cap. propter ecclesiasticas, cap. pervenit, & *c. quoniam quidem. 18 dist.* 6

In concilijs † Provincialibus Commendatarij Monasteriorum, vel Abbatiarum inter Abbates sunt recipiendi, & canonici cathedralis ecclesiæ sunt illis præferendi, quando capitulariter procedunt, aut sedent, quia Ecclesiam repræsentant, & 7

post

post Episcopos, omnibus aliis dignitatibus præferuntur, Felin. *in c. postulasti, n. 4. vers. fallit 3. de rescript.* Cassan. *in catal. glo. mun. par. 4. consid. 32.* & Navarr. *de major. & obed. cons. 2. nu. 1. & cons 4. nu. 2. part. 1.*

Abbates autem titulares, vel habentes usum mitræ, Commendatarios procedere debent, *ut in eisdem decis. super eodem cap. 2. sess 24.* §. Commendatarij, post hos locum obtinent Dignitates, & post Dignitates, procuratores ecclesiarum cathedralium, *ut ibi* §. *post hos.* In sessionibus autem Primò Archiepiscopus, ut c. placuit, 18. dist. Secundò Episcopi, quilibet secundum tempus ordinationis suæ sedere, subscribere, & alias prærogativas habere debent, *c. ult. 17. dist. c. Episcoporum, 74. dist. & facit c. qui prior*, ubi etiam glos. *de regul. jur. in 6.* Tertiò Capitulum cathedrale collegialiter incedens, vel cedens. Quartò Abbates habentes privilegium mitræ & baculii. Quintò procuratores Episcoporum absentium. Sextò procuratores Abbatum absentium. Septimò Collegiatæ. Octavò Plebani, sive Archipresbyteri. Nonò Parochi.

Quando autem Dignitates, & canonici cathedralium non collegialiter, sed singulariter incedunt, aut sedent, tunc Abbates benedicti habentes usum mitræ, & baculi illos præcedunt. Cassan. *in d. par. 4. consid. 32.* & Navar. *cons. 2. de major. & obed. par. 1. cum aliis supra per me allegatis in cap. 2. num. 31.* Et præcedunt omnes alios Abbates Usum mitræ, & baculi non habentes. *Navarr. cons. 1. n. 5. eod. tit.*

Ampliatur primò d. conclusio, quòd non solùm Abbates usum mitræ, & baculi habentes, canonicos, & Dignitates collegialiter non incedentes, vel sedentes præcedant, sed etiam Abbates Commendatarij, omnesque Abbates, tam seculares, quam regulares, quia omnes, qui sunt capita ecclesiarum, in quibus habent jurisdictionem in foro contentioso, super eos, qui sunt de suo collegio, jure communi non solùm habent Dignitatem, sed etiam Prælati Ecclesiæ dicuntur, ut post glos. & Abb. *in cap. cùm ecclesiarum, nu. 10. de off. ord. cap. statutum, de elect. in 6. Cassan. in catal gl. mun. d. par. 4. consid. 32. & 34.* tenet Navarr. *cons. 4. nu. 2. & 3. de major. & obed.*

Secundò ampliatur in Protonotarijs Apostolicis etiam supernumerarijs, qui sunt Prælati, & rochetum deferre possunt; qua propter canonicos, & Dignitates capitulares non collegialiter incedentes præcedunt, Cassan. *in eod. catal. glo. mun. par. 4. consid. 29.* cum distinctione tamen *de qua supra c. 2. nu. 35.* si in habitu incedunt, aut aliàs sunt personæ notæ, & communiter habitæ, & reputatę pro Protonotarijs, quia in personis notis non attenditur habitus, qui non facit monachum, glos. *in cap. 2. in ver. apparuerint, in fi. 27. qu. 1.* & ubi datur occasio simul sedendi, vel accedendi, etiam generales Ordinum præcedunt, Cerem. Episc. nuper editum, *lib. 1. c. 23.*

Exempti verò, & Abbates non omnes interesse tenentur Concilio Provinciali, sed hi duntaxat, qui de jure, vel consuetudine, interesse debent, *d. cap. 2. sess 24.* Capitula tamen Ecclesiarum Cathedralium specialiter sunt invitanda, & observantiam decretorum Concilij Provincialis omnino sunt obligata. Exempti quoque in casibus, in quibus de jure communi,

muni, & ex dispositione Conc. Trid. Episcoporum jurisdictioni subiacent, etiam decretis Conciliorum Provincialium subduntur, ita quòd contra inobedientes juris remedijs procedi potest, *ut in decis. super eod. cap. 2. §. nec tenentur.*

7 Possunt etiam † procuratores Episcoporum decisivam vocem habere de consensu tamen Concilij Provincialis, sed Abbatum, & Commendatariorum procuratores vocem duntaxat consultivam in eod. Concilio habere possunt, *ut in eisdem decis. super eodem cap. 2. §. Abbates, & §. Episcoporum.*

8 Interesse † possunt etiam Concilio Provinciali laici invitati, & in eo votum consultivum habere, *ut ibi, § item laici.* Episcopi autem tenentur ad observationem decretorum Concilij Provincialis etiam, quòd lapsu decennij non fuerint observata, *ut ibidem in verb. ibi nec Episcopi, & subtit Majoricen.*

Capitula etiam exempta, & immediate Sedi Apostolicæ subjecta tenentur ad observationem decretorum illius Concilij Provincialis, ad quod eorum Episcopus accessit, *ut in decis. super eodem cap. 2. subtit. Vercellen. & in ver. ibi observent.*

9 Episcopi autem, † qui nulli Archiepiscopo subijciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum semel eligere, in cujus Synodo provinciali cum alijs interesse, & quæ sibi ordinata fuerint observare, ac observari facere debent, ut per Concil. Trident. *eodem cap. 2. §. item Episcopi sess. 24.* & qui modo prædicto semel Archiepiscopum elegerunt, † si ad Synodum non accesserint, debent causam allegare, quæ, si legitima non fuerit, pœnas à sacris canonibus sancitas incurrunt, *ut d. cap. 2. in fine*, & congregatio Conc. super eod. cap. in verb. isti Episcopi. Pœnæ autem à sacris canonibus inflictæ sunt, quòd Episcopi interesse Concilio negligentes communionem aliorum Episcoporum usque ad sequentem Synodum sunt privati, *cap. placuit il. 2. junct. glos. in ver. communione, cap. si quis autem, cap. si Episcopus, & cap. si quis Episcoporum* 18. *dist.* † Archiepiscopus enim, Episcopusve, non convocans Synodum de jure communi venit suspendendus, sed non est suspensus ipso jure, *ut decis. super d. cap. 2. quæ incipit, Archiepiscopus.*

12 Synodi quoque diœcesanæ † quotannis celebrari debent, ad quas exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione interesse deberent, † & capitulis generalibus non subduntur, accedere tenentur ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium ecclesiarum, etiam annexarum, tenentur ij, qui illarum curam gerunt, quicunque illi sunt, Synodo interesse, *ut d. c. 2. §. itidem Episcopi, sess. 24.* etiam rectores qui nullius diœcesis sunt, tenentur accedere ad Synodum diœcesanam illius Episcopi, qui tanquam proximior, potest eas ecclesias visitare, ex decreto ejusdem Concilij *c. 9. eadem. sess. 24* quia, cùm jus habeat visitandi istos parochos, frustra viderentur visitari, nisi prius ad Synodũ vocati, & instructi essent, in ijs omnibus, quæ scire eos oportet, ut fuit in eadem sacra congregatione decisum *super eod. c. 2. in verb. ad quas exempti*, & quod Rectores parochialium nullius diœcesis teneantur accedere ad Synodũ vicinioré, fuit etiã sup. eod. c. decisũ, *ut in dec. sub. tit. Sarsinat.* Omnes etiam curã animarum habentes Synodo diœcesanæ

interesse debent, *ut ibid. sub tit. Tarvisin. c. exore. de privil.* & Innoc. *in c. quia super. de majorit. & obe.* eodemque ordine quo supra in Concilio Provinciali Episcoporum inferiores sedere debent.

14 Muneris hujuscemodi memor Dominus meus Io. Stephanus Ferrerius, qui trigesimo primo ætatis suæ anno ecclesiæ Vercellen. gubernationē susceptit, episcopalium virtutum studio florens, admodum salutarem, ecclesiasticæque disciplinæ valde accommodatum, & utilem usum cogendi quotannis Synodum diœcesanam ex sanctorum Patrum institutis ad sacri Concilij Tridentini præscriptum, quantùm in se est, retinere volens, ac conservare, *ut d. c 2. §. Synodi. quoque, de reform. sess. 24. c. d. Conciliis, & c. quoniam quidem*, 18. *dist.* primo sui Episcopatus anno in sua Cathedrali basilica Synodum convocavit, in qua nihil non egit, nihil non attigit, quod ad cleri, & populi sibi commissi Christianam, ecclesiasticamque disciplinam retinendam, atque augendam spectare judicavit, *ut cap. 1. d. cap. de Concilijs, & cap. non oportet, ead. 18. distin.* salutariaque decreta in albo ponenda edidit, & promulgavit.

In eam curam præcipuè incubuit, ut clericorum seminarium ante plures annos pie erectum in perfectiori forma constitueretur, ideoque illud non tantum in necessaria novæ fabricæ instauratione ad decentiorem, & commodiorem statum reduxit, adhibita etiam novi oratorij constructione, verùm etiam ministrorum numerum augendo, eorumque munera singillatim, & accuratè præscribendo, plurimaque alia ad ejusdem seminarij perfectam directionem accomodata obeundo, ut omni ratione propagaretur, juxta dispositionem Concil. Trid. *cap. 18. de reform. sess. 23.*

Certumque locum delegit, ubi clerici in sacris constituti collegiatim vivere possint, ut ad presbyteratus ordinem assumendi, deque parochialibus providendi, ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda Sacramenta, atque ad casuum conscientiæ cognitionem instructi, & edocti, diligenti examine præcedente, comprobentur, & admittantur, juxta ejusdem sacri Conc Trid dispositionem, *ut cap. 14. sess. 23. cap. 18. sess. 24. & cap. 9 sess. 25. de reform.*

Præterea, ut sactis reliquiis, quæ plurimæ in supradicta ecclesia, & insignes habentur, debita veneratio, & cultus adhibeatur, ut per Conc. Trid. *de invoc. vener. & reliq. sanct. §. sanctorum quoque, sess 25.* & *cap. unic. eod tit. in 6.* amplum, & decentissimum reliquiarium loco eminenti pro illis recondendis impensa non parva construendum curavit. Cæteta taceo, quæ in Episcopali solicitudine jugiter aggreditur, non sine magna ovium sibi creditarum consolatione, & utilitate.

15 Episcopus verò in eadem Synodo potest constitutiones facere absque consensu capituli, & cleri, licet requirendum sit ejus consilium, præterquam in casibus quibusdam à jure expressis, *ut in decis. super eod. cap. sub tit. Vercellen.* & *alia sub tit. Trid. Vercellen.*

Quoniam autem concilia tam generalia, quàm provincialia, & diœcesana celebrantur præcipuè pro animarum salute procuranda, scandalis obviandis, & moribus reformandis, patumque esset concilio-

rum

rum decreta condere, nisi etiam debitæ
exequtioni demandarentur, & qui vir-
tutis amore parere recusant, saltem formi-
16 dine pœnæ ad id sunt cogendi, † dubita-
tur numquid Episcopis liceat habere fa-
miliam armatam, & reos laicos in causis
criminalibus ad forum ecclesiasticum
spectantibus, seu mistis carceribus trade-
re, & alijs pœnis corporis afflictivis
afficere.

17 † Quòd liceat pro exequtione justitiæ, *facit text. in cap. attendendum, 17. quæst. 4.* ubi in carcerem jussu Episcopi detruditur, qui prædia ecclesiæ dedicata vexat, ubi glo. infert, ergo ecclesia habet carcerem, & infligit pœnam relegationis, *& cap. hi qui,* & ibi glos. *in ver. & exilio. 3. qu. 4* & quòd Episcopus habeat carcerem, & pœnam corporis afflictivam infligere possit, ali-
quos verberibus castigando, probat etiam text. in c. contra idolorum, ubi Papa man-
dat Episcopis, ut idololatras, & incorrigi-
biles verberari, & castigari, ac in carceri-
bus includi faciant, & ibi glos. *26. qu. 5. cap. super hu, de pœnit, cap ut fame, §. laici verò* junct. glos. *in ver. de mandato, & in ver. quo-
rum. de sentent. excommun. & c. cum Episco-
pus, de off. ord.* Quæ comprobantur dispo-
sitione text. *in cap. 1. de off ord.* in quo Joan-
nes Papa inquit: Habeant igitur Episcopi singularium urbium in suis diœcesibus li-
beram potestatem, quò possint adulteria, & scelera inquirere, ulcisci & judicare, se-
cundum quod canones censent, absque impedimento alicujus.

18 † Quæ verba recipiunt interpretatio-
nem, ut sine distinctione personarum, ac sine alterius Magistratus requisitione, li-
centia, auctoritate, & ministerio, prædicta omnia facere possint. Abb. *in d. c. 1. nu. 4. de off. ord.* & ibi Imol. *num 3.* Dec. *cons. 131. in princip. cons. 300 n. 4. & 5.* Curt. Iun. *cons. 2. colum. 1.* Rum *cons. 18. num. 6. & 7. vol. 1.* Rol. à Val. post. Archid Bar. Bal. Butr. Alexand. Corn. Gozad. *per eum citatos*, dicens verbum, liberè, importare merâ, & absolutam auctoritatem sine impedimento, & contradictione alicujus, *in cons. 42. nu. 18. & seq.* & Cravet. *cons. 530. num. 10* unde, cum liberè, & sine impedimento, ac contradictione alicujus, possint reos in carceribus detrudi facere, ad necessarium antece-
dens requiritur, ut pro capiendis reis habeant familiam armatam, sine qua capi non possunt, quia concesso fine dicuntur concessa omnia, per quæ perveniuntur ad finem, l. *ad rem mobilem, lib. ad legatum, ff. de procur. lib. & si non cognito, C. si contra jus. vel util publ. cap. cùm infirmitas, ext. de pœnit. & remiss. cap. quoniam, de sent. excom. in 6.* & Bart. *in lib. ambitiosa, nu. 17. & seq. ff. de decre. ab ord. faci.* & quia Episcopi carcerem, in quem detrudant reos habere pos-
sunt, quodq; illum habuerit S. Io. Chryso-
stomus probat Baro. *in l. Anna. Eccles. to. 5. Anna. 40. 1. pag. 143. lit. D.* Quodque iudex ecclesiasticus in causis ad forum eccle-
siasticum spectantibus propria auctoritate Laicos personaliter capere, & in carcerem mittere possit, tenuerunt etiam Rom. *sing. 660.* Felyn *in cap. cum sit generale, nu. 20. de for. comp.* & eandem opinionē amplectitur Covarr. *pract. qu. cap. 10 sub num. 2.* quam opinionem in puncto juris veriorem esse, uti fulcitam à decreto Sacri Conc. Trid. *cap. 3.* ibi contra quoscunque etiam laicos per mulctas pecuniarias, seu per captionē pignorum personarumque districtionem per suos proprios, aut alienos executores faciendam *sess. 25. de refor.* testatur Ignatius

Lop. *in c. 153. ad pract. crim.* Diaz *sub nu 5. vers. contraria tamen.* Cùm enim verba Concilij sint clara, ex illis tollitur omnis quæstio, & fundatur communis opinio.

Secundò, cùm plura crimina sint misti fori, de quibus per gloss. *fin. in cap. cùm sit generale de fo. comp.* & communis conclu-19 sio se habeat, † quod in his, quæ sunt misti fori, locus sit prærentioni, *lib. si quis postea*, & ibi Doct. *ff. de jud.* & Bal, *in lib. si pluribus, in princ ff de leg. 1.* in qua præventione non consideratur duntaxat sola inquisitio, & citatio verbalis, ut per Bald. *in lib. 1. circa fin. C. de confess.* quem refert Aegid. Bosi. *in tit. de for. comp. num. 130* sed etiam attenditur, quis prevenerit in citatione reali, adeò quòd judex capturam præveniisse dicatur, posito quòd alius prius verbaliter citasset, cùm realis verbali præponderet, ut per Bos. post Ang. & Alex. per eum citatos *eod. tit. de foro. comp. numer. 97.* & Jul. Clar. *in sua pract Crim. §. fin. quæst. 38. in fin.* Si episcopus non liceret ad hunc effectum familiam armatam habere, proculdubio esset aperta via fraudibus in ijs, quæ sunt misti fori, exercendi jurisdictionem ecclesiarum, quia non esset dare casum, in quo, invito magistratu secularia, adversus laicum delinquentem haberet locum prærentio judicis ecclesiastici, cùm ipse nunquam personaliter capere posset, quod absurdum esset, & evitandum, *lib. nam absurdum, juncta lib. præsedenti, ff. de bon. lib. l. scire oportet, §. aliud*, ubi Bald. *ff de excus. tut. lib. scire hæreditaria, in fin ff de neg gest. cap. venerabilem, c. in Genesi, de elect. & cap. solitè, ubi* Abb. *numer. 4. & ult. nor. de majo. & obed.* & requirentibus officialibus ecclesiasticis familiam armatam à magistratibus secularibus contra laicos, vel curarent scire causam capturæ, & de illa cognoscere, aut fingere possent prærentionem, vel reum monere, ut fugam arriperet, cùm de ijs singulis sit dubitandum, attento, quòd clericis laicos infestos esse tradidit antiquitas, *cap. clericis laicos, de immun. eccles. in 6.*

His accedit consuetudo, & observantia, de qua mox dicam. Dum in Metropolitana Taurinensi. Primum pro bon. mem. Hieronymo tit. S. Petri ad Vincula Cardinali de Ruvere nuncupato. Secundò in Civitate Vercellen. Tertiò in Metropolitana Bononien. ac postemò Beneventan. pro D. meo *Pompejo tit. Sac. Balbinæ presbytero* Cardinali Arrigono, Archiepiscopo Beneventano Vicarius officium exercerem, semper habui familiam armatam, quam alij etiam Præsules tenuerunt, & tenent: qua consuetudine, & observantia stante, ab ea non est recedendum, cùm sit vera legum interpres, lib minime sunt mutanda, lib. si de interpretatione, ff. de legibus, cap. cùm dilectus, de consuetud. & quælibet dispositio recipit interpretationem ab eo, quod consuetum est, Dec. *in cons. 441. numer. 13.* & Covarr. *in lib pract. quæst. cap. 10. nu. 2. vers primum* ubi, & quicquid teneat idem Covarr. qui, cessante consuetudine, conatur tenere contrariam opinionem, uti communem, assumendo sibi pro fundamento leges regias præsertim, *lib. 7. tit. 3. lib. 1. & lib. 4. tit. 1. lib. 3.* ordinatio, idemque attestando statutum fuisse in publicis totius Regni comitijs anno 1525. Toleti. *cap. ult. ut in d. numer. 2. ver. eamdem sententiam*, & Jul. Clar. referens Papiensem dicentem, in Gallia ita per arresta fuisse

se judicatum, *ut in sua prax. crimin. § fin. quæst 37 colum. fin. vers. unum tamen referre.* Leges regiæ, & statuta facta in co-
21 mitijs præsupponunt jus commune, † vel consuetudinem in contrarium, cum propria virtus juris singularis, sit, ut juri communi deroget, *lib. omnes populi. ff. de just. & jur. §. jus autem, instit. de jur. nat. gen. & civi. cap. quæ in ecclesiarum.* & ibi glos. 1. & Abb. *de constit* & Port. *cons. 127. numer. 6.* & arresta in Gallia contra aliquot Episcopos promulgata non nocent alijs Prælatis non vocatis, cùm res inter alios acta alijs obesse minime possit, *lib. sæpe. ff. de re jud. cap. penult. de re jud. tot. tit. C. res inter alios acta,* & Port. *cons. 132. numer. 6.* & in terminis contra Abb. & alios citatos *supra sub numer. 17.* pro hac opinione scripsit post plures per ipsum allegatos, Dec. *in cap. significasti, numer. 5 de offic. de leg.* copiose Gundi salvus *in tract. de hæret. quæst. 11. nu. 16. cum seq.* Bald. *in lib. nam. salutem, §. fin ff. de offic. Præf. vigil.* & hanc esse communem opinionem testatur Pegn. *in Director. Inquisitor. 3. par. lib 3. schol. 114. ver. postremò in hac*: eandemque opinionem, ut communem, tenet Repertorium Inquisit. *in verbo Arma, § sed supra dictum est,* Villadieg. *in tract. de irregul. quæst. 11. num. 16. & seq.* quam sequitur Ignat. Lop. *ad pract. crimin.* Diaz. *cap. 153. sub num. 23.* ubi etiam, hanc veram, & communem esse opinionem testatur, & Card. Bellarm, *in tract. de potest. Sum. Pont. in tempor. 3. pag. in lib. 46.*

22 Tertiò præmissa † comprobantur auctoritate Synodi universalis sacri Conc. Trid. in qua decretum fuit, quòd in causis judicialibus judices ecclesiastici, cujuscunque dignitatis existant, quandocunque executio realis, vel personalis, in qualibet parte judicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo, quam in definiendo, à censuris ecclesiasticis, seu interdicto, sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscunque etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi existentibus eo ipso, quo exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas definire: quòd si executio realis, vel personalis, adversus reos hac ratione fieri non poterit, sitque erga judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo, præter alias pœnas, ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi exequutio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit, erit à censuris abstinendum, sed si dictæ executioni facile locus esse non possit, licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti, si tamen delicti qualitas, præcedente binâ saltem monitione, etiam per edictum, id postulet, ut in Conc. Trident. *cap. 3. §. in causis verò. usque ad §. nefas autem, de reformat. sess. 25.* quo decreto duo fundamenta contraria tolluntur.

Primò ex forma supra tradita, cùm, quandocunque executio realis, vel personalis, in qualibet parte judicij fieri poterit à censuris sit abstinendum, patet responsio ad ea, quæ habentur, quòd quoties ecclesiasticus judex de crimine adversus

laicum cognoscit, cujus cognitio ad eum pertineat; post decretas canonicas censuras, ipsisque minimè sufficientibus, tunc auxilium à sæculari judice sit implorandum, quasi non alia sit adversus laicos judici ecclesiastico permissa coërcendi potestas, ut per Covar. qui alios citat *in lib. pract. quæst. d. c.* 10, *nu.* 2, *post princ.* Quoniam judicibus ecclesiasticis est prohibita relaxatio censurarum, nisi, postquam sibi constiterit executionem realem, & personalem fieri non posse, ut inolevit stylus Romanæ Curiæ per totum orbem receptus, hodie servata ejusdem decreti Concilii forma allegata per Covar. *d. n.* 2. sunt per hoc jus novum reformata, & judices ecclesiastici primò ad realem, vel personalem, & postremò ad censuras ecclesiasticas in juris subsidium procedere debent, & excommunicatio non, nisi in subsidium
23 profertur, quia, excommunicatione † nulla major pœna in Ecclesia Dei reperitur, dum spiritualia tractat. *cap. corripiantur*, 24, *q.* 3. & Abb. *in cap. cùm dilectus*, *nu.* 6, *de his, quæ vi, metusve cau.* Ideo ea sobriè, & magna cum circumspectione est relaxanda, Conc. Trid. *in d. cap.* 3, *in princip.* Cùm enim ecclesiasticus judex, dictâ formâ servatâ, possit in subsidium ad excommunicationem procedere, ergo primò ad exequutionem realem, & personalem; quia concesso uno, censentur concessa omnia ea, per quæ pervenitur ad illud, *l. ad rem mobilem*, & *l. ad legatum*, *ff. de procur. cum aliis supra allegatis.*

Secundò, quòd Episcopi possint habe 25 re familiam armatam, faciunt verba Concilii satis clara, ibi, contra quoscunque etiam laicos per mulctas pecuniarias &c. seu per captionem pignorum, personarumq; districtionem per suos proprios, aut alienos exequutores, *ut in eod. cap.* 3, §: *in causis verò*. Unde, si per suos exequutores ad captionem personarum procedere possunt, ideo, quòd familiam armatam habere possint, est farendum, arguendo à concessione consequentis, *ut in c. cùm infirmitas, de pœnit. & remiss.* cum vulg. tum, & familia contra laicos, qui, verbis expressis ejusdem Concilii, ibi contra quoscunque etiam laicos, sunt comprehensi, uti possunt, *ut in eod.* §. *in causis*, idq; tam in criminalibus, quàm civilibus, *ut in* §. *in causis quoque*, *eod. c.* 3, *& c.* 2, *de adult. cap. gaudemus, de convers. conjugat. cap. attendendum*, 17, *qu.* 4. & alia jura supra in vers. primò, quòd Episcopo, allegata procedunt, & habent locum non solùm contra clericos, sed etiam contra laicos, quia loquuntur generaliter de servis, & liberis, ideo generaliter etiam de laicis intelligi debent, *l.* 1, §. *quòd autem*, *ff. de ale. luf. & aleat.* Bart. *in l. si pluribus*, *ff de leg.* 1. ubi
24 quòd in dispositione legali † indefinita æquipollet universali, & Alciat *in c.* 1, *n.* 7, *& seq. nu.* 14 *& seq. de offic. ord.* & post longas, & arduas disputationes coram Pio V. habitas, scribentibus hinc inde quamplurimis præstantissimis advocatis, quòd Episcopis liceat habere familiam armatam, fuit decisum, & postea præcipuè in Italia observatum, quia, cùm verba sacri Concil. Trid. sint satis clara, per decretum ejusdem Concilii omnia in contrarium facientia fuerunt reformata; cùm
25 fuerit non solùm † auctoritate Pontificis dictum Concilium celebratum, ad quem solum spectat illud indicere, & dirigere, *ut in Bull. resumpt. Concil Trid. sess* 10. si ad idem Concilium vocati fuerunt, & ei interes-

terfuerunt Imperator, Reges, Respublicæ,
16 Duces, & omnes Principes Christiani, † qui vocati Concilio generali interesse possunt, *ut cap. Adrianus, 63, in dist. 5* & Abb. *in q. 1, n 27.* ac etiam hæretici, quibus omnibus salvus conductus concessus fuit, ut in Conc. Trid. *sess. 13, in fine, & in decr. de observand. decr. conc. sess. 25.* qui per seipsos, vel eorum oratores interesse voluerunt. Et cùm dicta decreta fuerint facta cum præsentia, & consensu etiam Principum sæcularium, qui oratores cum speciali mandato miserunt, constituunt jus generale, & commune, & uti jus novum, in quibus jura antiqua discordant, & leges antiquæ per hoc jus novum fuerunt abrogatæ, cùm posteriores leges priotibus derogent, *l. sed, & si posteriores, ff. de legi. capit. 1. de constit. in 6.* & Port. *cons. 37. n. 12.* Nec dictæ conclusioni potest adaptari distinctio, quæ ab aliquibus nimis subtiliter deducitur, tempe, quòd dispositio Concilii circa familiam armatam duntaxat, procedat in locis, in quibus Episcopi habent etiam dominium temporale, non autem, ubi habent tantùm jurisdictionem spiritualem, quia dicta distinctio est divinativa, & quando lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. de pretio cum gloss. & ibi* Bart. *ff. de publ. in rem act.* præsertim, quando agitur de interpretatione decretorum sacri Conc. Trid. quæ interpretari non possunt, nec declarari, nisi à Papa, vel à sacra Congregatione eidem Concilio interpretando præposita, quia Papa inquit: Nos enim difficultates, & controversias, si quæ ex iis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque sancta Synodus decrevit, reservamus, ut in Bulla Pii IV. *quæ incipit, Benedictus Deus, in fine prædicti Concilij, § Nos enim, & sub rubric. de recip. & observand. decret. conc sess. 25.* & à verbis legis non est recedendum, *l. prospexit,* & ibi Bartol. *ff. qui, & à quibus,* &, *cap. in memoriam, 19, distinct.*

Decretum verò Concilii generaliter loquitur contra quoscunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, seu per captionẽ pignorum, personarumque districtionem, & quando lex generaliter loquitur, generaliter est intelligenda, *l. 1, generaliter autem,* ubi etiam gloss. *in verb. in infinitum, ff. de leg. præst.* & Port. *cons. 208, num. 3, volum. 4.* si enim Episcopus reos personaliter capi, & carcerari facere potest, quòd habeat familiam armatam oportet: quia à communiter accidentibus delinquentes incedunt armati, qui ab armatis vix capi possunt, & ab inermibus multò minus se capi permitterent. Magistratus verò sæculares, quorum præcipuè causa aliquibus in locis Episcopi impediuntur, quominus familiam armatam habere possint, Theologos consulere debent, an propterea incidant in sententiam excommunicationis, aliasque pœnas in Bulla Cœnæ Domini contentas, de quibus per Navar. *de excommun. Bull. Cœnæ Domini, cap. 27, num. 70.* & Graff. *decis. aur. par. 1, lib. 4, cap. 18, num. 129.* & hæc impedimenta etiam de facto illata non inducunt statum, nec consuetudinem contra sacri Concilii Tridentini dispositionem; cùm bulla confirmationis ejusdem Concilii, de qua supra habeat decretum irritans, *ut in § decernentes,* quòd omnia, quæ in contrarium fiunt, annullat ipso jure, *cap. si eo tempore, de elect. & cap. quodam, de præben. in 6.*

Neque

27 Neque Principibus, † Dominis, Magistratibusque Christianis molestum esse debet, quòd Episcopi habeant familiam armatam, quæ requiritur, ut qui virtutis amore in officio religionis homines se continere nolunt, saltem formidine pœnæ à malo arceantur; quia omnia tendunt ad conservationem regnorum, & dominiorum in obedientia suorum Principum, cùm nunquam reperiatur, quòd qui spiritualiter bene vivunt, sint participes criminum lesæ majestatis, nec causa seditionum, cùm moneantur, quòd, qui resistunt potestati, Dei ordinationi resistunt, & damnationem sibi acquirunt; & Principes non esse timori boni operis, sed mali; & quòd, qui non vult timere potestatem, bonum faciat, & laudem ex illa habebit. Necessariòque homines subditos esse oportere, 28 non solùm propter iram, sed etiam propter conscientiam, & Principes ministros Dei esse, reddendaque omnibus esse debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; & cui honorem, honorem; ut scripsit Paulus *ad Rom. cap. 13.*

Roganturque, ut corripiant inquietos, consolentur pusillanimes, & omnes sint patientes, idem *ad Thessalonic. 1. cap. 5.* docentur etiam obedire Præpositis suis, & 29 eis subjacere. Idem Paul. *ad Hebr. cap. ultimo*, obsecrantur quoque omnes, subditos esse omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi, quasi præcellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, quia sic est voluntas Dei, Petrus Apostolus lib. 1 epist. 2 & contrafacientes per exequutores ipsos justitiæ de mandato Episcoporum carceribus mancipantur, & & pœnis etiam relegationis plectuntur, ut per gloss. *in cap. attendendum*, 17, *q.* 4, gloss. *in cap. hi qui, in verb. & exilio*, 3, *qu.* 4. & verberationis, *ut in cap. contra idolorum, ubi etiam* gloss. 26. *quæst.* 5. & damnari possunt: ex quibus infertur à concessione antecedentis, quòd argumentum validum est in jure, *l. qui procuratorem, dat. ff de procur. cap. præterea, de offic. deleg.* quòd, cùm Episcopis sit concessum familiam armatam habere, carceribus mancipare, verberibus afficere, relegare, & in exilium mittere, ut etiam habeant territorium pro eis capiendis, in exilium transmittendis, ac relegandis est censendum, *d. cap. præterea, de offic. deleg. l. 2, de jurid. omn. jud.* & ibi Jason. *num. 2. de Marsil. sing.* 175.

Quòd autem † Episcopus habeat territorium, probat expresè text. *in cap. omnes Basilicæ*, 16, *quæst.* 7. & Abb. *in cap. cùm ab Ecclesiarum*, ubi tenet, quòd nullus, præter Episcopum, de jure communi habet territorium in diœcesi, unde tota diœcesis est territorium Episcopi in spiritualibus, *n.* 10, *in fine, de off ord.* & facit *cap. 2. de constit. in 6.* & Port. *in cons.* 99, *nu.* 34. qui etiam post gloss. *in cap. 1, in ver. sæculariùm*, 36, *dist.* &, *cap. de persona* ubi gloss. *in ver. aut.* 11, *quæst.* 1. & † Episcopum corporum, & animarum judicem esse, *eod. cons. num.* 15. comprobanturque præmissa generali consuetudine, qua omnes Episcopi ad executionem tam personalem, quàm realem, & tam contra laicos, quàm clericos per totam diœcesim liberè, sine alicujus licentia, vel mandato, pro causis ad forum ecclesiasticum spectantibus procedunt, quæ consuetudo est optima legum interpres, & ab ea recedi non potest.

test, *l. si de interpretatione, ff. de leg cap. cùm dilectus, de consuet. cum alijs supra citatis*, & cùm Taurini officium Vicarii pro bon.mem. Hieronymo Cardinali de Ruvere, & deinde pluribus mensibus Sede Archiepiscopali vacante exercerem, semper per civitatem, & totam illam diœcesim, per exequutores curiæ Archiepiscopalis, ad exequutiones reales, & personales ad mei mandatum fuit liberè processum,

30 † quinimò, quando pro gravitate causæ opus erat aliis exequutoribus, exequtores curiæ sæcularis, sine aliquo impedimento illius integerrimi Senatus exequutoribus Archiepiscopalibus adjumento erant.

31 Possunt etiam Episcopi † tempore pestis pro bono regimine, & cura animarum sibi commissarum, in curam animarum, & personarum ecclesiasticarum subjectionem concernentibus decreta, & edicta publica edere, & per civitatem, ac diœcesim publicare, publicarique facere, eadem ratione, qua Concilia Provincialia, & Synodos diœcesanas indicere, publicare, exequutionique per civitates, & diœceses demandare, ac demandari facere, ut per Concil Trident. *c.2. §. ibi Synodum*, & *§. itidem Episcopi, de reform. sess 24.* cum aliis supra in princ. deductis. Tempore belli, penuriæ, & pestis, ac pro concernentibus publicam utilitatem, edicta contra personas foro ecclesiastico subjectas, de mandato Episcoporum edi possunt, & publicari, cùm in his omnibus debeant invigilare, & ut bonum decet pastorem, providere, attento, quòd personæ ecclesiasticæ quocunque casu à jurisdictione sæcu-

32 lari sunt exemptæ, per † privilegium, quod habent à Deo, *cap. si Imperator, 96, dist.* Innoc. *in cap. 2, num. 1, de majorit & obedient. l. statuimus, C. de episc. & cler.* & Covar. *pract. quæst. c. 31. nu. 3.* & præsertim, quòd tempore belli non subjiciantur po-

33 testati sæculari, probatur, † quia quocunque casu restaurationis mœnium, pontium, aut fluminum à clericis etiam consentientibus laici nihil exigere possunt, nisi accedente Sedis Apostolicæ auctoritate, *cap. adversus, vers. propter imprudentiam*, & ibi Abb. *num. 1, de immun: eccles. capit. clericis laicos, §. nos igitur, eodem tit. in 6.* & *extravag: 1, §. cæterum, eod. tit.*

Urgentibus verò necessitatibus, ut penuriosis temporibus, tenentur Episcopi providere, ut de iis, quæ ad necessarium victum spectant, egentibus succurratur,

34 cùm bona ecclesiastica non sint nostra, † sed pauperum, quorum procurationem gerimus, *cap pen. 12, quæst. 1, cap. quòd autem, 23, quæst. 7, & cap. conventor. ead. 23. quæst. 8.* sintque patrimonium Jesu Christi, *cap. cùm ex eo.* & ibi gloss. *in verb. Christi, de elect. in 6, c. fin. 16, qu. 1, c. 2, de præb.* Abb *in cap. cùm esses, n. 29, de testam.* Dec. *in cap. constitutis, n. 5.* & ibi Felin. *nu. 19, de rescript.*

* * *
* *

DE VICARIIS.

Cap. X.

SVMMARIVM.

1 Vicariorum diversa genera, alij à lege, alij ab homine.

2 Vicariorum à lege species quot, & quales.
Papæ qualis potestas, ibidem.
Episcopi Apostolorum vices gerunt, ibidem.
Presbyteri in quorum locum successerint, ibidem.
Capitula cathedralium, sede episcopali vacante vices gerunt Episcopi, ibidem.
Archidiaconi, quando sint Vicarij Episcopi, ibidem.
Archipresbyteri cathedralium etiam dicuntur Vicarij nati, ibidem.

3 Vicarii facto hominis alii spirituales, alii temporales.

4 Spirituales, alii perpetui, alii ad tempus.

5 Perpetui, qui.
Vicarius Vrbis, qualis, & cujus officium, ibidem.
Quæ portio est assignanda Vicariis perpetuis, ibidem.

6 Vicarii temporales, qui.
Vicarii foranei, quam potestatem habeant, ibidem.

7 Capitulum mortuo Episcopo in spirituali, & temporali jurisdictione succedit, ibidem.
Fallit in pluribus, ut infra.
Capitulum, mortuo Episcopo, debet constituere Vicarium generalem, vel confirmare constitutum, ibidem.

8 Vicarius generalis à capitulo, sede Episcopali vacante, deputatus regulariter habet eandem jurisdictionem, quam Vicarius Episcopi habebat.
Fallit id primò in concessione litterarum dimissorialium, ibidem.
Secundò in exequutione litterarum Apostolicarum delegatarum Vicario generali Episcopi, ibidem.
Tertiò in collatione beneficiorum, ibidem.
Quartò in cognitione causarum Vicario Episcopi delegatarum, ibidem.
Quintò in delegationibus collationum beneficiorum, dispensationum, absolutionum, monitorialium, & aliarum gratiarum Apostolicarum, ibidem.
Sextò in commissionibus causarum, ibidem.
Septimò in jurisdictione feudali, ibidem.
Octavò in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, ibid.
Nonò in casibus occultis Sedi Apostolicæ reservatis, ibidem.
Decimò in visitatione, ibidem.
Vndecimò in correctione.

9 Appellatio seu querela non retardat exequutionem eorum, quæ sunt decreta in visitatione eorum, &, quæ sit auctoritas

tas Episcopi in visitatione.

10 *Vicarii generales Episcoporum unum, & idem sunt cum Episcopo, & cum eodem constituunt unum, & idem tribunal.*

11 *Vicarius generalis primum locum obtinet post Episcopum.*

12 *Vicarius Episcopi legitima generali facultate suffultus, regulariter potest exercere omnia, quæ Episcopus potest, & honorandus, prout honoratur Episcopus.*

Fallit tamen in pluribus, & primò in consecratione Episcoporum, ibidem.

Secundò fallit in confectione, & administratione Sacramenti chrismatis.

Tertiò in consecratione ecclesiarum, & altarium, & benedictione calicis.

Quartò in confectione olei sancti.

Quintò in collatione ordinum.

Sextò in correctione capitulorum.

Septimò in degradatione ordinatorum.

Octavò in reconciliatione ecclesiæ pollutæ.

Nonò in concessione indulgentiarum.

Electus in Episcopum potest exercere, quæ sunt jurisdictionis, non autem, quæ sunt ordinis, ibidem.

13 *Vicarius Episcopalis creari debet in spiritualibus, & temporalibus generalis.*

14 *Facultas conferendi beneficia sub generalitate verborum non comprehenditur.*

15 *Vicario generali, ut amplam habeat facultatem, quibus verbis litteræ vicariatus sint extendendæ.*

16 *Facultas dispensandi, dimissorias concedendi, & examinandi.*

17 *Facultas visitandi, & contra delinquentes procedendi.*

18 *Facultas casus reservandi, & absolvendi.*

19 *Facultas Synodos celebrandi, causas cognoscendi, & sententias promulgandi, atque exequendi.*

20 *Facultas pœnas moderandi, & beneficia conferendi.*

21 *Facultas beneficia uniendi, dismembrandi, & ex causa fundationis, vel dotationis, jus patronatus reservandi.*

22 *Facultas fidelitatis, & alia juramenta recipiendi, ac infeudandi, & caducitates declarandi.*

23 *Facultas rationes, & computa videndi, & revidendi.*

24 *Litteræ vicariatus sine testium præsentia non probant.*

25 *Vicarii temporales plures.*

26 *Dux Sabaudiæ est Vicarius perpetuus Imperatoris.*

27 *Appellationes ad tribunal Imperiale interponendæ ad tribunal Ducis Sabaudiæ interponi debent.*

28 *Dux Sabaudiæ, & successores in Ducatu sunt Vicarii Imperatoris.*

29 *Dux Sabaudiæ in suis dominiis omnia potest, quæ potest Imperator in universo.*

QUoniam Vicarii generales Episcoporum cum Episcopis unum, & idem tribunal, & consistorium repræsentant, post plura de potestate Episcoporum, de Vicariis tractandum videtur. † Vicariorum varia, & diversa sunt genera constituta, quorum principalia duo sunt, alii sine facto hominis ab ipsa lege, alii facto hominis constituti, ut distinguit Marant. *de ord. judic. par. 4 d. 5, in princip. num. 6.* & Sbroz. *de Vic. epis. q. 3, n. 1, & 2, lib. 1.* † Vicarii sive hominis facto

cto à lege constituti in sex speciès dividuntur, quarum prima est Summorum Pontificum, Petri successorum, quibus Evangelica voce Domini claves æternæ vitæ traditæ, & terreni simul, & cœlestis imperii fuerunt jura commissa, *ut cap: quamvis, 21, dist. & cap. omnes, 22, dist.* & sunt Vicarii Christi, *cap. ubi periculum, §. ceterum,* & *cap. fundamenta, §. decet, de elect. in 6.*

Secundæ specie sunt Episcopi, qui Apostolis successerunt, & Apostolorum vices gerunt, *cap. legimus, 93, dist. cap: in novo, 21, dist. cap. quorum vices, 69, dist. & cap. 1, §: per frontis, de sacr. Vnct.* Vicarii enim Dei sunt, quos Spiritus sanctus posuit regere Ecclesiam ipsius Dei, quam acquisivit 3
sanguine suo, *Act. Apo: cap: 20.* Conc Trid. *cap. 1, de reform. sess 6:* & Card Bellarm. 4
in Apolog. pro respons. ad libr: Reg: Brit: c: 4, sub vers. quod etiam rex. Succedunt autem Episcopi Apostolis, quatenus illi fuerunt primi Episcopi particularium ecclesiarum, ut Jacobus Hierosolymitanæ ecclesiæ, & Joan. Ephesinæ, non autem propriè succedunt Apostolis, quatenus Apostoli erant, id est, missi in omnem terram cum plenissima potestate, ut docet Card. Bellarm. *in lib: de cler: & lib. 4, de Pont.* & distinguendo declarat idem Card. *in respons. ad Apolog: pro jur. fideliter, sub rubric: de respons. ad ea, quæ objiciunt. contr: Epistol. §: Responsio Episcopus succedere, pag. 212.*

Tertia species est Presbyterorum, qui cùm Apostoli videntes messem multam, operarios autem paucos, rogassent dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam, elegerunt septuaginta duos discipulos, quorum vicem presbyteri gerunt, *dict. cap: in novo, 21, distinct.*

Quartæ speciei sunt Capitula cathedralium, quæ sede Episcopali vacante, Episcopi vices gerunt, gloss. *in cap. unic. 2, not. de majorit. & obed in 6.* & Innoc. *in cap. eam te, num. 4 & seq. de rescript.*

Quinta est Archidiaconorum, qui absentibus Episcopis, nullo vicario constituto, absque aliquo facto, ipso jure sunt illorum vicarii, *cap. 1.* ubi gloss. & Butr. *& cap. ad hæc, §. secundùm, & §. item epistola, ex. de offic. Archid.*

Sexta autem est Archipresbyterorum Cathedralium, qui etiam dicuntur vicarii nati, quoad spiritualia quædam, ut per Host. *de offic. Archipresb.* & plenè per Sbroz *d. q 3, à num. 8, usque ad num. 19.*

† Vicarii facto hominis constituti sunt spirituales, & secundùm jus canonicum creantur, † quorum alii sunt perpetui, & alii ad tempus, Abb. *in cap. extirpanda, §. qui verò, num. 9, de præb.*

Primò perpetuus † est Vicarius Urbis, 5
cujus officium de potestate ordinaria non est amovibile, sed solùm vacat per obitum, & semper creatur S. R. E Cardinalis, cujus jurisdictio extra Urbem non extenditur, *cap. sua nobis, de offic. Vic.* Et in Urbe est, tanquam Ordinarius in sua diœcesi, habens jurisdictionem in clericos, & Hebræos, *d. cap. sua nobis, ex. de offic. Vic.* & Sbroz, *d. q. 3, num. 19.*

Secundò sunt vicarii perpetui deputati monasteriis, & aliis beneficiis, quibus pro curæ animarum regimine sunt vicariæ auctoritate Apostolica perpetuò erectæ, & post erectionem dicti Vicarii auctoritate ordinaria, prævio examine ad formam sacri Concilii Tridentini admittuntur, & sine causa amoveri non possunt, *cap. ad hæc, eod. tit. c. 1, de capell. mon. in 6.* Abbas *in dict: §: qui verò, nu. 8.* Rota *decis.*

24.

24, n. 1, de præb. in nov. & Concilii Trid. c. 7, re reform. seß. 7. quibus fructuum portio non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annis singulis, ab Ordinariis locorum est assignanda, nisi auctoritate Apostolica in erectione aliter fuerit assignata, ut statuit Pius V. in Bull. constitutio 46, quæ incipit, Ad exequendum.

Beneficia autem Vicarias hujusmodi habentes, dicuntur nihilominus curata saltem habitu, Rota dec. 2, de offic. Vic. in antiquis, & Fastol. dub 25, num. 2. Felin. in cap. pastulasti, num. 1, de rescript.

6 Temporales sunt, † qui Apostolica auctoritate in temporalibus ad regimen Terrarum status ecclesiastici deputantur, Ab. in dict. §. qui verò, num. 9. Rom. cons 59, num. 2, in fin. & num. 3. & Felin. in d. cap. pastoralis, num. 11. de rescript. & etiam qui ad regimen Cathedralium in spiritualibus, & temporalibus ob malam Episcoporum 7 administrationem mittuntur, qui Vicarii Apostolici nominantur.

Vicarii etiam alii dicuntur, qui ab Episcopis cum congrua fructuum portione Rectoribus parochialium ex legitima causa absentibus, suspensis, impeditis, aut inhabilibus deputantur, cap. pervenit, de appellat. & cap. cùm ex eo, de elect. in 6. Concil. Trid. c. 2, seß. 6, cap. 5. seß 7, & c. 6, ubique de reformat. seß. 21. qui etiam parochiali ecclesia vacante, donec eidē de idoneo rectore fuerit provisum, constituuntur, idem Concil. c. 15. de reformat. seß. 24.

Foranei Vicarii nuncupantur, qui ad certam partem diœcesis sunt deputati, c. 1, in princip: & ibi gloss. in verb: foranei, de offic. ord: in 6. & Clement: 2, in fi: ubi etiam 8 gloss. de rescript: à quibus appellatur ad Episcopum constituentem, quia non faciunt unum, & idem consistorium cum Episcopo, ut faciunt Vicarii generales, gloss. in dict: c: 1, in ver: foranei, de offic: ord: in 6. non habent cognitionem causarum hæreticæ pravitatis, matrimonialium, nec criminalium, quæ Episcoporum examini sunt reservatæ, Conc. Trid. cap. 20. §, ad hæc, de reform. seß 24. minusque litteras monitoriales, pro occultis, deperditis, aut subtractis concedere possunt, sed Episcopi solùm, c. 3, de reform. seß. 25, aut Vicarii generales cum sufficienti facultate, qui in aliis casibus censuras possunt etiam promulgare, cap. 1, & cap. licet, junct. gloss. de offic. Vic. in 6. Nec illis committitur executio litterarum Apostolicarum, Rebuff. in prax. benef. de Vic. Episc. num. 4, par. 1.

Vicarii etiam generales vocantur à Capitulo sede Episcopali vacante deputati, 7 quia † mortuo Episcopo, capitulum in spirituali, & temporali jurisdictione succedit, cap. si Episcopus, cap. final. de supplen. neglig. Prælat. cap. unico, de majorit. & obedient. in 6. & Graff. decis. aur. c. 15. par. 1. lib. 4, num. mihi 77. & licèt de jure cōmuni non teneatur capitulum constituere Vicarium sede vacante, sed per se posset jurisdictionem exercere Feli. in cap. cùm olim, de majorit. & obedient. num. 4. tamen hodie ex dispositione sacri Concilii Tridentini intra octo dies constituere tenetur, vel constitutum confirmare, aliàs deputatio illius devolvitur ad Metropolitanum, & si sedes Metropolitana vacet, ad Suffraganeum antiquiorem, vel si Episcopatus sit exemptus, ad Ordinarium viciniorem, ca- 8 pit. 16. de reform. seß. 24.

Regulariter † Vicarius à capitulo sede Episcopali vacante deputatus, eamdem

habet jurisdictionem, quam Vicarius Episcopi habebat.

Sed fallit: primò, in litteris dimissoriis, quas licèt de jure communi concedere posset, *cap. cùm nullus, §. Episcopo, de tempor. ord. in 6.* fuit tamen per sacri Concilii Trid. illi per annum sublata sub pœna suspensionis, & cap. sub pœna interdicti, *cap. 10, sess. 7. & cap. 10, sess. 23, ubique de reformat.*

Secundò fallit in executione litterarum Apostolicarum, quas Vicario generali Episcopi delegatas, Vicarius generalis à capitulo, sede vacante, deputatus exequi non potest. Feder. de Sen. *cons. 30, ante num. 1, versic. suo jure agitur,* & Felin. *in cap. cùm olim, de major. & obed.*

Tertiò fallit in collatione beneficiorum, quæ conferre non potest. Abbas *in capit. cùm olim, n. 2, eod tit.* quia illorum dispositio est Episcopo reservata, *cap. unico, §. cùm verò, ne sede vacante, in 6.* & hodie Sedi Apostolicæ usque ad diem pacificæ possessionis Episcopatus est reservata, per regulas Clementis Papæ VIII. *reg. 2.*

Quartò fallit in cognitione causarum Vicario Episcopi delegatarum, quas Vicarius capitularis exequi non potest, quia jurisdictio delegata non transit in capitulum, ut post Archid. *in tractat. de hæret.* trad. Feder. de Sen. *d. cons. 20, ante num. 1, vers suo jure agitur, consil. 130. in fin.* Abb. *in cap. cùm olim, num. 2. ibi. quintò dubitatur, vers: Episcopo delegato, de major. & obed. cons 130, in fine.* & Dec. *in cap. quoniam,* Abb. *n. 21, de offic. deleg.* sed transit in Vicarium generalem successorem, quando delegatio est facta Vicario, uti dignitati non expresso nomine proprio, *d. cap. quoniam,* Abbas, & ibi post Paul. de Leaz. & Card. *quos citat,* tenet Abbas *num. 10, de offic. delegat.*

Quintò fallit in delegationibus collationum, beneficiorum, dispensationum, absolutionum, monitorialium, & aliarum gratiarum Apostolicarum, quæ sede vacante Episcopis, vel Vicariis vicinioribus committuntur, non autem capitulis, seu Vicariis capitularibus.

Sextò fallit in commissionibus causarum, quæ tantummodo Episcopis, seu eorum Vicariis generalibus, vel judicibus Synodalibus delegantur, *cap. statutum, de rescript. in 6.* & Concil. Trident. *cap. 10, de reform. sess. 25.* & Sede Episcopali vacante, aliis ordinariis vicinioribus committuntur.

Septimò fallit in jurisdictione feudali, in qua capitulum non succedit, gloss. *in cap. verum, in ver. quæstio, de for. compet.* & ibi Abb. *num. 8, & 9.*

Capitulum enim sede vacante succedit in jurisdictionibus Episcopo de jure communi spectantibus, non autem competentibus de jure accidentali gratioso, & speciali, ut sunt omnes causæ delegatæ, & feudales, Abbas *in d. cap. verum, num. 9. de for. compet.* Rom. *cons. 506, num. 14.* Felin. *in cap. cùm olim, num. 5, vers similiter videmus, de majorit. & obed.*

Octavò fallit in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, in quibus Episcopi, eorumque Vicarii legitima facultate suffulti, possunt dispensare, *d. cap. 6, de reform.*

Nonò fallit in casibus occultis Sedi Apostolicæ reservatis, in ovibus de gratia speciali ex ejusdem sacri Concilii Trident. dispositi. Episcopi, eorumque Vicarii generales absolvere possunt, non autem Vicarii

ti à capitulo, sede vacante deputati, ut ibi, liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto proveniens. excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absolvere impositâ pœnitentiâ salutari, Concil Trident. *cap 6 sess. 24, de reform.*

Decimò fallit in visitatione, quia, licèt sede Episcopali vacante capitulum succedat in jure visitandi diœcesim, ut trad. Abb. *in cap. cùm olim, num 2, vers sed indistinctè, de major. & obed.* tamen non habet jus visitandi monasteria, nec loca exempta, quæ visitat Episcopus, ejusque Vicarius generalis auctoritate Apostolica, Clementin. 2, de st tu monach. Abb. *in d. cap. cùm olim, nu. 2, vers. quintò dubitatur*, & Concil Trident. *cap. 8, sess 7, de reform. & cap 9 de reform. sess 24.*

Undecimò fallit in correctione, in qua licèt capitulum habeat jurisdictionem procedendi, illam habet jure ordinario, & Vicarii Episcopi cùm facultate sufficienti
9 †procedit, omni appellatione remota, ex dispositione sacri Concilii Tridentini, ubi inquit, Episcopi, ut aptiùs, quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus, & potestatem habeant, etiam, tanquam Apostolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat, ut *in cap. 10, ead. sess 24. de reform.*

10 Vicarii, †& officiales generales Episcoporum unum, & idem sunt, *cap. licet, cap. final de offic. vic. in 6.* & Rot. *decis. 2, in addit: num: 2, eod: tit: in nov.* & habent jurisdictionem ordinariam, *cap. sua, de offic. Vic. cap. licet, eodem tit in 6.* Abb. *in cap. final. num. 2, de fide instrum.* Innoc. *in cap. sua nobis, de offic. Vic.* Felin. *in rub. de offic. deleg. nu. 4.* & Jas. *in rubr. de offic. ei. nu. 2.* coruscantque ex radiis Episcoporum, ita quòd Episcopus, & Vicarius repræsentat unum, & idem tribunal, & consistorium, *c. 2, de consuet. in 6. cap. Romana, de appell. eod. lib.* gloss. antepen. *in Clem. 2, de rescript.* & Rot. *decis 9, de offic. Vic. in antiquis.*

11 †Unde inter Episcopum, & Vicarium non datur locus, sed immediatè post Episcopum sedere, accedere, & omnes de capitulo præcedere debet, nec potest contraria consuetudo, quæ attendatur, induci. Abb. *cons 21, cum seq fuit à me quæstum, per tot. vol. 1.* Felin. *in rubr. de major: & obed: num. 10, circa fin.* Staphyl. *de mod. & form. impetr. §. transeo nunc, nu 12,* Rot. *de offic. Vig. dec. 1, nu 5, in no. & divers. decis 200. nu. 4 par. 1,*

Quamvis autem per creationem Vicarii generalis illi tribuatur ordinaria jurisdictio, hoc procedit, quoad universitatem cau-

causarum, sed potestas inquirendi, corrigendi, excessus puniendi, & à beneficiis, officiis, vel administrationibus amovendi non tribuitur, nisi specialiter sibi committantur, *cap. licet, de offic. Vic. in 6.* & quamvis facultas conferendi videatur illi concessa, *c. ex frequentibus*, cum gloss. *in verb. officialium, ibi, qui possint instituere vice Episcoporum, de institut.* tamen procedit solùm in institutione, quam facere potuit, quæ cùm dependeat à voluntate præsentantis, & instituere sit necessitatis, expressa fieri debet, Abb. *in cap. ex frequentibus, nu. 7, & 8, de instit.* secùs verò in collationibus, quæ à vicariis fieri non possunt, nisi facultas sit eis specialiter concessa, *c. final. in fin. de offic. Vic. in 6.* Et hinc videmus, quòd jus instituendi sede Episcopali vacante transit in Capitulum, *c. cùm olim, de major. & obed.* & Abb. *in cap. auctoritate, nu. 8, de instit.* non autem conferendi, Abb. *in d. cap. cùm olim, num. 2, de majorit. & obed.* cum aliis supra deductis.

22 Vicarius Episcopi † legitima generali facultate suffultus, regulariter potest omnia, quæ potest Episcopus, exercere, & quemadmodum Episcopus, cujus vices gerit, est honorandus, *c. præcipimus, 33. dist.* Rom *sing. 362.* & Rebuff. *in prax. benef de Vic. Episc. nu 7.*

Fallit tamen dicta regula primò in consecratione Episcoporum, in qua tres requiruntur Episcopi cum Metropolitano ad Episcopum consecrandum, *cap. Episcopi,* & ibi gloss 1, *& cap comprovinciales, 64, dist. cap. fin. 66, dist. cap. Episcopi, 80, dist. & c. unic. in princ. de sacr. Vnct.* & tamen Vicarius hoc casu vicem Episcopi gerere non potest.

Fallit secundò in Sacramento Chrismatis, quod Vicarii confiecre non possunt, quia tempore Apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis nunquam actum fuit, nec postmodùm ab aliis, quàm Episcopis, perfici potuit, *c. de his, & c. manus quoque, de consecrat. dist. 5, & d. c. un. §. per frontu, de sacr. unct.*

Fallit tertiò in ecclesiarum, & altarium consecratione, & calicis benedictione, quæ cessante privilegio Apostolico ad solos Episcopos spectat, *cap. quamvis, 68, dist. & eod cap. unic. §. fin. de sacr. Vnct.*

Fallit quartò in Chrismate, & oleo sancto, quod solis Episcopis, non autem Vicariis conficere licet, & die Cœn. Dom. conficitur, *d. c. un. vers manus Episcopi. de sacr. unct.* & Rebuff. *for. vic. Archiep. & alio n. 40.*

Fallit quintò in ordinum collatione, quos non potest Vicarius conferre, cùm solis Episcopis facultas ordines conferendi sit attributa, *d. c. quo minus, 68, dist.* gloss. 1, *in cap. quia periculosum, de sent. excom. in 6.*

Fallit sextò in correctione capitulorum Cathedralium ecclesiarum, quæ, consuetudinibus, & concordiis non obstantibus, quæ tantùm suos obligant auctores, non etiam successores, ab Episcopis quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica vigore dicti decreti possunt, quæ Vicarios facere non licet. Conc. Trident. *in c. 4. de reform. sess. 6.* & Congr. Conc. *super eod. cap 4. sub tit. Brixien §. Qui visitare, & §. capitula Cathedralium.*

Fallit septimò in actuali, & solemni degradatione ordinatorum, quæ Episcopis solùm est reservata, *c. 1, de hæret: cap: si quis, cum seq: 15, q 7, cap: degradatio, de pœnit. in 6.* Conc. Trid. *c. 4, de reform. sess. 13.*

Fallit

Fallit octavò in ecclesiæ consecratæ pollutæ reconciliatione, quam Episcopus, non autem Vicarius, potest reconciliare, *capit. aqua, per Episcopum*, & ibi Abb. *n. 1. consecr. Eccles. vel ait.* ex privilegio tamen Apostolico quandoque Episcopi hanc facultatem reconciliandi aqua per ipsos exorcizata alijs possunt delegare. Et regulariter ea, quæ dispositione divina certo ordini sunt tributa, illum ordinem non habenti committi non possunt, gl. pen. *in dict. c. aqua*, & ibi Abb. *num. 2. & 8.* quæ autem sunt jurisdictionis, ut judicare, excommunicare, absolvere, beneficia conferre, & his simile, Episcopi Vicarijs, aut alijs personis Ecclesiasticis possunt demandare, ut distinguit, gloss. *in eod. cap. aqua. in verbo, jurisdictionis*, & gloss *fin. in c. transmissa, de elect.* ea autem, quæ sunt jurisdictionis, potest electus exercere, non autem quæ sunt ordinis Episcopalis, cum illa acquirat per consecrationem, quæ ante exercere non potest, eadem gloss fin. in cap. transmissa, Joann. de Sel. *in tract. de Benef. in par. 2. qu. coll. 11.*

Fallit nonó in Indulgentiarum concessione, quas Episcopi concedere possunt, non autem Vicarij, vel alij Episcopis inferiores, *cap. accidentibus. de excess. prælat.* & Navarr. *de Iubil & Indulg. not. 7. n. 2. tom. 3.* Nisi ex privilegio speciali.

13 In reliquis autem † Vicarius creari debet generalis in spiritualibus, & temporalibus, *cap. cum nobis olim, in fin. cap. nihil. in fin. de elect. cap. cùm venerabilis, de relig. dom. cap. fin. §. præcipimus, de stat. mon. & cap. si Episcopus de supplen. negl. prælat.* 14 *in 6.* † Ulterius continere debet specialiter facultatem beneficia conferendi, quæ sub generalitate verborũ non comprehenditur, *cap. fin. de offic. Vic. in 6.* & glo. *fin. in cap. statutum, de præb. eod. lib.* nec facultas inquirendi, corrigendi, aut puniendi excessus, seu aliquos à suis beneficijs, officijs, seu administrationibus amovendi, per generalem deputationem Vicarij transfertur, licet generaliter cognitio causarum transferatur, (nisi hæc specialiter sibi committantur) *c. licet eod. tit. & lib.* quamvis facultate Vicarii omnia capita, quæ ad forum Episcopale devoluuntur, non exprimantur, dummodo in generali Vicaria aliqua ex ijs, quæ speciale mandatum requirunt, fuerint expressa cum clausula generali, omniaque alia, & singula, quæ nos facere possemus, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus sit expressum, aut verba æquipollentia, extenditur ad alia speciale mandatum requirentia, gloss. *ult. in cap. licet de offic. Vic. in 6.*

15 Vicario Episcopali generali, † ut amplã possit habere jurisdictionem conferendi, & omnia exercendi, quæ in tribunali Episcopali debet exercere, est tribuenda plena, & omnimoda facultas, & potestas ecclesiam Cathedralem, & diœcesim, illiusque mẽbra, castra, terras, villas, & alia quæcũque loca, bona, ac jura eidem spectantia, & pertinẽtia in spiritualibus, & temporalibus regendi, & gubernandi, illisque in divinis, & alias, prout decet, deserviendi, & deservire, ac in eadem ecclesia civitate, & diœcesi verbum Dei Clero, & populo prædicare faciendi, & ubi, quando, ac quoties, 16 & cũ quibus sibi videbitur, † in quibusquis casibus ordinarijs locorum à jure; & sacro Concil. Trid. permissis dispensandi, litteras dimissorias, & commendatitias, & ad ordines etiam sacros in absentia ipsius Episcopi, ut à quocunque catholico Antistit gratiam, & communionẽ Sanctæ Sedis A

postolicæ obtinente suscipiendos, servatâ formâ ejusdem Sac. Conc. Trid. licentiam
16 dandi, & concedendi, & ad ordines hujusmodi promoveri, ac beneficia ecclesiastica obtinere volentes, adhibitis examinatoribus in Synodo deputatis, aut aliàs, prout juris fuerit, examinandi, vel examinari faciendi, ac de eorum vita, & moribus inquirendi, & se informandi; indeq; juxta prædicti sacri Concil. Trident. decretorum di-
17 spositionem, idoneos admittendi, & insufficientes, ac aliàs inhabiles reprobandi, ecclesiamque prædictam, omnesque, & singulas collegiatas, parochiales, aliasque ecclesias, & collegia, & generaliter quæcunque beneficia ecclesiastica, cõfraternitates, & loca pia, nec non congregationes, & diœcesim prædictas visitandi, & refor-
17 mandi, † ac omnia, quæ ad hujusmodi visitationis officiũ pertinere dignoscuntur, etiam in vim decretorũ ejusd. sacr. Conc. Trid. uti Sedis Apost. delegatus gerendi, & exercendi, ac tam in capite, quàm in membris reformandi, contra quoscunq; hæreticos, ac de hæresi suspectos, sortilegos, simoniacos, sacrilegos, usurarios, adulteros, incestuosos, concubinarios, fornicatores, ac quosvis alios delinquentes, cujuscunque status, gradus, conditionis, vel ordinis existant, pro criminibus, & delictis ad forum ecclesiasticũ quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, inquirendi, procedendi, & cõtumaces, ac de jure punibiles ab omnibus eorum officiis, dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis ad tempus, vel in perpetuum, prout juris fuerit, privandi, suspendendi, personaliter arrestandi, & carcerari faciendi, & generaliter servata forma Conc. Trid. sacrorum canonum, decretorum provincialium, & synodalium constitutionum dispositione, corrigendi, excom-
18 municandi, puniendi, & mulctandi, † casusq; Episcopales reservandi, & ab eisdem, aliisque casibus reservatis, ac à quibusvis ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, servatâ ejusdem sacri Conc. Trident. forma, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, vel subdelegatus absolvendi, & eorundem decretorum vigore procedendi,
19 † synodos, & alias quaslibet congregationes opportunas convocandi, celebrandi, & illis præsidendi, causas, lites, & controversias, tam matrimoniales, beneficiales, ecclesiasticas, profanas, civiles, & criminales, quàm mistas cujuscunque generis, & qualitatis existant, tam per viam simplicis querelę, quàm appellationis, recursus, nullitatis, seu aliàs quomodolibet ad forum ecclesiasticũ, tam ordinaria, quàm ex delegatione Apostolica, aut aliàs quovis modo spectantes, & pertinentes, cum omnibus illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, audiendi, cognoscendi, decidendi, fineq; debito terminandi, pro tribunali sedendi, sententias tam interlocutorias, quàm diffinitivas proferendi, & promulgandi, easq; debitæ executioni demandandi, excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasq; ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, tam in personas, conventus, capitula, collegia, & congregationes, quàm loca quæcunque, servatâ ejusdem Conc. Trid. formâ, ac aliàs, prout juris fuerit, proferendi, infligendi, & publicandi, easq; excommunicandi, aggravandi, reaggravandi, interdicendi, & auxilium brachii sæcularis invocandi, ab excessibus, criminibus, delictis, sententiis, censuris, & pœnis quibuscunque auctoritate ordinaria, & ex ejusdem sacri Concilii

Trident,

Trident. disposition delegata, quoscunq; simpliciter, vel ad cautelam absolvendi, interdictum tollendi, † & quascunque pœnas moderandi, & in partem, aut in totum remittendi, & de Apostolis super quibusvis appellationibus respondendi, electiones, præsentationes, & postulationes quarumcunq; personarum utriusq; sexus, ad Monasteria, Prioratus, Præposituras, Dignitates, officia, & beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumvis ordinum regularia, servata ejusd. Concilii Trid. forma, approbandi, & reprobandi, ac præsentatos, & approbatos instituendi, resignationes quorumcunq; beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum simpliciter, vel ex causa permutationis, aut jurium cessionis recipiendi, & admittendi, & beneficia quæcunque cum cura, vel sine 22 † cura, etiamsi canonicatus & prębendæ, dignitates, Vicariæ, & cujuscunq; qualitatis existętia, tam per resignationem hujusmodi, non tamen in favorem, quàm ex causa permutationis, aut per obitum illa obtinętium, seu alia quavis occasione, vel causa vacantia, & vacatura, ordinariæ collationi spectantia, & pertinentia, quibuscunque personis, servatâ ejusdem Concilii formâ conferendi, & providendi, & pro augmento cultus divini, ubi opus fuerit, vigore eorundem decretorum sacri Concilii Trid: 21 & aliàs, prout juris fuerit, † uniendi, dismembrandi, & nova beneficia erigendi, ex causa fundationis, vel dotationis, ad formam præd. sacri Conc. Trid. juspatronatus, & præsentandi, reservandi, beneficiaq; simplicia seminario puerorum, aut aliàs, cui, & quibus, ac quando, & ubi opus fuerit, eadem Concil. Trid forma, & juris dispositione servata, uniendi, applicandi, & incorporandi, ac eidem seminario officiales, rectores, & alias personas, pro illius recta administratione necessarias deputandi, & deputari faciendi, & pro illius subventione, & aliis necessariis ad illius sustentationem, portionem fructuũ quorumcumque beneficiorum taxandi, & applicandi, ac beneficiatos quoscunque ad illorum solutionem cogendi, & compellendi, cogiq; & compelli faciendi, eosque, quibus de canonicatibus & prębendis provisum fuerit, in canonicos, & fratres recipi, stallumq; in choro, & locum in capitulo assignari, ipsosque in corporalem, realem, & actualem possessionem canonicatuũ, prębendarum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum, tam collatorum, quam unitorum, ponẽdi, & inducendi, seu poni, & induci faciendi, † fidelitatis, obedientiæ, & alia consueta juramenta, & servitia à vasallis, & subditis, ac personis ecclesiasticis quibuscunque præstari solitis sibi præstari, & exhiberi petendi, & faciendi, illaq; recipiendi, de bonis feudalibus, prout juris fuerit, quoscunque infeudandi, & alienata, occupata, & illicitè distracta quæcunque ad jus, & proprietatem ecclesiæ reducendi, & reduci faciendi, ac caducitates declarãdi, alienationes, & permutationes quorumcunque bonorum ecclesiasticorum in emphyteusim ad tertiam generationẽ, aut aliud tempus, vel ex causa permutationis Apostolica auctoritate, ut aliàs in casib⁹, à jure permissis concessorum, in evidentem utilitatem ecclesiæ, & non aliàs laudãdi, & approbandi, & in casu devolutionis nomine ecclesię retinendi, aut si sibi videbitur expedire, justitiâ suadente, in utilitatem ecclesiæ, papæ beneplacito, quatenus opus sit, reservato, & non aliàs, aliter, nec alio modo, etiam

de novo infeudandi, seu concedendi rationes, † & computa quorumcunque administratorum, hospitalium, confraternitatum, & aliorum locorum piorum videndi, revidendi, examinandi, approbandi, & reprobandi, omniaque alia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus sit expressum, cum amplo, libero, ac generali, & speciali mandato, amplaque, & libera, ac generali, & speciali administratione omnium, & singulorum, quæ in præmissis occurrerent, aut aliàs quomodolibet occurrere possent: &, si necesse fuerit, pro præmissis omnibus, & singulis, unum quoq; vel plures Vicarium, seu Vicarios, & locumtenentes propter illius absentiam, in ejus locum, alioſque foraneos loco sui substituendi, eumq; vel eos revocandi, toties, quoties sibi placuerit, & visum fuerit expedire: & in litteris Vicariatus debent testes rogati adesse, † sine quibus etiam cum signo secretarii tantùm, uti scriptura privata, non probaret, *l. instrumenta, & l. rationes*, & ibi Paul. de Castr. *num.* 4, *C. de probat.* quia cùm collatio sine testibus sit prohibita, & non faciat fidem, Rot. *decis.* 1, *nu.* 2, *de probat. in nov.* & Fastol. *caut. ult. dub. ult. num.* 8 & eadem ratione, qua aliquid prohibetur, censetur etiam prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud, *l. oratio*, & ibi Bal. *ff. de spons.* & Rebuff. *pract. benef. de Vic. Ep. n.* 13. & ibi post *n.* 42. Quamplures, † etiam sunt Vicarii temporales, quia Principibus, Dominis, & Magistratibus sæcularib⁹, pro temporali jurisdictione exercenda constituuntur, & secundùm morem Provinciarum, & locorum Vicarii nuncupantur, ut in insigni oppido Cherii diœcesis Taurinensis, in quo principalis judex temporalis Vicarius appellatur, & de pluribus Vicariis temporalibus tradit Sbroz. *d. q.* 3, *à num.* 44. *usque in fin.* inter quos † Dux Sabaudiæ, qui est Vicarius perpetuus Imperatoris, & de sanguine Imperiali progenitus. Purpur. *in l.* 1, *nu* 633, *ff de offic ei.*

Primò enim Carolus IV. Romanorum Imperator Amedæo consanguineo suo ex certa scientia, auctoritate Cæsarea concessit, quòd omnes, & singuli sui, & sacri Romani Imperii vasalli, homines, & personæ nobiles, & ignobiles civitatum, & diœcesum Sedunen. Lausanen. Maurianē. Augusten. Ipporegien. Taurinen. Gebenen. Tarantasien. & Bellicen. nec non diœcesū Lugdunen. Matisconen. & Gratianopolitanæ, in quantàm eædem diœceses Lugdun. Matisconen. & Gratianopolitana in Imperio existebant, qui tunc erant, & in futurum forent, omnia homagia, fidelitates, subjectiones, & obediētias, ad quæ, & quas ipsi Carolo Imperatori, & Imperio tenebantur pro feudis, quæ tenebant ab eodē Carolo Imperatore, & Imperio, præfato Amedæo, & suis perpetuis successoribus, ipsius Caroli Imperatoris, & Imperii nomine, in eisdē diœcesibus, & limitibus eandem jurisdictionem, dominium, regalia, & superioritatē, prout, & quemadmodum ante dictam concessionem eidem Imperatori pertinere poterant, haberent, tenerent, & exercerent, eosdem Amedeum, & ejus successores in his Vicarium suum generalem constituendo: † decernendoq;, quòd omnes appellationes, quas à quibuscunq; ad tribunal Imperiale interponi contingeret, ad eundem Amedeum vice ipsius Impera-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

peratoris interponerentur, eidem Amedæo sententias ferendi, & exequutioni demandandi, etiamsi mandatum exigerent speciale, & quæ in talibus appellationum causis ipse Carolus Imperator facere potuisset, plenam, & liberam potestatem concedendo. Et Vincislaus Romanorum Rex præmissa omnia confirmavit, & approbavit, prout etiam Maximilianus Romanorum Rex in Imperatorem electus eadem rata habuit, ac Episcopos Vercellen. & Montisregalis numero Episcoporum in litteris Caroli Imperatoris nominatorum, & specificatorum aggregavit, declarando, quòd universi, & singuli in eisdem litteris comprehensi, & tam nobiles, quàm ignobiles, omnia homagia, fidelitates, subjectiones, & obedientias, ad quæ, & quas eidem Imperio tenebantur, & erant astricti pro feudis temporalibus, quæ ab Imperio obtinebant, præfato Duci Sabaudiæ, & suis pro tempore successoribus, tanquam dicti Imperii Vicariis, & vice ipsius Maximiliani in Imperatorem electi, & Romanorum Imperatorum, ac Regum successorum suorum facere, præstare, & recognoscere tenerentur, & simi-

28 liter † Carolus V. Romanorum, & Hispaniarum Rex Catholicus in Imperatorem electus, declaravit, Carolum Sabaudiæ Ducem, ejus antecessores, & successores in dicto Ducatu masculos, & legitimos fuisse, & esse, ac in futurum fore veros dicti Imperii Vicarios, in dictis civitatibus, & diœcesibus Sedunen. Lausanen. Gebenen. Augustan. Ipporegien. Taurinen. Maurianen. Tarantasien. Bellicen. Vercellen. Montisregalis, & Nicen. Ducatus Sabaudiæ, & ultra, ac citra montes, terrisque ei adjacentibus, ac in diœcesi Lugdunen. Matisconen. & Gratianopolitan. in quantum in Imperio, & districtu, ac terris ipsius Ducatus Sabaudiæ eædem diœceses consistebant, prout in aliis privilegiis supra expressis. Neminique alteri licere voluit ipso Vicariatu in terris ipsis, & limitibus ipsius Ducatus Sabaudiæ uti. Quæ privilegia fuerunt etiam Apostolica auctoritate confirmata.

Præterea, quòd Dux Sabaudiæ sit Vicarius perpetuus Imperatoris, probatur etiam ut in *quæst. Delphin.* 618. *num* 6. & 7. & Cacher. *cons.* 9, *num.* 4. & 5. & uti Imperator, cujus vices gerit, est honorandus, *arg. text. in cap. fin.* 93, *dist.* Rom. *sing.* 362, Rebuff. *in prax. benef. de Vic. Episc. num.* 7. & Cassan. *in Cat. glor. mun. par.* 4, *consid.* 46. debetque inter recognoscentes Imperatorem in superiorem, omnes alios præcedere, & immediatè post Imperatorem sedere, *arg. text. in cap.* 2, *de consuet. in* 6. & deductorum per Abb. *in cons.* 21, *cum seq. volum.* Felyn. *in rubr. de major. & obed. n.* 10, *circa fin.* & aliorum, de quibus supra *n.* 10, & 11.

29 Potest enim † Dux Sabaudiæ in suis dominiis, uti Vicarius perpetuus Imperatoris, omnia, quæ potest Imperator in Universo. Paul. de Castr. *cons.* 34, *num.* 2, *lib.* 2. Jacob. de S. Georg. *in investit. feud. in princ.* §. *dubitatur etiam, num.* 7. & Purpur. *in l. legem, num.* 95, C. *de pact.* & non habet sibi similem, ut post Bald. *in auth. & qui, num.* 31, C. *de bon. auctor. judi. poss.* tenet idem Purpur. *in l.* 1, *num.* 634. *ff. de off. ei.*

DE PRIVILEGIIS CLERICORVM.

Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest esse Vicarius Episcopalis, Et clerici à jurisdictione seculari sunt exempti, cui, nec cum juramento, se subjicere possunt.*

2 *Privilegio fori gaudent quamplures clerici sacris non initiati.*

3 *Virginitas in uxore clerici, quare requiratur, & quid significet.*
Auxilium legu frustra implorat, qui in ipsam committit, ibidem.
Clericus laicum conveniens regulariter forum rei sequi debet, ibidem.

4 *Statutum Principis secularu super forma juramenti in foro seculari præstandi, aut in alio facto, an liget clericos, latè discutitur.*

5 *Clerico litigante in foro seculari lege canonica, tunc censetur, quòd causa agitetur secundùm modum illius judicij, & quomodo hoc intelligatur, vide sub num. seq.*

6 *Leges Imperatoris in adjutorium Ecclesiæ licet assumere.*

7 *Constitutio laicorum jura ecclesiastica dissolvere non potest.*

8 *Clericorum causas Papa judicibus secularibus delegare potest.*

9 *Clericus est major quocunque laico.*

10 *Sacerdotes & Dij, & Angeli appellantur.*
Difficultas impossibilitati equiparatur, ibid.
Inferior non potest judicare superiorem, ibidem.

11 *Clericus sine superioris licentia coram judice laico jurare, aut testimonium dicere non licet.*

12 *Constitutiones laicorum contradicentes canonibus non sunt servandæ.*

13 *Privilegium Principis semper est intelligendum citra præjudicium tertij.*

14 *Clericus non cogitur satisfacere creditoribus, nisi deducto, ne egeat, & num. seq.*
Cessio bonorum non liberat debitorem, sed facit, ne debitor in carcerem detrudi possit, ibidem.

15 *Clericus non habens, unde satisfaciat suis creditoribus, debet præstare cautionem, saltem juratoriam, de solvendo, cùm venerit ad pinguiorem fortunam.*

16 *Clerici obligantes se in forma Camera Apostolicæ, renunciant quibuscunque legibus, & legum auxilijs.*

17 *Clerici, vel monachi, tutelæ & curæ immunitatem habent.*

18 *Clerici sunt immunes à pœnitentia publica, prout ad illam publicè peragendam laici tenentur.*

19 *Familia Episcopi gaudet privilegio fori.*

20 *Familia armata ipsius Episcopi eodem privilegio gaudet.*
Familiæ appellatione, qui veniant, ibid.

21 Sa-

21 *Sacerdotibus apud Gentiles quanta esset veneratio, & quantus honor tribueretur, & num.* 31.

22 *Constantinus Imperator, quantum tribuerit sacerdotibus: item & Imperator Valentinianus.*

Valentiniani Imperatoris pietas qualis fuerit, ibidem.

23 *Episcopus qualis eligi debeat, & nu.* 27.

24 *Imperator electioni Episcoporum non debet interesse, quibus caput suum submittere debet.*

25 *Ambrosius nondum baptizatus fuit electus Episcopus Mediolani.*

26 *Integritas Præsidentium salus est subditorum.*

27 *Eligendi non sunt ad Episcopatum, nisi quos probabilis vita, & ecclesiastica disciplina commendet.*

28 *Reges & Principes non debent præesse Episcopis, sed illis subesse, & obedire tenentur.*

29 *Pontificalis dignitas est major regia.*

30 *Sacerdotes sunt Regum, & Principum patres, & magistri.*

Corona, quam in capite gerunt Sacerdotes, quid designet, ibid.

31 *Alexander Magnus reverentiam sacerdoti adhibuit.*

32 *Argumentum ab exemplis paganorum desumi potest.*

33 *Ioannes Chrysostomus in exilium pulsus, quàm celso animo plura passus sit.*

34 *Honorius Imperator Arcadium fratrem acriter de malè gestis contra Io. Chrysostomum reprehendit.*

35 *Imperium & ruere, & stare precibus sacerdotum ostenditur.*

36 *Innocentius Papa quàm agrè tulerit mortem S. Io. Chrysostomi.*

37 *Innocentius Papa Arcadium Imperatorẽ, & Eudoxiam à perceptione sanctissimi Corporis Christi segregavit, & rejecit.*

38 *Arcadius Imperator supplex se pœnitere sua epistola fatetur, veniam petendo.*

39 *Innocentius Arcadium humiliter supplicantem ad sacrum Eucharistiæ Sacramentum sumendum restituit.*

40 *Eudoxiæ Imperatricis genus mortis.*

41 *Arcadij Imperatoris justo Dei judicio intempestiva mors.*

42 *Io. Chrysostomi persequutores vindicta divina fuerunt percussi.*

43 *Cyrillus Episcopus acerbè excruciatus, & afflictus fuit.*

44 *Henrici Angliæ Regis scelera, & supplicia.*

45 *Henrici III. Francorum Regis, & Cardinalis Guisii mors violenta.*

VIcarius Episcopalis esse non potest laicus, quia indecorum est, laicum vitos ecclesiasticos judicare, *cap. in nova, ver. indecorum. 16 q. 7.* & Abb. *in cap. decernimus, nu. 12.* & ibi Felin. *num. 6, de jud.* & hoc est unum ex privilegiis, quæ cum prima tonsura acquiruntur, quòd, quis concurrentibus postea aliis requisitis, effici potest Vicarius episcopalis. Prima tonsura initiati acquirunt etiam privilegium fori, quo sunt exempti à jurisdictione Imperatoris, ac quorumcunque Principum, & Magistratuum sæcularium, quod privilegium habent à Deo, *cap. si Imperator, 96, dist.* Innoc. *in cap. 2, num. 1, de major. & obed.* Covarr. *pract. quæst. c. 31, n. 2, ver. prima conclusio,* & *n. 3,* & *l. statuimus, C. de episc. & Cleric.* nec medio juramento possunt se subjicere potestati laicali, *cap. at si Clerici, de jud.* & *cap. si diligenti, de foro comp.*

comp. cum simil. privilegium autem fori difficilius perditur, quàm privilegium canonis, cum privilegium fori emanaverit à jure divino, & ab ipso domino, qui ait, *Nolite tangere Christos meos. dicto c. si Imperator*, & Graff. *decis. aur. c. 5 par. 2. lib. 3. n. 4.*

2 Eodemque privilegio gaudent † quamplures sacris ordinibus minime initiati.

Primò beneficia ecclesiastica obtinentes.

Sed quoniam interdum dubitatur, nunquid clericus beneficiatus teneatur possessionem beneficij probare (inquit) Farinac. quòd sic. & ita observari vidisse, ut in *prax. crim. q. 8. sub num. 45* & 70. cujus opinionē credo veram in illo casu, quo reus maximas, & urgentes habeat contra se præsumptiones, quibus cessantibus, puto sufficere litteras clericatus, & obligationis beneficij, cùm prope intentiones, & impedimenta secularium, & alia legitima impedimenta possessio adipisci non possit, & bene novit sacra congregatio, ut refert Paris. *de resignat. benef. lib. 7. qu. 1. nu. 47.*

Secundò clerici prima tonsura insigniti, vel in minoribus ordinibus constituti, licet beneficia ecclesiastica non obtineant, dummodò clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviant, vel in seminario clericorum, aut aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines, versentur. Conc. Trid. *cap. 6. de reform. sess. 23.*

Tertiò clerici in sacris ordinibus constituti, etiam quòd in habitu, & tonsura non incedant. Clar. *in prac. crim. qu. 36, sub, vers. hac autem* & Farinac. *in d. qu. 8. nu. 70.*

Quartò clerici conjugati cum unicis, & virginibus, modò alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem ecclesiæ serviant, vel ministrent, & clericali habitu, vel tonsura utantur, *c. unic. de cleric. conjugat. in 6.* & Concil. Trid. dicto *c. 6. §. in clericis.*

Conjugati autem ad secundas nuptias convolantes omni privilegio clericali exuuntur, ita ut, nec etiam tonsuram portare possint, gl. in d. *c. unic. in ver. unicu*, & *c. unic. de big. eo. lib.* nec, qui cum vidua, aut alias corrupta contraxerint, & eam cognoverint, privilegio clericali gaudere possunt gloss. in *d. cap. unic. in ver. virginibus*, & ibi Dom. & Philipp. Fran. *de cler. conjug.* & *c.* 3 *debitum extra de bigam. non ord.* † Virginitas verò in uxore requiritur, quia significat, Ecclesiam triumphantem, in qua non est macula, neque ruga, quæ semper virgo permansit, saltem mente, unde Apostolus, *despondi enim vos uni viro*, &c. Paul. 2 *ad Corinth. c. 11.* in princ. *c. nuptiarum*, §. *deinde*, 27. *qu. 1.* & gloss. *pen. in d. c. debitum.*

Clerici verò non beneficiati, etiam in quatuor minoribus ordinibus constituti, habitum, & tonsuram non deferentes privilegio clericali gaudere non possunt, sed pars laicis sunt censendi, Covarruv. *lib. 2. var. resolut. cap. 1. num. 9.* & Conc. Trid. d. *c. 6. sess. 23.* & est ratio, quia cum spernant decreta Pontificum, & sacri Conc. frustra Ecclesiæ implorant auxilium, qui committunt in ipsam, *cap fin. de immun. eccles. c. 2. ne cler. vel mon.* & *cap. in audientia de sentent. excommun.*

Quod tamen procedit, si clericus continuò taliter in habitu laici incedat, & secularibus se immisceat, quòd pro laico habeatur, & reputetur, secus autem, si alicui ecclesiæ inserviat, & regulariter habitum deferat, & tonsuram clericalem, quia tunc, si in

si in habitu laicali reperiatur, & delinquat, privilegium fori non amittit, *cap. contingit*, & ibi Abb. *cap. in præsentia de sententia excomm. clem. 1 & 2. de vit. & honest. cleric.* & Diaz. *in pract. crim, cau. c. 69. & 70. n. 2.* & Farinac in *pract. crim. qu 8 n. 60.*

Quæri nunc potest de statuto Principis secularis, quo cavetur, quòd oblato juramento litis decisivo, illud præstare debens, duobus intortitiis accensis genibus flexis coram altari, quod in loco tribunalis esse debet manibus super sacrosanctis Evangeliis positis, jurare teneatur, imprecando iram Dei, & vindictam contra Ananiam, & Saphiram conjuges mentientes illatam, aliasque pœnas in eod. decreto appositas, si indicto ejus juramento mentiatur, & ulterius, quòd faciat puram, & meram donationem fisco seculari de quadam pecuniarum summa, pro qua contra ipsum realis, & personalis executio fieri possit absque aliquo processu, & scriptura casu, quo juransreprobaretur, si clericus conveniat laicum, quo casu regulariter forum rei sequi debet, *c. si clericus, c. cum sit generale. de for. comp.* & Oldr. *consil. 83. n. 3.*

4 An clericus, † cui coram judice laico juramentū sub dicta forma defertur, illud ad formā dicti decreti subire teneatur, vel forma sit reijcienda, & certū est, quòd decretum Principis secularis super forma juramenti in foro seculari præstandi non ligat clericos, quia illud juramentum est litis decisium, *c. & si Christus. de jurejuran. l. 2. l admonendi, & l. jusiurandum. eod. tit.* propterea, licet clericus agens contra laicum coram judice seculari subijciatur legibus illius fori, hoc procedit, in præparatorijs, & ordinatorijs litis, in quibus servātur leges & statuta fori, in quo litigatur, secus in decisoriis Abb. in d. *c. Ecclesia S. Mariæ. n. 25. in fin.* & ibi Dec. *num. 43. & 44.* & Felyn. *n. 55. & 81. de constit.* & Corn. *d. consil. 114. n. 4. in princ. vol. 2.* † quia statutum, vel consuetudo laicorum non potest astringere clericos, cum imperiali judicio non possint ecclesiastica jura dissolui, *capitulo 1. distinctione 10. capitulo qua in ecclesiarum de constit.*

Licet enim clericus actor forum rei regulariter sequi debeat, *cap. experientiæ. 11. quæst 1* subjicitur tamen foro seculari jure Pontificio, † quia Papa potest judicibus secularibus causas clericorum delegare, *c. Mennam, 2. q. 4.* Abbas *in eod. cap. ecclesia S. Mariæ, n. 6.* & Felyn. *etiam num. 6. vers. & pro limitatione*, sed non sequitur, quòd decretis Principum, vel legibus municipalibus in decisoriis subjiciantur. Abb. *in cap. fin. n. 3. de reb. Eccl. non alienan. cum aliis supra deductis*, præsertim in juramento præstando sub dicta forma in foro seculari corā multitudine laicorū intortitiis accensis, & genibus flexis, stante, † quòd clericus est major quocunq; laico, *c. 1. in fine. 17. dist. c. quia dubitet. 96. dist. cap. duo sunt. 12 q 1. & c. 1 §. quia verò. de sacr. vnct.*

Sacerdotes à Deo Dii, † & quandoq; Angeli appellantur, Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices: *Exod. c. 22.* ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes: *psalm. 81. cap. sacerdotibus. 11. q. 1. cap. futurā vers. vos à eminen 12 q. 1.* Sacerdotes enim à Regibus sunt honorandi, & non judicandi *d. c. Sacerdotibus* Indignum quippe est, ut sacerdotium senatus judicet, cum pateat populum sequendū nō esse, sed docendū, ut inquit, Baron *Annal. Eccl. 904. §. Episcopi*, & cùm salua sacerdotali dignitate, forma dicti juramēti ecclesiasticis per-

sonis, haud servari possit, non ligat clericos, quia illius difficultas impossibilitati æquiparatur, *cap. brevi. de jure jur.* & Felin. *in eod. c. Ecclesia S. Mariæ num. 86.*

Et, cùm juramentum prædictum non concernat bona temporalia tantùm, sed comprehendat etiam personas, ideò à clericis in foro seculari servari non debet. Abb. *in d. c quòd clericù. num. 11. in fine, & numer. 23. de for. comp. & in cap. postulasti. num. 16. eod. tit.* cùm personam subijcere non possint laicis sibi inferioribus contra naturalem rationem, quòd inferiores judicent superiores, *cap. inferior. 21. distin. cap. cùm inferior.* & ibi Abb. *in princ. & num. 1. de major. & obed.* Præterea non solùm juramentum litis decisivum sub dicta forma clericus coràm judice laico præstare minimè tenetur, sed nec aliud quodcunque juramentum de calumnia præstare debet, sine licentia sui Episcopi, aut alterius ecclesiastici legitimi superioris. Bar. *in l. cum clericu. C de Episc. & cleric.* Innocent. *in cap. 1. nu. 1. & 2. de jur. calum.* & ibi Abb. *num 17.* Bald. *in l quoniam liberi, num. 4. C. eod tit.* & Spec. *de test. num. 36. lib. 1.*

Nec superior licentiam jurandi tribuere potest, nisi secundum juris dispositionem, quæ non admittit, quòd coram laico clericus testimonium dicere debeat, & tunc in manibus Episcopi, vel Vicarij, aut alterius personæ ecclesiasticæ ab Episcopo delegatæ præstari debet, *c. quamquam*, ubi etiam gloss. *penult. & fin. & archidiac. 14. quæst 2.* ultra quod colligitur, Principis intentionem non fuisse ligare clericos, cum jurantes teneantur facere fisco seculari donationem in eventum perjurij de quadam pecuniarum summa, pro qua executio realis, & personalis absque processu fieri possit, cùm clerici personam foro laicali subijcere non possint ex supra deductis † Principum enim decreta, ubi canonibus contradicunt, non sunt servanda. *cap. 1. de nov. op. nun.* Abb. in c. *in præsentia. num. 28. vers. hoc etiam expresse. de prob.* & Alex. *in l. etiam filios. num. 4. in fin. ff. soluto matr.*

Nam semper Principum decreta † debent intelligi, salvo jure, & citra injuriam, & præjudicium tertij, *l. 2. §. si quis quòd, & §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. publ.* Jas. *in l. fin. num. 19.* & 20 *ff de const. princ.* & Ossc. *decis. 90. num. 11.*

Præmissa sic corroborantur privilegio, quod habent clerici, ne cogi possint satisfacere creditoribus, nisi deducto ne egeant, gloss. *in cap. studeant in ver. ut tale. 50. dist.* & Abb. *in cap. veniens, num. 4. de transact.* gloss. & Bart. *in l. miles. num. 3.* & Jas. *n. 12. ff. de re jud.* reprobata opinione Pauli de Castro, & Matheſil. contrarium tenentium, hancque esse communem opinionem testatur Covarr. *in lib. 2. var. resolut. cap. 1 num. 49. post princ.* quia, licet debitor creditori satisfacere non valens, ut à carceribus liberetur, bonis cedere possit, *l. 1. & ibi* Paul. de Cast. *nu. 1. & 2. C. qui bon. cedere poss.* tamen clericus † bonis cedere non tenetur, nec pro ære alieno potest carcerari, sed cautionem idoneam de satisfaciendo creditori, si ad pinguiorem devenerit fortunam, præstare tenetur. *cap. Odoardus, & ibi* Abb. *nu 8. de solu.* & in defectum cautionis, quòd illam præstare non possit, cautio juratoria illi est admittenda, *cap. per vestras. §. cùm ergo* & ibi gl. *in ver. quam potest de don. inter vir. & uxor.* & gl. *in d. cap.* Odoardus. *in ver. idonea.* Et hæc conclusio regulariter proce-

procedit de jure communi ubique locorum, quòd clerici conveniri non queant ultra id, quod facere possunt, deductis necessarijs alimentis, ne in opprobrium status ecclesiastici cogantur mendicare, *d.* gl. *in cap. studeant. l. miles*, ubi gl. *in ver. facere*, & ibi Bar. *nu.* 3. & Ripa, *qui de communi testatur, num* 7. *ff de re judic.* Covar. *in cod. cap.* 1. *lib.* 2. *var. resolut. num.* 9. *c. diaconi sunt, vers. mendicat infelix.* 93. *distinct.* Conc. Trident. *cap.* 2. *de reform. sess.* 21. & Farinac. *in praxi crim. de carcer. & carcerat. quæst.* 27 *num.* 56. *& seqq.*

Addo, dictam conclusionē procedere, etiam quòd agatur vigore instrumenti jurati, & quòd fuerint latæ tres sententiæ conformes contra clericum, dummodo sit in sacris, vel beneficiatus, aut aliàs gaudeat privilegio clericali, incedendo in habitu, & tonsura, & inserviendo alicui ecclesiæ, juxta dispositionem sacr. Concilij Trid. *cap.* 16. *de reformat. sess.* 23. quia adversus executionem sententiarum poterit objicere, se inopem esse, nec ob id posse excommunicari, aut carcerari, præstita juratoria cautione de solvendo, cùm ad pinguiorem devenerit fortunam, juxta dispositionem. *cap. Odoardus, de solut.* ex traditis per Covarr. *eod. lib.* 2. *var. resol. cap* 1. *nu.* 9. *vers quoties verò.*

14 Caveant tamen clerici † de se obligando in Romana curia in forma Cameræ 15 Apostolicæ, quia contra obligationem Cameralem duæ tantum exceptiones in continenti probandæ opponi possunt, nempe falsitatis, & solutionis, aut pacti de non petendo, vel quietationis, quæ æquipollent solutioni, *ut Bar. in l.* 1. §. *& parri refert. ff. quod vi, aut clam.* Cassad. *decis* 10, *num.* 6. *de rescript. decis. unic. nu.* 2. *de mut. petit. &* Gales. *ad* 4. *partic. vel clauſ. de oblig. cam qu.* 1. *num.* 2. & illius obligationis vigore renunciatur. *cap. Odoardus.* omnibusque legibus, & legum auxilijs quibus uti, aut iuvari possent, legibus enim in sui favorem introductis quilibet renunciare potest *l. si. quis in conscribendo. C. de pact.* & glos. *i. in cap si diligenti. ver. super hac. de for. comp.* ita quòd clerici, & laici tunc pari modo condemnantur, excommunicantur, carcerantur, & in carceribus detinentur, ut nec pro excarcerationibus obtinenda ad bonorum cessionem admittantur, nisi ex Pontificis gratia speciali, quæ per signaturam gratiæ expeditur, cum clausula, constito summarie de paupertate, prout de jure, ut post Staphil. *de lit. gratia, & iust.* Covarr. *lib* 2. *variar resolut. cap.* 1. *nu.* 9 *vers quoties vero.* Quæ conclusio, quòd legibus in sui favorem introductis quilibet renunciare possit, fallit tamen in privilegio fori, cui clericus eo gaudens non potest renunciare, *c. si diligenti*, ubi doct. omnes. *de for. compet.* Caravit. *sub. rit. Mag. Cur.* 228 *n.* 2. Affl. *super const. Reg. rubr.* 45. *nu.* 21. *lib.* 1. Covar. *pract. quæst. cap.* 33. *num.* 2. Roland. *cons.* 4. *num.* 9. *vol.* 1. Alex. de Imo. *consil.* 56. *nu* 1. Bald. *in lib.* 1. *in fin. C. de jud. sinc. de jud. cauſ civi. crim. lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 35. *&* 36. & Decian. *tract. crim. l* 4. *c.* 9. *n.* 61. *tom* 1.

† Et generaliter Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiacōi, & monachi ipso jure gaudent privilegio immunitatis, & ab omni onere tutelæ, sive testamentariæ, sive legitimæ, sive dativæ, & curæ non solùm pupillorum, & adultorum, sed etiam furiosorum, mutorum, & surdorum, & aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores à legibus dantur *c. generaliter.* 16. *qu.* 1. &

Abb. *in c. non minus, num. 15. de immun. Eccles.*

16 Laici autem † publicè pœnitentes solemnem pœnitentiam peragere tenentur, coram Episcopo civitatis sacco induti, nudis pedibus, & alijs solemnitatibus servatis, de quibus *in cap. pœnitentes, & cap. in capite. 50. dist.* clerici tamen solemnem pœnitentiam peragere non permittuntur. *cap. confirmandum. 50. dist.* & gl. *in cap. presbyter. 28. dist.* sed, si sit depositus, vel pro publico crimine damnatus sacerdos, publicam pœnitentiam peragere potest. *dict. cap. presbyter.* & ibi gl. & gl. *in eod. c. confirmandum*, & ratio prohibitionis fuit propter scandalum, quod subditis immineret, ut in additione ad gl. *in d. cap. confirmandum. in ver. pœnitentibus, &* arg. cap. *de hu. vers. qui autem d. 50 dist.*

17 Quòd † attinet ad privilegium fori, eo gaudet etiam familia Episcopi, licet sit secularis. Abb. *in cap. nullus. num. 6. vers. in familia de fo. comp. & in cap. fin. num. 5 de offic. arch d.* Oldrad. *cons. 293 nu. 5 vers. potest & alia.* Matth. de Afflict. *super const. Neap. Rubr. 9. §. intentionis, num. 7.* & est communis opinio, de qua testatur. Joann. de Monte Sperello *inter cons.* Calc. *consil. 27.* Boss. *in tit. de for. comp. num. 172.* Clar. *in pract. crim. quæst. 35. vers. quæro, nunquid familiarú*, & Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57.*

18 † Sub cujus nomine venit etiam familia armata Episcoporum, de qua suprà *cap. 9.* quia familiæ appellatione, omnes, qui in servitio sunt, continentur, etiam liberi homines, qui & bona fide serviunt, vel alieni, etiam, qui in potestate ejus sunt, *l. ædiles, §. familiæ, ff. de ædil. edict.* & omnes, qui cum aliquo habitant, gloss. *in cap. 1, 3. quæst. 5. & in c. litteris, in verb. de familia, vers familiares appellantur, de test & attest.* Quòd autem Episcoporum familia gaudeat privilegio fori, tenet Dec. *in tract. crim. tom. 10, lib. 4, c. 9, n. 47.* etiam quòd sint laici, ut post Marsil. *cons. 67, n. 60.* Calc. *cons. 71.* Capic. *decis. 12, nu 2.* Joann. de Mont Sperell. *inter cons.* Calc. *cons. 72, ubi de communi testatur* Abb. *in cap. 2, num. 6. de for. comp.* Boss. *ead. tit. de for. comp. num. 172.* Clar. *in quæst. 35, & alios, quos citat & tenet* idem Farinac. *in sua prax. crim. qu. 8, nu. 46, par. 1, tom. 1.*

19 Sacerdotes autem † semper adeò fuerunt privilegiati, ac in maxima veneratione habiti, ut etiam Gentiles eorum falsos deos colendo, profanos eorum sacerdotes in admiratione haberent, ipsisque reverentiam, & servitutem præberent, uti hominibus sactis à cælo missis; & in Græcia dignitas sacerdotalis æquabatur in omnibus regiæ dignitati, ut testatur Plutarch. *quæst. Rom. ult.* Inter Francos etiam maximam auctoritatem, & potestatem sacerdotes Druidæ nuncupati obtinebant, ut scripserunt Ælianus *lib. 14. cap. 34.* Cæsar. *in Com. Bell. Gall. lib. 6.* & Petr. Ribaden. *in suo tract. de Relig. lib. 5, cap. 35. in princ.*

In Urbe Roma sacerdotes illi erant potestate suffulti judicandi, & decidendi causas, & controversias, quæ oriebantur inter ministros eorumdem inanium deorum, atque inter magistratus, & personas particulares, ut scribit Dionys. Halicarnass. & inter Germanos sacerdotes determinabant omnia ardua, omni oppositione, & contradictione cessante, Cornel. Tacit.

Tacit. *lib. 2.* & quòd Gentiles, qui deos ligneos, & lapideos colebant, tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuerent, probat tex. *in cap. Sacerdotibus, §. ante eum, 11, quæst. 1.* & Petr. Ribad. *contract de Relig. cap. 35 in princ.* ubi præmissa, & alia plura Gentilium exempla videre licet.

20 Constantinus Imperator † tantùm tribuit sacerdotibus, ut cùm primæ generali Synodo, quæ apud Nicæam fuerat congregata, præsideret (ante eam enim non fuerant generales Synodi congregatæ, ut tenet *glo. fin. in cap. futuram. 12, qu. 1.*) cùm querelam quorundam clericorum conspiceret coram se deferendam, ait: Vos à nemine judicari potestis, quia solius Dei judicio reservamini; Dii enim vocati estis, & iccircò non potestis ab hominibus judicari, *eo. cap. futuram, §. ibidem verò.*

21 Valentinianus item † Imperator mortuo Auxentio Arianæ perfidæ magistro, qui Mediolanensem Ecclesiam ut lupus dilaniaverat, cùm vellet, Deo ordinante, ibi Episcopum consecrare, Episcopos vocans, illis inquit: Nostis apertè, divinis eloquiis eruditi, qualem oporteat esse Pontificem, &, quia non decet, cum verbo solo, sed etiam conversatione, gubernare subjectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemq; doctrinæ conversationem bonam habere, † talem 22 in Pontificali constituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus, & ejus monita, dum tanquam homines delinquimus, veluti curantis medicamina, suscipiamus. Cui cùm synodus dixisset, ut magis ipse decerneret, sapiens & pius existens Imperator ipse ait: Super vos est talis electio, vos enim gratia divina potiti, & illo splendore fulgentes, melius potestis eligere. Cùm autem tunc sacerdotes egressi de Episcopali sede tractassent, & ordinatione divina electus fuisset Ambrosius nondum baptizatus, † exultans Imperator ait: Gratias ago tibi Domine omnipotens, & Salvator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti justitiæ tuæ convenire. Ambrosium verò, qui de sua electione contristabatur, confortavit, illi dicendo: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adjutor tuus, (ut meum ordinem decet) semper existam, ut in historia eccl. tripar. *li. 7.* & *in c. Valentinianus, 63 dist.*

Maximè igitur Imperatores, Reges, & alios Principes Christianos ipsius Valentiniani Imperatoris piissimi imitatores esse decet, ne præcipuè ad regimen ecclesiarum cathedralium imperitis, aut aliàs minus habilibus faveant: nec ad cathedrales quibus ex fundatione, vel Sedis Apostolicæ indulto illis personas idoneas nominandi, vel eligendi jus competit: personas legitimis requisitis carentes nominent, eligant, vel 24 præsentent; † quoniam integritas præsidentium salus est subditorum, *cap. inter corporalia, de translatione Episcop.* & Concil. Trident. *cap. 1, circa princip. de refor. sess. 6.*

25 Cùm enim ecclesiarum † regimen onus sit angelicis humeris formidandum, invigilare debent Principes, ut per ipsos nominandi, & prædicandi digni sint, quorumq; prior vita, & omnis ætas à puerilib. exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia laudabiliter acta testimonium

præbeat, ut secundùm venerabiles beatorum patrum sanctiones assumantur. *ut c. in sacerdotibus. c. Episcoporum 61. distinctione. cap. siu. 59 dist.* & Concil. Trident. *d. cap. 1. §. ingritas enim.* talesque sint, quibus, & ipsi qui temporalia gubernant, sincere sua capita submittere, & ejus monita tutò sucipere possint. *ut d. cap. Valentinianus, ante med. 63. dist.*

Nec indignari debent Episcopis subiacere, & eorum monita suscipere, † quo- 26
niam Reges, & Principes Archiepiscopis, & Episcopis suis reverenter assurgere, caput inclinare, & eis apud se venerabilem sedem: debent assignare. *d. cap. Valentinianus, capit. solita §. hæc autem*, & ibi gl. *in ver. assurgant, & in ver. venerabilem*, & Abb. *num. 7. de majo. & obed.* non autem negatur, quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat sui generis, 30
27 qui ab eo recipiunt temporalia, sed Pontifex antecellit in spiritualibus, quæ tantò sunt temporalibus digniora, quantò anima præfertur corpori, & tantò est Pontificalis dignitas Regia major, quantò major est Sol Luna. *d. cap. solite, vers. quòd autem, & vers. sed illa.* & est septuagies septies Pontificalis dignitas major Regali, ut ibi per glo. *in ver. inter solem, de major. & obed.* Deus enim constituit sacerdotes supergentes, & Regna, ut evellant, dissipent, ædificent, & plantent. Hier. *cap. 1 d. cap. solitè, §. potuisses*, & ibi Abb. *nu. 5.*

28 † Nam sacerdotes Christi, Regum, & Principum omniumque fidelium patres, & magistros censeri, nemo potest dubitare, ut scripsit Gregor. *in Epist. in Hermanum Episcopum Metensem relatus in c. quis dubitet 96. dist.* & sunt Reges, se, & alios in virtutibus regentes, qui in Deo Regum habent, quòd designat corona, quam in capite gerunt, *ut cap. duo sunt, 12. qu. 1. & c. unico. §. quia verò. de sacr. unct.*

29 Alexander enim † ille magnus, dum ad destructionem Hyerusalem pergeret, summum sacerdotem, qui ut illum excuperet, ei Pontificio ornatu indutus occurrit, genibus flexis adoravit: Et Parmenioni ejusdem familiari interroganti, quare illi viro ita se humiliaverit, respondit: Non hominem adoravi, sed Deum, cujus est sacerdos. Joseph. *de antiqu. l. 11. cap. 8.* & August. *de civitate Dei. l. 18 c. 45.* Si enim gentiles in maxima veneratione sacerdotes habebant, multò magis Principes Christiani illis debitum honorem, & reverentiam præstare tenentur. arg. text. *in d. cap. Sacerdotibus. §. ante eum. 11. quæst. 1.*

30 † Nam ab auctoritate, quæ procedit, etiam ab exemplis paganorum arguere licet, *ut cap. quæsta. ubi Archid. 13. quæst. 2. & d. § ante eum, ubi Dominicus 11 q 1.*

Quòdque Principes Christiani cum ecclesiæ ministris reverenter, & favorabiliter se gerere debeant, prædictis, & aliis pluribus exemplis probat Petr. Ribaden. *in eodem tract. de relig. 1. cap. 35 per tot.* & contrafacientes sæpius Dei judicio gravibus plectuntur pœnis. ut de sævientibus contra Joann. Chris. infra patebit.

31 Jo. Chrysostomus † in exilium pulsus, quàm celso animo illud pertulerit, ejus epistola ad Ciriacum data testatur, ubi ita inquit: Etenim ego cum è civitate fugarer, nihil horum curabam, sed dicebam intra memetipsum, si quidē vult me Regina exulem, agat in exilium, Domini est terra, & plenitudo ejus; & si vult secare, secet: idem passus est Isaias, subscribat illi:

illi: si vult in pelagus mittere, Ionæ recordabor; si vult in caminum injicere, idem passi sunt tres illi pueri; si me feris vult objicere, objiciat, Danielis in lacum leonib. objecti recordabor, si me lapidare vult, lapidet, Stephanum habebo primum martyrem socium; & si caput tollere vult, tollat, habeo socium Joan. Baptistam, & si substantiam auferre, auferat, nudus exivi de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, Chrys. *Epist. 3. ad Ciriacum relatus à* Baron *in lib. Ann. to 5. ann. 444. pag. 197. in fine*, & cùm in exilium à militib. deportaretur, ægra valetudine toto itinere laboravit, continuis febribus, & stomachi solutione, aliisque gravissimis morbis obsessus, *ut in eo ann. 444 tom. 5 pag. 212. & seq.* & post prædicta aliaque plura, & majora passa Comanæ exul requievit in Domino, *ut per eundem* Baron. *eod. tomo 5. anno 407. pag. 254.*

32 Honorius quidem † Imperator, ægre præmissa ferens, *epistola sua ad Arcadium fratrem Augustum*, qui Eudoxiæ reginæ conjugi obtemperando, cum Joanne Chrysostomo tam malè se gesserat, sic est affatus. Nescio, qualis tam potens, & à dæmone immissa impulsio persuasit tibi, ô frater, fœmine committere te ipsum, & patrare talia, qualia nemo alius pius Christianorum regum patravit: Etenim, qui isthinc sunt sanctissimi Episcopi clamant adversus Imperium nostrum, quòd magnum Dei Antistitem Joannem, neque legitimè, neque ex præscripto canonum, & ab Episcopali sede depulistis, & acerbissimis exilijs, & intolerandis injurijs injicientes per vim, vita spoliastis, locumtenentes autem Romanæ Ecclesiæ ob vestrum honorem, & legitimi judicij stabilimentum missos, qui afferebant hinc litteras, ut omnia integre definirentur, tenuistis; quibus cum nihil humani egistis, amplius, & custodijs diversis conclusistis, ac fame prope necastis, simulque, quas secum ferebant pecunias ad viatici necessitates corporeas, auferri ab ipsis mandastis, & clamantes contra vos ad Deum, atque ingemiscentes nullo sunt habiti loco: adhæc Apostolica mandata nihili facta à vobis sunt, Episcopos sanctos injustè privastis, ac sexcentis injurijs, & exilijs maxime longinquis injustè adjudicastis, aliosque pro his indignos indigne intrusistis. Contende igitur frater, non verbo, sed re, & Deum, & homines de correctione eorum, quæ non sunt rectè acta certiores facere: certus, & ipsum † Imperium nostrum, & ruere, & stare præcibus sacerdotum. Baron. *Anna. 407. tomo 5. pag. 260. in princ.* 33

34 Innocentius enim † Papa I. ob ipsius S. Jo. Chrys. mortem eidem Imperatori Arcadio ita scripsit; Vox sanguinis fratris mei Joannis clamat ad Deum contra te, ô Imperator, sicuti quondam Abel justi contra fratricidam Caim, & is modis omnibus vindicabitur. Et si beatus Joannes vitam reliquit, fide servata, & fluctuantibus confirmatis, in æterna tamen secula sempiternam deliciarum, & immortalis vitæ hæreditatem est consecutus; Nova autem Dalida Eudoxia, quæ paulatim te erroris, seu seductionis novacula totondit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi introduxit, grave, & quod gestari nequeat, peccatorum pondus colligans, atque id prioribus peccatis suis superaddens Itaque egominimus, & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, † segrego, & rejicio te, & illam à perceptione immaculatorum

rum mysteriorum Christi Dei nostri, Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ qui administrare, aut exhibere ea ausus fuerit, ab ea hora qua præsentes vinculi mei legeritis litteras dignitate sua excidisse decerno. Baro. *in lib. Annal. Eccles. eod. tom. 5. Anna 407. pag. 258. circa fi & pag 259 in princ.*

36 Archadius verò ad Innocentium ita respondit,† Norunt omnes homines mentis compotes commissa per ignorantiam, nec divinitus, nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium fuere. Omnino, ò Pontifex Dei, ne quicquàm eorum, quæ in legatos audacter perpetrata sunt, sciente me factum est, idque ex eo perspici potest, quòd eos, à quibus illa orta sunt, severe ultus sum, neque quòd magnus ille Ioannes depositus sit, ulla in me culpa ejus rei inhæret, sed infelicibus Episcopis: ubi autem erit pœnitentiæ bonum, nisi ijs, quos pœniteat, venia tribuatur? Igitur, si nos quidem ex pœnitentibus non essemus, meritò aditus ad veniam clauderetur; & si accusavimus, & condemnavimus nos ipsos, ab his, quæ malè egimus, ne bono quidem pœnitentiæ, quòd quidem venia est, excidamus Quòd quidem propterea scripsi, ut mansuetudinem tuam certam redderem, nos, nihil eorum cognitum habuisse, quæ nostris Antistibus, & clericis acciderunt, cujus rei testem benignum illum Deum implora mus; Nimirum purus, & innocens sum, quòd ad ipsorum condemnationem attinet, quippe cum eorum communione sim usus, causæ nihil erat, quamobrem eos affligeremus, Quod autem attinet ad Eudoxiam, scito me illi parum moderatè propatione delicti mercedem retulisse: Quo sane factum est, ut ex eo mœrore, & angustia, difficili gravissimaque correpta æ-
37 gritudine decumbat, † igitur, quod superest, enixè te obsecro, ut nos à segregatione liberes, nec multipliciter punias, non enim ipse Dominus idem ob delictum bis hominem percutit. cum Innocentius alia epistola, inquit, studium, diligentiamque vestram Dei præscripto, & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declaraftis, accepimus, & probavimus: Quapropter sacris à vinculis soluti ad signa dominica confirmatis animis accidite. Baron. *eod. tom. 5. fol. 259.*

Non longè post Eudoxiæ patratorum in S. Ioann. Chrysostomi scelerum ultio
38 dilata fuit, † quoniam non ultra tres menses ab obitu S. Ioannis supervixisse traditur. Genus autem ejus mortis ita contigisse describitur, Cùm pregnans esset, iamque partui vicina foret, fœtus in utero extinctus est, ac, cum eum edere vellet, nequivit, totosque dies quatuor mortuus fœtus in utero retentus computruit, atque uteri quoque absciissum effecit, cumque, neque exiret fœtus, & dolorum finis non esset, quidam ei litteras magicas superposuit: quare & statim ejecit mortuum fœtum, & simul animam miserrime efflavit. Baron. *eod tom. 5. Ann. 404 pag. 220.*

39 Nec Arcadius † Imperator, quamvis iunior esset ætatis, trigesimum primum tantùm annum agens, ut per Baron *eod. to. 5. Anna 408. in princ.* diu superstes fuit, cùm vix Chrysostomo quadriennium supervixerit, ut ulciscente Deo palàm factum sit, quanto periculo Principes eos insequantur, de quibus illa tam terribilis præcesserit comminatio Christi, Quia tangit vos, tangit pupillam oculi mei, & qui scandalizaverit

veritunum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris, *Matth. cap. 18. Marc. cap. 9, Luc. c. 17. & Baron. ead. pag. 220.*

40 Alii etiam persecutores † Joan. Chrysostomi vindicta divina fuerunt percussi: Quorundam enim Episcoporũ, & laicorum corpora morbus assumens variis cruciatib⁹ agitabat, lenta febris intestina depascens, pruritusque intolerabiles totam superficiẽ unguibus levabat: Longi quoque intestini perpetui dolores, & cholici passio, cujusdã pedes intercutanei morbi instar, nimia inflatione turgescebãt. Alii, nimia humoris redundantia ad manus usque derivantis, eos, qui malè subscripsêre digitos misto frigori incẽdio fuerunt excruciati. Alium aqualiculi tumor, & putredo ex secretiore parte corporis in longum se extendens, & vermes gignens acriter vexabant, respirandiq; difficultas, omnium intensio membrorum, imagineq; nocturnæ in canes rabiosos, & districtis gladiis barbaros, & vocem horrendam transeuntes insomnẽ, somnumque ducebant: Alius equo lapsus, dextro fracto crure, continuò vitam cum morte commutavit: Alius, amissâ voce, octo mensibus emarcuit in lecto, qui nec manus ad os apponere poterat: Alius vivens crura sensim usq; ad genua per triennium urebatur, chrysipeli molestè fatigatus: Alius inflata lingua cum febre vehementi non valebat eam in præstitutum à natura locum cõtinere, in pugillari scribens confitebatur scelus suum, & sic videbatur iram divinitùs illatam, variis in auctores mali sævire modis. Baron. *lib. annal. eccles. tom. 5, Anna. 404, pag. 219, post med.*

41 Cyrinus verò Episcopus, † qui eundem Joannem convitiis exagitaverat, atque eum contumacem sæpiùs vocaverat, acerbè excruciatus, afflictusq; fuit, ut pes ejus putresceret, & propterea necessitate adductus, cùm à corpore illum abscinderet, sectionem non semel tantùm, sed sæpiùs passus est, quoniam mali contagio per universum corpus irrepsit adeo, ut alter per ea infectus similiter amputatus sit. Baro. *anno 404. eod. tom. 5, pag. 11. in princ.* Impium quoque Veremundi II. legionis in Hispania Regis factum Deus vendicavit; nam quòd ille in vincula conjecisset Ouetensem Episcopum tamdiu cessavêre à cælo pluviæ arente omnino terra, quãdiu Episcopus detentus est: ast illo dimisso, resipiscenteque Rege, redière pluviæ, terræque humor, quo miraculo perterritus Veremundus, in se rediens, pœnitentiam ab Episcopis positam piè peregit. Roder. Palent. *par. 3, cap. 22.* & Majol. *de admir. nat. reb. colloq. 1. pag. 54. in fin.*

42 Henricus VIII. † Angliæ Rex, qui inter alia de religione Catholica decreta contra Lutheranos ediderat.

Primò, in Eucharistia sub panis & vini specie post consecrationem esse corpus, & sanguinem Christi, nec amplius remanere substantiam panis, & vini.

Secundò, communicare sub utraque specie, non esse omnib⁹ necesse ad salutem, & sub alterutra esse totum Christum.

Tertiò, non licere nuptias sacerdotib⁹.

Quartò, vota castitatis esse præstanda.

Quintò, Missas privatas retinendas.

Et sextò, confessionem auricularẽ esse ad salutẽ necessariam, ac iis, qui secus docerent, uti hæreticis, supplicia gravissima

constituerat, & deinde dicta decreta edicto publico abolevit; & paulò pòst Missa in eodem regno fuit abrogata, ut post alios, quos citat, testatur Genebr. *in Chron. lib. 4. §. Henricus VIII. Rex, pag. 724.* is inquam, totus mutatus, ac à recta fide, & Apostolica via devians, Joannem tituli Sancti Vitalis presbyterum Cardinalem Roffen. qui hæresibus suis, & erroribus consentire noluit, horrenda immanitate, & detestanda sævitia, publicè miserabili supplicio tradi, & decollari mandavit, ac fecit; nec non alia quamplura, & non minora delicta contra quamplures Prælatos, & Episcopos, aliasque personas ecclesiasticas, etiam regulares, sibi, ut hæretico, & schismatico, adhærere recusantes, in eorum personas crudelissima trucidatione patravit, & etiam in mortuos, & eos quidem, quos in Sanctorum numerum relatos, universalis Ecclesia pluribus sæculis venerata est, feritatem exercere non expavit. Divi enim Thomæ Cantuarien. Archiepiscopi sacra ossa, quæ in dicto Regno Angliæ potissimùm ob innumera ab omnipotenti Deo illic perpetrata miracula summa cum veneratione in arca aurea in civitate Cantuarien. servabantur, postquam ipsum divum Thomam ad majorem religionis contemptum in judicium vocari, & tanquam cõtumacem, damnari, ac proditorem, fecerat exhumari, ipsas sancti corporis reliquias comburi, ac cineres in ventum spargi jussit, omnem planè cunctarum gentium crudelitatem superans: cùm ne in bello quidem hostes victores sævire in mortuorum cadavera soliti sint, pro quibus, & aliis pluribus suis excessibus Anno Incarnationis Dominicæ 1538. kal. Januarii, per Paulum Papam III. excommunicationis, & anathematis pœna fuit innodatus, ut in Bull. Roman. *c.* 20. & Genebrar. *in eod. lib. 4. Chronic. pag. 725, §. in odium.* Deus tamen omnipotens tanta scelera impunita non reliquit; nam Rex ipse miser perpetuis agitationibus, angustiis, & angoribus fuit acerrimè vexatus: quoniam dimissa Catharina Austriaca, legitima conjuge, flagrantibus admodum libidinis ardoribus, & flammis captus, Annam Bolenam, propriam filiam de adulterio ex Thomæ Boleni conjuge susceptam, ut scribit Hieronym. Polin. *in histor. eccles. lib. 1, cap. 7.* de facto in uxorem desponsavit, quam postea justo Dei judicio de adulterio convictam publicè decollare fecit, *ut eodem lib. 1, c. 38.* matrimonium tertiò pariter de facto cum Joanna Seimera contraxit, quæ vix annum secum vixit. Quâ mortuâ, Annam de Cleves, quartam desponsavit, *ut eod. lib. cap. 45, & 46.* quâ repudiatâ, ad quintas nuptias cum Catharina Hauarda transivit, quam etiam, uti adulteram, pœna capitis mulctavit, & sextò cum Catharina Parra nuptias celebravit, *ut eodem lib. cap. 47.* & tandem ex viro forti, pulchræque staturæ, in tantam deformitatem corruit, ut ob crassitudinem, neque scalas palatii ascendere posset, & vix portas introire, inter quos animæ, corporis, honoris, & famæ graviissimos cruciatus pluribus annis miserrimam vitam sustinens, ante quinquagesimum quintum suæ ætatis annum, anno sal. 1546. infelicem animam exhalavit, ut per eum Hieronym. Polin. *dict. lib. 1, capitulo 51.* relictis ex tot mulieribus Eduardo filio impubere, qui decimosexto suæ ætatis anno decessit, ut per eundem Hieronym. Polin. *eod. histor. libr. 2.*

libr. 2, cap. 12, in fine, unicaque Elisabeth filia patre in nihilo meliore superstite, in qua defecit descendentia ejusdem Regis, cujus testamentum neque vires, neque exequutionem habere potuit, ut testatur idem Hieronym. Polin. *in eadem hist. lib. 2, cap. 1, in princ.*

DE BONIS CLERICORVM.

Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Bona, prædia, & possessiones à quo tempore cœperit Ecclesia possidere.*
2 *Constantinus Imperator, quam liberalitatem Ecclesiæ fecerit, & quantum ecclesiasticis detulerit.*
Episcopi locum Apostolorum tenent, ibidem.
3 *Constantini donationem Ecclesiæ Romanæ factam fuisse validam, probatur ex pluribus.*
4 *Constantini donatio fuit expressè confirmata, & revocari non potest.*
5 *Constantini donatio fuit à Deo, & toto orbe approbata, ac spiritu Dei peracta, ita quòd contrarium tenentes, non careant hæresis suspicione.*
6 *Otho primus hujus nominis Imperator, plura Ecclesiæ Romanæ confirmavit, & donavit.*
7 *Idem pro remedio animæ suæ, & filij sui plures civitates, urbes, & oppida Ecclesiæ Romanæ donavit.*
8 *Ecclesiæ Romanæ plura, & diversa bona fuerunt donata.*
9 *Pipinus, & Carolus Imperatores plura bona Ecclesiæ Romanæ donarunt.*
10 *Donationes Ecclesiæ Romanæ factæ per Principes Imperij fuerunt confirmatæ.*
11 *Bonorum tria genera habent clerici.*
12 *Bonis ecclesiasticis clerici sustentari debent, quia altari serviunt.*
13 *Ecclesia, an bona habuerit tempore Apostolorum.*
14 *Bona ecclesiastica in quot partes dividenda.*
Communio rerum frequenter discordiæ causare solet, ibidem.
15 *Bona ecclesiastica sunt pauperum, quorum procurationem clerici gerunt, & num. 10.*
16 *Papa est omnium beneficiorum dominus.*
17 *Episcopi vocantur in partem solicitudinis Papæ.*
18 *Bona ecclesiastica sunt patrimonium Christi, & Prælatorum, quoad administrationem: pauperum autem quoad sustentationem.*
18 *Beneficiarij ecclesiastici lege naturali tenentur operibus piis erogare superflua, & num. 13.*
20 *Decimæ quare dentur clericis.*
21 *Oblationes quæ sacerdotibus exhibentur,*

ab ipsis sacerdotibus, qualiter distribui debeant.

22 *Beneficiarius malè impendens beneficii redditus, peccat mortaliter, & an restituere teneatur.*

23 *Bona superflua ut judicentur, attenditur personarum qualitas.*

24 *Tantò major, & honestior est quilibet, quantò melioribus præst.*

25 *Servitiorum multitudo reddit majorem dignitatem domini.*

26 *Nobilitas, & potentia considerantur in beneficiorum collationibus, item & scientia.*

27 *Doctores sunt multùm honorandi, & de eorum laudibus.*

28 *Beneficia non conferuntur ad voluptates explendas.*

29 *Acceptio personarum non est apud Deum.*

30 *Venatio, quomodo & quando sit clericis permissa.*

31 *Bona Ecclesiæ oblata in primitiva Ecclesia vendebantur, & de eorum pretio sustentabantur pauperes.*

32 *Bona Ecclesiæ oblata, quare nunc conservantur matricibus ecclesiis.*

33 *Clerici habentes patrimonium in primitiva Ecclesia non poterant quicquam percipere ab Ecclesia, quamvis illi inservirent, & quare, & cur nunc observetur contrarium.*

34 *Beneficiati, deductis impensis pro sustentatione necessariis, superflua in ecclesiæ usum, & instaurationem expendere tenentur.*

1 ECclesiastici viri altari inservientes, ut de altari vivere possint, *capitulo cùm secundum. de præb.* vir ille religiosissimus Constantinus Imperator, susceptо Baptismi Sacramento, datâque licentiâ per universum orbem, non solùm suscipiendi baptismum, sed etiam

2 fabricandi ecclesias, † post fabricam templi primæ Sedis beati Petri ab eo institutam, prædia, possessiones, adeoque immensa donaria Ecclesiæ donavit, ut eidem sedem imperialem relinqueret, & beato Petro, successoribusque suis sponte concederet, *ut in cap. futuram, 12, quæst. 1.*

3 Donationem verò à Constantino † Ecclesiæ Romanæ fuisse factam validam, & irrevocabilem, probatur auctoritate text. *in eodem cap. futuram*, ibi, denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit, *12, quæst. 1, cap. Constantinus, 66, distinct. facit l. Divi Constantini, C. de nat. lib. in princip.*

4 Et fuit expressè confirmata † per Henricum Imperatorem, ut testatur Clemens Quintus in Concilio Generali Viennensi, *ut in Clementina unica, §. porrò prater*, ubi probat etiam gloss. *in verb. Constantinum*, quòd donatio valuit, & revocari non potest, de jurejurando, & ibi Abbas *numero decimoseptimo*. Bart. reprobando contrariam opinionem, glossa *in authent. quomodo oport. episc. numero tertio*, idem Bart. *in præm. ff. rum, num. 13 & 14.* Bald. *in præm. C. num. 7. & 8, ver postea mutavit*, Paulus de Castr. *in consilio 70, numero septimo, vers. & finaliter, volum. 1.* Alexand. *in consilio 67, numero octavo, vers. & pro hoc, volum 1.* Facit capitul. relatum, ibi, qui tunc ecclesiastici patri-

patrimonii curam gesit, 10. quæst. 3 Innocent. *in capitulo per venerabilem*, & ibi Abb. *num. 7, qui sit. sint legitimi.* Cardin Jacob. qui per tres colum. contrariis respondet, & post Alexandr. Turrecrem. & alios plures pro hac opinione allegatos, inquit, de dicta donatione disputare, videri hodie curiosis, & inquietis relinquendum, *in tract. de conc. libr. 10. infin. tom. 13.* Genebrar. *in chronic. libr. 3, pag 411, & 412, in fin.* & pluribus comprobat Bellarm. *de translat. Imper. lib. 1, c. 3, §. quintò illyricus. vers. nam inter cætera.* Baron. *annal. eccles 324. pag. 244 per tot. tom. 3.* Bursat. *qui plures adducit in consil. 124 post num. 31. usque ad nu. 53 lib. 1.* Contrarium † autem tueri, vel tenere, inquit, hæresim sapere, *ibi sub num. 41.* & scripsit Com. quòd Deus, ac mundus approbat illam donationem, unde de ejus validitate non est disputandum, cùm videatur spiritu Dei facta, *in cons. 1, n 9. volum. 3.* Gozad. *cons. 1, n 32, & 33.* Curt. Jun. *cons. 174. n. 18, vol. 2.* Peregr. *de fideicom. art. 23, nu. 16.* Dec. *cons. 150.* Affl. *in prælud. const. quæst. 2.* Bertazol. *cons 91, 92, & 93.* Franc. Marc. *decis. 362 par. 2.* Capiblan. de bato *prag 8 part. 1, nu. 70.* Et hanc esse communem sententiam Canonistarum, fatuun que esse de ea disputare, post Neviz. *cons. 12 num. 63, inter consilia feudalia primæ editionis,* & modernos Taurinen. *in proœm. digestorum,* tenet idem Bursat. *eod. cons. 124 post num. 52. versic. moderni Taurinen.* Alii etiam, nempe Pipinus, Carolus Magnus, & Otho Imperatores plura Ecclesiæ Romanæ dederunt, & donata confirmarunt.

§ Otho enim ipse I. Imperator † Joanni Papæ XII. per pactũ confirmavit sub sua ditione urbem Rom. cum Ducatu suo, & suburbanis suis, ac viculis omnib⁹, & territoriis, sive montanis, ac maritimis, littoribus, atq; portubus, cunctis q; civitatib⁹, castellis, oppidis, ac viculis in Thusciæ partibus, id est Portũ, Centumcellas, Ceram, Bledam, Tudã, Perusiam, cum tribus Insulis suis, id est, Majore, Minore, Pulvẽsem, Narniã, & Ocriculum cum omnibus finib⁹, ac territoriis ad supradictas civitates pertinentib. Necnon exarchatum Ravennatẽ sub integritate cum urbibus, civitatib⁹, oppidis, & castellis, quæ Pipinus & Carolus Impp. ejus prædecessores B. Petro, & ipsius Joannis Papæ prædecessoribus jamdudum per donationis paginam contulerant, hoc est civitatem Ravennã, & Æmiliam, Bobium, Cæsenam, Forimpopulum, aliàs Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariã, Comaclum, & Hadrianis, atque Gabellũ cum omnibus finib⁹, territoriis, atque insulis, terâ mariq; ad prædictas civitates pertinentibus, simul & Pentapolim, videlicet Ariminũ, Pisaurum, Fanũ, Senogalliã, Anconã, Auximum, Humanã, Æsium, Forumsempronei, Montemfeltrum, Urbinũ, & territorium Balnense, Calles, Luciolis, & Eugubium, cum omnibus finibus, & territoriis ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinense, & in partibus Thusciæ Longobardorũ, Castellum fœlicitatis, urbem veterẽ, Balneoregium, Ferentinũ, Viterbiũ, Ortem, Martã, Tuscanam, Suanam, Populoniã, Rosellas cum suburbanis, atq; viculis omnibus, & territoriis, ac maritimis oppidis ac viculis, seu finibus omnibus. Itemq; Almus cũinsula Corsica, deinde in Suriano, & in Monte-

Bardoris, deinde in Berceto, exinde in Parma, deinde in Regio, exinde in Mantua, atque in Monte silicis, atque in provincia Venetiarum, & Istria, nec non & cunctum Ducatum Spoletanum, & Beneventanum, unà cum ecclesia Divæ Christinæ posita propè Paduam juxta Padum quarto milliario.

Item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, & Capuam, nec non patrimonia ad potesta- 8
tem, & ditionem ipsius Joannis Papæ pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum, & patrimonium Neapolitanum, & patrimonium Calabriæ superioris, & inferioris. De Civitate autem Neapolitana cum castellis, & territoriis, & finibus, & insulis suis sibi pertinentibus, sicut ad easdem respicere videntur. Necnon patrimonium Siciliæ, si Deus illud eidem Imperatori traderet manibus. Simili modo Civitatem Cajetæ, & fundum cum omnibus earum pertinentiis.

Præterea idem † Imperator obtulit 7
beato Petro, eidemque Joanni Papæ, & successoribus suis pro remedio animæ suæ, suique filii, & suorum parentum de proprio ipsius Regno, civitates, & oppida cum piscariis suis, hoc est Reatem, Amiternum, Furconem, Nursiam, Baluam, & Marsim, & alibi civitatem Interamnam cum pertinentiis suis. Quas omnes supradictas Provincias, urbes, civitates, oppida, & castella, viculos, & territoria, simulque & patrimonia pro remedio animæ suæ, filii sui, ac parentum, & successorum suorum, & pro cuncto à Deo conservato, atque conservando Francorum populo, eidem Joanni Papæ XII. ejusque successoribus usque ad finem sæculi eo modo confirmavit, ut in suo detineat jure, principatu, atque ditione, aliasque donationes confirmavit, ac privilegia, gratia- que concessit, de quibus in litteris anno Incarnationis Dominicæ 962, die 13, mensis Februarii expeditis, & per eundem Othonē, & quamplures Episcopos, Abbates, & Comites subscriptis, de quibus per Baron. *Annal. 962, §. In nomine Domini, & seqq. tomo 20.*

Diversa enim bona † Ecclesiæ Roma- 8
næ donata in dictis litteris comprehenduntur.

Primò enim Civitas Romana cum Ducatu suo, & aliis, *de quibus supra in §. Otho enim, usque necnon, & in §. item in partibus, versic. nec non patrimonia, usque ad §. præterea.* Dicta enim bona fuerunt sub ditione Papæ, & successorum confirmata, uti patrimonium antiquum Ecclesiæ Romanæ, de quo cùm non constet ab aliis, quàm à Constantino fuisse donata ex supra allegatis, calumniosè negatur ipsa donatio, quam Deus, ac mundus approbavit, & quam notorium est, factā fuisse, ac valuisse, quod omnes D'D. Cæsarei, Pontificiique juris asserunt, testantur Corn. *cons. 1, num. 9, vol. 3.* Gozad. *consil. 1, num. 33.* & Burs. qui illam comprobat auctoritate quamplurium Sanctorum, atque Pontificum sanctorum, atque Theologorum, Imperatorum, Historiographorum, atque utriusque Juris Doct. *in eo cons. 124. à num. 38. usque ad finem.*

Secundò donata † per Pipinum, & 9
Carolum Imperatores, de quibus in eodem §. *Otho enim, vers. nec non Exarchatum*, usque ad dictum vers. *Nec non patrimonium.* Quæ omnia sic donata, cum aliis etiam donationibus fuerunt ab eodem

dem Othone confirmata, *ut in d. §. præterea, verſ quas omnes.*

10 Tertiò † comprehenduntur bona donata per ipſum Othonem, de quibus in eod. §. *præterea*, & donationes dictorum, & aliorum bonorum fuerunt confirmatæ per Principes Imperii, anno 1179. *ut ſupra in cap. 1, n. 19. & ſeqq.* Et poſtremò ab Henrico Imperatore, *ut in d. Clem. unic. §. porrò præter, de jurejuran.* Ab illo itaque tempore, quo Conſtantinus Eccleſiam dotavit, deinceps viri religioſi non ſolùm poſſeſſiones, & prædia, quæ poſſidebant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas in ſuis fundis in honorem ſanctorum Martyrum, per civitates, ac monaſteria innumera, in quibus cœtus Domino ſervientium conveniret, *ut in d. cap. futuram, 12, q. 1.*

Videntes autem ſummi Sacerdotes, & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles plus utilitatis poſſe conferre, ſi hæreditates, & agros, quos vendebant, eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, traderent, eò quòd ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus, plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communem vitam ducentibus, quàm ex pretio ipſorum, prædia, & agros, quos vendere ſolebant, matricibus Eccleſiis tradere, & ex earum redditibus vivere cœperunt. Ipſæ verò res in ditione ſingularum Parochiarum, Epiſcoporum, qui locum tenent Apoſtolorum, erant, ſuntque ad præſens, ac futuris ſemper debent eſſe temporibus, ex quibus Epiſcopi, uti fideles diſpenſatores eorum, omnibus in communi vita degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius poſſunt, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quæ à fidelibus Domino offeruntur. His ergo memoratis augmentationibus, in tantum eccleſiæ, quibus Epiſcopi præſident, domino adminiculante, creverunt, tantiſque maxima pars earum rebus abundat, ut nullus in eis communem vitam gerens ſit indigens, ſed omnia neceſſaria ab Epiſcopo, ſuiſque miniſtris percipiat, *ut cap. videntes, ead. 12. qu. 1.*

11 Clerici verò ſæculares † hodie tria genera bonorum poſſunt habere.

Primò patrimonialia, quæ per ſucceſſionem, donationem, legata, aut alios contractus acquiruntur, *cap. Epiſcopi, & cap. ſint manifeſtæ*, junctis gloſſ. *ead. quæſt. 1, cap. 1, & cap. ſixum, ead. 12. quæſt. 5, & cap. quia nos, ext. de teſtam.*

Secundò habere poſſunt bona, quaſi patrimonialia, quæ quæruntur ratione ordinis clericalis, vel officiis alia ratione quàm juris percipiendi fructus beneficiorum, ut quæ percipiuntur in eleemoſynis pro Miſſis celebrandis, confeſſionibus audiendis, & concione habenda, vel pro mercede officium capellani, vicecurati, aut vicarii temporalis, vel alios ſpirituales actus exercendo. Innocen. *in d. cap. quia nos*, & ibi Hoſt. Abb. *in cap. cum officijs, num. 6, de teſtam.* Franc. *in rubr. eod. tit. in 6 col. 30.*

Tertiò bona eccleſiaſtica, ut ſunt reditus beneficiorum eccleſiaſticorum, qui quotannis percipiuntur, & quotidianæ diſtributiones, quæ occaſione canonicatuum, aut aliorum beneficiorum ſingulis diebus ſuperlucrantur, *ut cap. prædia,*

dia. cap. in legibus, 12, *quæst.* 2, *cap. attendendum est*, 17, *quæst.* 4. Concil. Trid. *cap.* 11, *de reform. sess.* 22, *cap.* 3, *sess.* 21, *cap.* 15, *sess.* 24, *de reformatione.* & Navarr. *de redd: eccles. quæst.* 1, *monit.* 19.

12 Bonis ecclesiasticis† convenit clericos sustentari, *ut in cap. quoniam*, 12, *quæst.* 1, *ibi, clericos autem:* quia cùm de redditibus ecclesiasticis principaliter debeant Prælati, & aliæ ecclesiasticæ personæ sustentari, quæ serviunt altari, & de altari vivere debent, *cap. cùm secundùm, extrà de præbend. cap. cùm secundùm, extrà de præben. cap. ex ijs, & cap. penult.* 12, *quæst.* 1. ideo, quæ supersunt in pauperes, aut alios pios usus sunt distribuenda. *cap. aurum habet Ecclesia, & cap. gloria Episcopi*, 12, *q.* 2.

13 Ab initio † autem nascentis Ecclesiæ bonorum ecclesiasticorum natura ab Apostolis cœpit exordium, quibus illi primi fideles, bonis venditis, pretium dederunt Apostolis, tanquam Christi vicariis, ut ex iis fideles alerentur egeni, *Actor. Apost. cap.* 2. *cap.* 5, *&* 6, *&* 1. *Ad Corinth. cap.* 9. & Baro. *annal eccles.* 57. *num.* 72, *&* 73, *par* 1. & etiam sub gentilibus Imperatoribus, Ecclesiæ Christianorum prædia possidebant, quod testatur Pius primus epistola secunda, & Urbanus ad omnes Episcopos, sed, quia in persecutione Diocletiani, & Maximiani Ecclesia pluribus fuerat bonis spoliata, Constantinus & Licinius edicto publico, quæ ad jus totius universitatis Christianorum spectabant, restitui mandarunt, ut ea, quæ antea Ecclesiæ possederant, ad ipsarum jus denuò reverterentur. Baro. *ubi suprà, num.* 82. quo facto, & redditâ pace, regnantibus Principibus Christianis, Ecclesiæ fuerunt locupletatæ. Baron. *ibid. num.* 83 Unde Gelasius† Papa clero ordini, & plebi Brundusii ita decernendo notificavit, redditusque, & oblationes fidelium in quatuor partes dividi mandavit, quarum unam Episcopus sibi ipsi debet retinere, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuere, fabricis tertiam, quartam pauperibus, & peregrinis fideliter debet erogari, quarum rationes divino est redditurus examini, & illinc beneficiorum divisio cœpit exordium, *ut cap. concesso, cap. quatuor, cap. de redditibus*, 12, *quæst.* 2. & Abb. *in quæst.* 4, *num.* 14, *vers. quartò adduco, & num.* 15.

Nam rerum communio frequentissimè discordias causare solet, *l: cùm pater, §. dulcissimi, ff. de leg.* 2. propterea ad amputandas lites, discordias, & rixas, quæ inter Episcopos, capitula, fabricerios, & eleemosynarios occurrere solebant, ita fuit facta divisio. Navar. *in tract. de reddit. eccles. mon.* 50, *quæst.* 1, *num.* 2. *vers. secunda quòd.* 15 Nihilominus bona † ecclesiastica non sunt nostra, sed pauperum, quorum procurationem gerimus, *capit penult.* 12, *quæst.* 1, *cap. quod autem*, 23, *quæst.* 7, *& cap. convenior, eod.* 23, *quæstion.* 8. quia Ecclesiastici non sunt domini directi, nec utiles bonorum ecclesiasticorum, cùm dicta bona sint paarimonium Jesu Christi, *c. cum ex eo.* & ibi glo. *in verb. Christi, de elect: in* 6. *cap final.* 16, *quæst.* 1, *cap.* 2, *de præbendis.* Abb. *in cap. cùm esses, nu.* 29 *de test.* Dec. *in cap. constitutus, num.* 5. & ibi Felin. *num.* 19, *de rescript.* & Navarr. *dict: quæst.* 1, *monit.* 1621. *num.* 2.

Papa verò † est dominus omnium benefi-

neficiorum, de quibus arbitrio suo dispenere potest, Abb. *in cap magnæ, num. 17. de vot. & vot redem.* sed uti minister Christi, cujus nomine ministrat, ut declaratur verbis Apostoli dicentis : *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, prima ad Corinth. cap. 4, & 2. ad eosdem cap 6, & 2.* ibi dispensatio enim nobis credita est, 25, *quæst. 2.* & Navarr. *in tract.* 17 *de red. eccles. monit. 40, num. 11.* † Et vices suas ita impartitur aliis Ecclesiis, ut Episcopi in partem solicitudinis vocentur, non in plenitudinem potestatis, *cap. decreto, cap. qui se fuit, 2, quæst. 6, & cap. loquitur, §. Episcopatus, 21, quæst. 1.* Ideo, cùm omnia bona ecclesiastica, tam ante, quàm post divisionem, & tam no-18 va, quàm antiqua † si patrimonium Christi, *cap. cùm secundum, de præben.* Concil. Trident. *in cap. 20, §. propterea que, ibi tamquam Dei præcipua, sess. 25.* Redo. *de spol. eccles. qu. 9, nu. 5 6, & 30.* Sot. *in lib. de Instit. Sacer. tit. de bon: eccles: par: 2, lect: 3.* Azor. *in §. objiciet quispiam, in fin. cap. 2, lib. 5.* plenèque Navarr. *in dict. tractat: de red: eccles: dict: quæst: 1, monit. 40.* ubi declarat contraria, & testatur, hanc esse omnium Catholicorum opinionem, *& in tract: de spol: cleric:* inquit, d. opinionem esse certam, & de fide, *in §. 9, num. 4.* licèt videantur quandoq; hæc bona ecclesiastica Deo oblata esse Episcoporum, Prælatorum, & aliorum beneficiatorum: sunt tamen eorum, quoad gubernium, & administrationem tantùm, non autem, quoad dominium, ut bene distinguit Innocen. *in cap. cùm super, num. 3, & 3, de causs: poss. & propr. cap: videntes, cap. præcipimus, cap. expedit, 12, quæst. 1. cap: quisquis Episcopus, 12, quæst. 2.* Navar. *d: tract: quæst: 1, monit: 11, num: 2, & monit: 23, num: 1, & 2.* & melius *monit: 40, num: 1.* ubi post Innocent. *in d: cap cùm super,* Abb. *in repet. cap. cùm esses, num: 23, de testam:* & Dec. *in cap: constitutus, num: 25, & 26, de rescript:* distinguit, & concludit, quòd jura, quæ habent, bona ecclesiastica esse Christi, vel Dei, intelligi debent, quoad verum, & perfectum dominium, & illa, quæ insinuant esse Ecclesiæ, Prælatorum, aut beneficiatorum, intelligenda fore, quoad gubernium, vel illorum administrationem, & in quibus habetur, esse pauperum, ecclesiarum, vel operum piorum, intelligi, quoad eorum sustentationem, non autem, quoad dominium.

19 Bona verò ecclesiastica, † quæ ultra necessitatem beneficiati pauperibus, & aliis piis locis distribuere tenentur, sunt non solùm primitiæ, & fructus, qui percipiuntur ex prædiis ecclesiasticis, sed & decimæ cujuscunque qualitatis, ac primitiæ omnium fructuum, & redditum ex terræ cultura provenientium, de quibus *in cap. tua nobis, cap. ex transmissa, & cap. cùm non sit, de decim.* S. Thom. 2, 2, *quæst. 87, & quolib: 2, art: 8.* quæ lege naturali, & divina pauperibus erogare tenentur, & nulla contraria consuetudine excusari possunt, quæ contra legem naturalem, & divinam non suffragatur, *cap: fin: de consuet. cap: quæ contra, cap: mala, cap: frustra, 8. dist.* & Navarr: *eod: tract: monit: 24. quæst: 1, num. 1.*

Præterea etiam Canonici, qui præbendam habent divisam, quæ superfluunt, pauperibus debent erogare, S. Bernardus *in Epist: 2. colum: penult: cap: penult. §. fin: 12,*

quæst. 1. & Navarr. *eod. monit.* 50. *quæst.* 1, *num.* 7. & etiam beneficiati de decimis pauperibus subvenire tenentur; quia in lege veteri speciales quædam decimæ pauperum subventione deputabantur.

20 † In nova autem lege decimæ dantur clericis non solùm propter eorum sustentationem, sed etiam, ut ex eis pauperibus subveniatur: ideo non superfluunt, sed ad hoc necessariæ sunt possessiones Ecclesiæ, oblationes, & primitiæ simul cum decimis, ut inquit S. Thom. 2, 2, *quæst.* 87. *art.* 3, *ad pr. cap. decimæ*, 16, *quæst.* 1. & Navar. *eod. tract quæst* 2, *monit.* 7, *nu.* 5. & alibi S. Thom. 2, 2 *quæst.* 86, *art.* 2, 21 *in corp. quæst.* ubi ait, & ideò † oblationes, quæ à populo Deo exhibentur, ad sacerdotes pertinent, non solùm, ut eas in suos usus convertant, verùm etiam, ut fideliter eas dispensent, partim quidem expendendo in his, quæ pertinent ad cultum divinum, partim verò in aliis, quæ pertinent ad proprium cultum, quoniam qui altari serviunt, cum altari participant. 1. *Corinth. cap.* 9. partim etiam in usus pauperum, qui sunt, quantùm fieri potest, de rebus Ecclesiæ sustentandi, & Navarr. *eod. tract. quæst.* 3, *monit.* 7, *num.* 7.

Nec potest beneficiatus de redditibus ecclesiasticis superflua vanè, aut aliàs arbitrio suo in profanos: & malos usus impendere quia, ut inquit Sot. *in lib. de inst. sacerd.* 2, *pat. de vir. sacerd. lect.* 3, *tit.* 23 *de bon. eccles* primò omnium constat ex decursu totius Ecclesiæ ab Apostolis, & ipso jure divino bona omnium Ecclesiarum, cùm Christi sint, etiam pauperum esse, neque ulla ratione, aut potestate humana fieri posse, ut licitè in alios usus, quàm ecclesiasticos, & pauperum expendi possint: & paulò pòst: & contrarium credimus esse errorem gravissimum, saltem contra bonos mores, & justitiam, & etiam contra scripturam, & quæ supersunt ad congruam vitæ sustentationem, egenis cum summa reverentia, & cum Dei timore sunt dispensanda, *cap. Episcopus*, 12, *quæst.* 1. Archid. *in cap. statutum*, §. *assessorem*, *colum. penult. de rescript. lib.* 6. & est communis opinio, ut per Navarr. *eod. tract. quæst.* 1, *monit.* 48, *num.* 1. & 2.

† Malè autem impendens redditus ecclesiasticos, non solùm peccat mortaliter ex supra deductis, sed etiam tenetur ad illorum restitutionem, Ancharan. & Dom. *in* §. 1, 44. *dist.* Ant. *in cap. final. num.* 17. & ibi Abb. *in fin. de pecul. cleric.* Felin. *in cap. postulasti, num.* 6, *vers. & scias, de rescript. & in cap. de quarta, num.* 33, *vers. quid autem, de præscript.* Socin. *in cons.* 32, *incipien. ex ijs, quæ superius circa princip. par.* 1. & hanc esse communem opinionem, testatur Navar. *in d. tract, quæst.* 2, *monit.* 7, *num.* 1. hoc etiam sentit Concil. Trident. *in cap.* 1, *de reformat. sess* 25. contrarium tamen tenet de consuetudine Covar. *in cap. cùm in officijs nu.* 3. *in fin. de testament.* licèt consuetudo suffragari non videatur, cùm potiùs dici possit corruptela ex supra deductis, *cap. quæ contra. & cap. mala* 8, *dist.*

Quæ autem sint † superflua, attenditur qualitas personarum, quæ pro eorum honesta sustentatione impendere possunt, & arbitrio prudentum, ac piorum virorum qualitas personæ, & necessaria impensa ad honestam sustentationem est arbitranda; quoniam Papa Cardinalibus

opu-

opulentos redditus confert, & causam in litteris collationum exprimit, ut Cardinalatus sublimitatem, & honorem decentiùs valeant sustinere, nobilibus enim viris confert, ut juxta nobilitatis suæ genus se decentiùs valeant sustentare, Doctoribus dum beneficia confert, laudat litterarum scientiam; & ideo quilibet juxta status, & gradus sui qualitatem, debet de fructibus bonorum ecclesiasticorum sustentari.

Nam ad honorem Cardinalium pertinet, quòd à pluribus socientur, † quia tantò major quis reputatur, quantò pluribus, & dignioribus servitoribus præest, & cùm plures habent redditus, magis invitantur ad assumendos plures in famulitium doctos, & venerabiles, quod tendit ad decus Ecclesiæ Romanæ, *cap. super specula, de magist. auth. de defens. civitat. §. nos igitur.* † Hujusmodi verò impensæ, quæ fiunt in famulatu, & ministris, intuitu Ecclesiæ propter honorem inde resultantem, factæ censentur, Philip. Franc. *in cap. præsenti, §. porrò, in 2, not. de off. ord. in 6.* & Gomes. *super reg. cancell. de impetr. benef. vac. per obit. famil.* Card. *quæst. 6, num. 6.* † Nam nobilitatis in collationibus faciendis magna habetur consideratio, cæteris paribus, gloss. *in cap: cùm adeò, in ver. sufficientem, de rescript. cap. de multa,* & ibi in gloss. *in ver. litteratos, de præben.* & Felin. *in eod. cap. cùm adeo, num. 6.* quia per manus nobilium Ecclesiæ sæpè sustentantur, & augentur, & per manus pauperum clericorum multoties spoliantur, Rom. *in sing. 38, incip. verùm nobilis,* Gomes. *in reg. de anna. poss. quæst 37, num. 2.* & Cassan. *in catal. glo. mun par. 8, 31, considerat.* Doctoratus verò propter litterarum scientiam nobilitati conjungitur, & æquiparatur, *dict. cap: de multa, de præben.* & Gomes. *ead. reg. de anna. quæst. 36, numero 3.*

Doctores enim † sunt multùm honorandi, quia alios erudiunt, & sunt luminosæ candelæ ardentes super candelabrum positæ, per quas universum corpus orbis terrarum, tenebris profugatis, veluti sydus irradiat matutinum, *cap. super specula, de magistr. cap. gloriosus Deus, de Reliq. & Vener: Sanct: in 6.* Cassan. *in eod: catal: glo. mun. par. 10, 24 consid: in princip.* Et quilibet juxta generis sui gradus, & ordinis qualitatem, impendere potest redditus, qui sufficiant sibi, & suis, quos secum necessariò debet habere, advenientes recipere, jura Episcopalia persolvere, & hospitalitatem tenere, *dicto cap. cùm adeò, junctæ gloss. in ver. sufficientem,* & ibi Abbas *de rescript.* Idem Abbas *in cap. extirpandæ, in princip. de præben. cap. de Monachis,* & ibi gloss. *in verb. hospitalitatem,* & Imol. *eod. titul.* & Navarr. *de redd. eccles dict. quæst. 1, monit. 27, num. 5.* sed gradus, & qualitas hoc casu sunt specialiter intelligendi, ut decentem quisque familiam habere, & pro sui, suorumque necessariorum advenientium sustentatione eos impendere possit; Non † autem pro canum, accipitrum, & venatorum copia alenda, cùm talia piis, & ecclesiasticis viris, præsertim beneficiariis, sint prohibita, etiamsi beneficiarii sint ex familia illustrissima: redditus enim beneficii non ad voluptates, venationes, superfluas comessationes, ebrietates, ludos etiam theatrales, aut alias vanitates,

tes, & illicita sunt consumendi, *capit. 31. cùm decorum, cap. à crapula, & toto tit. de vit. & honest. cleric. cap. omnibus servis, de cler. ven. cap. quia tua, & cap. res Ecclesiæ, 12. quæst. 1. cap. Episcopus, & cap. fin. 35, dist. cap. donare, & cap. qui venatoribus, 86. dist.* Nam, væ miseris, si se non correxerint, qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt Salvatorem, & tristabuntur, August. *in Psalm. 63. relatus in cap. vident homines, 86. dist.*

29 † Nec nobilitas cujusvis gradus excusat, quia apud Deum non est acceptio personarum, *Deuteron. cap. 1.* S. Cyprian. *relatus in cap. nec quemquam, de consecrat. dist. 4. & cap. novit, extr. de jud.*

Prohibitio venationis, ludorum, comessationum, & aliorum non solùm est realis respectu bonorum ecclesiasticorum, sed etiam personalis, adeò quòd Ecclesiasticus cujuscunque qualitatis, & præeminentiæ non excusatur, si habeat notabiles reddituspatrimoniales; quia 33 prohibitio est personalis, & est immane vitium, & non virtus in similes usus exponere, August. *super Ioann relatus, in cap. donare,* & ibi gloss. *86. dist. cum alijs supra citatis.*

30 † Permissum est tamen clericis laqueum, vel rete sine strepitu, & clamore, ac canibus, pro venatione ponere, quibus etiam licet pro capiendis piscibus linum texere, gl. ff. *in dict. cap. qui venatoribus, eadem distinct. cap. numquam,* ibi, texantur, & linea, *de consecrat. distinct. 5.* & quandoque non tamen clamosa, sed quieta necessitatis causa, vel recreationis est venatio permissa, gloss. *in cap. 1, in ver. voluptate, de cler. venat.*

31 † In primitiva Ecclesia tempore Apostolorum omnia bona oblata Ecclesiæ vendebantur, & de eorum pretio omnibus communem vitam ducentibus, & aliis pauperibus indigentibus subveniebatur, sed postmodùm Episcopi Apostolorum successores, annuente Pontifice Maximo, videntes meliùs fore, si bona 32 oblata conservarentur matricibus † Ecclesiis, & ex eorum redditibus indigentibus subveniretur, quàm si venderentur, cùm ex venditione pretio consumpto sæpè necessariis egerent, nec haberent, unde subveniri possent; statutum fuit, ut bona non venderentur, sed ad usum prædictum matricibus Ecclesiis venderentur, ita ut Episcopi illos possent dispensare, *cap. videntes, 12, quæst. 1.* & Abb. *in quæst. 4. Titius clericus, num. 15. ibi, secundum præsuppositum;* & nihil proprium habere poterant, *cap. clericus, cum pluribus seqq. 12, quæst. 1.*

† Etenim ex primæva institutione rerum Ecclesiarum, habentes patrimonium non poterant quicquam percipere ab Ecclesia, quamvis illi deservirent, quia, qui bonis parentum, & opibus sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium incurrunt, & committunt; & per abusionem talium judicium sibi manducant, & bibunt, *cap. clericos, cap. Pastor Ecclesiæ, 1, quæst. 2, cap. dilectissimis, 12, quæst. 1, cap. final. in fin. 18, quæst. 1.* & Abb. *eadem quæst. 4, numer. 12.*

Verùm, quia postmodum facultates Ecclesiæ creverunt, & fuit institutum, ut, qui vellent Ecclesiis Cathedralibus deservire, ex eorum bonis quatuor partes facerent, quarum una deberetur Episco-

po-

po, altera clericis, tertia fabricæ ecclesiæ, quarta pauperibus, *ut cap. quatuor, cum aliis suprà citatis*, & clerici palàm ex permissione Ecclesiæ, propria, & ecclesiastica bona habere cœperant, *cap. 1, & 2, extrà, de testament.* etiam, quòd clerici habeant bona propria, & ecclesiastica, quæ principaliter pro ministrorum ecclesiasticorum alimonia fuerant deputata: at licèt clerici bona patrimonialia habeant, possunt nihilominus de bonis Ecclesiæ vivere, non tanquam indigentes, sed uti servientes, quia nemo cogitur militare stipendiis suis, & os bovi trituranti non est ligandum, *capit. final. ante med. 13. quæst. 1. cap. extirpandæ, vers. cùm igitur, de præben. cap. final. de magistr.* & secundùm temporum diversitatem jura variè processerunt, gloss. *in sum. in ver. clericos, 12, quæst. 1.* & Abb. *in d. quæst. 4. circa fin.*

34 † Et beneficiarii impensis necessariis pro sustentatione deductis, ad ecclesias, & alia ædificia, & tecta restauranda de iis, quæ supersunt, tenentur, *cap. 1, & cap. de iis, de eccles. ædific.* tamen de superfluis redditibus suorum patrimonialium compelli non possunt. Navar. *d. quæst. 1. monit. 50, num. 9.*

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ sunt domus orationis, exclusis clamoribus, seditionibus, consilijs publicis, parlamentis, & aliis negotiationibus.*

2 *Cœmeteria, & Ecclesiæ eadem immunitate gaudent.*

3 *Porticus item, & Ecclesiarum atria.*

4 *Ecclesijs matricibus quadraginta, minoribus verò ecclesijs triginta passuum circumcirca immunitas est concessa.*
Passus, & pedis mensura, quomodo intelligatur, ibidem.

5 *Sacrilegium committitur ob violationem immunitatis ecclesiarum.*

6 *Capellæ existentes intra muros Castellorum, parochiales, aliæve Ecclesiæ, quæ gaudeant immunitate.*

7 *Ecclesia etiam non consecrata, in qua divina officia celebrantur, vel Episcopus crucem posuit, eadem immunitate gaudet.*

8 *Hospitalia item, & seminaria, & aliæ domus piæ.*

9 *Causæ sanguinis in ecclesia, vel cœmeterijs agitari non debent.*

10 *Processus factus per judicem secularem in ecclesia, & cœmeterio est ipso jure nullus.*

11 *Abstrahens quem de ecclesia, vel atrio ecclesiæ, vel de porticibus ipsius, quam*

pœnam incurrat, & num. 13.

12 Adhærens ecclesiæ, vel ejus porticibus, gaudet privilegio immunitatis.

13 Fugiens ad ecclesiam, si fuerit inde violenter extractus, debet restitui.

14 Palatium Episcopi gaudet immunitate ecclesiastica, etiamsi sit extra circuitum Ecclesiæ.

15 Gregorius XIV. super abducendis, vel extrahendis delinquentibus ab Ecclesia indulta aliàs concessa reduxit, & moderatus fuit.

16 Casus quibus immunitas Ecclesiarum delinquentibus non prodest, & num. 24.

17 Extrahi ab Ecclesia, etiam exempta, nullus delinquens debet in casibus permissis, nisi de licentia expressa Episcopi, vel ejus Officialis.

18 Extracti ab Ecclesia in casibus permissis debent detineri in carceribus Ecclesiæ, quousque Episcopus cognoverit de delicto delinquentis.

19 Hæresis crimen non potest per judicem secularem cognosci, sed ad ecclesiasticum ejus cognitio spectat.

20 Contravenientes dispositioni dictæ Bullæ Gregorij XIV. quam pœnam incurrant.

21 Clausula in Brevibus, aut Bullis, quorum tenores, &c. operatur, ut totus tenor contrariarum habeatur pro expresso.

22 Delinquentes in Ecclesiis, vel cœmeteriis sub spe immunitatis, immunitate non gaudent.

23 Laicus delinquens in Ecclesia, an debeat puniri per judicem laicum, vel ecclesiasticum.

24 Crimen punitum in foro seculari, an possit puniri in foro ecclesiastico, si crimen sit mixti fori.

25 Mulieres, quæ præ verecundia, aut alijs de causis partum exponunt, vel alio modo occidunt, si detecto flagitio in Ecclesiis se recipiant, an gaudeant immunitate.

26 Proditor quis dicatur.

26 Assassini, qui dicantur.

28 Clausula sublata, tollit facultatem aliter judicandi.

29 Excommunicati gaudent etiam immunitate ecclesiarum.

30 Iudæus confugiens ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate.

31 Infideles neque eadem immunitate gaudent, & num. seq.

32 Iudæi non sunt cogendi ad fidem, possunt tamen cogi ut admittant prædicatores Evangelij, & quid, si eos admittere nolint.

33 Executio qualiter fieri debeat in captura illius, qui ad Ecclesiam confugit.

34 Cingari an gaudeant immunitate ecclesiastica.

35 Gentiles ob templorum violationem gravia flagella sustinuerunt.

36 Nabuchodonosor Rex Babylonis ob templi depredationem gravia flagella passus fuit.

37 Balthasar Rex ob profanationem vasorum templi fuit miserrimè occisus.

38 Heliodorus, qui conatus fuit ærarium templi pecuniis spoliare, graves pœnas sustinuit.

39 Leo Imperator, & Antiochus Rex, ob templorum violationem miserrimè moriuntur.

40 Bonifacius dux exercitus, qui ab Ecclesia delinquentem extrahi jusserat, graviter fuit reprehensus.

41 Bonifacius in Ecclesia captum libertate dona-

donavit, & ipsum valdè pœnituit.

42 *Honorius Imperator, ne quis ab Ecclesia extrahatur, lege prohibet singulari.*

43 *Theodosius Imperator Ecclesiam maxima cum reverentia, & humilitate ingrediebatur.*

PLuribus quoque mũnitatibus † gaudent Ecclesiæ, etenim novem privilegia, & libertates, quibus ecclesia gaudere debet, ponit Remig. de Gonn. *in tract. de immunitat: eccles: lib:* 1, *fnb nu:* 16: de quibus, post tractata de privilegiis, & bonis clericorum, consequens est, ut à nobis agatur. Decet domum Domini sanctitudo: decet, ut cujus in pace factus est locus, ejus cultus sit cum debita veneratione pacificus; sit itaque ad ecclesias humilis, & devotus ingressus, sit in eis quieta conversatio, Deo grata, inspicientibus placita, quæ considerantes non solùm instruat, sed & reficiat cõvenientes. Ibidem nomẽ illud, quod est super omne nomen, à quo aliud sub cœlo non est datum hominib⁹, in quo salvos fieri credentes oporteat, nomen, videlicet Jesu Xsti, qui salvum faciet populum suum à peccatis eorum, exhibitione reverentiæ specialis attollant, & quod generaliter scribitur, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, singuli singulariter in se ipsos implentes præcipuè, dum aguntur Missarum sacra mysteria, gloriosum illud nomen, quandocunque recolitur, flectant genua cordis sui, quod vel capitis inclinatione testentur, attendantur in locis eisdem intentis præcordiis sacra solemnia, devotis orationibus insistatur, nullus in locis eisdem, in quibus cum pace, ac quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumve committat. Cessent in locis illis universitatum, & societatum quarumlibet concilia, cantiones, & publica parlamenta, cessent vana, & multò fortiùs fœda, & profana colloquia: cessent confabulationes quælibet: sint postremò quæcunque alia, quæ divinum possunt turbare officium, aut oculos divinæ majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne, ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendatur, peccata committi: cessent in ecclesiis, earumque cœmeteriis negotiationes, ac præcipuè mundinarum, & fori cujuscunque tumultus, omnis in eis sæcularium judiciorum strepitus conquiescat, nulla ibi causa per laicos criminalis maximè agitetur, sint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena, ut statuit Gregorius X. in gener. Conc. Lugdunen: cap. *decet domum, de immun: eccles. in* 6. Eademque † immunitate gaudent cœmeteria cum Ecclesiis, *cap. cùm Ecclesia*, & ibi gloss. *in verb: cœmeteriis, de immunit: eccles.* gloss. *in cap. consuluisti, in ver: cœmeteria, de consecrat: eccles: vel alt. cap. si quis contumax, cum seq.* 17, *quæst.* 4. & Abb. *in d. cap: cum eccl: num.* 2. quæ immunitas, ne rei criminis ad ecclesiam confugientes inde extrahantur, jure pariter divino, & humano est introducta, ut censuit Concilium Colonien. *par: 9, cap.* 20. quod citat, ac pluribus auctoritatibus comprobat, & sequitur Bellarmin. *de exempt. cler. cap.* 1, §: *secundò probatur.*

Nec solùm cœmeteria † cum Ecclesiis gaudent immunitate, sed etiam atria, & porticus ecclesiarum, *cap. si quis contumax*,

max, 17, *quæst.* 4. & Baro. *in lib. annal. eccles: tom: 5, anna 431, fol. 558, ferè per tot.*

4 statutumque est, ut † major ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, capellæ verò, vel minores Ecclesiæ triginta, *cap. sicut antiquitus*, 17, *quæst* 4. Covarr. *lib. 2. var. resolut. cap. 20, num. 5.* & Decian. *tract. crimin. cap. 25, num. 14, & 15, lib 6* Passuum mensura constat quinque pedibus pro quolibet passu, gloss. *in d. cap. sicut antiquitùs*, 17, *quæst.* 4. cum adductis per Covarr. *d. cap. 20, num. 4.* & Decian. *eod. cap. 25, num. 9.* mensura verò pedum ex mente Covarr. qui plures citat, est unciarum duodecim pro quolibet, *ut in d. c. 20, nu. 5, vers. sic duodecimus.* Tamen puto, esse secundùm communem usum mensurarum loci, ubi id contigerit, ut benè confert gloss. *in eod. cap. sicut antiquitùs.* Et qui eorum immunitatem, & confinia confringere tentaverint, aut personam hominis, vel bona ejus inde subtraxerint, debent excommunicari, *cap. sicut, ea. quæst.* 4. & Abb. *in cap. Ecclesiæ, nu. 10, de immunit. eccles.*

5 Sacrilegium enim committitur, † si quis infregerit Ecclesiam, vel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ sunt, vel domos, quæ infra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo: seu, qui injuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis, omnibusque ecclesiasticis personis, *cap. quisquis, § sacrilegium, dict quæst* 4. † Capellæ tamen, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non gaudent dictorum triginta passuum immunitate, cùm propter loci angustiam istud non possit ob

6 servari, *d. cap. quisquis, §. sacrilegium, & in cap. sicut antiquitùs, in ver. passus, eod. quæst.* 4. eadem ratione, privilegio immunitatis triginta passuum per circuitum non gaudent parochiales, & aliæ Ecclesiæ, quæ circum circa habet contiguas domos laicorum, ne sacræ rei privilegium ad profanas transferatur, quia, cùm vigeat eadem ratio, habet locum eadem juris dispositio, *l. illud, & ibi* gloss. *in ver. extimari, ff. ad l. Aquil. & l. à Titio, ff. de verb. oblig.*

7 Ecclesiæ etiam † adhuc non consecratæ, in quibus divina mysteria celebrantur, eodem gaudent privilegio immunitatis, quia obsequiis divinis dicata, nullius sunt temerariis usibus profananda, *cap. Ecclesiæ*, & ibi Abb. *num. 1. de immunit. eccles.* quod procedit, & habet locum, etiamsi in Ecclesia adhuc non celebretur, sed tantùm Episcopus posuerit primum lapidem, erigendo ibi crucem, & alia designando, *ut in cap. nemo ecclesiarum, de consec. dist. 1* quia tunc locus est divinis obsequiis deputatus. Abb. *d. cap Ecclesiæ, num. 3, & 5.*

8 Eodem privilegio † immunitatis gaudent etiam hospitalia, ad quæ confugientes, ita sunt tuti à judice sæculari, sicut, si confugerent ad Ecclesiam, Archid. *in cap. diffinivit*, 17, *quæst.* 4. Bald. *in l. si quis ad declinanda, § in omnibus, num. 21, circa fin. C. de sacr. sanct. eccles.* Domus quoque piæ, ut seminaria puerorum, domus mulierum convertitarum, & aliæ similes Apostolica, vel ordinaria auctoritate erectæ, eadem gaudent immunitate, ut ab eis nemo extrahi possit, Decian. *eod. tractat. crimin. lib. 6, cap. 24, nu. 32.*

9 † Et cùm Ecclesia Dei domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum, sæculares judices causas,

causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in ecclesiis, vel cœmeteriis agitare non possunt, sub excommunicationis pœna, quia absurdum est, & crudele ibi judicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugii constituta, *cap. cùm ecclesia, de immunit. eccles.*

Propter reverentiam loci in ecclesia causæ seculares tractari non possunt, *c. 1. eod. tit. in 6.* glos. *in d. cap. cùm. ecclesia, & d. cap. decet, vers. cessent in ecclesiis, eod. titul. in 6.*

10 † Unde processus judicum secularium, ac specialiter prolatæ sententiæ in ecclesiis, & cœmeteriis sunt ipso jure nullæ, *d. cap. decet*, §. *ordinarii, vers. & nihilominus*, & Abb. *in d. cap. cùm ecclesia, num. 2. & num. 8.*

Qui verò timorem Dei, vel reverentiam sanctarum ecclesiarum non habet, & fugientem servum proprium, vel, quem ipse
11 persecutus fuerit, † de atrio ecclesiæ, vel de porticibus ecclesiæ, aut illis quolibet modo adhærentem per vim abstraxerit, publica pœnitentia judicio Episcopi est mulctandus, *cap. si quis contumax, 16. quæst. 4.* & parietibus ecclesiarum, & alio-
12 rum locorum immunium adhærentes, † eodem privilegio gaudent, ut ibi glos. *in ver. adhærentibus*, & ecclesiæ immunitatem violantes, per vim aliquem de ecclesia rapientes, excommunicari, & condemnari pecunialiter, ac ipsis publice pœ-
13 nitentia imponi debet, † nec communioni sunt restituendi, nisi restituto eo, quem de ecclesia violenter extraxerunt, *cap. miror, & cap. frater, d. quæst. 4.* Abb. *in cap. inter alia, num. 26. & in cap. ecclesia, num. 11. de immunit. Eccles.*

Reos criminis ad ecclesiam confugien-
15 tes nemo abstrahere, neque inde damnare debet ad pœnam, vel ad mortem, ut honor ecclesiarum conservetur, sed ecclesiarum rectores pacem eorum, & vitam ac membra studere debent obtinere, & legitimè componere, quod rei inique fecerunt, *cap. reum, ead. quæst. 4.*

14 Quæritur, † an palatium Episcopi eadem gaudeat immunitate, & post Innoc. *in cap. inter. versiculo item idem, de immunit. Eccles.* tenet Abb. quòd sic, etiam quod palatium Episcopi sit extra 40. passus, *in d. cap. Ecclesiæ, num. 9, vers. tu verò vide, eod. tit.* per glos. 1. *in cap. id constituimus*, 17. *quæst. 4.* & est communis opinio, de qua testatur Covarr. *d. cap. 20. num. 5. vers. quintò infertur, lib. 2. var. resolut. quem, & alios plures citat.* Borrel. *cent. 1. Cons. 2. num. 23.* verùm quia Pius Papa V. & Sixtus etiam V. sancto zelo ducti, diversas facultates, & indulta extrahendi etiam in casibus quibusdam à jure non permissis, ab Ecclesiis criminosos, & delinquentes quam pluribus sæcularibus Principibus, eorumque curiis, & magistratibus sub variis modis, & formis concesserant, experientia postmodum docuit, magistratus illa diversimoda etiam latiùs, quam par erat, & ad suum libitum interpretandi occasionem arripuisse, illisque abuti cœpisse, & ideo subortum fuisse non mediocre in aliquibus locis libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ præjudicium locorum, & personarum divino cultui dicatarum contemptum, & divinæ majestatis offensam, ac scandalum plurimorum. Quapropter Gregorius Papa XIV. ut prædictis abusibus, & scandalis obviaret, sua perpetuò
15 valitura constitutione, † omnia, & quæ-

cunque privilegia, & indulta, & gratias per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos, & ipsummet, ac Sedem Apostolicam, ejusque Legatos super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, monasteriis, sacellis, domibus secularibus, & regularibus, locisve sacris, ut religiosis, aliasque in casibus à jure permissis, hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono pacis, & quiete publica, & ex causis urgentissimis, ac necessariis, & æquipollentibus casibus in jure expressis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extensis, perpetuò, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicujus Principis, aut beneplacitum, seu aliàs quomodolibet concessa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innovata, ac usu recepta, litteraque Apostolicas sub plumbo, aut in forma Brevis, seu alias quomodocunque desuper confectas, quarum tenores haberi voluit pro expressis, ac ad verbum insertis, ita reduxit, & moderatus fuit, ut laicis ad
16 ecclesias, † locaque sacra, & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, earumve cœmeteriis committere non verentur, aut, qui proditoriè proximum suum occiderit, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ majestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas ecclesiastica non suffragetur, sed universis Prælatis, tam secularibus, quàm cujusvis ordinis regularibus mandavit, & præcepit, ut laicos in casibus præmissis delinquentes, ad eorum ecclesias, monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra, seu religiosa respective confugientes, & in eis se recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod judicio suo commisisse viderentur, quando à curia seculari fuerint requisiti, ministris, & officialibus curiæ secularis absque irregularitatis nota, aut alicujus censuræ ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari faciant. Sed, ne cura secularis, illiusque ministri, facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim attributa, & per eundem Gregorium, ut suprà revocata abutantur, voluit, & auctoritate Apostolica decrevit, & declaravit, ut curia secularis, ejusque judices, & officiales ab ecclesiis, monasteriis, locisque sacris prædictis laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullo ex casibus supradictis capere, extrahere, aut incarcerare possint sine expressa licentia
17 Episcopi, † vel ejus officialis, & cum interventu personæ ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiam si aliàs Ordinarii sint, aut nullius diœcesis, aut conservatores à sede Apostolica specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat.

Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem hæc cognitio, & non ad alios devolvitur. Casu autem quo Episco-

Episcopus, & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles, tradere, aut capturæ, & incarcerationi intervenire, & assistere recusarent; tunc reverentiæ tamen Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit, cum scandalo, & tumultu extrahere possunt. Verum postquam ab Ecclesiis, locisque sacris extracti, & 18 capti fuerint, † ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, & opportuna custodia, data illis, si opus fuerit, per curiam secularem sunt detinendi, nec inde extrahendi, curiæque seculari prædictæ sunt consignandi, vel tradendi, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina commiserint superiùs expressa, & constito de dictorum criminum commissione: tunc demandato Episcopi per judicem Ecclesiasticum Curiæ seculari quacunque appellatione postposita sunt consignandi.

19 Non tamen pro crimine † hæresis, cujus cognitio ad forum Eccl siasticum adeò spectat, ut in ea Curia secularis se quomodolibet intromittere non possit, minusque contra Ecclesiasticas personas seculares, aut cujusvis ordinis, vel militiæ etiam Sancti Joannis Hierosolymitani regulares quoquomodo quorumcumq; privilegiorum, indultorum, aut concessionum vigore; quæ omnia ad terminos juris fuerunt reducta. Quas nec ab Ecclesiis, monasteriis, domibus, locisque sacris, aut religiosis, etiam in casibus, suprà expressis trahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliàs quàm de jure, & per privilegia eisdem ordinibus, aut militiis concessa permittitur.

20 Si quis verò † quacunque dignitate, & auctoritate præditus præmissorum, aut alio quovis prætextu, quicquàm præter, aut contrà dictæ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, censuras, & pœnas eàsdem incurrit, quas libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per sacros Canones, & conciliorum generalium, aliasque Apostolicas constitutiones promulgatas incurrunt: sicque per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis instantia judicari, & definiri debere mandavit: irritumque, & innane si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decrevit, non obstantibus Pij & Sixti V. & aliorum quorumcunque litteris Apostolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus, quibussuis personis, etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuspublicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, eorumve Curiis, Parlamentis, Senatibus, Consiliis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Præsidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Potestatibus, aliisque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis, vel aliis etiam gravioribus, & urgentioribus causis, tam illorum intuitu, & contem-

platione, sive ad eorum preces, & instantia, quàm etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac per modum statuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, de S. R. E. Cardinalium consilio, sub quibuscunq; tenoribꝰ, & formis, & cum quibusuis præservativis, restrictivis, mentis attestativis, derogatoriarum derogatoriis, aliisque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiamsi in eis caveretur expresse, quòd illis, nisi sub certis modis, & formis, & nisi de expresso eorum consensu, ad quorum favorem concessæ fuerint, derogari posse, & aliter factæ derogationes nullius essent roboris, vel momenti. Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores pro expressis habens, quatenus præmissis in aliquo adversarentur, aut plures quàm superiùs expressos casus continerent, auctoritate Apostolica omnino, ac perpetuò abrogavit, ac ad terminos hujusmodi suæ constitutionis, quoad superius descripta, duntaxat reduxit, & noluit cuiquam de cætero suffragari, ut in eadem constitutione sub Dat. Romæ Anno 1591. Nono Kal. Junij.

21 Dicta constitutio † reducit, moderatur, & revocat omnia in contrarium concessa stante præsertim clausula, *quorum tenores pro expressis*, &c. quæ operatur, ut totus tenor contrariorum habeatur pro expresso, ac si expressum foret specifice in constitutione derogatoria. Butr. *in cons. 2. col. 1. vers. hũ tamen non obstantibus.* Felyn. *in c. nonnullis n. 6. vers. nam id ad quod. de rescrip.* Cassad. *decis. 10. num. 2. super regul. Canc.* & Gabr. *com. concl. de clauf. conc. 5. num. 1. & num. 14. lib. 6.*

Ne autem mali homines impunitatem 22 suorum excessuum † per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis vel earum cœmeteris committere præsumant, talia crimina in ecclesiis, vel cœmeteriis committentes, immunitatis privilegio non gaudent, cùm frustra legis auxilium invocet, qui committit in legem, & in eo in quo quis delinquit, puniri debet. *c. fin. de immunit, eccles. cap. frater, & cæpiscopus, & cap. ad Episcopos, 17. q. 4.*

An in ecclesia delinquentes, † sint curiæ 23 seculari tradendi? Videtur, quòd sic, quia laicus delinquens in ecclesia per suum judicem laicum, & non ecclesiasticum venit puniendus. Bart. *in l. si cui §. fin. n. 3. ff. de accus.* & Abb. *in cap. cùm sit generale, num. 27. de for. comp.* tamen negari non potest, quin delinquens in ecclesia committat sacrilegium. cùm per hoc violaverit ecclesiæ immunitatem, præsertim, si eam sanguinis effusione polluerit. Innoc. *in cap. cùm pro causa. n. 1. in fi. de sent. excom.* & Abb. *in c. fin. n. 5. de immun. Eccl.* & cum sacrilegium sit misti fori. Abb. *in c. 2. n. 3. de spons. duo.* Fel. *in d. c. cum sit generale, n. 1. & 16. de for. comp.* & Osasch. *decis. 103. num. 7.* dictum tamen Bartoli procedit, quando judex laicus prævenit, & habet reum in suis carceribus constitutum, quem ad judicem ecclesiasticum remittere non tenetur, sed si judex ecclesiasticus prævenit in captura, vel processu, ipse debet causam cognoscere, & reum punire, quia est locus præventioni, sed non intra ecclesiam. Felyn. *in eod. cap. cùm sit. num. 12. de for. com.* & Osasch. *d. decis. 103. num. 7. circa fin.*

24 Quæritur in causa † misti fori, an punitus per judicem secularem, vel contra, pos-

sit,

sit per judicem ecclesiasticum, vel contra iterum puniri. Si crimen est grave, pro quo est imposita pœna spiritualis, & temporalis tenet Abb. quòd sic, *in d. cap. cùm sit generale. n.* 1. quem sequuntur Barto. *in l. placet. n 6. & 7.* C. *de sacrosanct. Eccl.* & ibi Bal. *num.* 15. *& c felicu.* §. *per hoc. quoque de pœn. in 6.* quem Abb. dicit multum notabilem. *in c. tua. nu. 5. vers. sed in contrarium est tex. de procus.* & hæc conclusio, recipit distinctionem, quia, aut per diversas leges imponuntur diversæ pœnæ pro eod. delicto omnino separatæ, & impositio unius non tollit aliam. *ut d. capit. felicu l. qui sepulchra, C. de sepul. vio. &* Bal. *in l. data opera. nu 3. C. de iis qui accus. non poss.* Aut pœnæ non sunt diversæ, sed omnino similes, & tunc, si pœna à judice Ecclesiastico inflicta fuit sufficiens ad criminis punitionem, eo casu non potest iterum delinquens à judice seculari puniri. Abb. *in c. tua. num. 6. vers. & recitat, ibi de procur.* & Covarr. *in l. 2. var. resol. c.* 10. *num. 6. circa fin.* ne de unius hominis delicto sæpe quæratur *l. licet.* §. *infactum. ff naut. caup. & stab.* & Abb. *in d. c. tua n. 5. vers. idem dicit Host.*

Constitutio prætata super ecclesiastica immunitate edita plura personarũ genera excipit, quæ eadẽ nõ gaudent immunitate.

Primò non gaudent publici latrones, & dicuntur publici latrones, qui in itinere publico, vel mari furta committunt. arg. text. *in l. capitalium.* § *grassatores. &* §. *famosos ff. de pœn.* & Farinac. *in sua prax. crim. par.* 1. *tom.* 2. *q.* 28 *n* 50. viarumque grassatores, qui itinera frequentata, publicasve stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur. *c. sicut antiquitus.* 17. *qu.* 4. *& melius c. inter alia. de immunit. eccles.*

Secundò depopulatores agrorum. *eo. c. inter alia ubi etiam gl. penul.* & facit *l.* 1. C. *quan. lic. unicui.*

Tertiò, qui homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesiis, earumve cœmeterijs committere non verentur. *cap. fin. ubi* Abb. & alij *de imm. Eccl.* Boer. *dec.* 209. *num.* 3. & Clar, *in prax. crim.* §. *fin. qu.* 20. *ver. item quæro.*

Quartò qui proditoriè proximos occidunt. *Exod c.* 21. ibi, si quis per industriam proximum occiderit, & per insidias ab altari meo evellas eum, ut moriatur, *& cap. 1, de homicid.*

Quintò assassini, de quibus *in cap. 1. de homic. in 6.* qui nec gaudent immu. Eccles, ut post per alios per ipsum citatos idem Farinac. *ea. qu. 28. nu. 26.*

Sextò pro crimine hæresis inquisit. Abb. *in dicto cap. inter alia num. 6. de immunit. Eccles.* & Covarr. *in lib. 5. var. resol. c. 20. vers. decimoquarto sub. nu.* 11.

Septimò rei criminis læsæ Majestatis in ipsammet personam Principis. Gig. *in tract. de crim. læs. Majest. lib. 3. qu. 3.* Dec. *in tracta crim. lib. 6. cap. 28. nu* 23.

25 Dubitari enim potest, †an mulieres, quæ partum exponunt, seu alio modo occidunt si detecto flagitio, in ecclesijs se recipiant, gaudeant ecclesiastica immunitate, & licet iste casus sit de arduis, tamen gaudent ecclesiastica immunitate, quia delictum hujusmodi sub nomine eorum, qui proditorie occidunt cadere non potest, cùm proditio non cadat contra personam infantis, quæ non habet velle, nec nolle, sed contra eum, qui fidem alterius sequendo, æditur, † ut, quando aliquis unum habet in verbis, & aliud in corde, percutiens socium in via, offendens convivam sedentem in mensa, occidens aliquem

quem veneno, aliisque pluribus casibus, de quibus per gloss. *in cap. clericus, 46. dist.* Felin. *in cap. 1. numer. 1. de homicid.* & idem Farinac. *ead. quæst. 28. sub. numer. 79* nec sub nomine assassinij comprehendi potest,

27 † quia assassinij dicuntur, qui, vel sub dominio alicujus existentes domino serviunt, & eorum iussu occidunt, vel liberi, & nullius dominio subjecti pecunia, aut re aliqua, seu pecuniæ, alicujusve rei promissione, idem faciunt, *cap. 1.* & ibi Doctor. *de homicid. in 6.* Gabriel. *cons. 170. numer 6. vol. 1. &* optime Capic. *decis. 155. per tot.*

Minusque sub aliquo alio supradictiorum casuum, qui huic casui non conveniunt, & dictis septem casibus in eadem constitutione expresse comprehensis, exceptis, in omnibus alijs delinquentes gaudent immunitate ecclesiarum, nec alij comprehendi possunt ex identitate, vel majoritate rationis, aut æquipollentibus casibus, ut supra num. 15. nec contraria consuetudo suffragari potest obstante dispositione sac. Concilij Trident. *sess. 25 de reformat.* quo renovatur observantia immunitatis ecclesiasticæ secundum formam canonum, & aliorum Conciliorum, ita quòd qualiscunque consuetudo contra immunitatem ecclesiasticam fuit sublata, & stante dicta Constitutione Gregorii Papæ XIIII. nec aliter potest interprætari, propter clausulam, sic per quoscunque, sublata, &c. supra num. 20, quæ tollit om-

28 nibus judicibus † facultatem aliter judicandi, vel interpretandi *cap. si eo tempore. de election. in 6.* Paris. *consil. 38. numer. 4. & cons 41. numer. 22. lib. 4.* Cassad. *super regul. decis. 12. num. 5. cum seq* & Gomes. *de anna possess. quæst. 4. num. 5.* & licet Romæ confugientes ad ecclesias non sint tuti; ut testatur Farinac. *d. quæst. 28. numer 74.* hoc procedit propter præsentiam Papæ, & illius scientiam, quæ pro licentia, & dispensatione habetur,

Gaudent etiam † immunitate ecclesiarum excommunicati ob aliquod crimen ad ecclesiam confugientes, & hæc est communis opinio, de qua per Boer. *decis.* 100. quàm sequitur Covar. *lib. 2. variar.*

29 30 *resolut. cap. 20. num. 11.* Et dubitatur, an Iudæi ad eccl. siam confugientes gaudeant eadem ecclesiastica immunitate, & licet plures doctores sequentes gloss. *in cap. inter alia, in verbo, extrahendu. de immun. eccl.* quos citat, & sequitur Hippol. *in l. unica nu. 114. C. de rapt. virg.* teneant quòd sic, tamen contraria opinio, quòd Judæi non gaudeant dicta immunitate, sed ab ecclesia abduci possint, de licentia tamen Episcopi, probat text. & ibi gl. *in l. 1. C. de hu, qui ad eccles. confug.* d. glos. *in cap. inter alia,* & ibi Abb. *num. 6. de immunit. eccl.* & post alios, quos citat pro communi opinione, tenet. Covarruv. *eodem cap. 20. n 11. vers. 13* ubi rationem adducit: non enim par est ab eccles. defendi eum, qui ejus gremio tutelæ, & fidei committere seipsum recusat.

Primam autem opinionem sustinentes loquuntur casu, quo Judæus confugiat ad ecclesiam, & verè velit effici Christianus, & non ficte, ut per d. gloss *in cap. inter alia, ubi etiam* Abb. *nu. 6.*

Sed, quando Judæus reatu aliquo, vel debitis fatigatus, fugit ad ecclesiam, & dicit, se effici velle Christianum, præsumitur, quòd violenter hoc faciat in fraudem, nec probatio in contrarium recipi minusque antea suscipi debet, quam debita universa

reddi-

reddiderit, vel fuerit innocentiâ demonstratâ, purgatus: ut benè distinguit, & tenet Abb. in d. cap inter alia. num. 6. de immu. Eccles.

31 Nec Sarraceni † gaudent Ecclesiastica immunitate, quo minus ab Ecclesia, ad quam ipsos confugere contingat, abduci possint, de eadem licentia, quia sunt deterioris conditionis Judæorum, quorum ritus ab Ecclesia toleratur, quia illis habemus testimonium fidei Christianæ, colunt que unũ Deum, & verum. Sanc. Tho. 2. 2. *quæst.* 10. *ar.* 11. & Eymer. *in direct. Inquis. par. 2. quæst.* 46. *num.* 13. Sarracenorum autem ritus, qui Mahometum hominem facinorosum, & nefandum colunt, est prohibitus, tam de jure civili, quàm canonico. *l.* 2. *C. de Sum. Trin. & fid. cath. clem. unic. de Iud. & Sarrac.* & post Joann. de Roy. *in tract. de hæret. par.* 1. *num.* 568. *& seqq* quem citat & tenet. Pen. *super direct. Inquisit. comm.* 71. *n.* 8. & hi non sunt creaturæ ecclesiæ, quapropter ecclesia illos non coercet. *c. de Iudæis.* 45. *distinct.* sed ipsos coërcere spectat ad Principes seculares, in quorum dominio sunt. gloss. *pen. in dict. clem. unic.* & ibi Abb. *numer.* 13. *cap. multi.* 2. *quæst.* 1. quæ procedunt etiam in hæreticis, apostatis, aliisque infidelibus, quos indignos ecclesiastica immunitate tenuerunt. Abb. Oldrad. Covar. Boer. & alij quamplures citati per Farinac. *in sua prax. crim. par.* 1. *tom.* 2. *qu.* 28. *n.* 68.

32 Potest tamen Papa † mandare infidelibus, quód prædicatores Evangelij in terris suæ jurisdictionis admittant, cùm omnis creatura rationabilis facta sit ad Deum laudandum, si autem prohibent prædicatores prædicare, peccant, & ideò sunt puniendi, ac compellendi brachio seculari, indicendumque est bellum contra eos per Papam, & non per alios, ut tenet Innoc. *in cap. quòd super numer.* 8 *& 9. de vot. & vot. redemp.* Estque regulare, quòd nullus infidelis immunitate ecclesiastica gaudere possit, ut per Covar. *lib.* 2. *var. resolut. eod. cap.* 20 *nu.* 11. *versic.* 13.

33 Tamen † ob reverentiam ecclesiarum non propterea satellitibus armatis ecclesiam pro captura facienda de facto ingredi licet: sed, adhibitis ecclesiæ custodibus rector, seu minister ecclesiæ, aut superior est requirendus, qui extractionem majori cum modestia, quo fieri potest, libere permittere debet, Rolan. *cons.* 24 *sub num.* 15. & Decian. *in tract. crim. to.* 1. *lib* 4. *cap.* 17. *sub num.* 34 sine cautione de indemnitate membri, & vitæ, quæ pro alijs gaudentibus ecclesiastica immunitate exigi debet, *ut d. c. inter alia.* ubi etiam Inno. & Abb. *num* 9.

34 Cingari verò, † qui corrupto vocabulo quandoque etiam Sarraceni nominantur, & permissione Principum, ac aliorum dominorum per Italiam vagantur, nec unquam viderunt partes infidelium, minusque legem Mahometi noverunt, sed sunt ferè omnes Itali, & male habituati, ex rebus furtivis vivunt, ac fraudulentis earum permutationibus, & ludis, in quibus, ut plurimum, fraudes committunt, & sunt baptizati, eadem gaudent immunitate, quia fures ejusdem generis sunt comprehensi, & gaudent immunitate tam de jure communi, *ut in eo. cap. inter alia.* cum alijs per Dec. allegatis *in tractatu crim. lib. 6. cap.* 20 & Farin. *in eo cap.* 28. *num.* 51. *in fin.* quam vigore constit. *de qua sup. num.* 13. *& 23.* & foro ecclesiastico parent in non violando ecclesiasticam immunitatem.

Mihi

Mihi enim contigit, quòd cùm laici, qui ex Ducis Sabaudiæ permissione Cingaros hospitari tenebantur, pro illorum hospitio capsinas unius massaritij monialium assignassent, meo mandato in scriptis facto quatenus sub pœnis, & censuris contra violantes ecclesiasticam immunitatem inflictis, ab eodem monialium massaritio discederent, illorum dux, & capitaneus coram me comparuit, & modeste mecum agens, asseruit, dictum hospitium acceptasse, ignorans illa bona esse ecclesiastica, & statim paruit, ab eodem loco recedendo, cùm enim sentiant commodum ab ecclesiastica immunitate, consonum est, quòd & incommodum sentire debeant, illam servando, *cap. qui sentit. de regul. jur. in 6.*

Scriptores Gentiles † multorum exem-
35 pla recensent, in quos Dij severissimè animadverterunt eò quòd eorundem Deorum templa expoliare, eorumque bona usurpare præsumpserint. Exercitus Xerxis, ob tam immane scelus perpetratum, à fulgure, nimbis, & grandine fuit miserrime universus dissipatus, & prostratus. Exercitus Cambysis totus arenæ montibus infeliciter oppressus. Artaxerses Ocho à Bagoa suo eunucho fuit de medio sublatus. Brennus dux Gallorum, post multas calamitates perpessas, tandem se propriis manibus interfecit, nam licet essent falsi dij, quos isti colebant, nihilominus eò, quòd illos veros esse existimabant, & credebant, in expoliandis eorundem Deorum templis, illa falsa credulitate graviter peccabant, quare à vero Deo acriter puniebantur, ut nobis, qui verum, & immortalem Deum colimus, hujusmodi in illos animadversio transiret in disciplinam, & exemplum. Contra ijdem scriptores laudibus extollunt Alexandrum Magnum, qui in expugnatione Tyri, quam igni, & direptioni militibus tradidit commendando præcepit, ne cuiquam ad templum Deorum confugienti nocumentum inferretur, quòd idem Alexander observari jussit, cum Thebas cepit, quamvis contra illas esset graviter accensus: & Antiochus, ut refert Plutarchus in Regum Apophtegmatibus, dum Hierosolymam obsideret, fœdus benignissime Judæis postulantibus concessit, quò Pascha pacifice, quiete, & solemniter celebrare possent, illisque insuper tauros multos cornibus inauratis pro sacrificijs, & multam pro templo aquarum odoriferam diversitatem munificentissime dono misit. Quid dicam de Agesilao, qui in expugnatione Thebarum, ut scribit Aemilius Probus in ejus vita, etiam, si graviter vulneratus esset ita, ut ab ejus corpore sanguis in maxima copia emanaret, non ideo oblitus fuit militibus præcipere, ut templa Deorum servarentur illæsa? Quamobrem non est mirum, inquit Plutarchus, quòd Agesilao cuncta ex voto prospere, & feliciter evenirent, cùm tanta religione polleret. Diod. *lib. 12. Iust. lib. 2. & 24.* Polyb. *lib. 5. &* Pet. Ribaden. *in tract. de relig. l. 1. cap. 36. per tot. ubi plura alia exempla adducit.*

Anno enim tertio † Joachim Regis Iu-
36 da, Nabuchodonosor Rex Babylonis obsedit Hierusalem, & tradidit Dominus in manu ejus Joachim Regem Judæ, & partem vasorum domus Dei asportavit in terram Sennar, & vasa intulit in domum thesauri Dei sui, *Dan. lib. Prophet. cap. 1. in princ.* & in pœnam deprædationis templi Dei regnum ab ipso transivit, ab hominibus fuit ejectus, & cum bestijs feris fuit e-

jus

jus habitatio: fœnum, ut bos comedit, & septem tempora super eum fuerunt mutata, *ut in cap. 4. eod. lib.*

37 Balthasar Rex ejus filius † præcepit jam temulentus, ut afferrentur dicta vasa aurea, & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de dicto templo, ut biberent in eis Rex, & optimates ejus, uxoresque ejus, & concubinæ, quæ allata fuerunt, & biberunt in eis, ac propter eorundem vasorum profanationem, eadem nocte ab inimicis suis interfectus fuit idem Balthasar Rex Chaldæus, cui Darius Medus in Regnum successit. *Dan. eod. lib. cap. 5.*

38 Heliodorus autem, † qui totis viribus conatus fuit ex templo Hierosolymis æratium pecuniis plenum spoliare, summo sacerdote recusante, & repugnante, apparuit ei quidam equus terribilem habens sessorem optimis operimentis adornatus, qui Heliodoro priores calces elisit. Alii etiam apparuerunt duo iuvenes virtute decori, optimi gloria, specioso que amictu, qui circunsteterunt Heliodorum, quem & ex utraque parte flagellabant sine intermissione, multis plagis verberantes, quibus subitò concidit in terram, super qua jacebat mutus, atque omni spe, & salute privatus, donec Onias summus Sacerdos pro ipso oravit, qua oratione ita flagellatus convaluit. *Machab. lib. 2 cap. 3.* & Ozias Rex, qui ingressus templum, ausus est incensum offerre ad altare, repugnantibus sacerdotibus, percussus est à lepra. *2. Paralipom. c. 26.* & tunc quoq; terræmotus factus est, *Amos cap. 1. S. Hier. super Esai. ad cap. 7. ad verba, & dixit Dominus*, & Major. *de admir. natu. reb. colloq. 1. Dag. 54. vers. Ozias enim.*

39 Antiochus quoque Rex, † qui templa spoliare tentavit, insanabili plaga percussus fuit, ita ut de ejus corpore vermes scaturirent, ac viventes in doloribus carnes ejus affligerent, odore etiam illius, & fœtore exercitus gravaretur, nec ipse jam fœtorem suum ferre posset, peregre in montibus miserabili obitu vita functus est, *ut eodem lib. 2. Machab. cap 9.* & Petr. Ribaden. *in tract. de reli lib. 1. cap. 37. ante med.*

Leo etiam Imperator Constantinopolitanus in templo S. Sophiæ accepit coronam auream valde pretiosam, quam Imperator Mauritius eidem templo obtulerat, in qua inter alia aderat carbunculus unus inæstimabilis valoris, quam capiti suo imponendo, statim in eodem capite orta fuit apostema eodem carbunculi nomine nuncupata, qua decessit. Bap. Igna. *in vita Leo.* Blond. *lib. 1. decad. 2.* & Niceph Calist: *lib. 18 cap. 42.* Milites quoque, cum violassent basilicam Sancti Vincentii Martyris apud Agarensem civitatem multos ibi ultio contrivit: nam plerisq; manus urebantur emittentes fumum magnum, sicut ex incendio surgere solet, nonnulli correpti à dæmone per energiam debacchantes martyrē declamabant, plurimi verò servati à seditione propriis se jaculis sauciabant. Gregor. *hist. lib. 7. cap. 21.* & Baron. *Ann. eccl. 588. p. 635. in fin. tom. 7.*

40 Quanta enim observantia † Principes, atque Præfecti Provinciarum olim coluerint loca sacra, ut, si repentino casu ea aliquando violari contigisset, eandem mox culpam lacrimis, & pœnitentia expiarent arbitrio sacerdotis, probat August. *Epist. 6. in append.* ubi ad Bonifacium Comitem ducem exercitus sibi maxima

amicitia conjunctum, eo quòd confugientem ad eccleſiam inde abſtrahi juſſerit, in hæc verba ſcripſit: Miror, quomodo tam ſubito fidei murum aries ruperit inimici, novi enim, qua religione ſemper ſis Eccleſiam Dei veneratus, quo inſtigante, frater hominem de eccleſia rapuiſti: tuus, ſi de tuo amico forte præſumeret fugitivus, poſſet proculdubio interceſſionis cauſa veniam promereri; ergo, ſi amicus intenditur, cur Deus offenditur? Sed, ſi de poteſtate præſumitur, Nabuchodonoſor Regem intende, qui cauſa ſuperbiæ in bovem eſt ex homine commutatus. Non, ut confundam te, hæc ſcribo, ſed ut filium meum chariſſimum moneo, eccleſiæ igitur illæſum revoca, quem, ut irreligioſiſſimus rapuiſti, oblatio verò domus tuæ à clericis ne ſuſcipiatur, indixi, communionemque tibi interdico, donec peracta pro auſibus, vel errore, à me definita tibimet pœnitentia, & tempore condonato, pro hoc facto corde contrito, & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo, *ut cap. miror.* 17. *quæſt.* 4 43 Cui Bonifacius in hæc verba reſpondit.

41 Humilis ſaluto, † quod primum eſt, ſuſcepi autem tremens ſanctitatis tuæ verba verberibus plena: Scio, quod veniæ præparatur, qui ab Auguſtino perfectiſſimo ſacerdote corripitur; nec debet Epiſcopo denegari, quod voluntas facit, aut caſus. Ipſe enim ſibi denegat curam, qui ſuam medico non publicat cauſam. Hominem ergo, piiſſime Pater, è liminibus eccleſiæ raptum tuis ſanctis aſpectibus juſſio mea, furorque ſubduxit, alieno non ſunt facta iſta conſilio, Dei, & ſanctorum ejus regimine vivo: illum itaque virum morte digniſſimum, quem (ut dixi) meus de eccleſiæ foribus furor abſtraxit, vitæ tuis juſſionibus donamus illæſum, agnoſco culpas, indignæ meæ lacrymæ jungantur tuis fletibus juſtis, quo poſſit hæc nota nigro inſcripta titione deleri, eccleſiæ mihi introitus non negetur, illic ſpero veniam, ubi admiſi culpam. Auguſt. *epiſt. 7. in append.* & Baron. *lib* Annal. *Eccleſ. tom. 5. Annal. 442. in fine.*

Honorius verò Imperator † Catholicis eccleſiis privilegia conceſſa ſtabilivit; & ſua lege ſancivit, nemini licere ad ſacroſanctas eccleſias confugientes abducere, & ſi quiſquam contra dictam legem venire tentaverit, læſæ Majeſtatis crimenis reum eſſe volunt, *ut l. 2. C. de hù, qui ad Eccleſ. confug.* & Baron. *eod. tom.* 5. *Annal* 407. *pag.* 263.

Theodoſius enim junior Imperator ille pius, qui honor eccleſiis debeatur, his verbis expreſſit: † Nos, inquit, qui legitimi Imperii armis nunquam non circumdamur, quoſque ſine armis ſtipatoribus eſſe non convenit, Dei templum ingreſſuri, foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadem Regiæ Majeſtatis inſigne humiliter deponimus, & ſacra altaria munerum tantùm offerendorum cauſa accedimus, quibus quoque oblatis, ad extimum, communeque atrium mox nos recipimus, nec quicquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus. Baron. *eodem tomo quinto. Annal.* 431. *pagina* 258. *in fine.* & *pagina* 559. *in principio.*

DE

DE IMMVNITATE BONORVM Ecclesiasticorum. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1. CLerici, & bona Ecclesiastica, eam jure divino, quàm humano gaudent privilegio immunitatis. & n. 3. & n. 5.
2. Pharao divinæ legis ignarus sacerdotes, & eorum bona immunitate gaudere voluit. & eisdē alimoniā ministravit.
3. Clerici & eorum bona etiam ex jure Cæsareo gaudent immunitate.
4. Clerici laicis collectas absque Sedis Apostolicæ auctoritate persolventes, an pœnam incurrant.
5. Imperatores, Reges, Principes, & alij à clericis, & bonis ecclesiasticis taleas, aut alia onera exigentes graves pœnas incurrunt.
6. Coloni, & servitores clericorum pro parte colonica gaudent immunitate.
Remedia in tempore sunt quærenda. ibidē.
7. Clerici spirituales res sunt, & ex toto corpus, & animam in servitium, & sortem Christi dederunt.
8. Clerici exemplo gentilium ab exactionibus & tributu exempti dicuntur.
9. Immunitas clericorum naturalem habet æquitatem.
Imperium oratione, & religione magis, quā labore, & corporis sudore sustinetur. ibid.
10. Christus rerum ecclesiasticarū proprietatē, & possessionē habet, non prælatus.
Bona ecclesiæ sunt deputata usibus clericorum, & pauperum. ibid.
11. Pedagia, & alia onera de facto à clericis exigentes pœnas plures incurrunt.
Jussio Papæ obligat ex præcepto. ibid.
12. Excommunicari nemo potest, nisi vocatus, si excessus non est notorius.
13. Notoria, quæ dicantur.
Pedagium quid sit, & an differat à vectigali. ib.
14. Clericorū immunitas est personalis, & non transit ad emptorem rerum ipsarū.
Conditio mutatur ex mutatione personæ. ib.
15. Pedagij ratione orta quæstio inter levatorem ipsius, & delatorem rerū, qualiter sit terminanda.
16. Equites S. Ioan. Hierosolymitani sunt veri religiosi, & gaudēt privilegio immunitatis
Equitū dicti ordinis professio qualiter fiat. ib.
17. Clausula sublata &c. quid operetur.
18. Clerici, & ecclesiæ an teneantur conferre, & contribuere ad refectionem pontium & viarum, & num. 19. & 20.
19. Leges Imperatorum & Regum, an comprehendant clericos.
20. Leges Imperiales dāmnosæ ecclesiasticæ jurisdictioni non ligant clericos, nisi specificè ab Ecclesia fuerint approbatæ.
Lites pendentes in foro ecclesiastico sunt decidendæ secundum canones. ibid.
21. Clerici sunt etiā exempti à custodia civitatis tempore belli, a refectione murorū civitatis, & alijs oneribus. & n. 29.
22. Clerici pluribus casibus non gaudent immunitate.
23. Episcopus in tangentibus totū clerū, oportet, quòd habeat consensū totius cleri: imo etiam requiritur auctoritas Sedis Apostolicæ.

24. Clerici tenentur ad omnia onera; quæ convertuntur in utilitatem communem clericorum.

25. Laici exigentes onera à clericis, & dantes consilium, auxilium, vel favorem, excõmunicationis sententiam in canonibus, & in Bulla Cœnæ Domini contentã incurrũt.

26. Absolvi à censuris in Bulla Cœnæ Domini contentis, nemo potest, nisi a Papa, præterquàm in articulo mortis, neq; etiam tũc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita.

27. Absolvere potest quilibet sacerdos in articulo mortis à quibuscunq; casibus reservatis.

28. Ecclesia, sive clericus, in quẽ pervenit res allibrata, an teneatur ad collectas, & n. seq.

29. Immunitas concessa alicui extenditur ad bona postea quæsita.

30. Collectandi jus habet executionem paratam, sed fallit contra personas ecclesiasticas, & earum colonos, qui debent audiri, ubi disputatur de immunitate.

31. Collectas publicas clericorum coloni solvere non tenentur.

32. Res minoris æstimantur ratione oneris illis injuncti.

33. Servi clericorum eodem privilegio gaudent, quo ipsi clerici.

34. Statuta, & consuetudines laicorum contra libertatẽ ecclesiasticã ipso jure sũt nulla.

35. Colonos clericorum pro trassico, seu colonia, item, & bona ecclesiastica gravantes, quas pœnas incurrant.

36. Statuentes cõtra ecclesiasticam libertatem, scriptores, potestates, & alia persona, nisi statuta de libris fecerint amoveri, sunt ipso jure excommunicati.

37. Statuta, quæ dicantur contra libertatem ecclesiasticam.

38. Domini temporales prohibentes subditis necum personis ecclesiasticis cõtrahant, vel communia exhibeant, ipso facto excommunicationem incurrunt.

39. Statutum laicorum prohibens alienationem immobilium in ecclesias, vel monasteria, non valet.

40. Opinio, quæ favet Ecclesiæ in dubiis opinionibus in judicando, & consulendo, est tenenda.

41. Statutum contra libertatem Ecclesiæ in volumine statutorum insertum, quomodo sub pœna excommunicationis sit abolendum.

42. Reditus ecclesiastici, qui in subventionem Principum bellorum causa suscipiuntur, malos eventus pariunt.

43. Regnum Franciæ ob malam bonorum ecclesiasticorum administrationem in domum Caroli Magni fuit translatum.

44. Ludovicus II. Francorum Rex privilegia ecclesiastica innovavit.

45. Regnum Franciæ ob malam bonorum Ecclesiasticorum administrationem à descendentia Caroli magni in stirpem Vgonis Capeti fuit translatum.

46. Pragmatica sanctio beneficiorũ causa in Regno Franciæ edita fomes plurium malorum.

47. Concordia inter Leonem X. Papam, & Franciscũ Francorum Regem super collatione beneficiorũ inita malos parit exitus.

48. Linea stipitis de Valois ex persona Henrici III. Regis Francorum violenter occisi extincta, in personam Henrici Borbonij fuit translata.

49. Bona ecclesiastica usurpantes propria amittunt.

50. Bona ecclesiæ oneribus gravantes pœnas, & flagella non evadunt.

BONA

BONA etiam, quæ ecclesijs ecclesiasticisve personis donata, ac destinata reperiuntur, juremerito plurimis privilegijs decorata sunt, † adeò quòd
1 non solùm jure humano, verùm etiam divino, à secularium personarum exactionibus sunt immunia. *cap. quamquam. §. cum igitur,* & ibi gloss. *in ver ipsarum,* & Geminian, *num. 2 de cens. in 6.* & Abb. *in cap. non minus num. 3. de immunit. eccles.* Et res clericorum in pluribus eodem privilegio gaudent, quo res ecclesiarum gloss. *in cap. fin. in ver. suis. de vita, & honest. cleric. in cap. ecclesiarum. 12, qu. 2. in cap. similiter. in ver. eccles. 16. qu. 1,* Bursat. qui de magis communi testatur *in cons. 142. num. 21. lib 2.* & Bellarm. *in 4. controvers. gen. tom. 1. lib. 1. de*
2 *cler. cap 82. in fin.* Pharao enim, † qui legis divinæ notitiam non habebat, omnibus aliis in servitute redactis, sacerdotes, & possessiones eorum in pristinam libertatem dimisit, & eis alimoniam de publico administravit *Genes. cap. 47. cap. non minus. de immun. eccles. & cap. tributum in fin. 23. qu. 8.* Nec licet communitatibus, & jurisdictionem temporalem obtinentibus, vel institiam temporalem exercentibus, tales, vel collectas, seu exactiones quascunque ecclesiis, vel personis ecclesiasticis imponere, vel exigere ab eisdem pro domibus, prædijs, vel quibuscunque possessionibus ab eisdem ecclesiis, vel personis ecclesiasticis legitime acquisitis, vel acquirendis, etiam si ipsæ ecclesiæ, vel personæ, aut res hujusmodi sint intra illorum districtum, vel territorium constitutæ, *c. 1. §. volentes. de immun. ecclesiastic. in 6.* & Concil. Lateranen. *relatum in dict. cap. non minus. cap. adversus. eodem. tit. & clem. unic. eo.*

3 Dicta enim conclusio procedit † non solùm de jure divino, & canonico ex supra deductis, sed etiam de jure Cæsareo, quo cavetur, ut nulla potestas, seu persona publica, aut privata, collectas, sive exactiones, angarias, vel perangarias, ecclesijs, vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis personis imponere, aut invadere bona ecclesiastica præsumant. Quòd si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel ab Imperio emendare contempserint, triplum refundere, & nihilominus banno Imperiali subjacere teneantur: quòd absque satisfactione debita nullatenus remittatur. Quæcunque etiam communitas, vel persona per annum in excommunicatione incursa propter offensam libertatem ecclesiæ perstiterit, ipso jure imperiali banno subiacet, *ut in constitutione à Federico II. Imperatore promulgata, quæ incipit: Nos Federicus. §. item nulla, de stat. & consuet. cont. libert. eccles. in usib. feud. quæ est repetita post. l. 2. ibi, Item nulla communitas,* C. *de Episc. & cler. l item quæcunque. l. omnes. §. privilegiis. eo. tit. placet.* C. *de sacrosanct. eccles. authe. de eccles. tit. §. ad hæc sancimus col. 6.* Abb. *in cap. 2. numer. 10. de immunit. eccl.* & Card. Baron. *referens legem Honorij Imperatoris in lib. Annal. Eccles. to. 5. Anno. 412. pag. 341.*

De jure autem canonico, † præter pœnas jure Cæsareo impositas, Prælati, ecclesiasticæque personæ religiosæ, vel seculares quorumcunque ordinum, conditionis, seu status existentes, qui collectas, vel taleas, decimam, vicesimam, seu centesimam suorum, & ecclesiarum

proventuum, vel bonorum laicis solverint, vel promiserint, vel se solvturos consenserint, aut quamvis aliam quantitatē, portionem, seu quotam ipsorum proventuum, vel bonorum æstimationes, vel valoris ipsorum, sub adjutorij, mutui, subventionis, subsidij, vel doni nomine, seu quovis alio titulo, modo, vel quæsito colore, absque auctoritate Sedis Apostolicæ, necnon †
5 Imperatores, Reges seu Principes, cives, Comites, Barones, Potestates, Capitanei, vel officiales, aut Rectores quocunque nomine censeantur, civitatum, castrorum, seu quorumcunque locorum ubilibet constitutorum, & quivis alij cujuscunque præeminentiæ, conditionis & status, qui talia imposuerint, vel exegerint, vel receperint, apud ædes sacras depositā ecclesiarum, vel ecclesiasticarum personarum ubilibet arrestaverint, saisiverint, seu occupare præsumpserint vel arrestari, saisire, aut occupari mandaverint aut occupata saisita, seu arrestata receperint, ac omnes, qui scienter dederint in prædictis auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt: Universitates quoque quæ in his culpabiles fuerint, ecclesiastico supponuntur interdicto, *cap. clericis laicos. § nos igitur. de immun. eccles. in 6. d. cap. non minus. in fin. cap. adversus consules, extra eo. & clem. unic. eo.*

Eodem privilegio immunitatis gaudent † clericorum servitores, & qui sunt in mi-
6 nisterio ipsorum, qui gaudent privilegio ipsorum dominorum, non principaliter propter se, sed propter favorem suorum dominorum *l. 1. & 2. C. de epic. & cleric.* & ibi Bald. *in d. l. 2. num. 2.* Conc. Tolet. 3. *relatum in cap. Ecclesiarum, 12. quæst. 2.* & ibi gloss. *in ver. clericorum*, Sunt autem in ministerio clericorum coloni eorum bona colentes, Rebuff. *in l. 1. C. de colo.* Thracen. *nu. 3. lib. 11.* & Innoc. *in d. cap. non minus. nu. 3. in fin. de immunit. Eccl.*

Et quod attenet ad colonos, quamvis videatur, quòd non sint exempti, quia, licet colant possessiones ecclesiæ, non excusantur in adventu Principis, quin personaliter inserviant, Innoc. *in d. cap. non minus, nu. 3.* & ibi Abb. *num. 14. post. med.* & etiam tributa solvere teneantur. *l. hi penes*, & ibi Bart. *num. 1.* & Rebuff *num. 1. & 2. C. de agric. & cens. l. 11.* est casus specialis, quòd in adventu Principis inserviant, comprehendens colonos liberos inservientes ecclesijs pro mercede, ut declarat Abb. *in d. cap. non minus, eod. num 14 in fin.* Tributa autem solvere tenentur non pro colonia, sed de prædijs, & bonis propriis, quæ suo nomine possident, & proprio nomine in libro catrasti sunt descripta, Rebuff. *in d. l. hi penes quos, num. 2. & 3* sed pro colonia, licet Fed. de Sen. *com. 111. quæstio talis est. num. 10.* conetur probare partem contingetem colonos bonorum ecclesiasticorum, quamdiu dicta bona excolunt, ad tributorum solutionem teneri, hoc procedit in datijs, & gabellis persolvendis, quæ pro fructibus à solo separatis partem ipsos colonos contingentem, si eam vendant, persolvere tenentur, ut post Feder. Rip. & alios quos citat, tenent Bursat. *in cons. 25. num. 3. lib. 1. & cons 42. num 14. eod. lib. 1.* sed à muneribus collectis, alijsque oneribus, quæ personis pro cultura, seu trafico prædiorū imponuntur, coloni prædiorum ecclesiasticorum, occasione eorundē prædiorum ab oneribus sunt exempti, ut post

Bald.

Bald. *in l. 1. C. de episc. & cler.* Duen. *in reg.* 100. *ampl. 2. limit. penult.* & alias, consuluit idem Bursat. *eod. cons. 25. num. 4.* & in his terminis procedunt. *Conc.* Tolet. Bald. ac alij supra citati, Bart. *in l. 1. nu. 3. vers. contrarium voluit, C. de anno. & tribut. lib. 10.* & Petr. de Ubal. *in tract. de Societ. 6. part. 14 colum. & in 7. par. 9 colum.* & quia propter gravamina, quæ colonis quandoque imponuntur, plures ecclesiæ, & ecclesiasticæ personæ non inveniunt rusticos, qui suas possessiones colere velint, ut animadvertit Fed. *in d. cons. 111. nu. 10. in fin.* melius est in tempore occurrere, quàm gravaminibus passis ab Episcopo remedium quærere, ut docet Fed. *ibi eod. n. 10.*

Pro trafico autem seu laborerio faciendo super possessionibus ecclesiasticis, quæ omnino sunt exemptæ ex supra deductis, & infra dicendis, si persolvere tenerentur, extorquerent laici per indirectum collectas ex bonis ecclesiasticis, quod est prohibitum, & est casus comprehensus in Bulla Cœnæ Domini, ut infra patebit. Et de hujusmodi exemptione non est dubitandum, quia præter id quod probatur jure divino, canonico, & cæsareo concessum, Summus Pontifex, clericos, & eorum res, à jurisdictione seculari sine Imperatoris
7 consensu eximere potuisset, & † cum clerici spirituales res sint, & ex toto corpus, & animam in servitium, & sortem Christi dederint, *cap. dilectissimus, vers. communis vita, 12. quæst. 1.* Innocent. *in cap. 2. num. 1. de major. & obed.* Card. *in repe. cap. perpendimus, opposit. 7, de sentent. excom.* & Covar. *cap. 31, pract. quæst. num. 3, in princip.*

Pluribus enim rationabilibus de causis clerici à secularium personarum exactionibus, & tributis fuerunt exempti.

8 Primò exemplo Gentilium moti, quia cùm Joseph totam terram Ægypti Pharaoni subiecisset, terra sacerdotum retinuit pristinam libertatem, quibus, & statuta cibaria ex horreis præbebantur; quapropter non fuerunt compulsi vendere possessiones, & ex eo tempore, usque in præsentem diem, in universa terra Ægypti regibus quinta pars solvitur, & factum est quasi in legem, terra sacerdotali excepta, quæ libera ab hac conditione fuit *Genes. d. c. 47.* Et Artaxerxes: ego, inquit, Rex statui, atque decrevi omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flumen, ut quodcunque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei Cœli, absque mora detis usque ad argenti talenta centū, & usque ad vini batos centum, & batos olei centum, sal verò absque mensura: vobis quoque notum facimus de universis sacerdotibus, & levitis, & cantoribus, & ianitoribus, nathineis, & ministris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos, *Esdræ lib. 1, cap. 7, circ. med.* & glos. *in cap. quanquam, in verbo divino, de censibus, in 6* & plene Osasch. *in decis. 68. nu 1. 2. & 3* quamvis contrarium ibi defendere conetur, licet per ipsum pro contraria opinione allegata non subsistant, ut infra demonstrabitur.

Cùm enim reges Gentiles sacerdotibus, levitis, & alijs ministris domus Dei servari voluerint libertatem, & quòd illis in necessitatibus ita liberaliter subveniretur, non debuerunt postea ecclesiastici à Christianis laicis deterioris conditionis fieri, quàm sub Pharaone, qui legis notitiam non habebat, fuerant effecti, *d. cap. non minus, de immunit. Eccles.* & ibi Abb. *n. 1.*

9 Secundò † clerici à subjectione tributo-

rum fuerunt exempti Principum privilegio, non tantum, quantum jure divino, quod habet naturalem æquitatem, cùm clerici divinis vacantes, laborem Principum compensent, qui administrationi reipublicæ insudant, S. Thom. *super cap. 13. ad Rom.* & clericorum orationibus summi numinis veniam speramus, gloss. *in l miles, in verb. facere, ff. de re judic.* & ibi Rip. *n. 7.* Quapropter Constantinus, & Constans Imperatores ecclesiasticas personas privilegio immunitatis gaudere voluerunt, scientes magis religionibus, quam officijs, & labore corporis, vel sudore Imperialem rempublicam contineri, *capit, in qualibet, 22, quæst. 8,* Quæ tamen dici potius debent agnitio privilegiorum, quæ Deo jure divino habent quàm privilegia.

20 Tertiò rerum ecclesiasticarũ † proprietatem, & possessionem non prælatus, sed Christus noscitur habere, quia quæcunque homines obtulerunt, dicuntur esse oblata Deo *cap. nulli liceat, & c. qui abstulerit, 12, quæst. 2. cap. videntes, sad. caus. quæst. 1.* Innocent. *in cap. cum super, nu. 3.* & ibi Abb. *num. 18, de caus. poss & propr.* vel penes universalem, vel singularem ecclesiam, quæ nunquam moritur, nec est unquam nulla, *cap. liberti, il 2. 12 quæst. 2. & cap non turbatur, 24, quæst 1.* Innoc. *in d. cap. cùm super, num 4.* & Abb *d. num. 18, in fin.* & sunt deputata usibus clericorum, & pauperum, quoad usum solum, & sustentationem, Innoc *d. num. 4. in princip* & Abb. *in d. cap. non minus, num. 6. de immunitat. Eccles* & propterea regulariter ab omnibus oneribus ordinarijs, & extraordinarijs, datijs, tractis, gabellis, & pedagiis sunt exempti.

21 Tamen de pluribus quæri potest † primò, cùm à pedagiis clerici sint exempti, si de facto aliquis cogat clericum ad persolvendum pedagium violando illius privilegium, & ecclesiasticam immunitatem, quam pœnam incurrat. Et ex decisione Bonifac. VIII. nec collegium, nec Universitas, nec aliqua etiam singularis persona cujuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status, ab ecclesijs, aut personis ecclesiasticis, aut pro rebus ecclesiasticarum personarum, pedagia exigere, vel extorquere per se ipsos, vel per alios, ipsorum nomine, vel etiam alieno, aut eas ad hujusmodi persolvenda compellere possunt. Contrafacientes autem singulares personæ excommunicationis, collegia verò, vel Universitates, civitates, castra, vel loca interdicti sententias ipso facto incurrunt: nec ab excommunicatione hujusmodi absolutionem, vel interdicti relaxationem possunt obtinere, donec exacta plenarie restituerint, & de transgressione satisfecerint competenter, *cap. quamquàm post med. de cens. in 6, & clem. fin. eod. titul.* Dictio enim, ipso facto, est latæ sententiæ, quapropter, licet exigentes restituant, & satisfaciant, est tamen necessaria absolutio ab excommunicatione, vel interdicti relaxatione *d. c. quanquam in fin.* & ibi gloss. *in d. clem fin. in verb. donec*, quæ satisfactio fieri debet ad instar excommunicati pro manifesta offensa prius emenda præstita sufficienti, *cap. ex parte in Christo, vers. in secundo verò, de verb. signific. c. solet vers. nisi eum, de senten. excommun in 6* & Diaz. *in pract. crimin. c. 57. in annot. vers si tamen publicari*, quæ debet esse cum expensarum satisfactione, ac de stando judicio cautione præstita, *cap. venerabilibus, § porrò, vers. secus autem, eod. tit. in 6.*

An

An ipso facto sententiam excommunicationis incurrens, debeat sine aliquo processu, vel causæ cognitione excommunicatus publicari. Videtur quòd sic, *per dictam clem. fin.* ubi Papa iubet *in princip.* & jussio Papæ obligat ex præcepto, ut ibi gloss. *in verb jubemus.*

12 † Tamen nemo debet ad publicationem excommunicationis procedere, nisi parte vocata. gloss. *in ead. clem. fin. in verb. constiterit, in clem. 1. in ver, quamcitò, circà fin. & in clem. 2. in verb. constiterit, de pœn. &* Rot. *dec. 2. in fin de dol. & contum. in nov.* & hæc procedunt in dubio, sed in claris si notorie constaret de incursu excommunicationis per exactionem pedagij publice, ita quòd notorium esset, nulla præcedente monitione, posset publicari. Innoc. *in c. a. num. 5. de offic. deleg* Abb. *in cap. parochianos, numer. 2. vers. concordo sic, de sent. ex communic.* & Felin. *in cap. sacrosanct. num. 3. eod. tit.*

13 † Notoria enim dicuntur, quæ per confessionem, vel probationem legitime nota sunt, aut per evidentiam rei, quæ nulla possit tergiversatione celari, *cap final. in fin. de cohab. cleri. & mul.* & *cap. cum olim, de verb. signif.* Et quamvis pedagium sit præstatio, quæsit à transeuntibus pro persona, vel rebus, quæ vehuntur, aut portantur, glos. *in c. super quibusdam, in verb. pedagia de verb. signif.* & vectigal à pedagio differat nomine, ut post Joann. Andr. Abb. *in cap. innovamus, num 3 de censibus*, Paul. de Castr. *in l. 1. nu. 2 ff. de public.* tenet Felin. *in c.* Ecclesia S. Mariæ, *nu. 106. de constit.* pedagium tamen, & vectigal idem important, ut ibi Abb. & tam exigentes pro personis, quam pro rebus proprijs eandem pœnam incurrunt. Quæ solùm procedunt pro rebus proprijs clericorum, non autem pro rebus, quas clerici emissent, & animo negotiandi portarent, pro quibus cessat privilegium, argumento à contrario sensu, *clem. fin. de cens. & ibi* gloss. *in verb* non negotiand. Specul. *de immunit. Eccles in fin.* Felin. *in d. cap. Ecclesiæ S. Mariæ, num. 105.* & Fed. de sen. *cons. 111. num. 10. vers. immò si clericus.*

Quid autem, si clericus vendidit granum, vinum, aut alios fructus ex prædijs ecclesiasticis recollectos, an emptor sit immunis à solutione pedagij. Et videtur, quòd sic, quia, cùm prædia ecclesiastica, & eorum bona sint exempta, debent dicto privilegio exemptionis gaudere, quia sequuntur conditionem personarum. Abb. *cons. 6. numer. 2. par. 1.* tamen contrarium est verum, 14† nam immunitas clericorum à pedagijs, & gabellis fuit concessa favore personarum ex supra deductis, & non transit ad emptorem. gloss. *in d. clem. si in verb. non negotiandi*, & Fed. *d. num. 10.* quia mutatione personæ mutatur conditio rei *l. per procuratorem. in fi.* & ibi Bald. *in princ. ff de acquir. hæred.* & licet clerici de fructibus suarum præbendarum non solvant gabellam, ementes tamen hujusmodi fructus illam solvere tenentur, quemadmodum ementes à fisco, non obstante privilegio fisci, solvere debent. Bart. *in l. licitatio §. fin. de publicæ.* 15 † Si autem inter levatorem pedagij, & delatorem sit quæstio, ut quia ille negat, delatorem rerum esse clericum, vel dicit, res deferri negotiationis causa, vel res illius non esse, unde grave esset semper judicem adiri, pro fide hujus rei recipienda est committendū juramento

deferentium, vel suorum nunciorum, si personarum qualitas non dissuadeat, vel nisi fides de contrario haberetur in promptu: & quoad personam sufficit, quòd reperiatur in habitu, & tonsura clericali, gloss. *in d. clem. fin. in verb. non negotiandi, vers. si autem,* & ibi Abb. *num. 4. de cens.* Si tamen contra clericum de jure erit gabella à publicanis petenda coram iudice ecclesiastico clericus erit conveniendus. Roland. à Val. *cons. 71. nu. 25. volu. 4* & post plures alios, quos citat Diaz. *in pract. crim. canon. c. 57 in add. vers. erit tamen* quibus addo vulg regulam, quòd actor forum rei sequi debet.

16 Milites † ordinis S. Joannis Hierosolymitani eodem privilegio gaudent, quia sunt vere religiosi, cùm profiteantur in hæc verba: Ego N. voveo, & promitto Deo omnipotenti, beatæque Mariæ semper Virgini, Dei genetrici, ac S. Joan. Baptistæ perpetuò, cum Dei auxilio servare veram obedientiam cuicunque superiori, qui à Deo, & religione nostra mihi dabitur, amplius vivere sine proprio, & castitatem servare, ut in Stabil. *cap. 1. de recept. fratr.* quibus tria substantialia vota emittunt, & propterea habent privilegia, quibus expresse cavetur, quòd à solutione, & exactione passagij, atterragij, gabellæ, dacij, tractæ, collectæ, procurationis, iucundi adventus, iurium etiam synodalium, censuum, & decimarum, etiam novalium, etiam hortorum, pratorum, piscationum, molendinorum, & terrarum, quas per se ipsos, vel alios eorum nominibus, etiam colonos arrendatarios, & emphyteuras excolunt, & de quibus fructus percipiunt, & cujusvis alterius oneris personalis, seu mixti sunt exempti, nec etiam ratione personarum vel rerum, animalium, ac bonorum suorum, ad aliquam solutionem pontium, fontium, furnorum, murorum, seu etiam aliarum ecclesiarum, quàm dictæ religionis in aliquo teneantur ut in motu proprio Pij IIII. in Bull. *cap. 14. fol. 668. vers. necnon à solutione, quæ habet decretum irritans.* &c. Et *clausulam, sublata,* &c. Et quoad ipsos, est sublata difficultas, an teneantur ad solutionem gabellæ impositæ pro refectione murorum, pontium, & fontium, *ut in l. ad instructiones C. de sacrosanct. eccles.* † quia dicta clausula, sublata, 17 &c. removet facultatem quibuscunque aliter judicandi, vel interpretandi. *cap. si e tempore de elect. in 6* Paris. *cons. 38. n. 7. cons. 41. n. 22. l. 4* Cassad *super regul. de cis 12. n 5. cum seq.* & Gomez. *de anna. poss. q. 4. nu. 5.*

18 An autem † clerici seculares, & regulares sint exempti à gabellis solvendis, quæ imponuntur pro refectione pontium, & viarum, videtur quòd non, sed quod ad illorum solutionem, & contributionem teneantur. *d. l. ad instructiones.* ubi Bald. *nu. 1. auth. de Eccles. tit. §. ad hæc sancimus, column 6.* & Felyn. *in d. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 106. vers. tertius, ubi gabella.*

19 Nam leges Imperatorum † videntur comprehendere clericos, *c. 1. de novi oper. nunc. cap. si. in audiatorium. 10. dist.* Felyn. *in eod. cap. Eccles. S. Mariæ num. 37.* & Abb. *in cap. inter alia, num. 1. de immuni. Eccles.* tamen cùm dicta conclusio sit fundata in jure civili, per canones posteriores fuit correcta, & libertati ecclesiasticæ per leges civiles præjudicari non potest defectu potestatis condentis, cùm non constet de dictarum legum civilium approbatione, quæ de jure requiritur in concernentibus odium Ecclesiæ.

† Et

20 † Et quando lex imperialis est damnosa ecclesijs, seu ecclesiasticis personis, non tenet, nisi specifice approbetur ab ecclesia. Innocent. *cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* in terminis dictarum legum, gloss. *in cap generaliter, §. novarum in verb. collationibus, in fin. 16. quæst. 1.* Abb. qui attestatur, hanc communem doct. theoricam *in cap. non minus, num. 20. in princip. vers. dico enim, de immunit Eccles.* idem Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, numer. 10. vers an lex. civilis,* & ibi Dec. *numer. 88. & 91.* & Felin. *num. 40. vers. primum est, de constitut.* idem Abb. *in cons. 3. num. 1. vers. sed his non obstantibus, & num. 2. par. 1.* Bero. *in cons. 31. nu. 20. cum seqq. volum. 1.* & Benedict. Capra *in libr. leg. concl. 46. per totum.*

Et hæc quæstio casu, quo dubitari contingeret, esset decidenda à judice ecclesiastico, *d. cap. non minus, vers. quo circa,* & ibi gloss. *in ver. tantam,* & in foro ecclesiastico lites diciduntur secundùm jus canonicum, *cap. 2. de arbit. in 6.* Abb. *in cap. 1. num. 7. vers. in judicijs verò, de nov. op. nunc. & in cap. clerici, num. 2. vers. secus in materia, de jud.* & Felyn. *in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 43. de constit.*

21 † Regulariter autem sunt exempti etiam ab aggeribus faciendis juxta ripas fluminum, ne flumina excrescentia fluant per limites, à reparatione fontium, refectione murorum civitatis, & ipsorum murorum vigilijs, & generaliter ab omnibus oneribus, *capit. quamquam, de cens. in 6.* & Abb. *in cap. pervenit. numer. 3. in princip. de immunit. Eccles. cum alijs supra in princip. deductis.*

22 Limitatur tamen † dicta conclusio pluribus casibus. Primò tempore magnæ necessitatis, quo casu non debet aliquis ecclesiasticus à murorum, seu civitatis custodia excusari, ut cunctis vigilantibus melius valeat civitas custodiri, *d. cap. pervenit,* & ibi gloss. *in ver. modo.* & Abb. *n. 1. & num. 4: circa medium, & num. 6: de immun. Eccles.* & erit magna necessitas, qua stante ecclesiastici non excusantur, si hostis stat in agro cum exercitu in obsidione loci, *ut in casibus, de quibus per* Osasch *in decis. 68. num. 24.*

Secundò in restauratione murorum tempore belli, & tunc clerus compelli potest ad contribuendum per Episcopum, non autem per laicos, Bald. *in d. l. ad instructiones, num. 2. & 3. C. de sacrosanct. & in l. de his, C. de epis. & cleric. aut. statuimus, C. eo. & cap. si diligenti, de for. compet.*

Tertiò fallit, quoties Episcopus, & clerus tantam necessitatem, & utilitatem aspiceret, ut absque ulla exactione ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existimarent conferenda, *cap. non minùs, §. quo circa, cap. adversus, vers. verùm si de immunit. Eccles. & cap. 1. in extravag: com. eod. tit.* & tunc non Episcopus solùs, † aut cum consensu capituli potest, sed consensus totius cleri debet intervenire. Innocent. *in cap. 2. de loc. & conduc.* & Abb. *in d. cap. non minus, num. 5* quia quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbari, *cap. quod omnes, de reg jur. in 6.* & in terminis Bero. *in cons. 31. num. 13 volum. 1.* nec sufficit consensus totius cleri, quia requiritur etiam Sedis Apostolicæ auctoritas, *c. clericis laicos, §. nos igitur, de immu.*

Eccles. in 6. & d: extrang: 1, §. cæterum, eod. titul. cap: adversus, vers. propter imprudentiam, & ibi Abb *n. 1. eodem*, & tunc laici non ex obligatione, sed humiliter, & devotè cum gratiarum actione id recipere debent, *d. cap. adversus. vers. verùm, si quando.*

24 † Quartò tenentur ecclesiastici ad reparationem fluminum, pontium, & viarum, quoties communis laicorum, & ecclesiasticorum urget necessitas, & concurrit utilitas, Abb. *in d. cap. non minus, num. 18. &* Bald, *in d. l. ad instructiones, n. 2.* Secus autem, si communitas à flumine haberet particulares redditus piscationis, transitus, portus, aquarum ad pratorum particularem irrigationem, & molendinorum particularium adaquationem, aut pedagia sub quocunque nomine, & titulo ad particularem, aut Universitatis utilitatem exigerent: quia tunc cum pedagia, gabellas, tractas, & passagia, pro mercibus, & animalibus, præsertim bobus cum plaustris, & ab advenis transeuntibus pontes, & vias, ut plurimùm destruentibus exigant, laici suis sumptibus ad hujusmodi refectiones, & reparationes tenentur, Archid. *in cap: si quis peregrinus, 23. quæst: 3,* Cepol *de servit. viar. num. 47,* Nicol Testa. *in tractat: de collect: n: 45,* Bald: *in d: l: ad instructiones, num: 2,* ubi quod plaustra destruunt vias, quas continuè reficere oportet. & est ratio, quia, qui sentit commodum, sentire debet incommodum, & contra *l. secundùm naturam, ff: de reg: jur: & cap. qui sentit. eod. tit. in 6.*

25 † Laici autem contrafacientes, exigentes, seu extorquentes ab ecclesiis, ecclesiasticisque personis taleas, seu collectas, aut exactiones quascunque, & dantes ad id faciendum consilium, auxilium, vel favorem, etiam circa præstandas subventiones laicis ab ecclesiarum prælatis, ac alijs viris ecclesiasticis sententiam excommunicationis incurrunt, donec satisfactionem fecerint competentem, *d: c: nonminus, in fin: cap. adversus, clement: unic. §. volentes, eod. tit. de immunit; Eccles: & c: quanquam, de cens: in 6,* & sententiæ, ac constitutiones, quæ à talibus, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ sunt, nullo unquam tempore valituræ, *d. cap: adversus, §. quia verò.*

Dubitari enim potest, an solventes taleas, seu collectas sine Pontificis auctoritate, & ipsi excommunicationis sententiam incurrant, *ut in d: cap: clericis laicos, eodem tit: in 6, in cap: 1, eod: in extravag. com.* & respondetur, quòd non, quia illa duo capitula in Conc Vienn. per Clem V. cum omnibus ab illis secutis fuerunt revocata, *ut d. clem. unic. vers. nos de consilio.* Et quia exigentes gabellas ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt, an etiam exigentes collectas pari modo illam incurrant, de jure communi constat, quòd non, quia post mensem, nisi satisfecerint, dictam pœnam incurrunt, quæ afficit etiam successorem, *d: cap: adversus, in fin.* & ibi Abb. *num. 23.* Sed ex dispositione Bullæ in die Cœnæ Domini legi consuetæ qui collectas, decimas, talea, præstantias, & alia onera clericis, Prælatis, & aliis personis ecclesiasticis, ac eorũ & ecclesiarum, Monasteriorũ, & aliorum beneficiorũ ecclesiasticorũ bonis, illorumque fructibus redditibus, & proventibus, absq; Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis

exigunt,

exigunt, aut sic imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt, nec non, qui per se, vel per alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut eisdem auxilium, consilium, vel favorem, ut votum, seu suffragium palàm, vel occulte præstare non verentur, cujuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali, aut regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alii potentates quicunque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo præsidentes aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti, excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini contentam incurrunt. Navarr. *in cap. 27. num 71. vers. & qui collectas, tom. 3.* & Graff. *cap. 18. num. 145. par. 1. lib. 4.* à qua † nisi in articulo mortis constituti, præterquam à Romano Pontifice, nemo absolui potest, neq; etiam tunc, nisi de standō Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, nec prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscunque personis ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque ordinibus, & eorum Monasterijs, Conventibus, & Domibus, ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fugentibus, per Romanum Pontificem, & Sedem Apostolicam, ac cuisvis Concilii decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac 29 concedendorum, & innovandorum Rebuff. *in prax. benef., super Bull. Cœnæ Domini, art. 13. vers. nisi in mortis*, & Navar. *d. c. 27. n. 73. versic. cæterum à prædictis.* † Nam in articulo mortis quilibet sacerdos absolvere potest, quacunq; reservatione non obstante, ut ibi gloss. *in d. vers. nisi*, Concil. Tridentin. *cap. 7 § hanc autem doctrinam, de sacr. pœnit. & extremæ unct. sess. 14.* & S. Thom. *in 4. sentent. distinct. 18. & 20.*

28 † Dubitatur, an bona catastrata, quæ ecclesiæ à laicis acquisiverunt, & pro quibus laici collectas persolvebant, gaudeant privilegio immunitatis: & videtur quòd non, quia hoc casu res onerata cum suo onere transit. Specul. *de clerico. conjug. n. 11. vers. alii dicunt*, Bald. *in l. neminem n. 2. C. de sacr. sanct. eccles.* Jas. *cons. 43. vol. 3.* Abb. *in d. cap. non minus, num. 16. vers.* dicit enim, & Rebuff. *in l. si divina. n. 3. C. de exact. tribut.* Quæ conclusio est vera, & communis, quo ad tributa, si prædium est tributarium, vel censuale jure feudi, vel emphyteusis pro illo solito, & perpetuo tributo, quod est conforme, & certum, ut declarat Bar. *cons. 180. n. 3. & 4.* Felin. *in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, n. 77.* Bald. *dict. n. 2.* Rebuff. *ead. l. si divina, n. 1. &* Ossich. *decis. 136. ubi de communi testatur, num. 2.*

Sed quando descriptio, seu æstimatio, quæ fit per solidum, & libram, non est perpetua, & certa, sed mutatur pro varietate imminentium negotiorum, onus hujusmodi non durat, postquam venit ad privilegiatam personam, ut bene distinguunt Bart. *eod. cons. 180. eod. n. lib. 1.* Felin. *in dict. cap. Ecclesia S. Mariæ, eod. num.* & Brun. *cons. 94.* quia immunitas † trahitur

ad postea quæsita, *cap. noverint*, 10. *quæst.* 1. Specul. *d. num.* 11. *vers. sed certè.* Rebuff. *d. l. si divina, num.* 3. *vers. in muneribus autem, cap. quia circa, de privil.* Ias. *per illum tex. post.* Cy. Ray. & Raph. fulg. *quos citat. in l. qui filiabus, num.* 13. *vers. tu autem, de leg.* 1. Ruin. *consil.* 217. *num.* 17. *volum.* 1. Paris. *cons.* 68. *num.* 7. *& num* 10. *ubi de comuni testatur, volum.* 2. Natt. *cons.* 66. *num.* 13. *cons.* 160. *num* 23. *cons* 328. *num.* 4. Osasch. qui hanc veram, & magis receptam sententiam esse testatur *in dict. decis.* 136. *num.* 1. quem sequitur Thesau. *decis.* 274. *num* 2. *& n.* 4. Bursat. qui etiam de commun, & magis recepta testatur *in cons.* 16. *num* 77. *l.* 1. & Silvest. *in verb. immunitas* 1. *quintò quæritur, & num.* 19. Dicta conclusio adeò est vera, & generalis, ut, nec ad onera occasione belli per Principem imposita, ecclesia concurrere teneatur, nisi cum imminet necessitas, & tractatur de necessaria defensione patriæ, ut, si extempore hostis in Principem irrueret, vel si bellum juste, ac pro imperii, vel ecclesiæ tutione fieret, & quocunque casu, si bursa Principis esset exhausta, & laicorum non supperetent facultates, non autem pro quacunque necessitate, Cephal. *cons.* 154. *num.* 22. *volum.* 2. & Bursat. *d. cons.* 16. *num.* 76. & concurrentibus aliis, *de quib sup. num.* 22.

Multò minus, † si pro fluminum re-
30 paratione, pontium, viarum, mœnium restauratione, aut hospitatione, vel transitu militum, seu laboratorum occasione belli collectæ ab Universitatibus imponantur, quia licet regulariter collectæ habeant executionem paratam, pro quibus fieri debet executio cogendo, & exigendo absque citatione, etiam lite pendente, *ut cum ea ff. ad l. jul. pecul. auth. iusiur. quod præst. vers. & primum*, Bald. *consil.* 429. *licet judex, num.* 1. Rolan. à val. *cons.* 32. *num.* 5. Olasch. *decis.* 86. *num.* 5. & Bursat. *d. cons* 16. *num.* 76. dicta tamen conclusio procedit, & habet locum contra laicos non privilegiatos, sed contra bona ecclesiastica, quæ habent privilegia de jure divino, canonico, & cæsareo ex supra deductis, & eorum colonos, non habent executionem paratam, sed debent personæ ecclesiasticæ, & eorum coloni audiri super eorum immunitate, si dubitatur, scilicet apud judicem ecclesiasticum, *lib.* 2. C. *de oss. civi. jud.* Bald. *d. cons.* 429. *n.* 1. *versic. qui autem gravari*, & ita distinguit Ang. in *l. fin.* C. *ubi quis de cur. aliave. cond. ibi*, aut dubitatur, an aliquis sit debitor: & tunc non habet locum executio lite pendente, sed procedendum est causa cognita, quem sequitur Osasch. *dict. decis.* 86. *num.* 1. *& num.* 6. *vers. quid dicendum.*
31 Et quòd de jure communi, † coloni regulariter ad collectas non teneantur, probat Paris. *cons.* 25. *num.* 10. *volum.* 1. Ias. *in l.* 1. *num.* 32. C. *de jur. emphit.* & ita fuit decisum per senatum Pedemontanum, ut testatur Osasch. *decis.* 5. *num.* 6. *&* 7. ubi, quamvis senatus in causa Universitatis Auxiliani contra colonos civium Vercellensium censuerit super allegata consuetudine collectandi colonos pro parte colonica teneri, motus ex communi conclusione, qua disponitur in collectis exigendis servandam esse consuetudinem, *ut ibi num.* 9 *infin.* & Rolan. à val. *cons* 32. *num.* 8. *cum seq.* causa fuit agitata contra colones civium, non autem contra colonos bonorum ecclesiasticorum, qui gaudent immuni-

munitate clericorum, de quorum interesse 34
32 agitur, † quia ratione oneris collectandi injuncti res minoris æstimationis efficitur, gloss. fin. *in l. generali, §. final. ff de usufruct. leg.* & Olasch. *dict. decis. 83. num. 9.* Consuetudo enim inducta contra colonos laicorum, non extenditur ad colonos privilegiatos bonorum ecclesiasticorum, nec consuetudo vigens in una regione extendi potest ad alias regiones, in quibus non viget talis consuetudo. *cap. 1.* ubi Abb. & alii *de consuet.* Bart. *in l. post dotem.* 35
num. 30. ff. sol. matr. Bursat. post Rip. Corn. & alios *in consil. 311. num. 7. lib. 3.* Honded. *cons. 101. num. 38. vol. 1.* Farinac. *in prax. crim. de Inquis. cap. 8. num. 132 vers. & licet econtra* & Covar. *pract. quæst. cap. 31. num. 5. vers. secundò ex præmissa resolutione.*

33 Ideò, cùm colentes † bona ecclesiastica gaudeant privilegio dominorum, non principaliter propter se, sed favore ecclesiasticarum personarum. Concil. Tolet. *relatum. in cap. Ecclesiarum. 12. quæst. 2.* & Bald. *in l. 2. num. 2. C. de Episc. & cler. cum aliis supra deductis*; & ecclesiasticis personis, quæ privilegium immunitatis habent à Deo, Pontificibus, & imperatoribus, dicta consuetudo esset præjudicialis, non afficit ipsorum colonos, qui dominorum privilegium sortiuntur, cum ex subjectione usus colonorum dominis incommodior redderetur, ut declarat Oldrad. *consilio 299. num. 5. vers. potest & alia.* Tum si privilegiis imperialibus est parendum, quantò magis Deo dominatori universæ creaturæ, ad ea, quæ jussit sine dubitatione est obtemperandum. *cap. quæ contra.* & ibi gloss. *in verb. sicut. 8. distinct.*

Consuetudines enim, † seu statuta secularium contra privilegia clericorum non ligant clericos. *auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. cap. 1. 10. distin. cap. quæ in Ecclesiarum. de constit.* Bar. *in repet. l. de quibus. num. 30 ff. de leg.* & ibi Jas. *num. 1.* Idem Bar. *in l. 1. num. 27. & 28. C. de Summ. Trinit. & fide Cathol.* Abb. *in cap. cùm causa. num. 4. de sentent. & re jud.* & Felyn. *in cap. ecclesiæ S. Mariæ n. 81. vers. sed contra* Bart. *de constit.* Compellentes autem colonos clericorum † pro colonia, seu traffico facto super massaritiis, & prædiis ecclesiasticis incurrunt ipso facto excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini contentam; quia indirecte ab ecclesiasticis extorquent; & est casus supra comprehensus, ibi: Necnon, qui per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte prædicta facere, &c. Navar. *d. cap. 27. num. 71. & in cons. 32. num. 4. & 5. de sentent. excommun.* quia quicquid exigitur à colonis ecclesiasticorum bonorum pro dicta colonia, seu traffico in præjudicium, & gravamen personarum ecclesiasticarum, quæ colonos cum majori earum incommodo, dispendio, & gravamine conducunt, percipitur, contra dictæ Bullæ, & sacrorum canonum dispositionem; unde coloni, qui persolvere coguntur, à dominis repetere possunt. Bald. *in l. 1. n. 10. C. de jur. emphyt.* Alexand. *in cons. 35. num. 12. libr. 4. & cons. 4. num. 3. lib. 5.* quia in fraudem legis, & odium clericorum indebite gravarentur, ut tenet Bart. *in l. placet. num. 62. & 63. C. de Sacrosanct. Eccles.* Ac ulterius adeò sunt bona ecclesiarum exempta, quòd præter pœnas ab antiquis canonibus, & Bulla Cœnæ Domini inflictas, qui alicujus ecclesiæ, seu

cujusvis

cujusvis secularis, vel regularis beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserint, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, anathemati pœna tamdiu subjacent, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverint, vel, qui ad eos quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ pervenerint, eccle siæ, ejusque administratori, sive beneficiario integre restituerint, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerint. Conc. Trid. *cap: 11, de reform: sess: 22. cap. prædia, & cap: qui abstulerit 12. q: 2, & cap: attendum est 17, q: 4.*

36 Statuentes autem † contra Ecclesiasticam libertatem, scriptores statutorum ipsorum, Potestates, Consules, Rectores, & Consiliarii locorum, ubi statuta hujusmodi, & consuetudines editæ fuerint, vel servatæ & qui statuta edita, & consuetudines introductas contra ecclesiæ libertatem de libris in quibus descripta reperiuntur, non fecerint amoveri, & qui secundùm ea præsumpserint judicare, vel in publicam formam scribere judicata, sunt excommunicandi, ut in cap. noverit, de sentent. excommun. & excommunicationem incurrunt ipso jure. Abb. *ibi num. 2.*

37 Contra libertatem ecclesiasticam † sunt statuta, quæ veniunt contra privilegia concessa ecclesiæ universali, vel à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, si tamen hominis privilegio opus, habet Ecclesia; quod & ad singulares ecclesias extenditur, tamquam ex corpore ad membra. Innocent. *in dict. cap. novit, num. 2, vers. hìc igitur*, & ibi Abb. *num. 2*, Bart. Socin. *in cons. 55 in viso decreto, colum. 1. in fin.* & Alexand: *in cons. 209. num. 3. & 5, lib. 2.*

38 Statuentes enim, † aut quomodolibet prohibentes, ne sui subditi Prælatis, seu clericis, aut personis ecclesiasticis, quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibeant, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, *capit. fin. de immunit. Eccles. in 6.*

39 Statuta etiam laicorum, † quæ directe, vel indirecte prohibeant alienationem immobilium in ecclesias, vel monasteria, eo quia sunt contra privilegia de jure communi competentia ecclesiis, & ecclesiasticis personis, sunt nulla, *dict. cap fin.* Bart. *in l. filiusfam. §. divi. num. 12*, & ibi Alexand. *num. 11. & 12, &* Jas. *in 1. lect. dict. §. num. 72. junctò num. 82, ff. de leg 1.* ubi inquit, quòd cum Bart. transeunt indifferenter omnes, ubi etiam attestatur de communi, à qua in consulendo, & judicando durum dicit esse recedere, & licet postea ibi Jas. conetur sustinere contra communem, rationibus per ipsum adductis, communis opinio est principaliter fundata de jure canonico, & laici earent jurisdictione statuendi contra sacros canones, quia eorum statuta non ligant sine Pontificis approbatione, *auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccles.* Bart. *in l. fin. num. 4. C. de exact. trib.* Abb. *cons. 26, num. 2, vol. 1,*

cum

cum aliis suprà deductis, & est communis
40† opinio favens ecclesiæ, quæ in judicando, & consulendo est tenenda, ut tenet idem Jas. *in dict. §. divi. 1, lect. num: 82.*
41 Nam similia statuta † sunt abolenda, & cancellanda de voluminibus statutorum, ita quod, si in volumine statutorum reperiatur, statutum contra libertatem ecclesiæ, & in fine voluminis appositum aliud statutum, quòd si quæ sunt statuta contra
50 libertatem ecclesiæ sint cassa, & irrita, ipso jure non suffragantur ad evitandā pœnam excommunicationis, in dict. cap. noverit. promulgatam, & in auth. cassa. inflictam, nisi, ut supra deleantur, & aboleantur, ut nunquam de facto possint in usum revocari. Bart: *in d: auth. cassa: num: 6, &* ibi Bald. *n: 8*, & Abb: *in consil: 83. num: 2, vers. quinimo, volum. 1.*
42 Experientia etiam docuit, † quòd, quotiescunquè Reges belli, aut alia de causa, bona, fructus, seu redditus ecclesiasticos in eorum subventionem acceperunt, beliorum eventus, & alii ab eis optati fines, male successerunt, ita quòd etiam profana bonis ecclesiasticis simul mista, brevius quam dici potest consumātur, & effluant, ut pluribus exemplis probat Petr: Ribadē. *in tract. de relig. lib. 1 cap. vlt per tot.*

Communitates verò, † & Magistratus, qui oneribus bona ecclesiastica contra eorum immunitatem gravare non formidant, ultra censuras, & pœnas, de quibus supra, quas ipso facto incurrunt, alias etiam pœnas temporales non evadunt, quia hinc grandines, damnosæ pruinæ, & alia flagella, quibus tam in personis, quàm in bonis temporalibus vexantur, justo Dei judicio, pro purgatione vel vindicta mittūtur, *c. Anast. 19. dist. & c. cùm percussio. 7. q. 1*

DE BONIS ECCLESIAE NON ALIENANDIS. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1. *Alienatio de rebus Ecclesiæ fieri non potest.*
2. *Extravagans: Ambitiosæ, an procedat etiam in bonis Ecclesiæ feudalibus, emphyteuticisue consuetis infeudari, vel emphyteuticari juxta consuetum, & num. 29.*
   Res semel affecta alienabilis semper durat alienabilis, ibidem.
   Cessante causa, cessat effectus, ibidem.
3. *Concessionis causa, quando adhuc durare videatur, & quomodo cesset.*
4. *Extravagans: Ambitiosæ, an procedat tam in rebus magni, quam parvi, & exigui valoris.*
5. *Alienans aliquid de jure Ecclesiæ est honore privandus.*
6. *Extravagans: Ambitiosæ, non procedit in bonis immobilibus pauci momenti, ut sunt terrulæ, & vineolæ.*

Res [illegible] si sit [illegible] alienanda, ut [illegible]

an sit parvi valoris, attendenda est consuetudo loci.

8 Fundus sterilis Ecclesiæ potest dari in emphyteusim, ut ad culturam reducatur.

9 Ecclesiæ bona possunt etiam alienari intuitu pietatis, ut in alimoniam pauperum, in redemptionem captivorum, & pluribus alijs de causis.

10 Episcopi gloria est pauperibus providere, & ignominia sacerdotis est propriis studere divitijs.

11 Causa prima concessionis qualiter cesset, aut daret.

12 Loca Romanæ Ecclesiæ ad cameram Apostolicam devolvuntur.

13 Alphonsus Estensis Dux Ferrariæ petit investituram pro Ducatu Ferrariæ in aliam personam prorogari.

14. Sanctiones omnes Apostolicæ irrefragabiliter sunt observandæ.

15 Papa nemo potest dicere, quare ita facis?

16 Papa subjicitur vinculo juramenti, neque ab eo seipsum absolvere potest.

17 Papa est solutus legibus, & supra jus positivum dispensare potest.

18 Papa, an sine causa à juramento absolvere possit.

19 Devolvenda feuda ad Ecclesiam non possunt amplius reinfeudari.

20 Prohibita aliquare, censetur etiam prohibitum omne illud, per quod pervenitur ad illam.

21 Prohibita alienatione feudi, intelligitur etiam prohibita locatio ad longum tempus.

22 Alienatione prohibita, censetur etiam prohibita qualibet ejus specie.

23 Prohibitio alienandi, quando est gemmata, omnis alienatio dicitur omnino rejecta.

24 Conatus, quando sufficiat ad hoc, ut in pœnam incurratur.

25 Confirmatio Bullæ Pij V. de non alienandis bonis ecclesiasticis, facta ab Innocentio IX. & à Clemente VIII.

26 Dux Mutinæ Ducatum Ferrariæ occupavit, & quare?

27 Papa est dispensator ministeriorum Dei, caput Ecclesiæ, custósque, & administrator ditionum ad Romanam Ecclesiam pertinentium.

28 In investituris non comprehensus non succedit in feudo.

29 Bona ecclesiastica solita infeudari de jure antiquo post devolutionem alijs in feudum concedebantur, sed hodie hoc jus est correctum.

30 Innocentius IX. non solum confirmavit, sed etiam ampliavit dictam constitutionem Pij V.

31 Dictiones, eo ipso & ipso jure sunt latæ sententiæ.

32 Papa habet utrunque gladium temporalem, & spiritualem.

33 Defendere seipsum, vim vi repellendo, unicuique, etiam privato gladio temporali, licet.

34 Iustum bellum, quod.
Militare non est delictum, ibid.

35 Petrus Aldobrandinus S. R. E. Cardinalis Legatus de latere pro recuperatione Ducatus Ferrariæ laudatur.

36 Ducatus Ferrariæ Sedi Apostolicæ restituitur.

37 Episcopi, Abbates, & alij prælati, an feuda ad eorum ecclesias devoluta possint aliis infeudare.

38 Fem-

38 Feuda, quando dependent immediatè, & principaliter à camera Apostolica, in casu devolutionis non possunt amplius infeudari.

39 Vassalli capientes investituram ab Episcopo, in casu devolutionis reinvestiri non possunt.

40 Prælatus in casu devolutionis debet declarare caducitatem feudi, & dominium utile cum directo, Ecclesiæ esse consolidatum, & tunc mensæ Ecclesiæ incorporatur.

41 Reservationes sunt odiosæ, & stricte intelligendæ.

42 Prædia feudalia vel emphyteutica, quæ non videntur expresse prohibita per d. constit. Pij V. & Innoc. IX quando devolvuntur, servanda est dispositio extravag. Ambitiosæ & num. seq.

43 Dictio, tunc, extremitatem temporis significat, & num. 3.

44 Excommunicati sunt, qui alienant & recipiunt res Ecclesiæ alienatas, & tunc infeudatio devolvitur ad Papam.

45 Beneficia per resignationem vacantia conferentes consanguineis, affinibus, & familiaribus resignantium, tam collatores, quàm provisi suspensionis pœnam incurrunt.

46 Papa omnia potest, & nulla indiget adjectione.

47 Alienationes omnes quæ auctoritate Apostolica ex causa permutationis, vel in emphyteusim admittuntur, qualiter & quibus verbis Ordinarius locorum committantur.

48 Clausula, vocatis vocandis, facit executorem missum, unde tenetur citare, & procedere judicialiter.

49 Delegati plures conjunctim in aliqua causa cum clausula: conscientiam vestram onerantes: an subdelegare possint.

50 Industria personæ electa subdelegari non potest.

51 Bona Ecclesiæ donata sunt Dei.

52 Ecclesiastica bona usurpantes, & in proprios usus convertentes graves pœnas incurrunt, & num. 67.

53 Clerici usurpationi bonorum ecclesiasticorum consentientes gravioribus pœnis plectuntur.

54 Paulus Papa II. alienationem bonorum ecclesiasticorum prohibuit, gravibus contra omnes contrafacientes pœnis appositis.

55 Inferiores Prælati bona ecclesiarum alienantes, pœnam privationis beneficiorum ipso facto incurrunt & num 65.

56 Bona ecclesiæ male alienata ad ecclesias, nullo pretio restituto, revertuntur, & num. 64.

57 Alienationes bonorum ecclesiasticorum sine consensu Papæ sunt nullæ.

58 Papa est dominus omnium beneficiorum.

59 Litteræ: si in evidentem, quibus committantur.

60 Dictio, quorumlibet, est generalis, & omnia comprehendit.

61 Bona immobilia, & etiam pretiosa mobilia alienans graves pœnas incurrit.

62 Iurare tenentur omnes beneficiarij de bonis Ecclesiæ non alienandis.

63 Forma juramenti per Prælatos ecclesiasticos præstandi.

64 Beneficia vacantia ob malam suorum bonorum alienationem, cessantibus reservationibus Apostolicis, poterunt ab Ordinariis locorum conferri.

PRÆTER alia, bona Ecclesiastica gaudent privilegiis ita, ut sine exceptione † nullus Episcopus de rebus
1 ecclesiæ, quidquam donare, commutare, vel vendere possit, nisi forte aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat, & cum totius vleri tractatur, atque consensu id eligat, quod absque dubio sit ecclesiæ profuturum, quia Episcopus rebus ecclesiæ tanquam commendatis, non tanquam propriis, uti potest, & irrita erit Episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiæ, absque omnium conniventia, & subscriptione clericorum, ut inquit, text. *in cap. sine exceptione. 12. q. 2.* sed nec sufficit consensus Episcopi, & clericorum, quia c. sine exceptione fuit correctum per extravag: Ambitiosæ, de reb. Eccl: non alie: & alijs constitutionibus, de quibus infrà dicetur.

2 An † autem dicta extravagans procedat, & habeat locum in quibuscunque bonis, etiam in feudum vel emphyteusim perpetuam concedi solitis, quòd in eventum devolutionis reinfeudari, aut de novo in emphyteusim concedi non possint, & in rebus sterilibus, ac modici valoris, est distinguendum,

3 Primò quia, aut causa † concessionis aliàs facta adhuc durat, aut non. Si adhuc durat, ut, si quando Rector in evidentem ecclesiæ utilitatem dedit prædium sterile laico, qui habebat aquam propriam, & particularem, cum qua irrigando prædiũ maximam fœni quantitatem percipiebat, in casu devolutionis poterit de novo concedi domino illius aquæ, sine aliqua juris solennitate, si cessante aqua prædium ad pristinam sterilitatem foret reversurum; quia tunc durat prima causa concessionis, & in his terminis procedit text. *in cap. 2. de feu.* & ibi Abb. *ant. n: 1*, ut declarat Abb, Panor. *in c. ut super nu: 11, vers. ego crederem de reb. Ecc. non alie.* quem sequitur Rebuff: *in comp. alie. ver. eccl. nu. 33*, & Red, *in q. 12. n. 55. & 56. eo tit.* & in eisdem terminis procedit limitatio posita in extrav. Ambitiosæ: præterquam de reb. & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis; quia licet res semel effecta alienabilis, semper duret, alienabilis. *ut in l. pater. §. quindecim. de leg. 3.* Bar: *in l. 1. n. 8, C. de imp. lucr: deser: l: 10*, & ibi Rebuff: *n. 10*, Cyn. *in l: si. in prin: C: qui cau. rest: in integ. non ist neces.* & Red: *cap: 12, n: 51, & 52*, hoc procedit, alio non superveniente de novo, sed per dictam extravag. Ambitiosæ. in rebus Ecclesiasticis fuit jus antiquum correctum, quòd etiam in bonis solitis alienari, tunc in evidentem ecclesiæ utilitatem. Et si cesset prima causa concessionis, cessat etiam causa illius renovationis. *c, cũ cessante. de appella. cũ aliis per Tiraq: congestu in tract. cess cau: par: 1, limit: 22, n: 1*, & Rot. *in nov: par. 1, dec: 360, n: 7. & 8.*

Si verò cessat prima causa concessionis, ut, si fuit datum prædium sterile, ut ad culturam reduceretur, si illa res postea ad ecclesiam revertatur, prima causa concessionis cessat, & prædium devolutum sine nova causa alienari non potest. Abb. *in d: c: ut super eo: n: 11*, & Redo. *dicto c: 12, n: 57, & 58, & extravag: Ambitiosæ*, ubi limitat prohibitionem, præterquàm in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis, in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, sequitur; & tunc cũ ecclesiarũ evidẽti utilitate, quæ utilitas, advenientecasũ novæ cõcessionis, tunc est attendenda, quia dictio, tunc, extremitatẽ tẽporis significat: *l. 4. §: 1, juncta* gloss. *in ver. tunc*, & ibi Bart. *ff. de*

condit. & demonstra. & in l. lecta. nu. 7. ff. si cer. pet. Dec. *cons. 89. nu. 3. & cons. 523. n. 4.* & Paris. *cons. 26. num 9 volum. 2.* & sic tempus elapsum primæ concessionis. glo. *in clem. 1. in verb. ex tunc. de jur. patr.* & Abb. *in cap. pastoralis. num. 3 de except.*

4 Secundò quòd ad bona † exigui valoris videtur, quòd, nec illa bona immobila ecclesiæ donari, commutari, vel vendi possint. ut est text. *in dicto capit. sine exceptione fere per totum. 12. quæstione secunda. capit. casellas* 10 *quæstione secunda*, super quo formatur regula, præsertim stantibus verbis generalibus, quibus Leo Papa ibi usus fuit, videlicet sine exceptione decernimus, ne 5 quis Episcopus de rebus ecclesiæ suæ quidquam donare, &c. quòd nulla bona ecclesiæ, etiam pauci valoris, alienari possint, cùm verbum, *quidquam*, ibi positum sit generale. quod nihil excipit gl *in extrav. com. cap unic. ne sed. vac. aliq. innov. in verb. & si quidquam.* & Joann. venit enim Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam *cap. 14. in fin.* confirmatur dicta 5 regula, quia quicunque † Episcoporum, presbyterorum, aut diaconorum oblitus Dei, & decreti prohibitivi immemor, in constitutum committentes prædium ecclesiæ magnum, vel exiguum, vel quidquam de jure ecclesiæ alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione est mulctandus *cap. quicunque. il. 1. 16. quæst. 4.* Rebuff. *in comp. alien. rer. Eccles. numer. 58. & 59.* Redo. *de reb. eccles. non alienan. quæst. 13. numer. 1. & 2.*

Fallit tamen dicta regula, primò in bonis † immobilibus parvi momenti, ut sunt 6 terrulæ, & vineolæ. *cap. terrulas. 12. qu. 2.* & ibi Præpos. & Arch. & hic est unus ex casibus à jure permissis à Paulo II. in d. extravag. Ambitiosæ, exceptus. & propterea si Episcopus alienat rem minimam, pœnam non incurrit, quia ista modica sunt exempta ab omni solemnitate, & juris dispositione, *ut in d. cap. terrulas.* Abb. *in cap. ut super per illum textum. numero 14. de reb. Eccl. non alienan* & Red. *d quæst. 13. nu. 11. & 17. eod. tit.* & rem minimam judicandam puto juxta † mentem provincialium, 7 & synodalium decretorum cujusque patriæ, cùm in his attendatur loci consuetudo. *cap. cæterum.* & ibi Abb *nu. 4. de donat.* & Red. *in d. qu. 13 nu. 15.*

8 Secundò terra ecclesiæ † sterilis potest in emphyteusim concedi ei, cujus studio reducatur ad culturam *cap. ea enim. §. perpetua quoque* 10. *quæst 2 cap. ad aures* & ibi Abb. *num. 1. de reb. eccles. non alien.* & postmodum ad culturam redactæ hæredi eorum, à quibus suo, vel parentum suorum labore constiterit esse ad culturam redactas, in casum devolutionis poterunt jure ad censum concedi, habita ratione utilitatis, quæ tempore renovationis investituræ faciendæ percipi posset, *ut in d. c. ad aures.* & ibi gloss. *in verb. tunc.* & Abb. *nu. 4. cum aliis supra, & in dicta decis. 360. num. 7. allegatis.*

9 Tertiò pietatis † intuitu gloss. *in cap. 1. 12. quæst. 2.* quia aurum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget, & subveniat in necessitatibus: aurum Sacramenta non quærunt, neque auro placent, auro non emuntur, ornatus sacrorum est redemptio captivorum, & vera illa sunt vasa prætiosa, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis ejus est operatus, & nemo potest dicere, cur pauper

vivit? nemo potest queri, quia captivi redempti sunt, nemo potest accusare, quia templum Dei est ædificatum, vel cœmeterium ampliatum, quia in alimonia pauperum, redemptione captivorum, ædificatione templi, vel augmentatione cœmeterii, possunt bona Ecclesiæ alienari. *cap. sacrorum & cap. aurum.* & ibi gloss *in ver. in hu d. q. 2.* Fed de Sen. *conf. 224 num. 5.* Et gloria Episcopi est pauperibus providere, ignominia sacerdotis est propriis studere divitiis. *cap. gloria* † *Episcopi eod. q. 2.* & pluribus aliis de causis possunt bona ecclesiastica certo modo & in subsidium, quando necessitati aliter succurri non potest, alienari, de quibus per Rebuff. *in suo compend. alien. rer. eccles. à num: 25. usque ad num. 34.* & per Red. *q. 11. 12. 13. 19. 20. & 21. eod. tit.*

10

11

Et, quoniam dominia † civitatum, & castrorum S. R. E. propter custodiam, & præsidium in eis maxima cum impensa manutenendum magis damnosa, quam utilia, quandoque dicebantur, propterea, adhibitis solemnitatibus juris, plura in feudum fuerant concessa, quæ, si tractu temporis ad Ecclesiam devolvebantur, iterum de novo aliis sine solemnitate concedebantur, quia eadem causa prima durare videbatur, & ultima investitura non judicabatur nova alienatio, sed prioris infeudationis continuatio *cap. consuluit. de Iudæ. & Sarrac.* & ibi Abb. *num.* 1. Felyn. *in c. cùm accessissent. n. 33. de const.* & Red. *de reb. eccl. non alien. q. 12. num. 59.* Sed, cùm postea experientia docuerit, nonnullos nimium ambitiosos, & dominandi cupidos sub variis prætextibus, coloribus, & causis sæpe etiam falsis, aliquibus Romanis Pontificibus, suggestionibus, & insinuationibus suis conatos esse ostendere, & persuadere, magis utile, & expediens Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sedi Apostolicæ fuisse, si aliquæ civitates, terræ, oppida, castra, arces, & loca, ad jus, & proprietatem ejusdem Sedis pertinentia, in feudum, gubernium, Vicariatum, Ducatum, aut quemvis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem, seu ad vitam, aut aliàs ad longum tempus concederentur, vel etiam ex eo, quod aliàs in feudum data, aut quovis alio titulo hujusmodi alienata fuissent, & ad sedem prædictam devoluta, vel devolvenda, de jure iterum infeudari, & alienari non posse, & debere, atque inde nonnullas alienationes, infeudationes, & concessiones à Sede Apostolica emanasse, ex quibus illa non mediocrem diminutionem patrimonii, & existimationis recepit;

12 Pius V. motu † proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, atque de S. R. E. Cardinalium in consistorio secreto consilio, & unanimi assensu, qui etiam jurarunt constitutioni non contravenire, nec Pontificibus alienationes contra suam constitutionem attentantibus consentire, & absolutiones à juramento prædicto non petere, nec acceptare, sua perpetuò valitura constitutione decrevit, & declaravit, civitates, & loca prædicta hactenus in feudum, aut quemvis alienationis titulum dari solita, vel consueta ad Sedem prædictam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda, absque alia ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione, eo ipso

Sedi,

Sedi, & cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad jus, proprietatem, & dominium pristinum, ac possessionem rediisse censeri, perinde ac, si per 40. annos & ultra civitates, & loca præfata, ab eadem Sede immediate possessa, & nunquam in feudum, aut alium titulum concessa fuissent; Statuitque, & decrevit, quòd omnes, & singulæ, tam communitates, & universitates, quàm cives, & incolæ civitatum, terrarum, & locorum præfatorum, aliæque quæcunque personæ, tam ecclesiasticæ, quàm seculares cujusvis dignitatis, & ordinis etiã Episcopalis, vel majoris existentes, ac S. R. E Cardinales, tam publice in consiliis civitatum, & locorum præfatorum, quàm privatim alibi in quibusvis locis, etiam si civitatum, & terrarum earundem Gubernatores, aut Sedis Apostolicæ Legati, vel Prolegati existerent, tractantes, consulentes, aut alia verba facientes de infeudationibus, & alienationib⁹, de civitatibus, & locis prædictis immediatè ad Sedem prædictam spectantibus, & pertinentibus, etiam devolutis, etiam in feudum communiter, & pluries dari solitis, etiam ex causa permutationis, vel sub annuo censu, aut canone, seu aliàs quomodolibet, etiam contemplatione meritorum erga Sedem præfatam, aut sub prætextu necessitatis, vel evidentis utilitatis faciendis, seu de postulandis ac eodem Pio, & Sede prædicta, quibusvis personis cujusvis dignitatis, status, gradus, etiam eidem, & successoribus suis secundum carnem conjunctis, etiam S. R. E. Cardinalibus, aut quavis alia temporali, vel ecclesiastica dignitate fungentibus, in Duces, Vicarios, Gubernatores, seu quemvis alium titulum, ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, aut etiam ad Sedis Apostolicæ beneplacitum, civitatum, & locorũ prædictorũ, & propterea de eligendis oratoribus ad ipsum; & successores suos super præmissis, vel illorum occasione mittendis proponentes, tam ipsi, quàm oratores tale munus recipientes, aut alii quicunque alienationes hujusmodi Rom. Pont. pro tẽpore existenti, per se, vel per aliũ, seu alios insinuantes, vel suadentes, eo ipso sententiam excommunicationis incurrere voluit, à qua, nisi ab ipso Pontifice, præterquàm in mortis articulo, absolvi non possent.

Et insuper S. R. E: & Sedis Apostolicæ prædictæ rebelles, etiam in primo capite læsæ Majestatis, & proditores civitatum, & locorum prædictorum, ac bona eorum fisco, & cameræ Apostolicæ ipso jure devoluta, & incorporata esse & censeri, omnibusq; ecclesiis, monasteriis, & aliis per eos quomodolibet obtentis beneficiis ecclesiasticis eo ipso privatos, & ad illa, & alia in posterum obtinenda inhabiles existere, neque ad civitates, & loca prædicta ullo unquam tempore remitti posse, & si aliquando eos reintegrare contingeret, nihilominus infames remanere, illisque bonorum, & dignitatũ portas perpetuò claudi statuit, & decrevit. Voluitque per futuros pro tempore Cardinales in assumptione pilei, de dicta constitutione, quantum in eis erit, observanda, illiq; non contraveniẽdo, nec Pontificibus contravenire volentibus consentiendo, ac absolutione à juramento præstito non petenda, juramentum præstari debere. Et, occurrente Sedis Apostolicæ vacatione, in conclavi, quòd Cardinales de inviolabiter dicta constitutione observanda, per quemlibet eorum qui in Ro. Pontificem eligetur: & postmodum idem ad Summi Pontificatus fastigium assumptus,

assumptus, post ejus assumptionem, hoc ipsum promittere, ac jurare, & deinde post coronationem suam promissionem, & juramentum hujusmodi, per litteras suas speciales dictæ constitutionis confirmatorias reiterari debere mandavit, ut in eadem constitutione, *sub. dat. Romæ Anno. 1567. quarto Kalend. Aprilis. in Bull. Rom. c. 35.* quæ postea fuit *à Gregorio XIII. ut in eodem Bull. cap. 1. & per Sixtum* 16 *V. etiam in d. Bullario. cap. 1.* confirmata, & innovata.

13 Verùm, quia Dux † Alphonsus Estensis, qui Ducatum Ferrariæ à Sede Apostolica in feudum obtinebat, & liberis carebat, de Anno 1590 mense Augusti ad Gregorium Papam Decimumquartum 17 accessit, à quo supplex petijt, investituram in ejus personam factam, in aliam personam ejusdem familiæ in eadem investitura non comprehensam prorogari, cùm causa esset ardua. Gregorius Pontifex verba fecit in consistorio secreto, ut moris est 18 cum sacro collegio Cardinalium, in quo exposuit requisitionem ejusdem Ducis, aperiendo desiderium suum fore, Ducis petitioni annuere, si ei jure medio sine jusiurandi, & dictæ constitutionis violatione liceret. Aiebat enim jure ordinario, non autem de potestatis plenitudine investituram in aliam personam, si id jure fieri posset velle prorogare. Et licet quidquid
14 Romana Ecclesia † statuit, vel ordinat perpetuò, & irrefragabiliter ab omnibus debeat observari *c. sic omnes. cap. enimverò. 19. dist. cap. quæ ad perpetuam. &c. nulli sas. 25 qu. 1.* nihilominus de plenitudine potestatis in aliam personam investituram ex-
15 tendere potuisset, cùm Papæ † nemo dicere possit, cur ita facis? *cap. quamvis* juncta gloss. *ibi. Deo, vel Papæ. de pœn. dist. 3. cap. si quis suadente, in fin. & cap. nemini 17. qu. 4.* Inn. *in cap. dudum. il. 2. num. 16. de elec.* & Abb. *in cap. extirpandæ. in repet. §. qui verò. nu. 44. de præb.* Nec fuissent impedimento juramenta per Papam præstita in promotione ad Cardinalatum, in conclavi, & post illius assumptionem ad Pontificatum, ad præscriptam dictæ constitutionis
16 formam, quia † quamvis Papa subijciatur vinculo iuramenti. Abb. *in c. 1. nu. 7 de constit.* & ibi Felyn. *n. 33* & dubitetur an seipsum possit absolvere ex allegatis per Felyn. ibi versic. & graviter alteri tamen, qui ipsum absolveret, facultatem absolvendi committere potuisset, ut tenet Abb. &
17 Felyn. *locis supracitatis*, quia Papa † est solutus legibus, & supra jus positivum dispensare potest Abb. *in dict. repetit. §. qui verò n. 44.* & Felyn. *in dicto c. 1. nu. 34. de constitut.* & idem Abbas *in c. per venerabilem. nu. 22. vers. constat autem, quifil sint legitimi*
18 dummodò subsit legitima causa, quia † sine causa neminem à juramento absolvere potest. Innocent. *in cap cùm inter. in fin. de renunc.* & ibi Abbas *numer. 9. nec seipsum* idem Abb. *in cap. proposuit. numer. 13 de concess præb.*

Propterea Papa Cardinales pro sequenti Consistorio monuit, ut quilibet se pararet pro voto suo explanando, in quo consistorio difficultas restricta fuit, an casus, de quo quærebatur, esset, comprehensus in constitutione Pij Quinti, qua prohibentur, feuda Sanctæ Romanæ Ecclesiæ devoluta, & pro tempore devolvenda de novo infeudari posse: Deducebatur, feudum hactenus non devolutum, & ideo, casum non dum advenisse nec obstare constitutionem, quominus investitura

ad

ad aliam personam exeundi, & prorogari posset, cùm casus hujusmodi non legatur comprehensus, quo stante, videbatur potiùs quædam continuatio, quàm investituræ renovatio, ut per Red. *dict. quæst. 12, num. 59, cum alijs supra allegatis*, & cùm illa constitutio sit pœnalis, non posse extendi ad casum non expressum, *cap. odia, de regul. jur. cùm vulgat.* ita quòd dicta prorogatio potiùs ad cautelam requirebatur, ut removerentur omnes difficultates, ac in utilitatem Sanctæ Sedis Apostolicæ, cui maxima auri quantitas pro hujusmodi propagatione, seu extensione in aliam personam fuerat oblata, quàm ad necessitatem, cùm prorogationem peterat in personam Ducis Mutinæ proximioris agnati, quæ vi verborum antecedentis investituræ dicebatur esse comprehensa, ac propterea de jure reinvestiri posse ex aliàs deductis pro eodem feudo Ducatus Ferrariæ, per Ruin. *in cons. 35, num. 32, & 33. ac ferè per totum volum. 1.* Unde visa, ac maturè consideratâ dicta constitutione, non solùm per quamplures Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sed etiam per sacræ Rotæ Auditores communi voto, tam in consistorio per Cardinales, quàm in Rota per eosdem Auditores, fuit decisum, casum comprehensum, & sine dictæ constitutionis derogatione, nec prorogationem, nec novam investituram, aut quid aliud concedi posse, quia licèt casus iste prorogationis in alterius personam non fuisset specialiter comprehensus, erat tamen comprehensus casus proximæ futuræ devolutionis per mortem Ducis Alphonsi in senili ætate constituti; quia dicta prorogatio tendebat ad impedien-

19 dam † devolutionem de proximo faciendam, & cùm devolvenda infeudari non possent, nec poterat concedi prorogatio in præjudicium devolutionis, quia,

20 aliquo † prohibito intelligitur prohibitum omne illud, quod contra prohibitionem sequi potest, *cap. unic. in fin. de investit. de re. al. fac.* Bald. *in l. quoties, 1, nu. 1, C. de fideicomm.* Cravett. *cons. 170, num. 9.* Corne. *cons. 71, num. 3, vers. & quia prohibitio, vol. 1.* Nam prohibita † alienatione feudi, intelligitur etiam prohibita lo-

21 catio ad longum tempus, Ruin. *cons. 148, num. 11.* Et prohibita † alienatione, quælibet ejus species censetur prohibita. Ancharan. *cons 105, volum. 2.* Vulpel. *cons. 117, num. 3. consil. 64, num. 7.* & Mascard. *conclus. 1242, num. 94, 95, 96. & num. 105. de probat.* & quòd investitura non possit prorogari ad alias personas, per quas bona ad Ecclesiam tardiùs revertantur, consuluit. Simon de Præt. *consil. 45, numer. 17.* quem sequitur Borgn. Caval. *decis. 31, num. 352, part. 2.*

22 Nam voluntas prohibentis colligitur ex verbis ejusdem constitutionis, quibus non solùm, ut omnis alienationum faciendarum occasio penitus aboleretur, verbis generalibus, providit, sed etiam gravissimas pœnas statuit contra tractantes, consulentes, & aliàs verba facientes de infeudationibus, & alienationibus civitatum, & locorum immediatè Sedi Apostolicæ spectantium, cum juramentis, aliisque clausulis, & conditionibus ampliffimis, & insolitis, ex quibus † omnis alienatio prohibita intelligitur, *auth. de alienan. & emphyt. §. sanctissimas, col. 9.* Menoch. *cons 95, num. 124.* Cephal. *consilio 153, num. 32.* Ruin. *consilio*

133, *num.* 7. & Mascard. *ead. conclus.* 1242, *num.* 86, & 87. Et tractantes, & consulentes, ac suadentes pœnas constitutionis incurrunt etiam effectu non sequuto, quia hoc casu solus † conatus sine effectu sufficit ad incurrendam pœnam, *l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & cleric.* quæ est canonizata, & posita *in cap.* 7, *de pœnitent. distinct.* 1. ubi plura sequuntur, *cap.* 1. & ibi gloss. 1. ubi etiam Abb. *ante num.* 1, *versic. nunc primò, de præsumpt.* & Felyn. *in tract. quando conat. puniat. num.* 1. præsertim attentâ dictione, ipso facto, quæ est latæ sententiæ, *cap. felicis, §. si quæ verò, de pœnit. in* 6. 24

Gregorio XIV. vitâ functo, Innoc. IX. ad † tollendum omne dubium de eorundem S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, declaravit, eadem constitutione prohibitum fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subjectorum non solùm ne fiat, neve attententur post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcunque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem, infeudationem, investituram, & concessionum de dictis civitatibus, terris, oppidis, & locis nondum finitarum, ipsorumque incorporationem, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius constitutionis, etiam antequam illa devolvatur, ipso jure cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta constitutione contentis, Cameræ, & Sedi Apostolicæ factam censeri, adjecto etiam decreto, & declaratione, ut promissio, & juramentum præstitū, & præstandum de servanda eadem Pii prædecessoris prædicti constitutione, per ipsum Inn. & successores suos Rom. Pont. ac prædictos S. R. E. Cardinales intelligatur de ipsa Pii V. constitutione per eum, ut supra, declarata, & secundùm hujusmodi declarationem eandem constitutionem ad unguem, & inviolabiliter observari oportere, ac debere, sicuti se servaturum esse promisit, ac sanctæ, & solemni more juravit, prout in eisdem Innoc. sub dat. pridie non. Novembris expeditis literis continetur. Quas eodem Innocent. vita functo, Clemens VIII. in omnibus comprobavit, confirmavit, & innovavit, easque firmiter, & inviolatè, ac juxta declarationem prædictam se firmiter servaturum promisit, & juravit, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuò observari præcepit, & mandavit, ut in suis sub dat. Romæ anno Incarnationis Dom. 1592. 16. Kal. Martii, Pontificatus sui anno primo litteris desuper expeditis. 125

Alphonso duce mortuo, † Cæsar Estensis Dux Mutinæ proximior Alphonsi agnatus, civitatem, Ducatum que Ferrariæ, & alias civitates, terras, castra, & loca ejusdem ducatus cum omnibus eorū territoriis, jurisdictionibus, fortalitiis, membris, pertinentiis, & juribus prædictis statim occupavit possessionē apprehendendo, militib⁹, & aliis necessariis muniēdo. 126

Papa verò, qui Christi nomine † ministrat, ut declaratur verbis Apostoli dicentis, *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* 127

1. Ad

2. *ad Corinth. cap. 4, 2. ad eosdem cap. 6.* Et est caput Ecclesiæ, *cap. non decet, 12, & cap. sacrosanctam, 22, distin.* ac ditionum ad Romanam Ecclesiam pertinentium custos, & administrator à Deo est constitutus, 1, *ad Corinth. d. cap. 4.* & Abb. *in capitulo constitutus, num. 9, de rescript.* cùm linea finita per mortem Alphonsi sine liberis, & descendentibus civitatis & Ducatus Ferrariæ, illiusque Comitatus, ac aliæ civitates, & terræ aliàs eidem, & suis prædecessoribus à Rom. Pont. in feudum concessæ, ad Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Cameram Apostolicam, tam ex dictæ Constitutionis forma, & tenore, quàm juris communis dispositione forent reversa, ac legitimè devoluta, & Cæsar Dux
28 Mutinæ non esset in † investituris comprehensus; quapropter non succedit, *cap. unic. §. filia, in fin. de succes. feud. cap. unic. in fine, de feud. march. & cap. unic. §. si enim Titij, de succes. fratr.* civitatem, & Ducatum prædictum cum suis pertinentiis recuperavit, ut inferiùs dicetur.

29 Quamvis enim regulariter † de jure bona Eccles. solita infeudari, postquam erant ad ipsam Ecclesiam reversa, aliis in feudum concedi possent, *cap. 1, de ijs, qui feud. dar. poss. in principio*, etiam sine aliqua solemnitate, Abb. *in cap. ut super, num. 11, de reb. Eccles. non alien.* & Clar. *in §. feudum, qu. 13. vers. item quæro, lib. 4.*

Hodie tamen jus hoc est correctum, 31 quò ad civitates, castra, terras, oppida, & loca Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subjecta, quæ devoluta, & pro tempore devolvenda, absque alia ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione eo ipso Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad jus, proprietatem, & dominium pristinum, ac possessionem rediisse censentur; perinde ac, si per quadraginta annos, & ultra, civitates, & loca prædicta à Sede Apostolica immediatè possessa, & nunquam in feudum, aut alium titulum concessa fuissent, ut in eadem Constitut. Pii V. ibi, hac nostra † perpetuò valitura, juncta declaratione Innocentij post princip. eadem constitutione, ibi, prohibitam fuisse, & prohiberi, omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subjectorum, non solùm ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcunque in perpetuum, vel ad tempus, prorogationem, ac extensionem infeudationum, investiturarum, & concessionum, de dictis civitatibus, terris, oppidis, & locis nondum finitarum, ipsorumque incorporationem, quò ad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta constitutione contentis, Cameræ, & Sedi Apostolicæ factam censeri.

Et dictiones, † eo ipso, & ipso jure, ibi 31 appositæ, sunt latæ sententiæ, *l. fin. §. sin verò postquam*, C. *de jur. deliber. cap. felicis, §. si quæ verò, de pœnit. in 6.* Et, quia Dux Mutinæ civitatem, & alia fortalitia ejusdem Ducatus militibus,

& armis muniverat, deventum fuit ad arma.

32 Nam Papa † utrumque gladium habet, spiritualem, & temporalem, *Luc. cap. 22. Paul. 1, Corinth. cap. 6, cap. 1, §. in hac, de major. & obed. in extravag. com.* Bursat. *cons. 124, num. 63, lib. 1.* & post Archid. *in cap. quoniam, 10, dist.* Bald. *in l. cùm multa, num. 2, C. de bon. quæ lib.* ubi, quòd Constantinus in resignatione regalium resignavit beato Sylvestro gladium, ostendens non legitimè se habuisse, cùm ab Ecclesia non receperit; Papæ enim, & temporali gladio vim vi repel-
33 lere, & injustis armis, † justa Romanæ Ecclesiæ arma opponere licuit, cùm gladio temporali ad propriam defensionem unicuique, etiam privato, liceat uti, glos. fin, *in cap. dilecto, in fine.* & ibi Jo. Andr. Dam. & Franc. *de sentent. excomm. in 6.* Et propterea Papa validum, tum peditum, tum equitum exercitum in statu ecclesiastico conflari, & apparari jussit,
34 ac fecit, quia bellum † justum invasorem propulsando, & bona occupata repetendo, ei indicere, & facere licebat, *cap. justum, 23, quæst. 3.* Abb. *in cap. excommunicamus, 1, num. 8, de hæret.* & Navarr. *in cap. contrarium, num. 4, de pœnit. dist. 5, tom. 1.* Justa enim bellandi causa cum Principis auctoritate, & intentione, seu animo, & modo rectè bellandi justum bellum efficit, & militare non est delictum, *Luc. cap. 3, vers. & ait illis, cap. militare, 23, quæst. 1.* & Navarr. *d. cap. contrarium, num. 3, & 5.*

Papa autem, ut Pii pastoris officium, & paternam curam in omnibus partibus integrè geret, cùm primò armis ecclesiasticis, nempe censuris in executionem sententiæ pro dicti Ducatus recuperatione usus fuisset; ac demum paratum exercitum haberet, ut quantum fieri posset, sanguinis effusioni parceretur, Pe-
35 trum † Aldobrandinum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ex fratre nepotem, Legatum de latere cum dicto exercitu misit, cujus opera, ingenii, ac virtutis præstantia, dux Mutinæ, ut bonum decet Principem, juri acquievit, eidemque
36 Cameræ, & Sedi Apostolicæ † Ducatum Ferrariæ restituit, armis depositis sine aliqua sanguinis effusione.

Et, cùm ex præmissis proculdubio constet, civitates, castra, & terras Sedi Apostolicæ immediatè subjectas, per devolutionem eidem Cameræ Apostolicæ incorporari, ut in causa ejusdem feudi Ducatus Ferrariæ de anno 1596. fuit per Papam sententiatum constitutionibus, & juribus supra allegatis, quæri potest,
37 quid juris in devolutionibus, † terrarum, castrorum, ac locorum, mensarum Episcopalium, & Abbatialium, pro quibus ab Episcopis, & Abbatibus, aliisque Prælatis, solent utiles domini infeudari. Et videtur, quòd Prælati feuda ad eorum Ecclesias devoluta possint aliis infeudare in tribus casibus.

Primò, decedente vasallo sine descendentibus, & feudo devoluto.

Secundò, filium, vel consanguineum alienantis ejusdem feudi consortem.

Tertiò, feudum alienatum, quod Prælatus facilè recuperare non potest, alicui laico in feudum concedere, qui, & illud recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat, ut text. *in d. cap. 2, de feudis*, & ibi Abb. *num. 3.* etiam non obstante juramento, quòd à Prælatis præ-

status

statur de non alienando, inconsulto Romano Pontifice, quia non videtur nova alienatio, ex quo à principio fuit sancitum, ut illa bona darentur in feudum, ut ibi per Abb. *eodem num. 2.* &, quia feuda non possunt dici de mensa, cum alius percipiat fructus, & habeat utile dominium, directo penès Prælatum remanente, & de novo ad Ecclesiam reversis, est permissa nova infeudatio. Innocent. *in cap. super, post med: de reb. Eccles. non alienan.* & gloss. *in Clement. unic. in ver. ad mensam, de excess. Præl.* & ibi Abb. *num. 12.* quæ tamen jura fuerunt correcta in pluribus, tam per extravag. *Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienan.* quàm per dictam constitutionem Pii V. & confirmationem Innocent. IX. de quibus
38 suprà: quia, aut illa feuda † dependent immediatè, & principaliter à Camera Apostolica, à qua feudatarii fuerunt investiti, & tunc in casu devolutionis, absque ulteriori declaratione, & illorum possessionis apprehensione sunt eo ipso Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad jus, & dominium pristinum, & possessionem reversa, ut sunt verba expressa ejusdem Constitutionis Pii V, & Innocent. IX. de quorum potestate non est ambigendum: quia Papa est omnium bonorum ecclesiasticorum summus administrator. Innocent. *in cap. non erit, de sentent. excomm.* Abb. *in cap. constitutus, num. 13. de relig. dom.* & Navarr. *de spol. cler. §. 9, num. 2, cum aliis citatis suprà, paulò post prin.*

39 Aut vasalli non capiunt † investituram à Sede Apostolica, sed ab Episcopo, 41 & eo casu, aut devolvuntur terræ, castra, oppida, vel loca etiam mediatè Sedi Apostolicæ subjecta, & tunc etiam, quòd moveantur à directo dominio mensarum Episcopalium, Abbatialium, aut aliarum Ecclesiarum, & quòd decedentes consueti fuerint infeudari à Prælatis earundem Ecclesiarum, quòd de sic devolutis non possent novo feudum disponere per declarationem, & ampliationem ejusdem Innoc. IX. ibi, prohibitam fuisse, & prohiberi omnem, & quamcunque infeudationem, ac alienationem civitatum, terrarum, oppidorum, & locorum Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm immediatè subjectorum, & si de illis in feudum, aut aliàs quomodolibet disponunt investituræ, & dispositiones tanquam contra formam, & dispositionem dictarum constitutionum factæ, sunt ipso jure nullæ, *ut in d. extravag. Ambitiosæ § si quis autem.*

40 Potest tamen Prælatus hoc casu † declarare caducitatem, & dominium utile cum directo Ecclesiæ esse consolidatum, quæ declaratio requiritur, cùm res feudalis intelligatur reverti, etiam ob aliquod maleficium commissum, si dominus voluerit, & declaraverit, & non aliàs, gloss. *in l. 2.* & ibi Bar. *ff si ager vectal. vel emphyt.* & Jas. post Abb. Sal. Jo. de Imol. & Alexand. quos citat *in l. 2, C. de jur. emphyt. num. 6, 8. & 9.* & tunc mensæ Ecclesiæ acquiritur, & incorporatur. Nec Cameræ & Sedi Apostolicæ devolvitur infeudatio, cui per dictas constitutiones in eventum devolutionis non repetiuntur feuda reservata, nec præsumitur, quia reservationes
41 † sunt odiosæ, & strictè intelligendæ, gloss. *in cap. præsenti, in ver. finitur, post medium, de off. leg. in 6.* Cassad. *decis. 3,*

num. 5, de reserv. & Rota *decis. 1, de præb. in antiquior.*

42 Aut devolvuntur † prædia feudalia, vel emphyteutica, seu aliqua pars castri, vel jurisdictionis, quæ non videntur expressè prohibita per dictas Constitutiones Pii V. & Innocent. IX. & tunc servanda est dispositio extravag. *Ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien.* & eo casu si Prælatus consanguineos, aut alias personas sibi bene visas pro eodem canone, seu etiam cum aliquo augmento ejusdem canonis, vel servitutis Episcopo præstandæ, vult investire, non tenet investitura, nisi tunc fiat, cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ita quòd, si Ecclesia tempore devolutionis percipere potuisset centum ducatos annuos, dentur centum, & ultra, non autem, si à defuncto ultimo investito percipiebat ducatum u-46 num, dentur Prælato, & mensæ Eccleſiæ
43 duo ducati, quia illa dictio, † tunc, extremitatem temporis significat, *l. 3, §. 1.* juncta gloss. *in ver. tunc*, & ibi Bart. *ff. de cond. & demonstr.* Paris. *cons. 26, num. 9, volum. 2, cum aliis suprà núm. 3, allegatis.* Et nisi constet de evidenti utilitate Ecclesiæ, habito respectu ad tempus infeudationis, infeudatio omninò nullius redditur roboris, vel momenti, *ut in eadem extravag. Ambitiosæ, §. si quis autem.*

44 Et contrafacientes tam † qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona recepit, sententiam excommunicationis incurrunt, ut ibi *versic. & tam qui alienat*, & Conc. Trident. *cap. 11, sess. 22, de reformat.* ac præterea infeudatio devolvitur ad Papam, arg. tex. in extravag. Pii V, *in Bull. cap. 58*, ubi conferentes beneficia † per resignationem vacantis consanguineis, affinibus, & familiaribus resignantium, tam collatores, quàm provisi in eo, in quo delinquunt, puniuntur, quia à jure conferendi suspensionis penam incurrunt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & taliter provisi titulo carent. Et cùm semel, & nulliter infeudaverint, sunt eorum officio functi, & jus infeudandi devolvitur ad Sedem Apostolicam, quæ castra solet Cameræ, & Sedi Apostolicæ incorporare, & jurisdictiones cum aliis consortibus indivisas, & prædia feudalia aliis consuevit infeudare, ut de feudo Tegliolarum, Rovati, & Mareti, aliorumque locorum. Papien. & Astens. diœcesi. tempore Papæ Gregorii XIII. & etiam postea factum fuit, & facere po-
teſt, cùm Papa in his † omnia possit, & habet plenitudinem potestatis, ita quòd nulla indigeat adjectione, *cap. si omnia, 6, quæst. 1, cap. bene quidem. 96, dist.* & Bursat. *cons. 124, num. 63, lib. 1.*

47 Propterea, ut indemnitati † Ecclesiæ consulatur, alienationes omnes, quæ auctoritate Apostolica ex causa permutationis, vel in emphyteusim admittuntur, Ordinariis locorum, & uni ex dignitatibus in cathedrali Ecclesia constitutis, qui, vocatis vocandis, conjunctim procedere debeant, committuntur; ita ut constito, quòd in Ecclesiæ evidentem utilitatem alienatio cedat, eorum conscientiam ad formam dictæ extravag. *Ambitiosæ*, onerando illam auctoritate Apostolica confirment.

48 Dicta clausula, † vocatis vocandis, facit executorem mistum, qui, parte vocata, & servatis servandis, procedere debet.

Felin.

Felin. *in cap. de cætero, num.* 10, *vers. quid de clausula, de re jud.*

49 † Et conjunctim, ita quòd unus solus exequi non potest, *cap. si duo, ex trib. de offi. deleg. in* 6. Abb. *in cap. coram, num.* 14. & ibi Felin. *num.* 11. *eod. tit.* Nec tali casu, ubi est apposita clausula, conscientiam vestram onerantes, possunt delegari, nec alter ipsorum subdelegare, quia tunc est electa industria per-
50 sonæ, quapropter † subdelegari non potest, *l. inter artifices*, & ibi Bart. *num.* 1, *ff. de solut.*

51 Quoniam verò bona † Ecclesiæ tradita, concessa, donata, aut oblata, sunt Deo data, & oblata, *cap. videntes*, §. *ipse enim, & cap. res Ecclesiæ*, 12, *quæst.* 1, *cap prædia*, 12, *quæst.* 2. Navarr. *de red. Eccles. quæst* 1, *mon.* 43, *num.* 8, *vers. septimo quod tom.* 2. & Red. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 3, *num.* 33. Ideo sacrum Concil. Tridentinum statuit, quòd, si quem clericorum, aut laicorum, quacunque is dignitate, etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantùm malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis, aut regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios, vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu
52 quacunque arte, † aut quocunque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel, qui ad eum, quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiario integrè restituerit, & deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quòd si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam jurepatronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat.

53 Clericus † verò, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat, nec non quibuscunque beneficiis privatus existat, ac ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum exequutione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarii arbitrio suspendatur, *ut in cap.* 11, *sess.* 22, *de reformat. cap. prædia*, *cap. qui absulerit*, 12, *quæst.* 2. *& cap. attendendum*, 17, *quæst.* 4. Ejusdemque decreti pœnis subjaceant locantes ad longum tempus, permutantes, alienantes, & recipientes bona ecclesiastica sine consensu Sedis Apostolicæ, ut fuit à sacra Congreg. Concil. decisum, *super eodem cap.* 11, *sub tit. Meliten. & alio loco in* §: *qui bona.* Et quæcunque usurpatio bonorum, jriumve cujuscunque beneficii, vel loci pii subjicit usurpantem anathemati, & aliis pœnis *in d. cap.* 11. appositis, ut in eisdem decis. *super eod. c.* 11. §. *an quæcunque.*

54 Paulus enim † Papa II. ambitiosæ cupiditati illorum præcipuè, qui divinis, & humanis affectati, damnatione postposita,

sita, immobilia, & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus, Ecclesiæ, Monasteria, & pia loca reguntur, ac illustrantur, & eorum ministri sibi parant alimoniam profanis usibus applicari, aut cum maximo illorum, aut divini cultus detrimento, exquisitis mediis usurpare præsumunt, occurrere cupiens, omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus à jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & tunc cum Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, qui servando, servari non possent, pro tunc temporis exigentia, sua perpetuò valitura constitutione prohibuit prædecessorum suorum constitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis super hoc editis, quæ ejusdem constitutionis tenore innovavit, in suo robore permanentibus, &, si quis contra dictæ suæ prohibitionis seriem de bonis, & rebus ejusdem quidquam alienare præsumeret, alienatio, hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio ipsa nullius omnino essent roboris, vel momenti, & tam, qui alienaret, quàm is, qui alienatas res, & bona prædicta reciperet, sententiam excommunicationis incurreret.

Alienanti verò bona Ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconsulto Romano Pontifice, aut contra dictæ constitutionis tenorem, si Pontificali, seu Abbatiali præfulgeret dignitate, ingressus Ecclesiæ esset penitus interdictus, &, si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto hujusmodi animo (quod absit) perseveraret indurato, lapsis mensibus eisdem à regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, vel monasterii, cui præsideret, in spiritualibus, & temporalibus, esset eo ipso suspensus.

55 Inferiores † verò Prælati, Commendatarii, & aliarum Ecclesiarum rectores beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personalibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, duntaxat, ipso facto privati existerent, illaque absque declaratione aliqua vacare censerentur, possentque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertineret, personis idoneis, illis exceptis, quæ propterea privatæ forent, liberè de jure conferri, nisi aliàs dispositioni Apostolicæ Sedis essent specialiter, vel generaliter reservatæ.

56 Nihilominus † alienatæ res, & bona hujusmodi ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante locationem hujusmodi pertinebant, liberè reverterentur, & dicta constitutio corrigit jus antiquum, & plures removet quæstiones, & difficultates à Doctoribus, & præsertim à Redo. *in d. tract. de reb. Eccles. non alienan.* & à Rebuff. *in suo comp. eod. tit. subtiliter tactas.* Et Episcopis, Abbatibus, Capitulis, & aliis personis ecclesiasticis tollit omnem facultatem bona ecclesiasti-

ca,

ca, inconsulto Romano Pontifice, alienandi, *ut in eadem extravag. ibi, alienanti verò.*

57 Quòdque omnes † alienationes bonorum ecclesiasticorum sine Pontificis auctoritate sint nullæ, respondendo ad contraria, tenet Navarr. *de alien: rerum Eccles: num:* 14, *versic.* 2, & in casu nostro, tom 1. quæ, juramentis in contractibus appositis, convalidari non possunt, quia contractus hujusmodi non dependet à voluntate contrahentium, sed Pa-
58 pæ, qui est dominus † omnium beneficiorum, *cap.* 2, *de præben: in* 6. Gomes. *in proœm: reg: cancell. cum supra alleg. in cap.* 12, *num:* 8. Nam juramenta contra Constitutiones Apostolicas facta, sunt illicita, & non servanda, *cap: Significavit, & cap. gravis, de cens.* Et prædicta conclusio
59 adeò est vera, & dicta extravag. usu recepta, etiam quampluribus decretis à visitatoribus Apostolicis, Conciliis Provincialibus, & synodalibus intimata, & ad omnium notitiam deducta, ut omnes alienationes, perpetuæ permutationes ad tertiam generationem, & ad quodcunque tempus ultra triennium locationes auctoritate Apostolica per litteras,
59 † si in evidentem, in Romana curia expediantur, & Ordinariis locorum, ac alteri dignitatem in cathedrali ecclesia habenti insolita, & satis notoria forma committantur, & procedit etiam in bonis à Regularibus, Confraternitatibus, & locis piis quibuscunque alienandis, *ut in eadem extravag.* & tenet Navarr. *ubi suprà, num.* 15, *& num.* 19, *vers. Sed contrarium*, cùm comprehendat alie-
62 nantes bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorumque piorum quorumlibet,
60 quæ † dictio, quorumlibet, uti generalis, omnia bona comprehendit, & nihil intactum relinquit, *l.* 1, §. *generaliter, ff. de leg. præst. l: de pretio, ff. de public: in rem act.* & Aymon. *consil.* 133, *num.* 5, *&* 6, *volum.* 1. Alienationes verò, permutationes, locationes, ultra triennium, ac in emphyteusim concessiones de prædictis bonis sine Pontificis beneplacito, & consensu, sunt ipso jure nullæ, ut in eadem constitutione, ibi, nullius sint roboris, vel momenti. Navarr. *eodem tit. num.* 13. Et Pontificis consensus non præsumitur, ut post Alexand. *cons.* 9, *colum. fin. volum.* 2, *& cons.* 17, *colum.* 2, *vers. nec potest dici, volum.* 4. probat Maschard. *de probat. concl.* 1322, *numer.* 30.

61 Præterea bona † ecclesiastica immobilia, & pretiosa mobilia alienans sine Pontificis consensu.

Primò, si est Episcopus, vel Abbas, pœnam interdicti ab Ecclesia incurrit, & si per sex menses animo perseveraverit indurato, à regimine suæ Ecclesiæ eo ipso est suspensus, *ut in d. extravag. & cap. quicunque, cap: omnes Ecclesia* 17, *quæst.* 4. & Rebuff. *in compend: alien: rer: Eccles: num:* 109, *&* 110.

Secundò Episcopis, & Abbatibus, in provisionibus suarum Ecclesiarum expeditur particularis Bulla, cujus vigore priusquam assequantur possessionem de non alienando bona suarum Ecclesiarum, & de malè alienatis pro posse recuperandis, juramentum præstare tenentur.

62 † Et bona contra dictæ extravag. formam alienantes, pœnam perjurii incurrunt, *ut ibidem* Rebuff. *num.* 13. omnesque

beneficiarii jurant in principio, non alienare, nec diminuere bona Ecclesiæ, per text. *in cap. prohibemus, de cens.* & Navar. *ubi supra, num. 14. secundo respons. in fin.* & regulariter juramentum præstatur ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Præpositis, Prioribus, Archidiaconis, & aliis principalem in collegiata, & primam post Pontificalem in cathedrali dignitatem habentibus, qui ecclesiasticam habent jurisdictionem sub his verbis, videlicet:

63 *Ego † N. Abbas Ecclesiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & Domino N. Papæ, & ejus successoribus canonicè intrantibus. Non ero in consilio, consensu, tractatu, vel facto, ut vitam, vel membrum perdant, seu quod contra alicujus eorum personam, vel ipsorum, aut Ecclesiæ ejusdem, sive Sedis Apostolicæ auctoritatu, honoris, privilegiorum, jurium, vel Apostolicorum statutorum, ordinationum, reservationum, dispositionum, sive mandatorum derogationem, vel præjudicium, machinationes, aut conspirationes fiant, & sive, quoties ali* 64 *quid tractari scivero, id pro posse, ne fiat, impediam, & quantocius commodè potero, eidem Domino nostro, vel alteri, per quem ad ipsius notitiam pervenire possit, significabo; consilium verò, quid mihi per se, aut nuncios, seu litteras credituri sunt, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam, ad retinendum, & defendendum Papatum Romanum, & regalia sancti Petri contra omnem hominem adjutor eis ero, auctoritatem, honorem, privilegia, & jura, quantùm in me fuerit, potiùs adaugere, & promovere, statuta, ordinationes, reservationes, dispositiones, & mandata hujusmodi observare, & eis* 65 *intendere curabo: Legatos Sedis ejusdem honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo; hæreticos, schismaticos, & qui alicui ex Domino nostro, successoribusque prædictis rebelles fuerint, pro viribus persequar, & impugnabo; possessiones verò ad Abbatiam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli dictæ Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.* Reliqui autem beneficiarii de non alienando in manibus Ordinarii præstant juramentum.

Tertiò in odium alienantium † res alienatæ nullo restituto pretio revertuntur ad Ecclesiam, *cap. 1. de schismat.* Et emptor poterit habere regressum contra alienantem, ut ibi Abb. *in fin. cap. si quis presbyterorum, & ibi* gloss. *fin.* & idem Abb. *num. 1, de reb. eccles. non alien.* Rebuff. *eod. Compend. num. 115.* & Rodo. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 76, cap. 2, n. 30, vers. decima pœna.*

Quartò † Prælati Episcopis, & Abbatibus inferiores, Commendatarii, & aliarum Ecclesiarum Rectores, beneficia, vel administrationem quemodolibet obtinentes, prioratibus, præposituris, præpositatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, sunt ipso facto privati, *ut in cap. extravag.* Rebuff. *d. compend. num 111.* Redo. *eod. cap 2. num. 30, vers. septima,* & Rot. *in novis. decis 896, par. 3. lib 3.* Et dictio, ipso facto, est latæ sententiæ, *l. fin. § sciturus, C. locat. cap. cupientes, §. Cæterum,* & ibi gloss. *in ver. suspensos,* & Card. *de elect.*

Dec.

Dec. *cons.* 138. & Rom. *cons.* 127, *nu.* 9. quapropter eorum beneficia, quorum † bona alienarunt, uti vacantia, ab Ordinariis locorum, dummodò specialiter, vel generaliter non sint Sedi Apostolicæ reservata, poterunt jure conferri, *ut in eadem extravag.* Rebuff. *d. nu.* 111. & Red. *d. vers. septima.* 66

Quintò, tam alienantes, quàm recipientes alienationis † titulo bona ecclesiastica contra formam dictæ extravag. pœnam excommunicationis incurrunt, ut in eadem extravag. & aliis locis suprà citatis, & alias pœnas incurrunt, de quibus per dictam extravagantem, *Ambitiosæ*, Rebuff. *d. compen. à num.* 102, *usque ad num.* 115. & Rodo. *d. cap.* 2, *à num.* 29, *usque ad nu.* 33. Ignat. Lop. *in annot. ad pract. crimin.* Diaz. *post cap.* 73, *per tot.* & Navar. *eod. tit. de alienan. rer. eccles. à num.* 13. *usque ad nu.* 21. 67

Sæpè quæritur, an auctoritate † ordinariâ possint rectores Ecclesiarum inter se bona ecclesiastica permutare sine Sedis Apostolicæ beneplacito, & consensu, & partem negativam probare videtur text. *in cap. casellas*, 10, *quæst.* 2, *cap. sine exceptione*, 12, *quæst.* 2, *extravag. Ambitiosæ, de reb. eccles. non alien. & l sancimus*, C. *de sacrosan. Eccles.* quæ procedunt tantùm in permutationibus faciendis cum sæcularibus, ne bona Ecclesiæ profanis usibus applicentur, & ita probat expressè text. *in d. extravag. Ambitiosæ*, ibi, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum, ac divini cultus detrimento exquisitis mediis usurpare præsumunt, in procem. 68

† Quod causam finalem dispositionis indicat, *l. fin.* & ibi Bart. *num.* 3, *ff. de hared. instit.* & Jas. *in l. si pacto, quo pœnam, num.* 14, C. *de pac.* & cùm in permutationibus, quæ inter rectorem Ecclesiarum de bonis Ecclesiæ fiunt, non transferatur dominium ad profanos usus, cessat causa prohibitionis, & cessante causa prohibitionis, cessat & prohibitio, *cap. cùm cessante, de appellat.* & Tiraquell. *in tract. cessan. causa par.* 1. *limit.* 23. *num.* 1. 69

Inter rectores Ecclesiarum † de bonis ecclesiasticis est permutatio permissa, per text. *in cap. hoc jus porrectum*, § *sibi invicem*, 10, *q.* 2, *cap.* 1, *de reb. Eccles. non alien. cap. ad quæstiones, de rer. permut. auth. ut de cæt. commut. Eccles.* §. *illud quoque*, ubi etiam gloss. *in verb. ad invicem*, & ibi Bart. *in princ. col.* 5. *& auth. item sibi invicem*, junct. gloss. C. *de sacros. quib. non obstant. c. casellas*, *&c. sine exceptione supra allegata*, quia dicta jura prospiciunt tantùm, ne per contractus bona ad usum pauperum destinata alienari contingat, *ut d. c. casellas*, sed permutationes bonorum unius Ecclesiæ cum bonis alterius non sunt prohibitæ, ex supra allegatis, quia nihil refert, an sint bona unius, vel alterius Ecclesiæ, † quicquid enim habet quævis Ecclesia, pauperum est, *c fin.* & ibi gloss. 1. 16, *q* 1, *c. quod autem*, 23, *q.* 7. gloss. *in eod. cap. casellas*, & Bart. *in auth. de non alien. aut permut.* §. *si verò, num.* 1, *col.* 2. 70

Permutationes † cum sæcularibus, à permutationibus, quæ inter Rectores Ecclesiarum de bonis ecclesiasticis fiunt, differunt, quia cum sæcularibus, nisi cum evidenti utilitate, vel necessitate ecclesiæ fieri non possunt, per text. *in cap.* 1. §. *præsertim, de reb. Eccles. non alien. in* 6. *& extravag. Ambitiosæ, eod. tit.* sed in permutationibus bonorum ecclesiasticorum inter rectores non procedunt dicta jurà, sed 72

sufficit, quod pro utriusque Ecclesiæ, & rectorum commoditate fiant permutationes, *cap. ad quæstiones, in princ. de rer. permut.* & gloss. *in eod. c. hoc jus porrectum, §. item sibi invicem, 10, qu. 2.* & cùm hoc casu permutationes non reperiantur prohibitæ, universaliter permissæ, *arg tex in cap. inter corporalia, §. Sed neque, in fin.* & ibi gloss. *de translat. Episc. gloss. in d. cap. ad quæstiones, in ver. inhibitum, de rer. permut. & cap. cùm apud, de sponsal. & matrim.*

73 Spirituale enim † cum spirituali potest permutari, ut per gloss. *in eod. c. ad quæstiones, in ver. queat.* accedente tamen decreto Episcopi, vel ejus vicarii facultatem habentis in permutationibus factis à rectoribus Episcopis inferioribus, *cap. 1, de reb. Eccl. non alien.* gloss. *in d. cap hoc jus porrectum, §. sed permutare, 10, quæst. 2,* gloss. *in c. in ver. defensore, de reb. Eccl. non alien. in 6.* & Bart. *in auth. de Eccles. rer. immob. alien. num. 3.*

74 Cum laicis autem † non licet permutare, nec illis bona ecclesiastica in emphyteusim concedi possunt, nisi duobus concurrentibus, quæ copulativè requiruntur, nempe causa, & solemnitas, quorum unum sine alio minimè sufficit, *ut cap sine exceptione, 12, qu. 2, c. tua nuper, de his, quæsi. à major. par. cap. extravag Ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien.* Barb. *cons. 14, nu. 1, & 2, lib. 2.* Socin. qui de communi opinione testatur, *cons. 24, num. 8, & seq. lib. 1.* Redo. *de reb. Eccles. non alien. qu. 36, num. 19.* Covarr. *in lib. 2, var: resol. c. 17, num. 2.* & Rot. *divers. decis. 178, num. 1, par. 2.*

75 Causa enim, † quibus bona ecclesiastica possunt permutari, vel in emphyteusim concedi, sunt plures, de quibus supra *num, 6, 8, 9, & 10* & præcipuè legitimæ 76 sunt † causæ necessitatis, vel utilitatis, quorum prima per necesse concludere debet, quia, si necessitas est ficta, vel simulata, cui cum fructibus Ecclesiæ, aut aliàs cum minori præjudicio potuisset provideri, si alienentur bona ecclesiæ maximi valoris, alienatio est nulla, gloss. *in d. cap. 1, in ver. defensore, de reb. Eccles. non alien. in 6.* & ibi Joan. Monac. *num. 3,* Abb. *in cap. nulli, num. 5, eod. tit.* & Rot. *divers. decis 178, num 6, & 7, par. 2.*

77 Quamvis enim † causa exprimatur in litteris, si in evidentem, nisi verificetur, rescriptum est nullum, & subreptitium, ut per Ruin. *in cons 157, num. 26, lib. 1.* & quando subreptio versatur circa ipsam causam, sine qua Papa concessurus non fuisset, Dec. *cons 142, nu. 5, & 6.* si in evidentem, & confirmatio subsequuta, non suffragantur, quin omnia reddantur nulla, Rot. *divers. par. 2. d. decis. 178 num. 1, 2, & 10.* Non enim sufficit, si in instrumento, vel in litteris Apostolicis, si in evidentem, narretur, vel attestetur concessionem in evidentem ecclesiæ utilitatem cedere, vel ob necessitatem, aut evidentem ejusdem Ecclesiæ utilitatem factam esse, *ut est text. in cap. 1, de reb. Eccles. non alien. in 6.* & ibi Doct. Guid. Pap. *decis. 151.* Dec. *cons 142, num. 4. lib....* & Redoan. *in d. tract. de reb. Eccles. non alien. quæst. 20, nu: 65, & 130, & quæst 23, nu. 45, & 46.*

78 Solemnitatum autem defectus † Papa supplet per clausulam in litteris, si in evidentem, apponi solitam, videlicet, supplentes omnes, & singulos defectus, &c. Abb. *cons. 41, lib. 1.* sed non supplet defectum

79 ctum causæ: Rot. *d: decis. 178, nu: 2.* Nam defectus causæ reddit nullam interpositionem decreti super alienatione. Gemin. *cons. 48, nu. 9.* & licèt pro decreto in dubio præsumatur, tamen admittitur probatio in contrarium, quòd non subsit necessitas, neque utilitas. Rot. *cad. decis. 178, num. 3, & 4.* nec sufficit qualiscunque 80 utilitas, † sed requiritur, quòd sit evidens utilitas, tanquam causa finalis alienationis bonorum ecclesiasticorum, *cap: 1, de reb: Eccles: non alien. in 6.* Socin. *cons. 15, num. 57, lib. 1.* Corn. *cons. 244, num. 3, lib. 2.* Redo. *eod: tract: de reb: Eccles: non alien. quæst 19, num. 62: & quæst: 20, nu: 83:* Borg: *decis: 45 num: 36, lib: 1,* & Rot. *decis. 178, num: 8, & 10.*

81 Solemni as enim † non solùm requiritur in simplici alienatione, sed etiam in transactione inter rectorem ecclesiæ, & emphyteuticarium facta, quæ requirit eandem solemnitatem, quam requirit alienatio. Bertran. *cons 172, num. 2, & seq. lib. 2.* Dec. *cons. 46, num. 9, lib. 1.* Borgn. *d decis. 45, num. 14, & seq.* & Ant. Mar. *de can. in cons. impress post.* Borg. *decis 46, num. 86, cum pluribus seqq. lib. 1.* & quamvis contrarium, quando emphyteuta est in possessione, quia tunc transactio non videtur alienatio, teneat Jas. *in l. jusjurandum, quod ex conventione, §. papillus, num. 4, vers. aliquando tamen, ff: de jurejur: allegando tex.* & etiam Bart. *in l. si pro fundo, C. de transact.* & gloss. *in l: penul: C: de usucap. pro emptore,* d. lex, si pro fundo, † super qua fit omne fundamentum, loquitur in majori ibi; nec eo tempore minor annis 25 fuisti, sed à majori ad Ecclesiam non licet arguere, quia Ecclesia non majori, sed minori æquiparatur. Bart. *in l. 1, num 3.* & ibi Bald. *etiam num. 3, C. si adversus transact.* & in terminis, quòd transactio de bonis ecclesiasticis sine decreto Superioris non valeat, tenet Bart. *in d l. 1, num: 3, C: si adversus transact.* &, quæ in contrarium allegari possent, procedunt in feudo, & in emphyteusi sæculari, & ex diversis non fit illatio, *l: Papinianus exuli, ff. de minoribus.*

* * *
* *

FINIS PRIMÆ PARTIS.

IO. FRANCISCI LEONIS, FPOREDIENSIS V. I. D. EPISCOPI THELESINI, THESAURI FORI ECCLESIASTICI PARS SECVNDA.

DE IVRISDICTIONE ORDINARIA.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ordinaria est favorabilis: delegata, uti extraordinaria, odiosa, & restringenda.*

2 *Iurisdictionis ordinariæ potestas in pluribus consistit.*

3 *Episcopus ante consecrationem in pluribus jurisdictionem ordinariam potest exercere.*

4 *Iurisdictionem ordinariam Princeps, lex, & consuetudo tribuere possunt.*

5 Or-

5 Ordinariorum plura sunt genera.
6 Papa est Ordinarius Ordinariorum, & totius orbis.
7 Ordinariorum primum locum tenent Cardinales.
8 Legati de latere, in quibus locis habeant ordinariam jurisdictionem.
9 Ordinariorum secundum locum tenent Patriarchæ & Primates, qui, licèt nomine differant, eorum tamen idem est officium.
10 Patriarcha est Ordinarius omnium Archiepiscoporum suæ Provinciæ.
11 Causæ Episcoporum super depositione, aut privatione, à Papa sunt cognoscendæ, & terminandæ, quandoq; tamen inferioribus committuntur.
12 Ordinariorum tertium gradum tenent Archiepiscopi, qui sunt judices ordinarij omnium Episcoporum.
13 Episcopi habent ordinariam jurisdictionem in eorum diœcesi, in qua plura possunt.
14 Episcopi ordinaria auctoritate possunt synodum convocare.
15 Statuere prohibitus in aliqua materia, defectu potestatis, potest in illa statuere, fortificando jus commune cum adjectione pœnæ.
16 Episcopi possunt habere familiam armatam, & brachium sæculare invocare, quod præstari debet.
17 Episcopi procuratorem fiscalem habere, & in criminalibus pœnas pecuniarias imponere, & exigere possunt.
18 Episcopi ordinaria auctoritate suas sententias executioni possunt demandare.
19 Dictio, ut supra, repetitiva præcedentium habet vim repetitionis verborum supra expressorum.
20 Episcopi curæ esse debet de Sanctorum invocatione, & sacrorum reliquiarum ac imaginum honore, ac veneratione.
21 Miracula, & novæ reliquiæ, vel imagines recipi non debent, nisi ab Episcopo recognitæ fuerint, & approbatæ.
22 Miraculorum, aut imaginum causa dubia emergentia, quomodo decidenda.
23 Reliquiæ Sanctorum in maxima veneratione sunt habendæ.
24 Syndon Evangelica, qua Christus ad sepulturæ mysterium involvi dignatus est, à Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce magno studio servatur.
25 Latriæ cultus syndoni Evangelicæ sanguinis Christi conspersæ debetur.
26 Festorum dierum celebratio cum omni veneratione debet observari, & contrafacientes sunt pœnis plectendi.
27 Feriis in honorem Dei indictis, an renunciari possit.
28 Feriatis diebus, an juramenta admitti, & sententiæ ferri possint.
29 Festorum violatio est mixti fori, ita ut inter judicem ecclesiasticum, & sæcularem sit locus præventioni.
30 Blasphemiæ crimen est mixti fori, si non sunt hæreticales, quia judicio ecclesiastico hujusmodi blasphemi subjiciuntur.
31 Festorum dierum celebratio cadit sub tertium præceptū decalogi, & partim morale, partim ceremoniale judicatur.
32 Episcopus ex causa, & etiam quandoque parochus ab observatione festorum potest dispensare.
33 Monialium cura Episcopis præcipuè est commissa, super qua maximè debent invigilare.
34 Virginem, vel viduam cogentes ad ingredi-

grediendum monasterium, aut habitum suscipiendum anathematis pœnam incuurunt.

35 Ætas ad habitum suscipiendum Monialibus præscripta, & quæ ante professionis emissionem requirantur.

36 Professio tam virorum, quàm mulierum, ante decimum sextum annum expletum fieri non potest, aliàs est nulla.

37 Milites Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani tacitè professionem emittunt.

38 Renunciatio ante professionis emissionem, ut valeat, quæ requirantur.

39 Professionem emittendi tempus post annum novitiatus ex legitima causa à superioribus cognita potest prorogari.

40 Novitiatus tempore, excepto victu & vestitu ex bonis Novitij, vel Novitiæ monasterio nihil tribui potest.

41 professis tam viris, quàm mulieribus non licet quovis prætextu bona immobilia, aut mobilia, tanquam propria, habere.

42 Religionem pervim, & metum se ingressum prætendens, quando, & quomodo sit audiendus.

43 Apostatæ ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt.

44 Regulares, quomodo de ordine ad ordinem transferri possint.

45 Abbatissæ ætas, quæ, & ut eligi possit, quæ requirantur.

46 Clausuram monasteriorum ingredi non debent superiores pro electione Abbatissarum, aut aliarum Præfectarum.

47 Clausura Monialium ab Episcopis, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi est inviolata, maximè conservari debet.

48 Moniales omnes sub perpetua clausura vivere tenentur.

49 Moniales, quibus ex causis à monasterijs exire possint.

50 Monasteria Monialium nec Episcopis, aut alijs superioribus, & personis ingredi licet, nisi urgentibus necessitatibus.

51 professionem emittere, nec ad clausuram servandam tenentur mulieres, quæ fuerunt inhonestæ, & in congregatione vivunt.

52 Ingrediendi septa monasteriorum Monialium licentiam quis concedere possit, & in quibus casibus.

53 Puellæ educationis causa, de cujus licentia monasterium ingredi possint.

54 Puellæ, educationis tempore absoluto, quomodo Episcopus providere possit.

55 Organi concinnatores, & magistri, adoperam eorum præstandam, ut septa monasteriorum ingrediantur, sunt admittendi.

56 Regulares adeuntes monasteria Monialium sine Episcopi licentia, quomodo puniendi.

57 Regulares quovis prætextu Moniales alloqui, seu cum illis cibum sumere, aut se refocillare non possunt, sub gravibus pœnis.

58 Regulares, quibus cura Monialium sublata fuit, illas in confessionibus audire non possunt.

59 Abbates generales quatuor Ordinum generalium habent ordinariam jurisdictionem in suis monasterijs, & alijs Abbatibus præferuntur.

60 Abbates Ordinum generalium verbali benedictione calices, & patenas, ac vestes sacerdotales benedicere possunt, non calices consecrare.

61 Magnus magister Ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani habet ordinariam jurisdictio-

jurisdictionem cum mero, & misto imperio, quam habent etiam alia capita Ordinum aliarum militiarum.

62 *Vicarij generales Episcoporum, & quamplures alij habent ordinariam jurisdictionem.*

63 *Ordinariorum appellatione veniunt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, & Primates.*

64 *Suspicionis causæ, quibus judices possunt allegari suspecti, quæ sint.*

65 *Suspicionis causæ coràm eodem judice sunt alleganda, & juris arbitri eligēdi.*

66 *Appellatio est admittenda à pronunciatione super competentia judicij, vel suspicione.*

67 *Appellatio à non admissione ad juris arbitrorum electionem ad Papam est interponenda.*

68 *Suspicionis causa contra Ordinarium probata, datur adjunctus, sed regulariter ab eo causa non avocatur.*

69 *Suspicionis causa admissa, ad Sedem Apostolicam spectat dicernere, cui causa sit committenda, illamque sibi bene visa committere potest.*

70 *Ordinarijs locorum causæ in prima instantia sunt regulariter reservatæ.*

71 *Ordinarij locorum proprie hoc casu, qui dicantur.*

72 *Causa intra biennium non terminata, quando habeat locum appellatio.*

73 *Causæ in prima instantia, quæ apud Sedem Apostolicam sint tractandæ.*

74 *Beneficiales causæ vigore Brevis Apostolici in prima instantia in Romana curia cognoscuntur.*

75 *Causæ in prima instantia ratione celebrati contractus coram Ordinarijs locorum, quæ non cognoscantur.*

76 *Causæ beneficiales super beneficijs affectu, vel reservatis in curia Romana cognoscuntur.*

77. *Reservatio inficit titulum, possessionem, & operatur etiam reservationem causarum.*

ORDINIS potestas, quam habent Episcopi, probatur suprà *par. 1. cap. 4. num. 1. & seq.* quam autem habeant potestatem jurisdictionis, infra patebit. Jurisdictionis potestas duplex est, ordinaria, & delegata: delegata verò duplex
1 à jure vel ab homine, ordinaria † favorabilis est, delegata autem uti extraordinaria, odiosa, & restringenda, gloss. *in c. 1. in ver. processus, & in c. 3. in ver. vel conventionis de rescript. in 6.* Anchar. *in cons. 215. nu 8.* Purpur. *in l. 1. num. 434. de off. ei.* & Rot. *dec. 5. n. 3. & 4. de concess. præb. in antiquior.* de ordinaria, quæ dignior est, primo loco tractare decrevi.

2 Potestas jurisdictionis † ordinariæ consistit in judicando, beneficijs conferendis, juramentis vassallorum recipiendis, investituris concedendis, in excommunicando, corrigendo, pœnis plectendo, mitigando, absolvendo, & indulgentiis concedendis, & de quibus per Feder. de Sen. *in cons. 302. Rever. pater, circa principum,* quæ omnia
3 ante † consecrationem potest Episcopus electus, & confirmatus ministrare, gloss. final. *in capit. transmissam*, & ibi Doct. *de elect.* quodque indulgentiarum concessio sit etiam jurisdictionis, quas pariter Episcopus nondum consecratus concedere potest, tradit Sylvest. *in ver. indulgentia, num 13.*

4 Ordinariam † jurisdictionem tribuere

potest Princeps, quisque in genere suo, & pro sua potestate, lex, & consuetudo, *cap. 1. cum seq. dist. 1.* Host. *in sum. de offic. ord. n. 2.* & Innoc. *in cap. 3. num. 3. eod. tit.* Episcopi enim jurisdictionem ordinariam habent de jure communi, & canone, ut per Innoc. *in eod. cap. 3 nu. 4.*

5 Ordinariorum autem † plura sunt genera, quæ à Papa Ordinario Ordinariorum dependent, legem accipiunt, eique in omnibus parere, & ipsum in primatum recognoscere debent, *cap. omnes, cap sacrosancta, & c. Constantinopolitana, 22. dist.*

6 † Papa enim est Ordinarius Ordinariorum, & totius orbis, cùm totus mundus sit sibi territorium *cap. cuncta per mundum, cap. per principalem, 9. quæst 3.* & Abb. *in c. fin. nu. 45. de for. comp.* sunt enim Ordinarij alij seculares, de quibus per Doct. *tot. tit. de jurisd. omnium jud.* alij autem ecclesiastici, de quibus sum tractaturus, & quibus Papa vices suas ita impartitur, ut in partem vocentur solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, *cap. decreto, cap. qui se scit. 2. quæst. 6. & c. loquitur, §. Episcopatus, 24. quæst. 1.*

7 Primum autem † ordinariorum locum tenent S. S. E. Cardinales, qui in suis titulis Cardinalatus habent ordinariam iurisdictionem, *ut in c. his quæ, de major. & obed.* & ibi Felyn. *nu. 1.*

8 Legati quoque † de latere eorum legatione durante, habent ordinariam jurisdictionem gloss. *in cap. legatos, in ver proconsulum, in fin & in ver. reputantes, de off leg. in 6.* & Abb. *in cap. novit. num. 2. & c. fin. num. 3 eod. tit.* quæ hodie limitatur, ut non procedat, & habeat locum in cognitione causarum in locis, ubi Concilium Tridentinum est usu obedienter receptum, in quibus nec Cardinales legati de latere habent ordinariam jurisdictionem. Conc. Trid. *in c. cause omnes, § legati quoq; sess 24* secus ubi non est receptum. Nonenim æquũ est, quod qui decreta conc. Trid. acceptare recusant, illi hoc casu gaudeant, quòd legati in eorum dominiis in cognitione causarum non habeant ordinariam jurisdictionem ex juris communis dispositione, quia frustra auxilium legis implorat, qui in legem committit. *l. auxilium, in fin.* & ibi Bart. *num. 1 ff de minor.*

9 Secundum locum † in ordinaria iurisdictione obtinent Patriarchæ & Primates, qui, etsi nomine differunt, idem tamen est officium, *ut c. 1 ubi etiam* gloss. *99. dist. in.* gloss. *in c. unic. § fin. in verb. Patriarchu, de stat reg in 6* gloss. *fin in cap. urbes, 80. dist. cap. 1 99 dist. cap si clericus, § si verò, 11, quæst. 1.*

10 Patriarcha enim est † judex ordinarius omnium Archiepiscoporum suæ Provinciæ, Abb. *in cap. quid simul. numer. 1. de offic. ord.* poteratque de crimine Episcopi cognoscere, & pronunciare ipsum esse deponendum, & remittere pronunciationem ad Papam, ut per Felyn. *in cap. 2 numer 2. de accu.* sed hodie causæ Episcoporum, † 11 quæ dispositione, aut privatione dignæ sunt, à Summo tantùm Romano Pontifice cognoscuntur, & terminantur. Quòd si hujusmodi causæ necessario extra Romanam curiam sint committendæ, nemini committi debent, nisi Metropolitano aut Episcopo à Papa eligendo, per commissionem specialem manu ipsius Papæ signatam, cum facultate, ut solam facti instructionem sumat, processumque conficiat, quem statim ad Romanum Pontificem transmittat, reservata eidem Papæ senten-

tia

cia diffinitiva : minores verò criminales causæ Episcoporum in concilio tantum provinciali, vel à deputatis per concilium provinciale cognosci debent, & terminari. Concil. Tridentin. *in cap. 5. de reform. sess.* 24. sed quoniam non sine maxima reorum impensa Metropolitani, vel Episcopi ad processum conficiendum se transferre possunt, pro minori dispendio, quandoque etiam simplicibus doctoribus ecclesiasticis pro sumendis informationibus, hujusmodi causæ delegantur.

12 Tertium gradum † Ordinariorum tenent Archiepiscopi, & Archiepiscopus est etiam judex ordinarius omnium Episcoporum suæ Provinciæ, ita quòd, si subditus conveniat Episcopum, auctoritate ordinaria coram Metropolitano ipsum convenire potest. gloss. *in cap. pastoralis. in ver. exceptis*, & ibi Abb. *numer. 2. de offic.* & in omnibus causis, quæ per appellationem à diffinitiva ab Episcopis suffraganeis ad eosdem Archiepiscopos deferuntur, *ut c. 1. de offic. leg.* & redarguuntur Metropolitani, qui non servata forma Conc. Trid. *cap. 20. sess. 24.* suis suffraganeis inhibent, ut per sacram Congregationem *super eodem cap. 20. in decis. sub. tit. Calaguri an & quando appellatur* in causis concernentibus executionem decretorum Concil. Trident. Metropolitani à cognitione causarum abstinere debent, *ut ibidem super eod. cap. 20. in decis. sub. tit. Palavin. Aquileien*

13 Quartò Episcopi † habent ordinariam jurisdictionem in eorum diœcesi, *c. conquerente*, & ibi glos. *in ver. jurisdictionem, de offic. jud. ord.* & habet Episcopus in ecclesiis, & capellis suæ diœcesis, obedientiam, subjectionem, & reverentiam, institutionem, & destitutionem, correctionem, & reformationem, ac censuratum ecclesiasticarum promulgationem, *d. cap. conquerente*, §. *nos autem*. Per obedientiam enim, quam præstare tenentur personæ ecclesiasticæ, & seculares in his quæ religionem, & animarum salutem concernunt; *ut in cap. quanquam*, 23. *dist.* recognoscunt Episcopum in judicem. Abb. *in d. cap. conquerente, nu. 2. in princip. de offic. ord.* Quæ autem sint jura Episcopalia Episcopo debita, bene deducit sigillatim distinguendo Abb. qui tredecim enumerat, ad quæ tenentur ecclesiæ diœcesis Episcopo, in *eodem cap. conquerente, num. 2.* & plura potest Episcopus ordinaria auctoritate, de quibus infrà dicetur.

14 Primò † Episcopus ordinaria auctoritate synodum convocare potest, de qua supra *part. 1. cap. 9.* & quia habet jus reformandi, *cap. licet, & cap. irrefragabili, de off. ord.* ad reformationem morum statuta facere potest, & addere juri communi, novam imponendo pœnam, *c. 2.* junct. gloss. *in ver. statuto, de constit. in 6.* gloss. *in cap. ne Romani, in ver. tolli*, & ibi Abb. *numer. 2. de elect.* & Felin. post plures alios per ipsum citatos *in cap. quod super num. 9. de major. & obed.* Prohibitus enim † statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, 15 potest in illa statuere, fortificando jus commune cum adjectione pœnæ, juxta d. gloss. *in clement. nè Romani, in ver. tolli*, quam Felin. dicit singularem, *in c. 1. nu. 13. post medium, versic. & prohibitus, de spons. & matr.*

16 Secundò † potest habere familiam armatam, de qua *eod. c. 9.* & brachium seculare invocare, *ut in cap. 1. de offic. ord.* & ibi gloss. *penult. & ult.* quod judex præ-

ſtare tenetur, & ad illud compelli poteſt, ut per d. gloſſ. fin & ibi Abb. *numer.* 11, & & Conc. Trident. *in cap.* 5, *de regul. & monial. ſeſſ.* 25, & hoc in ſubſidium, quando familia Epiſcopi non ſufficit, ſicut videmus inquiſitores, qui licèt per ſe ipſos, & ſuos miniſtros carcerare poſſint, *clement.* 1, §, 1, *de hæret.* auxilium tamen brachij ſecularis poſſint invocare, quod magiſtratus præſtare tenentur, *cap. ut inquiſitionis, de hæret. in* 6. quòd judex Eccleſiaſticus pro executione ſuæ ſententiæ poſſit invocare brachium judicis ſecularis, & ſecularis judex teneatur illud impartiri, & ſententiam prædictam exequi, poſt Covarr. *pract. quæſt. cap.* 10 *numer.* 1. Diaz. *in pract. crimin. cap.* 154, *numer.* 1. & plures alios, quos refert, ubi ampliat hanc opinionem procedere etiam in judicibus ſecularibus ſupremis, tenet Farinac. *in ſua prax. crim. tom.* 1 *par.* 2. *quæſt.* 97, *caſ.* 4. *numer.* 81, *& ſeqq.* & judex ſecularis invocat etiam auxilium alterius judicis, *ut ſi quis in hoc genus, C. de epiſc. & cler.* & Papa pro recuperatione ſtatus Ferrariæ auxilium brachij ſecularis invocavit, quo tamen opus non fuit, cùm S. R. E. fuerit illud dominium reſtitutum ſine aliqua ſanguinis effuſione, ut alibi dixi. Poſſuntque † Epiſcopi habere procuratorem fiſcalem, & in criminalibus pœnas pecuniarias imponere, ac exigere, ut per Abb. *in cap. de cauſis, num.* 123. *de offic. deleg.* Felin. *in cap. irrefragabili, num.* 5, *de offic. ord.* & Aufrer. *in addit. ad deciſ. Tholoſ.* 275 *num.* 4. etiam quòd reus non ſit Epiſcopo in temporalibus ſubjectus Abb. *in cap. licet, nu.* 8. *de pœn.* 17

In civilibus autem cauſis ad forum eccleſiaſticum ſpectantibus, licet ſæpe quæratur inter doctores, an judex eccleſiaſticus de jure communi poſſit ſuam ſententiam in bonis laicorum executioni demandare, alia quæſtio potiùs urget, quoad judices delegatos, † ſed quicquid in argumentum ſupra contrarium tenuerium *in cap.* 9 *ſub numer.* 18. Epiſcopi ſua ordinaria juriſdictione ſuas ſententias executioni demandare poſſunt, ut per Innoc. *in c. ſignificaſti, de off. deleg.* & hodie dicta quæſtio eſt ſublata per Conc. Trident. cujus vigore, loco cenſurarum, quibus libere utebantur nunc eis licet in omnibus cauſis ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus contra quoſcunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem, per proprios, aut alienos executores procedere, & cauſas diffinire, *ut in cap.* 3 *ſeſſ.* 25. *de reform.* quæ poteſtas procedendi contra bona, & perſonas etiam laicorum loco cenſurarum ſubrogata fuit, & ſubrogatur. *l.* 1, §. *hæc actio.* & ibi Bar. *ff. ſi quis teſta. lib. eſſe juſſ. fue. & l. ſi eum,* §. *qui injuriarum ff. de ſi quis caut.* verbum enim, liceat Epiſcopis, *in d. cap.* 3. appoſitum eſt diſpoſitivum, quòd ſcilicet procedere poſſint per captionem pignorum, & diſtrictionem perſonarum, quo caſu intelligitur Epiſcopis hoc licere de jure, & de facto, ut per Bart. *in l. ſtipulatio iſta,* §. *hi qui ff. de verb. obligat.* & præmiſſa procedunt, habentque locum, tamen in criminalibus, quam in civilibus quia ibi in caſibus quoque criminalibus, ubi executio realis, vel perſonalis, ut ſupra fieri poterit, illa dictio, † *ut ſupra,* repetitiva præcedentium habet vim expreſſionis, & repetitionis dictorum verborum per captionem pignorum, & diſtrictionem perſonarum, quæ ſupradicta 18 19

erant,

erant. Bart. *in l. 1. §. hoc edicto, in fin. ff. de postul.* & Cravet. *in cons. 88. num. 3.*

20 Tertiò † Episcoporum ordinaria auctoritate præcipua cura esse debet, ut populum, totumq; gregem sibi ipsis, ac suæ fidei commissum, juxta sacrorum conciliorum decreta de sanctorum intercessione, invocatione, sacrarum reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu diligenter instruant, & doceant atque imagines Christi, & Deiparæ Virginis, & aliorum sanctorum in templis præsertim habendas, & retine as, eisque debitum honorem, & venerationem impartiendam curent, ut per conc. Trident. *de invoc. venerat. & reliq. sanctorum, sess. 25.*

Nemini tamen licet ullo in loco, vel ecclesia, etiam quomodolibet exempta, aliquam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab Episcopo approba-23
21 ta fuerit, nulla etiam admittenda sunt † nova miracula, nec novæ reliquiæ recipi debent, nisi eodem Episcopo recognoscente, & approbante, qui, simulatq; de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea facere debet, quæ veritati, & pietati consentanea judicabit. concil. Trid. *ubi supra, §. hæc ut fidelius, & cap. 2. de reliq. & vener. sanct.*

De miraculis autem, ac sacris imaginibus copiose, & bene scripsit Majol. *in suo lib. de sacr. imag. per totum*, & si aliquod
22 dubium, aut difficilis † abusus circa miracula, & imagines esset extirpandus, vel aliqua de his gravior quæstio incideret, Episcopus, antequam judicat, Metropolitani, & comprovincialium Episcoporum in concilio provinciali sententiam debet expectare, ita tamen ut nihil, inconsulto Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur. Concilium Tridentinum, *ubi supra de invocat. vener. & reliq. sanct. in fin.* Sanctorum vero reliquiæ, si sint antiquæ, haberi debent in veneratione in qua hactenus habitæ fuerint, si verò sint novæ, Episcopus servare debet formam ejusdem decreti concilii ut super eod. decr. fuit à sacra congreg. decisum *sub titu. Cæsar Augustan.* Sanctorum vero reliquiis venerationem, atque honorem non deberi, vel eas, aliaque sacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari atque eorum opis impetrandæ causa sanctorum memorias frustra frequentari asserentes, ab ecclesia sunt damnati, concil. Trident. *eod: decretro sub tit. de invoc. vener. & reliq. sanct. §. sanctorum quoque sess. 25.*

Quo autem honore, & reverentia † reliquiæ sint servandæ, observantia urbis Romæ, omniumque aliarum civitatum, & locorum Christi fidelium satis docet, quibus in locis maxima veneratione habentur, & præcæteris à Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce magno studio servatus † Evangelica illa syndon, qua Christus
24 ad sepulturæ mysterium involvi dignatus est, quam eandem illam esse, de qua Evangelistæ omnes testati sunt; *Matth. cap. 27. Marc. cap: 15. Luc. cap. 23. & Ioan. cap. 19.* post alios, quos citat, tradit Majol. *de sacr. imag. cent. 1. cap. 4. §. hujusmodi autem.* Idem testatur Alphonsus Paleot. Archiepiscop. Bonon. *in explicat. sacr. syndon. c. 2. in princip.* in qua quamplura scitu, consideratione, & meditatione digna ab omnibus Christi fidelibus essent videnda. Prioribus quidem seculis servorum

Christi studio Hierosolymis, demum in Cypro penes Reges servatus fuit hic inæstimabilis thesaurus pretiosissimo sanguine Christi conspersus, sed, ubi cœpit ira Dei excandescere, & immanitati Turcarum regna illa exponenda permisit, sacratissimæ syndonis Deus non oblitus, ne impiorum manibus aliquando pollueretur, sub pijssimorum Sabaudiæ Ducum tutelam eam migrare voluisse videtur, sub qua primò Camberij Allobrogum, Ducatus Sabaudiæ insigni oppido, nunc autem jam à pluribus annis in pedemontana Provincia, & Taurinensi civitate eorundem Ducum regia pijssime asservatur Mag. Cyprianus Uberti *in op. de cru. lib. 3. fol.* 186. & Jacob. Crot. *de cruc. Chris. lib. 1. cap. 58. in princip.* si quis autem miraculorum, quæ Deus sacram hujusmodi syndonem invisentibus, & adorantibus aperire dignatus est, notitiam habere velit, videat Majol. *eodem cap.* 4. & Paleot. *d. cap. 2. post princ.* & quia tetigit corpus domini, quod fuit verbo divino conjunctum, & illius sanguine est conspersa, sanguisque non fuit à verbo divino seperatus, & divisus; propterea eidem sanguini cultus

25 † Latriæ debetur, S. Thom. 3. *par. quæst.* 25. *artic.* 4. *ad.* 2. Azor. *in* 1. *par. instit. moral. lib.* 9. *cap.* 5. *versic.* 8. *quæritur*, & Paleot. *in ead. explicat. cap.* 7. *post. med.*

Quartò, ordinaria auctoritate tenen-

26 tur etiam Episcopi curare, ut dierum † festorum celebratio ad Dei cultum maximè pertinens, & quæ in lege divina præcipitur cum omni veneratione observetur, omnes enim dies Dominici, & alij item plures præcipuè in honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, Apostolorum, & aliorum Sanctorum de præcepto sunt servandi, sicut alij item', qui juxta laudabilem locorum consuetudinem solemniter celebrari consueverunt. Hujusmodi autem diebus ab omni illicito, & servili opere est abstinendum, mercatus, fora, profanæ negotiationes, & judiciorum strepitus debent cessare. Qui autem festi dies non sunt de præcepto Ecclesiæ, sed de consuetudine, secundum consuetudinem loci sunt servandi, *cap quoniam, de fer.*

27 Judiciorum autem strepitus † omnibus ferijs in honorem Dei indictis quiescere debent, quibus non potest renunciari, nec processus, minusque sententia valebit, nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat, *cap. final.* & ibi Abb. *numer.* 1, 2, 3, & 9, *de fer.* favore tamen hominum introductis, ut messium, vel vindemiarum, de partium consensu renunciare potest, *ut d. cap. final. in fin. eod. tit.*

Quòd autem dies festivi in honorem Dei sint feriati, probatur *in cap.* 1, *de consecrat. dist.* 3, & *d. c. fin. de fer.*

28 Juramenta enim dictis diebus admitti non debent, neque sententiæ ad pœnam sanguinis ferri, neque sacramenta præstari, nisi pro pace, vel alia necessitate, *c.* 1. *eod. tit.*

29 † At dies festos operibus servilibus, seu vetitis violantes mulctare, & pœnis afficere est misti fori, ita ut inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem sit locus præventioni. Pius V. *in Bull. constit* 5. §. *cum verò, ver. in alijs autem.* In Regno tamen Neapolitano, ex antiqua juris dispositione, & capitulorum ejusdem regni, & immemorabilis consuetudinis, ad forum Ecclesiasticum tantummodo spectat, & in eodem regno dicta constitutio, hoc casu in foro seculari non attenditur.

Prout

Prout etiam est locus præventioni contra
30 blasphemos, quorum crimen † est mistifori, *cap.* 2. & ibi Abb. *num.* 9. *de maled.* nisi sint blasphemiæ hæreticales, quo casu ab Episcopo, vel Inquisitore hoc crimen cognosci debet, *cap. ut inquisitionis, § prohibemus, de hæret. in 6.* & Eymer. *in direct. inquisit. par.* 2. *q.* 46. *vers. secundò sic arguitur.*

Festorum enim † dierum celebratio ca-
31 dit sub tertium præceptum decalogi, & partim morale, partim verò cœremoniale judicatur, ut per S. Thom. *1.2. q.*100. *art.* 3. *ad secundum*, & 2. 2. *q.* 112. *art.* 4. quem omnes Theologi secuti sunt, ut refert Graff. *decis. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 1. Regulariter enim opera servilia, 35
quibus homo homini corporaliter servit diebus festivis, cadunt sub dictum præceptum, ita quod festum violantes mortaliter peccent, ut per Navarr. *in cap.* 13. *n.* 6 sed quia de pluribus causis quis excusari potest, ut per eundem Navar. *ubi suprà*, &
32 per † superiorem rationabilibus de causis potest dispensari, ut per Graff. *d. cap.* 34. *num.* 14. cùm agatur de peccato, superior erit Episcopus loci, si commodè aditi poterit, aliàs sufficit dispensatio simplicis Sacerdotis. S. Raymon. *in sum. lib.* 1. *de fer. circa fi:* junct. glos. *in ver. Ecclesia.*

Quintò, † sanctimonialium cura Epi-
33 scopis præcipuè est commissa, *cap. unic. §. fin. de stat. reg. in 6.* super qua maximè invigilare debent, & Sancta synodus anathemati subjecit omnes, & singulas personas cujuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunque
34 coegerint aliquam † virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam, præterquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum Monasterium, aut habitum suscipiendum, seu professionem emittendam, quoquomodo eidem actui, vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interponendo, *ut in cap.* 18. *de reg, & monial. sess.* 25. eandemque anathematis pœnam incurrunt, qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel voti emittendi quoque modo sine justa causa impediunt, *ut eodem cap.* 18. *versic. simili quoque, & c. ultim. vers. si quis*, 32. *quæst.* 2.

Puella verò, quæ † habitum regularem
35 suscipere vult, major duodecim annis esse debet & non est dispensandum, ut ante duodecimum annum expletum possit in Monasterio habitum suscipere: congregatio sacri Conc. *super cap.* 17. *de reg. & monial. in princip. & cap. puella*, 20. *quæst.* 2. nec potest aliqua ad professionem emittendã admitti priùs, quàm Episcopus, vel eo absẽte, aut impedito, Vicarius, aut aliquis eorũ sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatẽ diligenter exploraverit, an coacta, vel seducta sit, an sciat, quid agat. Si vero voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas juxta Monasterii illius ordinis regulam, Monasteriumque sit idoneum, liberè ei profiteri licebit, virginis enim voluntas libera esse debet, quia ubi metus, vel coactio intercedit, deficit consensus, *c. cùm locum, & cap gemma, de sponsal.* & coacta professio difficiles exitus frequenter habere solet. arg. text. *in cap. requisivit, de sponsal. & matrim:* Professionis verò

tem-

tempus nè Episcopus ignoret, tenetur 38 Præfecta Monasterii eum ante mensem certiorem facere; Quòd si præfecta certiorem Episcopum non fecerit, quamdiù Episcopo videbitur ab officio est suspensa. Con. Trid. *in d. cap.* 17. *de regul, & mon. sess.* 25.

36 Ad professionem † tam virorum, quam mulierum ante decimum sextum annum expletum emittendam nemo admitti potest. Concilium Tridentinum, *cap.* 15. *eod. tit. de regul. & mon.* nec, qui minori temporis spatio, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem est admittendus, *cap.* 17. *quæst.* 2 & Conc. Tridentin. *eod. cap.* 15. Professio autem antea facta, nulla est, nullamque inducit obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, aut ordinis observationem seu ad alios quoscunque effectus, *d. cap. non solùm*, §. *quòd si fortè* & Concil. Tridentin. *eod. cap.* 15. *in fin. de regul. & monial.*

37 Inter milites † S. Joannis Hierosolymitani extra conventum religionis degentes est locus tacitæ professioni, ut fuit in sacra congregatione decisum *super d. cap.* 15. §. *an sit locus.* Et in habitus susceptione milites Hierosolymitani ex tenore suorum statutorum emittunt professionem, quæ tamen per habitus delationem extra conventum præsumitur postea post annum tacitè ratificata, *ut in d.* §. *an sit locus*, & §. *an in militibus*, *in eisdem decis. super eod. cap.* 15. nec, qui ex voto religionem ingreditur, potest in ea validè ante decimum sextum annum expletum, vel intra annum probationis professionem emittere, *ut in decis. super cap.* 16. §. *anis*, *de regul. eod. sess.* 25

Nec ulla † renunciatio, aut obligatio antea etiam cum juramento facta, etiam in favorem cujuscunque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, quæ non intelligitur effectum suum sortiri, nisi secuta professione. Conc. Trid. *eod. cap.* 16. *de reg. in princip.* Quod decretum non habet locum in donationibus, & renunciationibus factis ante ingressum Monasterii, & habitus susceptionem; sed si quis donaverit in ipso ingressu non valet, *ut in decis. super eod. cap. facta*, §. *nulla quoque*, prout, nec valet Episcopi licentia omissa, & professione secuta, *ut eisdem decis.* §. *cum licentia.*

Nec requiritur, quòd renuncians, tempore renunciationis compleverit decimum sextum annum, ut renunciatio sit valida, dummodò sit facta cum licentia Episcopi, seu Vicarii, juxta dictum *cap.* 16. intra duos menses proximos ante professionem. & idem, si renuncians esset tacitè professus, licet renunciasset duobus mensibus ante professionem expressam, *ut in dictis decis.* §. *ac non alias*, & §. *& nullius effectus*, finito autem tempore novitiatus, superiores novitios, quos habiles invenerint ad profitendum, admittere, aut è monasterio eos ejicere debent, *ut eod. c.* 16. §. *finito tempore*, *& facit cap. cùm causam*, *in fine de elect.*

Renunciatio verò facta cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii intra duos menses proximos tempore, quo professio legitimè emitti potuisset, non est invalida, eo quod ipsa actualis professio per aliquot menses ulterius dilata fuerit, quia † tempus emittendi professionem post tempus novitiatus ex legitima causa à superioribus 39

cognita

cognita potest prorogari, *ut in d. decis. super c. 16. §. renunciatio facta.*

40 Ante professionem † excepto victu, & vestitu novitii, vel novitiæ illius temporis, quo in probatione sunt, quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus ejus Monasterio aliquid ex bonis ejusdē tribui non potest, nec hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel majorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat, & si discesserit id facile recuperare non possit. Ideò sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, id est prohibitum. Et ut abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, restituere recusantes compellere debet, *ut eodem. cap. 16. post med. §. sed neque. de regul. & Mon.* & dicta anathematis pœna non incurritur ipso facto, nec absolutio est Papæ reservata, ut fuit à sacra congregatione decisum *super eod. cap. in eisdem decis. §. sub anathematis.*

41 Professione † facta, nemini regularium, tam virorum, quàm mulierum licèt bona immobilia, vel mobilia cujuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis quæsita, tanquàm propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere, sed statim ea Superiori sunt tradenda, conventuique incorporanda. Conc. Trident *in cap. 2. de regu.* Moniales verò quicquid singulæ quoquo titulo acquisierint, totum rectà ad Abbatissæ manus deferri oportet, etiam quòd suis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, etiam quòd Monasterium esset pauperrimum. Abbatissa tamen in primis ex hujusmodi acquisitionibus sub arbitrio necessitatibus illius Monialis, cujus opera, vel contemplatione fuerint parta subvenire poterit; & quod reliquum erit, in communem usum totius Monasterii convertere debet, & curare, ut victus monialium quotidianus sit communis, & in coctura, & in usu. Congreg. Concil. *super eod. c. 2 in decis. sub titul. Toleran. & in §. incorporentur.*

42 Prætendens autem per † vim, & metum ingressum fuisse religionem, aut ante ætatem debitam emisisse professionem, vel quid simile, si velit quacunque de causa habitum dimittere, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum, non est audiendus, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Ordinario, & suo Superiore. Concil. Trident. *cap. 19. sess. 25. eod. tit. de regul. & mon.* Quinquennium verò incipit à die professionis, intra quod si minimè reclamatus, & dimissus fuerit, eo elapso, etiam quòd postea allegaret vim, & metum semper durasse, non est audiendus, nisi intra quinquennium à die ejusdem professionis quis reclamasset, quo casu etiam post quinquennium erit audiendus, & ita censuit sacra congregatio Concilii, cujus sententia fuit à Gregorio XIII. approbata, *ut decis. super eod. cap. 19. in ver. Gregorius XIII. approbavit, & in ver. Gregorius XIII. audita.* Causæ autem cognitio hoc casu in secunda, & tertia instantia Ordinario, & Superiori ejusdem religionis vicinioribus conjunctim committi debent, *ut in eisdem decis. super eod. cap. 19. §. & Ordinario.* Quòd si ante causæ cognitionem habitum propria auctoritate quis dimiserit, nullatenus ad allegandū quamcumq; causam est admittendus, sed,

ut ad Monasterium redeat est cogendus, & tanquàm apostata puniendus, interim verò nullo privilegio suæ religionis juvari potest. Conc. Trid. *eod. cap.* 19. §. *quòd si antea.*

43 Apostatæ † pœna est excommunicationis, quæ incurritur ipso facto, ut est text. *in cap.* 2. §. *si quis autem, ubi etiam gl. ne cler. vel Mon. in 6.* & Pius Quintus revocavit, & abolevit omnia, & singula privilegia, facultates, dispensationes, & indulta, præter juris communis dispositionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres Monachos, Canonicos, & alios laxiorum ordinum professores, &c. Cassavit quoq; & annullavit quo ad illa, omnes Apostolicas, & alias litteras super iis confectas, ac processus, & alia inde secuta quæcunque. Quoscunque verò, qui aliquem contra suæ revocationis tenorem admitterent, aut reciperent, vel receptos retinerent, ipsos, omnibus, & singulis dignitatibus, administrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis privavit, & ad futura inhabiles esse voluit eo ipso, ut in litteris, de quibus in Bull. *cap.* 91. & quia regulares de uno ad alium ordinem translati, facilè à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur; nemo superior cujusvis facultatis vigore aliquem ad habitum & professionem admittere potest, ni si ad ordinem ipsum ad quem transfertur sub sui superioris obedientia in clausto perpetuò maneat, & taliter translatus etiam si Canonicorum Regularium fuerit ad beneficia secularia, etiã curata omninò incapax existit. Conc. Trid. *cap.* 11. *de refor. sess.* 14.

Abbatissæ † verò, & aliæ præfectæ Monasteriorum quocunq; nomine appellentur minores annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerint, eligi non possunt. Concil. Trid. *c.* 7. *de regul. & mon. sess.* 25. *& c. sanctimoniales* 20. *q.* 1. olim enim Abbatissam sexagenariam esse oportebat. *cap. indemnitatibus. junct. gl. de elect. in 6.* quòd hodie si qualitatibus supra à Conc. Trid. traditis non reperiatur in eodem Monasterio, ex alio ejusdem ordinis eligi potest, & si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videbitur, ex iis, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinq; saltem annis post professionem rectè vixerint, de consensu Episcopi, vel alterius superioris eligi poterit. *ut eod. c.* 7. §. *quod si hu*, & quod ita de consensu Episcopi fieri possit, fuit à sacra congregatione decisum *super eod. cap.* 7. *vers. an eo casu.*

Episcopus verò, vel alius superior, qui 46 electioni præest, † claustra Monasterii ingredi non debet, sed ante cancellorum tenestellam vota singularum audire, vel accipere tenetur; *ut d. c.* 7. §. *& si quæ.* Atq; cum Vicario suo, vel Secretario, aut alio ab ipso assumpto, vota singularum Monialiũ oretenus expressa, superior audire potest. *ut in decis. super eod. cap. in factis. in ver. accipiat.* si nec quadragenaria, nec quæ trigesimum annum expleverit, in ipso Monasterio reperiatur; minoris ætatis eligi non potest, sed ad Papam est recurrendũ; ad quem spectat postulationem hujusmodi admittere, Sacra congregatio *super eod. cap.* 6. §. *quod si nulla.*

47 Episcopis † sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ præcipitur, ut in omnibus Monasteriis

steriis sibi subjectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari, maximè procurent. Conc. Trid. *in c. 5. de reg. & monial. & c. unic, §. 1. & ult. de stat. regu. in 6.* Inobedientes, atque contradicentes per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione 49 postposita compescendo, invocato, etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. *ut eod. c. 5. d. c. unic. in fin. de stat regul.* quod auxilium, ut præbeatur, omnes Christiani Principes hortantur, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus secularibus injungitur per sacrum Conc. Trid. *in d. c. 5. §. quod auxilium.* Et exhiberi debet ad ea, quæ Deo sunt placita, exequendum. *c. 1. de off. ordin. & glo. in d. c. unic. in ver. secularu.* ad hoc enim Magistratus seculares legitimè à Sac. Concilio fuerunt compulsi, & compelli possunt. *cap. administratores. 23. q. 5. &* gloss. *proximè citata.*

Et Pius V. inhærendo dispositioni *d. c. unic. de stat. regul. in 6.* & decreto Sacr. Concil. Trid. *d. c. 5. sess 25.* sua perpetuò valitura constitutione, statuit, atque decrevit universas Moniales, tunc præsentes, & futuras cujuscunque religionis, & ordinis, vel militiarum, etiam Hierosolymita. receptas, vel recipiendas, tacitè, vel expressè professas, etiam si conversæ, aut quocunque alio nomine appellarentur, etiam si ex institutis, vel fundationibus earum regulæ ad clausuram non tenerentur, † nec unquam in earum Monasteriis, seu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea servata fuisset, sub perpetua in suis Monasteriis, seu domibus debere de cetero permanere clausura, & reluctantes hortandæ, ac inde contrafacientes ab ordinariis locorum severissimè puniendæ, omnibusq; sine professione, & absq; clausura vivere volentibus est interdictum, nè ullā aliam prorsus in suum ordinem, religionē, aut congregationem recipere possint, ut in const. ejusdem Pij V. in Bull: *cap. 8.*

Nec possunt † moniales cujuscunq; status, gradus, vel conditionis existentes, de cætero morborū, lepræ, aut epidimiæ causa, nisi ob evidens, graveq; periculum, seu scandalum (quæ tamen præter alios ordinum superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta Monasteria ab Episcoporum, & ordinariorū jurisdictione exempta esse reperirentur, cognita, & expressè in scriptis approbari debent) à monasteriis prædictis exire. *dict. c. unic. circa princ. vers. ita quòd nulli.* Sed nec in prædictis casibus extra monasteria, nisi ad necessarium tempus stare licet, si quæ autē extra prædictos casū modo, quo suprà cognoscendos, & approbandos, è monasterio, clausuravè egressæ fuerint, quive eisdem licentiam exeundi quomodolibet concesserint, necnon comitantes, ac illarum receptativæ personæ laicæ, seculares, vel Ecclesiasticæ, consanguineæ, vel nō, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo, eo ipso absque aliqua declaratione subjiciuntur, à quo à nemine, nisi à Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo absolvi possunt, ut in aliis ejusdem Pij V. Postea confectis litteris, de quibus in eodem Bull. *cap. 100.*

Gregorius autē XIII. inhibuit quibuscunque, nè sub prætextu licentiarum hactenus tunc concessarum, & obtentarum

sub excomunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua pariter à nemine, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium possint obtinere. Monasteria hujusmodi quovis modo ingredi audeant. Abbatissis verò, necnon Abbatibus, Conventibus, & 51
aliis Monasteriorum utriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, districtè præcepit sub eadem excommunicationis pœna, necnon privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum, suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, nè in Monasteria, domos, & loca sua quemquam prætextu dictarum licentiarum ingredi facerent, vel permitterent, quinimò † etiam
5. sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibuit, atque interdixit omnibus, & quibuscunque personis Ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam ordinum quorumcunq; etiam Mendicantium Regularibus, ne illis prætextu licentiarum ab Episcopis, vel superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantùm ex decreto Concilii Tridentini, *dicto cap. 5. §. ingredi autem. de regul. sess. 25.* tribuitur, Monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus urgentibus, dumtaxat ingredi liceat. Nec moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere possunt, *ut in litteris ejusdem Gregorii. in eod. Bull. cap. 36.* Neque Episcopis aliisve, quibus sui auctoritate officii est permissum, pro libito suæ voluntatis hujusmodi septa ingredi licèt, sed dumtaxat in casib⁹ necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati, & contra facientes Episcopi pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdicti, pro secunda à munere Pontificali, & à divinis suspensionis, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicationis pœnam incurrunt; regulares verò omni officio, ac ministerio privati similiter excommunicationis pœna innodãtur. *Gr. in eo. Bul. c. 75.*

Mulieres autem quæ † in Congregatione vivunt pro cura earum mulierum, quæ fuerunt inhonestæ, vel à viris propriis desertæ, non sunt cogendæ ad professionem emittendam, neque ad clausuram servandam, ut in eisdem decis. *super cap. 5. §. Gregorius XIII. audita.*

Concedere enim licentiam intra septa 52
† Monasterii ingrediendi Episcopus, vel superior debet in casibus necessariis, neq; alius ullo modo potest, etiam vigore cujuscunque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi, Concil. Trid. *eod. cap. 5. §. dare autem*; & etiam ubi viget consuetudo non accedendi ad Monasteria regularibus subjecta sine licentia Episcopi, & post Concilium introducta, ut Ordinarii concedant licentiam ingressus ad Monasteria Regularibus subjecta, privativè ad ipsos Superiores Regulares, advertendum est, an consuetudo sit legitimè præscripta, super qua Judex competens cognoscere debet; sed interim ordinarius eam quasi possessionem, quam habere reperitur retinere potest. Et dato, quod à Superioribus Regularibus hujusmodi licentia ingressus, & accessus concedi deberet privative ad Ordinarios, non possunt illas improbare, possunt tamẽ Ordinarii aliquam ipsarum licentiarum cognitionem, & superintendentiam habere; prout Mediolani, ubi vigore Concilii provincialis primi debent hæ licentiæ apud Superiorem registrari, ut fuit decisum

per

per Sacram Congregationem *super eo. cap. 5. ut in §. præsupposita declaratione.*

53 Potest etiam † puella introduci intra claustra Monasterij monialium ad hoc, ut educetur, ibi, etiam absque licentia Ordinarij, quò ad monasteria Regularibus subjecta, obtentis tamen litteris ab ipsa Congregatione, in forma præscripta, non autem ex sola licentia Superiorum Regularium, nec etiam de licentia Ordinarij, & superiorum. *ut in eisdem decis. super eo. cap. 5. §. verum puella.* nisi aliter in litteris Sacræ Congregationis caveatur, quarum forma est servanda. Quæ autem puellæ educationis causa in Monasterio sunt, exire possunt, & deinde ad habitum suscipiendum recipi sine aliqua Sacræ Congregationis licentia, *ut in eisd. decis. super eod. cap 5. in princ. & vers. quæ educationis*, secus autem, si non ad effectum habitum suscipiendi reingredi iterum educationis causa volunt, quia tunc nova licentia requiritur.

54 Absoluto † autem tempore educationis, si statim puella non egreditur, nemo incidit in excommunicationem, seu censuras, sed potest Episcopus terminum præstituere, intra quem eligat puella, utrum velit Monialis effici, aut è Monasterio egredi §. *absoluto tempore. ead. decis.* moniales verò peritæ ad organum pulsandum non sunt prohibendæ, quin organum in Ecclesia interiori pulsent. Ideò organi con-
55 cinnatores, † ac Magistri, cum eorum operæ uti oportuerit, sunt atmittendi eadem ratione, qua cæteri artifices admittuntur. Congreg. Concil. *in eisd. decis. super eo. c. 5. §. si qua ex monialibus.*

56 Regulares † adeuntes Monasteria Monialium sine Episc. licentia pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, absolutionem sibi reservando, non incidunt, si regulares ab excommunicationibus Ordinariorum suis privilegijs nominatim eximuntur; sed intra claustra degunt juxta dispositionem *cap. 3. de reform. sess. 6* sunt puniendi. *ut in eisdem decis. super d. cap. 5. §. an regulares adeuntes.*

57 Nullique † Superiori Religioso, cuiuscunque Religionis, gradus, qualitatis, & dignitatis, existenti, cui Monasterii seu domus cura incumbit, visitare, nec visitatoribus, (confessario ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabantur, dumtaxat exceptis) absque licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere licet, nec ad Monasteria, seu domos quarumcunque monialium, vel sororum sui, seu alterius cujusus ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quòd, si aliquando ex mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas in ipsarum monialium, seu sororum Ecclesijs, seu Oratoris exterioribus, mitti contingat, monialies, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra claustra degentes, nullo modo ullove ve quæsito colore alloqui possunt. Confessarij autem similiter in ædibus Monasterij, vel in Monasterio, seu domo Monialium, aut Sororum Monasterio contiguis pernoctare, seu pernoctari facere prohibentur, neque extra tempora generalium confessionum (quibus soli Confessario diurnam refectionem accipere vix est permissum, si ejus habitatio, aut virorum domus, vel Monasterium, in quo degit, à monialium, vel Sororum Mona-

sterio, seu domo nimium distat, neque etiam hoc casu, si peculiaribus regulæ constitutionibus id vetitum sit: ullo modo comedere, refocillare, aut cibum sumere possunt, sub pœnis privationum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, ut in decreto sub die prima Aprilis 1590. facto, omnibusque procuratoribus ordinum in Urbe degentes intimato, *de quo in decisionibus ejusdem Sacræ Congregationis manuscriptis circa finem libri.*

58 Nec possunt † regulares, quibus cura monialium sublata fuit etiam de licentia, & jussu Superioris Ordinarij illas in confessionibus audire, & ita ex mente Gregorij XIII. fuit à prædicta Sacra Congregatione decisum, *ut in prædictis decisionibus super eod. cap 5. idem Gregorius XIII.* Cohabitatio autem, ac collocutio, Monachorum cum monialibus propter insidias Diaboli, est valde suspecta. *cap. diffinimus, cap. in nullo, & c. Monasteria, 18. quæst. 2.*

Sextò, omnia capita ordinum, ut quatuor Abbates † generales quatuor ordinum generalium, videlicet, S. Benedicti, 59 Cluniacensis. Cisterciensis, & Præmonstratensis, qui omnibus Abbatibus præferuntur, ut per Cassan. *in Catal. glor. mundi. par. 4. 31. consid. in princ.* & etiam omnes alij Abbates habent ordinariam jurisdictionem in suis monasterijs, ita quòd possunt subditos suspendere, interdicere, & excommunicare, *cap. quantò, & ibi* glo. penul. *de off. ord.* Abbas. *in cap. eum ab ecclesiarum. numer. 10. & num. 12. eod. tit.* & Cassan. *ead. par. 4. 22. consid. vers. quintò Abbates.* Eadem autem auctoritate 63 ordinaria, vigore tamen privilegiorum cum facultate, & auctoritate ordinaria concessorum primam tonsuram, & minores ordines subditis suis, in quibus quasi Episcopalem habent jurisdictionem, usque ad Lectoratum inclusive conferre possunt *cap. 1* & ibi glos. unic. *cap. 2.* & ibi glos. *in ver. Lectoris. 62. dist.* glos. pen. *in c. 60 Abbates. de privil. in 6.* Calices † etiam, patenas, vestes sacerdotales, cruces, & alia in quibus sit tantùm verbalis benedictio, benedicere possunt, non tamen calices consecrare, *ut ibi* eadem glo. pen. *vers. faciunt hæc*, nisi facultatem habeant ex speciali Sedis Apostolicæ indulto.

Septimò, Magnus † Magister Ordinis 61 Sancti Joannis Hierosolymitani habet in suos fratres, & subditos ordinariam jurisdictionem cum mero, & misto imperio *ut in Bull. Rom. Pij. IIII. c. 14. pag 667. §. nec non tunc*, cum facultate commendas, & alia beneficia conferendi, *de quibus infra:* quam jurisdictionem habent etiam omnia capita Ordinum aliarum militiarum regularium auctoritate Apostolica erectarum.

Ordinariam jurisdictionem habent etiam vicarij † generales Episcoporum, Archidiaconi, & Archipresb. *ut tot. tit. de off. Vic. de offic. Archid. & de offic. Archipresb. &* quamplures alij, sed, quia de singulis dicere, qui habent ordinariam jurisdictionem, pluribus esset agendum, cùm non possit dari certa doctrina stante, quòd sæpiùs per consuetudinem acquiritur, & amittitur, ut per Innoc. *in cap. 3. numer. 3. de off. ord.* alijs omissis, quæritur, nunquid Ordinarius possit allegari suspectus, & quis causam suspicionis admittere possit. 62

Ordinariorum † appellatione hoc casu 63 veniunt non solùm Episcopi, sed etiam Patriarchæ,

triarchæ, Primates, & Archiepiscopi, quia eorum ordo est quadripartitus in Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas. *ut cap. cleros. §. ordo verò. 21. dist.* ad quos causarum omnium tam civilium, quàm criminalium ad forum ecclesiasticum spectantium in prima instantia cognitio spectat. Conc. Trid. *c.20. de refor. sess. 24. & c.1. de reform. comp.* & nunquam in prima instantia per Signaturam justitiæ alijs committuntur, quàm locorum Ordinariis, nisi illi ex legitima, & in jure expressa causa, recusarentur, quo casu tunc judicibus in partibus committuntur Congreg. conc. *in decis. super eod. cap. 20. sub rubr. de prim. inst. an. in princ.*

Causæ in jure expressæ, quibus judices possunt allegari † suspecti, sunt plures, 64 nempe, si judex est dominus adversarij, aut vassallus, aut suffraganeus impetrantis, sive consanguineus, vel advocatus fuerit in eadem causa pro ipso impetrante, aut si habet causam similem. Quatuor enim ista timor, odium, dilectio, census sæpe solent hominis rectos pervertere sensus, ut per gloss. *in c. causam quæ de off deleg.* quæ licet proprie militent in delegato, de quo loquitur text. *in d. cap. causam quæ*, tamen habent etiam locum in judice ordinario, qui etiam suspectus potest allegari per text. *in c. cum speciali* juncta glo. *in ver. de recusatoris. de appell.* & ibi Abb. *num. 11.*

65 Causæ verò suspicionis † coram eodem judice debent allegari, & juris arbitri eligi, qui de suspicione cognoscant, & eisdem ad hunc articulum cognoscendum potest terminum assignare. *ut c. suspicionis, &* ibi gloss. *in ver. terminum. de off. deleg.* at, si arbitri non decidunt articulum suspicionis intra terminum ab ipso judice præfixum, 68 poterit judex reassumere jurisdictionem, & in negotio principali procedere. *cap. legitima in fin.* & ibi gloss. *fin de app.* & Abb. 66 *in d. c. suspicionis. n. 10. de off deleg.* licitum † tamen erit recusanti judicem, si arbitri nolunt pronunciare, vel contra ipsum pronunciant, ad Papam appellare, ut per d. gloss fin. *in fin. & c. ab arbitris de off deleg. in 6.* & à pronunciatione super judicis competentia, vel incompetentia, Signatura justitiæ committit causas appellationum ex supra allegatis, judice autem recusante admittere legitimam recusationem, ab eo appellari potest. *ut cap. super quæstionem in fin. de offic. deleg.* & Abb. *in cap. cum speciali. nu. 6. de appell.* si verò causa recusationis sit frustratoria evidenter, non tenetur judex ad electionem arbitrorum devenire, sed hanc exceptionem spernere debet. Abb. *in eod. cum speciali. num. 15.* Quæritur 67 an judice renitente admittere † legitimam recusationem, & arbitrorum juris electionem, ad proximum superiorem, nempe ab Episcopo ad Archiepiscopum, vel Legatum, vel Prolegatum, vel Nuncium Apostolicum appellari possit: appellationes, autem ab Episcopis ad eosdem deferuntur, *ut cap. 1. de off. c. leg.* hoc tamen procedit in sententia diffinitiva, sed, cùm hæc appellatio non sit à diffinitiva, propterea ad Papæ audientiam est appellandum *d. cap. super quæstionum. in fi. de off deleg.* Recurritur autem in Romana curia ad Signaturam, à qua super allegatis suspicionibus causæ aliis judicibus committuntur, ut per Stafil. *in tract. de commiss lit. just. §. quando conceditur. nu. 20 21. & 22 fol. mihi 126. §. & dantur litteræ, per tot.* & Rot. *decis. 3 de rescript. in nov. & decis. 61 de rescrip. in antiqu.*

Ab ordinario verò † causa non avocatur,

tur, sed datur adjunctis. ut testatur Rota *eadem decis. 3. nu. 6.* nisi magna urgeat causa suspicionis, quo causæ etiam quandoque à Signatura, tam justitiæ, quàm gratiæ ab Ordinarijs avocantur, & alijs judicibus etiam in Rota in prima instantia attenta causæ gravitate committuntur, ut per Sac. Conc. *eod. c. 20. §. ab his.*

69 Metropolitani † verò & Sedis Apostolicæ Legati, vel Nuncij non possunt recipere, neque admittere hujusmodi appellationes, quia cognitio suspicionis, & an causa sit committenda, hoc casu est Sedi Apostolicæ specialiter reservata, *ut in eo. cap super quæstionum, in fin.* & de stylo curiæ Romanæ committuntur à Signatura ex supra deductis, stylus enim curiæ facit jus. Rota *decis 16. de consuet. in antiq.* & Felyn. *in cap. ex litteris. num. 4. de constit.* cùm enim appellatio à processu ad ulteriora, vel ex causa allegatæ suspicionis interposita non sit diffinitiva, sed interlocutoria Abb. *in eod. cap. cum speciali. §. porrò. numer. 9. de appell.* de ea Metropolitani, aut alij Prælati superiores cognoscere non possunt, 71 obstante sacro conc. Trident. eod. *cap. 20.* & specialiter in curia Romana cui est reservata, per Signaturam cognosci debet. Ex suprà allegatis. Et ita de præsenti anno. 1640. post superiùs per me scripta, cùm, uti vicarius generalis Archiepiscopi Bononiensis in quadam causa coram me prima instantia pendente fuissem suspectus allegatus, ac, uti suspectus recusatus, interposita etiam appellatione à prætensis gravaminibus ante diffinitivam, ut prætendebatur, passis. Appellationem ipsam, ac suspicionem, ut illegitime allegatam, ac interpositam, minime admisi, sed omnino rejeci. Habito propterea per appellantes recursu ad tunc temporis Legati Bononiæ Vices gerente, cùm ab eodem prætentæ suspicionis, & appellationis prætextu commissionem extorsissent, & illius vigore subreptitio, ac obreptitio causam generalis ejus curiæ auditori committi obtinuissent; decretis, & relaxatis ab eodem pro causæ hujusmodi advocatione, litteris illis parere nolui. Ideò demum habito per eosdem appellantes recursu ad sacram consultam, & deinde ad Signaturam in Romana curia, eadem prætensæ suspicionis, & appellationis causa in civitate Bonon. ut dictum est, admissa, in nulla fuit habita consideratione. Sed ex integro Romanæ in Signatura justitiæ tractata, & discussa fuit. In his enim casibus ex causa Ordinario, *ut suprà*, datur adjunctus.

70 Regulariter enim causæ † omnes ad forum ecclesiasticum spectantes, coràm Ordinarijs locorum in prima instantia cognosci debent, & infra biennium sunt terminandæ conc. Trid. *eod cap. 20 de refor. sess 24* Et concilium tribuens Ordinarijs 71 locorum in prima instantia † cognitionem causarum ad forum ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis, & exemptis Episcopalem jurisdictionem habentibus tantùm decrevit, non autem de Prælatis inferioribus, qui subsunt Episcopis, veluti de archipresbyteris, plebanis, & aliis inferioribus, qui etiam in eorum beneficijs Ordinarij dici possunt, *ut in d. c.* de quibus concilium non egit, ut declaravit sacra congregatio *in decis super eod. cap. in §. an hoc. de-* 72 *cretum privativè.* Si verò † causa intra biennium non terminetur, & non stetit per ordinarium, quominùs intra dictum tempus causam diffinierit, sed ob gravitatem, & qualitatem causæ, vel partium cavillationes

tiones non sit diffinita, elapso biennio non habet locum appellatio, ut per eandem sacram congreg. *super eo cap.* 20. fuit declaratum, *in* §. *an hoc decretum quo.*

73 Excipiuntur tamen primò àdicta regula omnes † causæ, quæ juxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ, vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit Papa per speciale rescriptum manu sua propria subscribendum committere, aut avocare, ut per concil. Trid. *eod. c.* 20 §. *ab hu excipiatur.*

74 Secundò, quando per † Breve Apostolicum capitur possessio beneficii, & aliqui volunt illius executionem impedire, tunc etiam in prima instantia potest causa in Romana curia tractari, quia Auditor Cameræ similium causarum est judex competens: congreg. conc. *super eo. cap.* 20. *in decis. subtit. Vtixbonen.*

75 Tertiò, ratione celebrati † contractus, & etiam delicti commissi, quia concilium non sustulit modos legitimos, quibus quis ex juris communis dispositione sortitur forum ea. congreg. conc. *super eod. cap.* 20. §. *congregatio censuit.* ratione enim contractus, vigore obligationis cameralis, si quis in Romana curia obligatur, undecunque veniat, & sit oriundus, sortitur forum curiæ Romanæ, in qua contractus celebratur. Galef. *in tract. ad form. obligat. cam. ad 3 par. oblig. q.* 2. *num.* 2. *&* 3.

76 Quartò excipiuntur † causæ beneficiales, in quibus tractatur de beneficiis affectis, vel reservatis, quæ etiam in Romana curia in prima instantia introducuntur, & cognoscuntur, ut per eandem congregationem *super eod. cap.* 20. fuit decisum, *in* §. *quod si vel de effectu.* Et quemadmodum beneficia sunt Sedi Apostolicæ reservata, vel affecta, ita quòd inferiores collatores illa conferre non possunt, cum † reservatio titulum inficiat, & possessionem propter decretum irritans illi annexũ. Put. *decis.* 197. *lib.* 3. *num.* 3. & Rota *decis.* 1. *num.* 6 *de restit. spol. in antiquior.* ita nec inferiores causas, in quibus agitur de collatione Apostolica, nisi de partium consensu cognoscere valent, quia apud Sedem Apostolicam, quæ beneficia confert, causa est cognoscenda, & reservatio beneficiorum operatur etiam reservationem causarum, quæ sequitur reservationem beneficiorum congregation. concil. *dicto* §. *quod si*, quia qui unum dicit, & omnia dicit, quæ sequuntur ex illo, gloss. *in cap. quo jure. in ver. dicere, 8. dist.*

DE POTESTATE IVRISDICT. DE-legatæ. Cap. II.

SVMMARIVM.

1. Iurisdictio delegata est duplex: à jure, vel ab homine.
2. Episcopi vigore delegationis Papæ in forma dignum, quomodo beneficia Sedi Apostolicæ reservata conferant.
3. Mandata de providendo variis modis olim concedebantur.
4. Mandatum de providendo non habet vim

provisionis, neque ligat manus habentis facultatem conferendi, quo minus provisio per eum postea facta valere possit.

5 Provisionū in forma dignū, qualis sit natura

6 Provisio Papæ habet tacitam conditionem, videlicet, si non est alteri jus quæsitum.

7 Decretum Papæ irritans ipso jure, omnia gesta in contrarium annullat.

8 Possessione sua nemo est amovendus, nisi prævia citatione.

9 Gratia per subreptionem obtenta ipso facto est nulla.

10 Gratia à Sede Apostolica pluribus causis redditur nulla.

11 Impetratio beneficii est facienda cum expressione obtentorum, & veri valoris, ac pensionis alterius beneficii, alioquin gratia redditur nulla.

12 Motu proprio gratia facta redditur nulla, si non sit facta expressio eorum, de quibus fieri debet.

13 Clausula in mandatis Papæ apposita, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse repererit, super quo conscientiam tuam oneramus, an pars, ut assistat examini, sit vocanda.

14 Actus præjudicialis fieri non potest, nisi vocata parte, de cujus præjudicio agitur.

15 Probatio de non jure rei non prodest agenti in beneficialibus.

16 Delegatus pro examine faciendo, an subdelegare possit, si in litteris sit apposita clausula conscientiam tuam onerantes.

17 Clausula in mandatis apponi solita, dummodo non sit alteri jus quæsitum, quid operetur.

18 Mandato Apostolica cum clausula, dummodo non sit alteri jus quæsitum, an in illorum executionem debeat pars citari.

19 Possessor, ut amoveatur sine causæ cognitione, non est de intentione Principis.

20 Executor nunquam in beneficialibus intelligitur esse mere deputatus.

21 Executio in beneficialibus in duobus casibus retardari potest.

22 Dispensatus nunquam præsumitur, nisi dispensatio probetur.

23 Excommunicati sunt inhabiles ad beneficia obtinenda.

24 Irregulares sunt inhabiles ad beneficia obtinenda.

25 Excommunicati non admittuntur ad agendum.

26 Excommunicatus spoliatus non restituitur.

27 Executor litterarum in forma Brevis quomodo procedere debeat.

28 Excommunicari quis non potest, nisi personaliter citetur, & quomodo processus formari debeat.

29 Stylus Romanæ curiæ est ubique servandus, qui facit jus. Et omnes in foro ecclesiastico secundum eundem judicare tenentur.

30 Citatio per edictum ob non tutum accessum, quando sit relaxanda.

31 Citatus per edictum ad hoc, ut excommunicetur, quid sit probandum.

32 Exceptio excommunicationis incontinenti probata excludit agentem. non obstante clausula, teq; à quibusuis excommunicationis.

33 Excommunicatus rescriptum impetrare non potest.

34 Dictio taxativa excludit omnes alios casus, præter expressos.

35 Excommunicatus post absolutionem restituitur

stitaitur ad jura lapsu temporis perdita.

36 Sententia declaratoria excommunicationis, an per appellationem suspendi possit.

37 Clausula, appellatione remota, quid operetur.

38 Clausula tu istic attente circumspicias, quæ apponi solet in litteris Apostolicis beneficiorum per resignationem vacantium, quid operetur.

39 Bonus quilibet præsumitur, nisi probetur malus.

40 Dolus in dubio non præsumitur.

41 Resignatio simoniaca, quomodo sit valida in odium resignantis.

42 Resignans titulum, & possessionem beneficii amittit, nec ille, qui per simoniam est beneficium adeptus, illud retinere potest.

43 Clausula, & non aliàs, aliter, nec alio modo, necessitatem importat, & inducit formam;

44 Simoniæ crimen in beneficio committens est excommunicatus.

45 Extensio fit de persona ad personam in lege pœnali, ut evitentur pericula animarum.

46 Simoniacorum beneficia ipso jure vacant, & possunt impetrari.

47 Clausula, vocatis vocandis facit executorem mistum, unde tenetur citare, & procedere judicialiter.

48 Beneficium conferri non potest per privationem, nisi elapsis decem diebus, à die latæ sententiæ.

49 Appellatio an admittitur in crimine simoniæ.

50 Dispensationes quacunq; auctoritate concedendæ Ordinarijs illorum, qui eas impetraverint committuntur, & nihil pro illarum executione accipi potest.

51 Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, de communicationibus ultimarum voluntatum cognoscunt.

52 Episcopus cognoscit super litteris Apostolicis in forma, si in evidentem, & monitorialibus pro occultis.

53 Delegati jurisdictio, ubi causæ cognitio requiritur, per solã citatitionẽ perpetuatur.

54 Mortuo delegante, an expiret jurisdictio.

55 Delegationis litteræ gratiæ, vel justitiæ concessæ ante diem obitus prædecessoris à Papa successore convalidantur.

56 Delegatus in citatione faciendæ debet inserere tenorem rescripti.

57 Delegatio, an transeat in successorem.

58 Delegatus Papæ, vel alterius Principis, potest subdelegare.

59 Delegatus est major quocunque Ordinario in causa delegata.

60 Episcopi habent jurisdictionem delegatam à lege in pluribus casibus.

61 Episcopi compellere possunt Abbates, & Priores monasteriorum negligentes in habenda lectione Sacræ Scripturæ in monasteriis, ubi commodè haberi potest.

62 Episcopi possunt animadvertere in Prædicatores, errores aut scandala disseminantes.

63 Episcoporum officium est providere, ne parochiales ecclesiæ, aut alia beneficia personalem residentiam requirentia, suis debitis obsequiis defraudentur.

64 Episcopi possunt animadvertere in regulares extra monasteria degentes, si delinquant.

65 Episcopi possunt visitare, corrigere, & emendare capitula cathedralium, &c. ecclesias, & personas.

66 Episcopi possunt cognoscere contra regulares.

lares extra monasteria degentes, ac de civilibus causis mercedum & miserabilium personarum.

67 *Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati, cognoscunt de subreptione, & obreptione gratiarum Apostolicarum.*

68 *Episcopi possunt distributiones quotidianas constituere in collegiatis, ubi non sunt.*

69 *Episcopi possunt erigere novas parochias, & cogere rectores ecclesiarum ad sibi adiungendos alios sacerdotes.*

70 *Parochiæ novæ, quando erigi possint.*

71 *Episcopi beneficiorū uniones facere possunt.*

72. *Episcopi illitteratis, & imperitis, coadjutores, aut vicarios ad tempus deputare possunt cū portione fructuū, incorrigibilesq; punire, & beneficiū privare.*

73 *Illitterati non placent in ecclesia Dei.*

74 *Episcopi transferre possunt beneficia simplicia, etiam juris patronatus ex ecclesiis, quæ vetustate, vel aliàs collapsa sunt in alias Ecclesias.*

75 *Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, quæ visitare, & corrigere possint.*

76 *Episcopi possunt prohibere, corrigere, statuere, & providere omnia, quæ ad avaritiam, & ad irreverentiem spectant in missū celebrandi.*

77 *Episcopi possunt animadvertere in notarios male officium suum exercentes.*

78 *Episcopi in omnibus ijs, quæ ad visitationem, & morum correctionem subditorum suorum spectant, omnem potestatem habent.*

79 *Episcopi possunt procedere contra Protonotarios, Comites Palatinos, capellanos regios, & alios privilegiatos, & quomodo.*

80 *Episcopi cognoscere possunt de electionibus, præsentationibus, nominationibus, institutionibus, collationibus, & possessionum, ac beneficiorum traditionibus.*

81 *Episcopi possunt visitare clausuram in omnibus monasteriis monialium, etiam Episcopis non subjectis.*

82 *Monasteria quæ sub immediata Sedis Apostolicæ protectione reguntur, quomodo Episcopis subdi possint.*

83 *Episcopi uti Sedis Apostolicæ delegati, etiam officiales sanctæ Inquisitionis, & professores in aliqua Universitate exemptos, ad solutionem legatorum piorum compellere possunt.*

1 CUm jurisdictionis potestas † sit duplex, ordinaria, & delegata, & de ordinaria plurimus supra actū fuerit, consonū est, ut nunc de jurisdictione delegata agatur, quæ est duplex, ab homine, vel à jure. Ab homine quæ tribuitur per litteras delegatorias, *ut toto tit. de off. deleg.* A jure, quæ Ordinarijs tribuitur à lege, *de qua sup. c. proximo.*

2 Episcopi jurisdictione delegata † ab homine conferunt beneficia per obitum, aut per resignationē, aut per devolutionē, seu aliàs quovis modo Sedi Apost. reservata vacantia, quando litteræ Apost. eis, in forma, dignum, diriguntur, in quibus solet apponi clausula, dūmodo ipsū adhoc idoneum esse repereris, super quo cōscientiā tuā oneramus, beneficiorum auctoritate nostra conferas, & assignes, & licet talis provisio videatur † mandatum de providendo, tamē mandata, quæ olim concedebantur, aut, quando Papa scribebat Ordinario pro certa persona, & certo beneficio vacaturo conferendo, ut quatenus avunculo beneficium, quod habebat, dimittere vellet, illud nepoti conferret, *ut cap. exparte. il. 1. de off. del.* vel; quando scribebatur pro persona incerta super beneficio certo

conferendo ut alicui incertæ personæ conferretur, *cap. ii cui. eod. tit. in 6.* aut scribebatur pro incertis personis de incertis beneficiis providendo, tribuendo facultatem admittendi resignationes, & beneficia per resignationem hujusmodi vacantia, ut beneficia sex clericorum cedentium, vel decedentium personis idoneis conferendi, *cap. dudum, & cap. quamvis, il. 2. de præb. in 6.* & aliis diversis modis, *ut in cap. Abbatem.* & ibi glo. *in ver. facerent. de rescript. cap. si pro te eod. tit. in 6. cap. si super gratia. c. ii cui. de off. deleg. cap. si Apostolica. de præb. cap. capitulo, de conceſſ. præben. ubique in 6.* & Rot. *decis. 11. & 13. de præb. in nov.* † nullum tribuebant jus ante illorum executionem, quia mandatum de providendo non habet vim provisionis. Paris. *cons. 57. numer. 53. & cons. 79. numer. 13. & 14. vol. 4.* & Put. *decis. 256. in fin. lib. 1.* & non ligat manus habentis facultatem conferendi, quominus provisio per eum postea facta valeat. Ro. *cons. 256.* Rot. *decis. 7. de præb. in nov. decis. 25 de conceſſ. præben. in antiqu.* & Staphil. *de mand. de provid. §. prima igitur forma num. 2.*

Provisiones autem, † in forma, dignum, sunt gratiæ perfectæ quarum vigore, constito de idoneitate, nisi ante datam litterarum reperiatur alicui jus quæsitum, quod expresse reservatur, ultra quod † semper intelligitur reservatum *cap. quamvis in fin. cap. si propter. de rescript. in 6.* Felyn. *in c. 1 1 capitulum. n. 16. vers. adducitur ratio, de rescript.* & Gomes. *de non toll. jur. quæs. num. 1. quæst. 2.* tribuunt jus, ita quòd de potestate ordinaria alteri conferri non potest, & purificata gratia per examen, perinde est, ac si tempore datæ fuisset facta collatio, ut in clausula circa finem litterarum apponi solita: Nos enim si dictus N. ad hoc repertus fuerit idoneus, ut præfertur, ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac si die datæ præsentium eidem ad id reperto idoneo de dicta ecclesia cum interpositione decreti hujusmodi mandavissemus provideri, † quia decretum irritans omnia in contrarium gesta annulat ipso jure. *cap. si eo tempore. de elect. in 6 cap. quodam. de præb. eod. lib.* Gomes. *de trien. poss. quæst. 49. numer. 3.* & Cassad. *decis 3. de decret. in reser. numer. 1.* quæ procedunt de plano, quando † nullus reperitur contradictor, si verò aliquis se gerat pro possessore quomodocunque titulato, tunc est vocandus, cum nemo à sua possessione sit repellendus, nisi citatus, *c. placuit. 16. q. 6.* nec, lite pendente, potest quis sua possessione privari, *c. 1. in fin.* & ibi Abb. *n. 1. & 8. ut lit. pen.*

Non enim prohibetur quis † suam possessionem continuare. *cap. cum teneamur, de appell* gloss. *in Clem. 2. in verb. innovari. ut lit. pend.* Dec. *in cap. significante. num. 5. de appell.* & Rot. *decis. 10. de appell. in antiqu.* potest enim possessor contra actorem opponere de subreptione, quæ ipso facto vitiat gratiam *cap 2. de fil. presb. in 6.* & Abb. *in cap. cum nostris numer. 11. de conceſſ præb.*

† Nam pluribus de causis gratia Apostolica ad beneficia redditur nulla, si quis tacet exprimenda, quia impetrans † tenetur facere mentionem de alio beneficio, quod obtinet, quantumcumque minimo. *cap. cum adeo.* & ibi glo. *in ver præbenda. cap. postulasti. cap. si proponente de rescript. c. non potest in prin. & cap. si motu proprio. de præb. in 6.* Felyn. *in cap. ad aures. num. 5. de rescr.* & Gomes. *super reg. de valo. expr. in impetr. benef.*

benef. in præf. numer. 3. & etiam exprimere pensionem sibi reservatam Card. *in cap. ad audientiam. 2. in quarta oppositione. de rescr.* & licet videatur, quòd in gratia facta motu proprio taciturnitas obtentorum non reddat gratiam nullam. *ut d. c. si motu proprio.* Felyn. *ind. cap. ad aures. num. 6.* & Gomes. *eod. num.* 3. dispositio tamen † dicti c. si motu proprio, fuit correcta per Sixtum V. in Reg. Canc. 50. de exprimendo vero valore, ubi super expressione veri valoris, & obtentorum idem statuit de beneficijs motu proprio collatis, quæ de beneficijs, quæ ad supplicationem conferuntur, ut etjam disposuit Clemens Papa VIII. *in reg. ejusdem Canc.* 54. quapropter in quibuscunque gratijs, tam motu proprio factis, quàm alijs, provisi tenentur exprimere verum valorem, tam beneficij impetrati, quam obtentorum ex supra deductis.

13 Quæri autem potest, quando † in litteris apponitur clausula, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, an executor teneatur vocare partem ut assistat examini, & videtur, quòd sic, quia executor super idoneitate debet pronunciare Lap. *alleg.* 15. *nu.* 5. & Paris. *cons.* 57. *nu.* 51. *vol.* 4.

14 At semper in actu præjudiciali † pars, de cujus præjudicio agitur, est vocanda. *l. de uno quoque. de re jud. l. in concedendo, & l. in diem ff. de acqu. plu. arc. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ in fin. de constit. cap. inter quatuor. de major. & obed. cap. 1. de caus. poss. & propri. cap. cum olim. de testam. & clem. pastoralis. §. denique ver. dici ne de re jud.* cùm collatio dependeat ab approbatione, vel reproba-

15 tione, & reus possessor vincat per non jus actoris, etiam si de non jure rei fuerit probatum, *cap. olim. in fin. de rescript.* glo. *fin. in cap. unic. de eo qui mit. in poss. ff. in 6.* Romi *cons.* 347. *num.* 1. & *num* 5. Compostell. *in cap. mandatum. num.* 4. *de rescript.* Felyn. *in d. cap. olim, num.* 9. *eod. tit.* & Rota *decis.* 2. *num.* 2. *de except. in antiquior.* Tamen in dicto examine in litteris Apostolicis collationis beneficiorum sibi commisso partem vocare non tenetur, quia examen hujusmodi non est actus judicialis. Innoc. *in cap. fin. in fin. de translat. Prælat.* Card. *in Clem.* 1. *de off. deleg.* Rota. *decis.* 4. *nu.* 3. *de sent & re judic. in antiqu.* & Felin. *in cap. fin. numer.* 36. *de præsumpt.* In contrarium verò adducta procedunt in actu judiciali.

16 An autem delegatus † pro examine hujusmodi faciendo possit delegare, si in litteris sit apposita clausula, conscientiam tuam onerantes, quia videtur electa industria personæ, subdelegare non potest. *l. nulli C. de Episc. & cler.* Imol. *in cap. si. de off. deleg.* Alex. *in l. à judice. num.* 4 C. *de jud.* & Rota *decis.* 18. *in fin. de concess præb. in nov. stantibus præsertim verbis, constito tibi, & conscientiam tuam, &c.* Felyn. *in d. cap. fin. in fin. de off. deleg.* tamen, si examinandus esset in partibus longinquis absens, & executori cognitus, illius examen alteri committi posset ex alijs deductis *in dict. decis.* 18. *numer.* 4. quando verò non apponitur clausula, conscientiam tuam onerantes, vel collatio auctoritate ordinaria fieri debet, examen super idoneitate poterit subdelegari *clem. uni. de off. deleg* & Rota *decis.* 4. *in fi. de sent. & re jud in antiqu.*

17 Quid autem de clausula, † dummodo tempore datæ præsentium non sit alicui specialiter jus quæsitum? Quia, ut supra deduxi, jus quæsitum tertio semper intelligitur reservatum, videtur nihil operari, quo-

niam expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur. *l. conditiones. ff. de condit. & demonſtrat.* ſed cùm in litteris nihil ſuperflui ponatur, d. clauſula tollit jus ad rem, licet præſervet jus in re, Roman. *conſ 256. verſ. 3. quia dicto.* Calder *conſ. 8. in fi. de reſcript.* Felyn. *in cap. cauſam quæ. num. 26. eod. tit.* & Rebuff. *de for. & declar: nov: proviſ: ſuper clauſula, dummodo tempore datæ, &c. nu: 2, par: 1.*

81 Vigesimò monasteria, † quæ sub immediata Sedis Apostol. protectione, ac directione regi consueverunt, tenentur quolibet triennio se in congregationem redigere, ibique certas regulares personas deputare ad formam *capit. in singulis de statu monach.*

Quòd si in his negligentes fuerint, Metropolitanus eorum negligentiæ tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, supplere potest, & si, Metropolitano instante, satisfacere non curaverint Episcopis in quorum diœcesibus monasteria sunt sita, tanquam Sedis Apost. delegatis, subduntur, *ut c. 8. de reg. & moniale. eod. sess. 25.* in pœnam negligentium observantiam regulæ, quam servare tenentur, *ut in cap. exiit, de verb. signific. in 6 & in clement. 1. eod. titulo.*

Vigesimo primò possunt † etiam Epi-82 scopi ex dispositione sacri concilii Tridentini *cap. 8. de reform. sess. 22.* tanquam Sedis Apostolicæ delegati, legatarios cogere ad soluendum legata relicta à testatoribus, juxta formam dicti *cap. 8.* etiam, si sint officiales sanctæ Inquisitionis, & ob id exempti à jurisdictione Ordinariorum, vel professores in aliqua Universitate ratione litterarum conservatoriarum, quæ eximunt à jurisdictone ordinaria, non autem à delegata à Sede Apostolica, ut per sacr. congreg. fuit decisum *super eodem, cap. 8. in decis. sub titulo. Patavina, & in §. consuetudine etiam.*

DE COLLATIONE BENEFICIORVM

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum de jure communi Episcopis competit, quocunque tempore vacent.*

2 *Collatio beneficiorum regulariter hodie Episcopis in quatuor duntaxat mensibus spectat.*

3 *Collatio beneficiorum vigore alternativæ ad Episcopos in sex mensibus est concessa.*

4 Al-

4 Alternativa Episcopi non residentes gaudere non possunt.
5 Alternativa est Episcopis cum dictione taxativa vere, & personaliter duntaxat concessa.
6 Clausula, sublata, &c. removet facultatem aliter interpretandi.
7 Collatores in conferendis beneficijs fines facultatis servare debent.
8. Legis auxilium frustra quærit, qui in legem committit.
9 Episcopi quando abesse non dicantur.
10 Beneficiorum pluralitas semper fuit odiosa.
11 Episcopus, quando habenti unum beneficium alterum conferre possit.
12 Episcopus, an possit ad duo beneficia sub eodem tecto dispensare.
13 Papæ scientia in collatione plurium beneficiorum pro dispensatione habetur.
14 Ætas ad obtinenda beneficia, quæ requiratur.
15. Dispensare non potest Episcopus super ætatis defectu.
16 Dispensatio super decretis concilii Tridentini soli Papæ est reservata.
17 Episcopi ordinaria auctoritate quibus beneficia conferre possint.
18 Tempus ad promovendum, statutum est unius anni.
19 Beneficia regularia regularibus, & secularia secularibus sunt conferenda.
20 Canonicatus ecclesiarum collegiatarum, quibus conferendi.
21 Canonicatus ecclesiarum collegiatarum conferri possunt juxta juris communis dispositionem.
22 Extensio in legib⁹ correctorijs licita nō est.
23 Parochiales per obitum vacantes prævio concursu, sunt conferendæ.
24 Examinatores pro explorandâ idoneitate ad beneficia obtinenda, quomodo eligendi, & num. 25.
25 Examinatores occasione examinis nihil accipere possunt, alioquin simoniæ crimen committunt.
26 Collatio ecclesiæ parochialis, prævio examine, ab examinatoribus in Synodo diœcesana non deputatis, est nulla.
27 Parochiali ecclesia vacante, quomodo interim de vicario sit providendum.
28 Edictum pro concursu parochialium, quomodo providendum.
29 Arbitrium Episcopi, in tempore edicti publicati prorogando, ultra alios decem dies extendi non potest.
30 Examine peracto in concursu, & tempore elapso, si alius veniat, non est admittendus.
31 Concursus coràm quibus fieri debeat.
32 Eligentes bonum ad parochialem, qui meliorem eligere possunt, peccant.
33 Examinati, & approbati in concursu ad parochiales, qui præferendi.
34 Electio magis idonei in concursu, non ad examinatores, sed ad Episcopum spectat.
35 Examinatorum vota, quomodo sint explananda.
36 Appellatio non datur à reprobatione examinatorum, sed tantùm à mala Ordinariorum electione.
37 Appellare quando liceat à mala electione.
38 Collationes parochialium contra formam sacri concilij factæ sunt nullæ.
39 Parochiales jurispationatus laicorum per concursum conferri non debent.
40 Parochialis, de cujus jurepatronatus dubitatur, quomodo sit conferenda.
41 Patroni ad præsentandum habent laici

quadrimestre', & clerici semestre tempus.

42 Parochiali juris patronatus ecclesiastici vacanti quomodo providendum.

43 Electio magis idonei spectat ad Episcopum per concursum, etiamsi institutio ecclesiæ parochialis spectet ad inferiorem collatorem.

44 Parochiali ad institutionem, seu præsentationem capituli vacanti, quomodo sit providendum.

45 Institutione parochialis ad capitulum spectante, Episcopus digniorem eligere debet.

46 Iuspatronatus mistum sortitur naturam iurispatronatus ecclesiastici.

47 Possidens fundum indivisum cum pupillo gaudet privilegio pupilli.

48 Privilegium ecclesiæ in indivisis transit in laicum.

49 Parochiali ecclesiæ, cujus oblatio ad inferiorem collatorem spectet, vacanti, quomodo providendum.

50 Parochialis ab inferiori collatæ forma concursus omissa, provisio est nulla, & collatio Sedi Apostolicæ reservatur.

51 Parochiali, ecclesia vacante, cujus inferior habet prærentionem, quomodo providendum.

52 Parochiali ad inferiorem collatorem spectante, si vacet, electio vicecurati donec de rectore provideatur, ad Episcopum spectat.

53 Concursum facere non potest Abbas, etiam si jura quasi Episcopalia, habeat, licet ipse sit nullius diœcesis.

54 Concursum quando facere possit Abbas nullius diœcesis.

55 Edicto concursus publicato, si unus tantùm examini se præsentaverit, solus debet examinari.

56 Edictum pro concursu habendo, bis proponi non debet.

57 Parochiales, quibus de causis sine concursu conferri possint, & 63.

58 Parochialium collationes Episcopi infra sex menses facere tenentur, aliàs collatio devolvitur ad Papam.

59 Parochialibus vacantibus in mensibus papæ reservatis, quomodo providendum.

60 Institutio præsentatorum ad parochiales, quando devolvatur ad superiorem.

61 Conferre possunt Episcopi beneficia vacantia per simplicem permutationem,

62 Parochialibus vacantibus causa permutationis, an examen requiratur.

63 Parochiales, quibus casibus, sine examine conferri possint.

64 Parochiales, quomodo minus idoneis conferri possint.

65 Permutatione beneficiorum pro parte non completa, an pars læsa veniat restituenda.

66 Resignationes quibus ex causis Ordinarij admittere possint.

67 Beneficia per resignationes in manibus Ordinariorum facta vacantia, quibus personis conferri non possint.

68 Beneficia per resignationem vacantia personis prohibitis conferentes, & illa recipientes, graves pœnas incurrunt.

69 Parochiali per simplicem resignationem vacante, familiaris Episcopi ad concursum non est admittendus.

70 Absolvere potest quilibet sacerdos approbatus in articulo mortis à quibuscunque casibus reservatis.

72 Magnus Magister, & alij ordinis S. Ioannis Hierosolymitani sunt veri Ordinarij.

Magnus Magister, & alij ordinis Sanctorum

rum Mauritij, & Lazari sunt veri Ordinarij, ib.

72 Collatio auctoritate ordinaria facta, est magis privilegiata, quàm collatio facta vigore privilegiorum.

73 Collatio auctoritate ordinaria à collatione vigore privilegiorum facta, quomodo differat.

74 Magnus Magister quolibet quinquennio unam commendam cujuslibet Prioratus conferre potest.

75 Injuriam nemini facit, qui suo utitur jure.

76 Magnus Magister habet collationem camerarum magistralium.

77 Commendæ cameræ Magistralis per assumptionem ad Episcopatum vacant.

78 Beneficia vacantia in curia Romana sunt specialiter Sedis Apostolicæ reservata.

79 Magnus Magister ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, beneficia ejusdem religionis in curia vacantia conferre potest.

80 Beneficia ordinis Hierosoymitani non cadunt sub reservationibus Apostolicis.

81 Hospitalia de jure communi non comprehenduntur sub reservatione Apostolica.

82 Decimæ Papalis impositio non extenditur ad hospitalia.

83 Exceptio firmat regulã in non exceptuatis.

84 Verba: quæcunque, & quibusvis: sunt generalia, quæ nihil excludunt.

85 Clausula: sive alio quovis modo vacet: capit quemcunque modum vacandi.

86 Feudum regulariter ad descendentes masculos legitimos, & naturales tantùm transit.

87 Feudum regulariter non venit in restitutione fideicommissi universalis.

88 Feudum receptum pro se, suisque haeredibus & successoribus quibuscunque, transit testamento ad extraneos haeredes.

89 Totum, & pars eodem debet jure censeri.

90 Beneficia vacantia per obitum officialium, & familiarium magni Magistri, sunt eidem magno Magistro reservata.

91 Magnus Magister, & conventus regulariter conferunt fratribus commendas.

92 Priores, & Castellanus empostæ, quando commendas conferre possint.

93 Prioratus, quot commendas habeant.

94 Priores, Baiulivi & singuli commendatarij beneficia auctoritate ordinaria conferunt.

95 Presbyteri seculares beneficia ordinis Hierosolymitani obtinere non possunt.

96 Possessione sua nemo privari potest sine causæ cognitione.

97 Parochiales ecclesiæ ordinis Hierosolymitani, prævio examine, coràm Episcopis sunt conferendæ.

98 Ordinis Sancti Ioannis Hierosolymitani personæ, & bona sunt exempta à jurisdictione quorumcunque.

99 Magnus Magister, & Conventus ordinis Hierosolymitani habent merum, & mistum imperium in personas, & bona ejusdem ordinis.

100 Collationes, Bullæ, scientiæ, & litteræ magni Magistri exequi ubique possunt, nullo desuper expectato consensu.

101 Conservatores à religione Hierosolymitana, qui eligi possint.

102 Conservatores regulariter tribunal erectum habere, & ultra quinquennium litterarum conservatoriarum beneficio gaudere non possunt.

103 *Conservatoriæ pluribus non fuerunt sublatæ, nec imminutæ.*

104 *Conservatores, quando eligi possint à regularibus.*

105 *Visitare possunt Episcopi parochiales ordinis Hyerosolimitani in pluribus.*

106 *Episcopi, in quas personas ordinis Hierosolymitani jurisdictionem exercere possint.*

107 *Privilegia ordinis Hierosolymitani, quibus non suffragentur.*

108 *Privilegium concessum monachis super immunitate tutelæ non suffragatur si vagentur.*

109 *Beneficium datur propter officium, sed ob fornicationem dimittens, amittit beneficium.*

110 *Parochiales conferuntur, ut parochi resideat & ob nō residentiā sunt privandi.*

111 *Beneficia dantur, ut ecclesiis inserviatur, & excommunicato proventus sunt subtrahendi.*

1 EPISCOPI † de jure communi non solùm habent jurisdictionem contentiosam, *de qua supra cap. 16. pluribus egi*, sed & in conferendis beneficijs suarum civitatum, & diœcesum, habent jurisdictionē fundatam, quòd ad eos spectet collatio, & institutio omnium beneficiorum, *cap. nullus omnino, 16. quæst. 7.* & Abb. *in cons. 106. num 3 lib. 2.* & ordinaria auctoritate amplam habebant facultatem, quocunque tempore vacarent, illa conferendi, glos. *in cap. quanquam. in verb. devolvetur, vers. ut igitur, & verb. secus, de elect. in 6.* & Staph. *de grat. expectat. §. 1. num. 1. & num. 28.* sed per constitutionem: *Ad regimen, & Execrabilis, & alia jura nova*, fuit illis limitata.

Unde regulariter † beneficia in quatuor
2 mensibus, videlicet Martij, Junij, Septembris, & Decembris duntaxat vacantia ab Ordinarijs locorum possunt conferri. Staph. *d tract. de grat. expect. numer. 6.* & reg. cancell. Clement. Papæ VIII. *reg. 6.* cujus vigore possunt Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi ampliori † prærogativa gaudere, cum vigore alternativæ, quæ eis tribuitur, quandiu apud ecclesias, aut diœceses suas vere, ac personaliter re-
3 sident, duntaxat in sex mensibus, videlicet, Februarij, Junij, Augusti, Octobris, & Decembris beneficia vacantia conferre possint, postquam per patentes litteras manu propria subsignatas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque civitate, & diœcesi data, declaraverint, alternativam prædictam acceptare, & litteras ipsas ad Datarium Papæ transmiserint, quibus ab eo receptis, & in Dataria recognitis, tunc demum, & non antea, incipiunt eadem gratia alternativæ gaudere, *ut in cad. reg. §. insuper.*

4 Alternativa † non acceptata, vel Episcopo ex aliqua causa non residente, in prædictis quatuor Martij, Junij, Septembris, & Decembris mensibus conferre potest, sed ea acceptata, alio jure utitur, quia alternatis mensibus, videlicet, de vacantibus in dictis Februarij, Aprilis, Junij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus facultatem habet conferendi, nec tunc, nisi apud suam ecclesiam, vel in diœcesi residens reperiatur, etiamsi absens ex causa
5 suæ ecclesiæ necessaria, vel Sedis Apostolicæ esset, quia alternativa conceditur residentibus cum dictione taxativa, vere, & personaliter duntaxat, quæ excludit, & negat

negat omne aliud tempus, & omnem alium effectum, *l. 2. C. de patr. qui fil. distr. cap. cum Ecclesia Sutrina. §. verum, quoniam, de cauſ. poſſ. & propr.* Bart. *in l. 1. nu. 1. ff. ſi quis jud. non obtemp.* Ruin. *conſ. 133. num. 6. volum. 1. & conſ. 3, num. 26. volum. 2.* habet etiam decretum irritans, quod omnia in con-
6 trarium facta annulat, & clauſulam, † ſublata facultate aliter judicandi, vel interpretandi, in fine poſitam, quæ tollit judicibus facultatem aliter judicandi, *cap. ſi eo tempore, de elect in 6* Card. *in cap. quia diligentia, eod. tit.* Pariſ. *conſ 38 nu. 7. & conſ 41. n. 22. lib. 4.* Caſſad *ſuper reg. deciſ. 12. numer 5. cum ſequ.* & Gomeſ. *in reg. de anna. quæſt. 4. numer. 5.*

7 Ideo collatores † in conferendis beneficijs fines facultatis ipſis conceſſæ diligenter ſervare debent, alias, ſi in collatione beneficiorum in menſibus Sedi Apoſtolicæ dictæ regulæ vigore, ſeu alias quomodolibet reſervatis, vel affectis, ſe intromiſerint, aut quominus proviſiones, & gratiæ Apoſtolicæ de illis factæ debitum effectum conſequantur, impedimentum quoquomodo præſtiterint, uſu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipſo privati exiſtunt, & collationes, ac aliæ diſpoſitiones de beneficiis, illius prætextu, deinceps ab ipſis Ordinarijs collatoribus faciendæ, nullius redduntur roboris, vel momenti, *ut*
8 *in ead. reg. 8. circa fin.* quia † fruſtra auxilium legis implorat, qui in legem committit. *l. auxilium, in fine ff. ſolut. matr.* & Innoc. *in cap. intelleximus n. 4. de adult.*

9 Si verò Epiſcopus † ſanitatis recuperandæ vel amicum, aut conſanguineum inviſendi cauſa, vel pro ſuæ eccleſiæ aut cleri negotiis per aliquos, puta, quindecim, vel viginti dies abeſſe contigerit, & redi-
ens, ad ſuam reſidentiam beneficia vacata in ejus abſentia, vacantia repererit, nihilominus illa in menſe eidem Ordinario per alternativam conceſſo, conferre poterit, ſi abfuit, non animo transferendi domicilium, ſed brevi tempore reverſurus, & in palatio Epiſcopali dimiſit familiam: quia in civitate dicitur manere, licet ibi non ſit præſens, dummodo ibi habeat familiam, Bart. *in l. 1. num. 7. ff de lib. agnoſc.* & Felyn. *in cap. quoniam frequenter. num. 10. ut lit. non conteſt.* & quòd qui aliquantiſper tantùm abſunt, non videantur abeſſe, quia ſtatim ſunt reverſuri, tenet concil. Trident. *cap. 1 ante med. verſ. quoniam autem, de reform. ſeſſ 23.*

Beneficiorum † pluralitas ſemper fuit
10 odioſa, *cap. ſanctorum, 70. diſt.* & Rebuff. *in prax benef. de diſpen. ad plur. benef. nu. 21. part. 2.* ideo beneficium unum ſingulis tantùm conferri debet, quia eccleſiaſticus ordo pervertitur, quando unus plurium officia occupat clericorum; nec cuiquam in duobus eccleſijs conſcribi licet, *c. unio. §. ſed, & hoc, 10 quæſt. 3. cap. 1. & 2. 21. qu. 1, cap. eam te, de ætat. & qualit. cap quia nonnulli, de cler. non reſid. cap. quia in tantum, cap. referente, cap. ad hæc, cap. cùm non ignores, cap. de multa de præb.* concil. Trident. *cap. 17. de reform. ſeſſ. 24.* & congreg conc. *ſupereodem c. ſub. tit. Revennaten.*

11 Si vero † beneficium fuerit adeo tenue, ut ad unius ſuſtentationem ſufficere non poſſit, tunc poterit Ordinarius ſic proviſo de alio beneficio providere, *d. c. eam. te, de ætat & qualit. & eod. cap. 17 ſeſſ. 24.* qui autem plura beneficia prætendunt, etiam ſi ſint ita tenuis redditus, ut ad ſuſtentationem non ſufficiant, cùm ultra duo ad ſummum pro ſuſtentatione, ordinaria auctoritate,

ritate, nemo possit obtinere, ad Sedem Apostolicam recurrere debet prout à sacra congreg. conc fuit decisum *super eod. c. 17. ut in decis. sub. tit. Tudertin.* & etiam quòd duo sint sub eodem tecto, ut de mense Augusti 1590. quòd habenti prioratum in Collegiata S. Petronij de Bononia potue-
12 rit Ordinarius † Canonicatum in eadem ecclesia conferre, quamvis sub eodem tecto existeret, prævia tamen dispensatione ipsius Ordinarij, attenta redditus tenuitate; fuit per eandem sacram congregat. decisum, *ut in decis. mihi ultima, super eodem cap. 17.*

13 Papa † enim circa submiles, & litteratas personas, quæ majoribus beneficijs sunt honorandæ, solet dispensare, *cap. de multa. in fin. de præb.* & passim in Romana curia, ad plura beneficia compatibilia tamen, dispensatur, conferendo sex, & plura beneficia uni, & cum à Summo Pontifice conferantur, scientia Pontificis pro dispensatione habetur Felyn. *in c. cùm vigesimum num. 5. vers. contrarium puto, & numer. 6. de offic. & pot. jud. deleg.*

14 Conferri debent beneficia personis legitimæ ætatis, parochiales, & dignitates curam animarum habentes ijs, qui 25. suæ ætatis annum attigerint, *cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. cap. licet canon. cap. nemo, eod. tit. in 6.* & Concil. Tridentin. *c. 12. de reform. sess 24.* dignitates autem, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, non minoribus 22. annis completis, non tantùm inchoatis, ut hoc casu declaravit congregatio sacr. conc. *super eodem c. 12. in ver. viginti duobus annis*, & simplicia beneficia clericis ætatis 14. annorum sunt conferenda, *cap. 6. de reform. sess. 23. & c. 12. de reform. sess 24.* & sufficit ultimum annum attigisse. *d. cap. cum in cunctis*, quæ ætas ab omnibus est attendenda, antiquis
15 canonibus non obstantibus, † nec potest Ordinarius super dicta ætate in aliquo dispensare; quia à solo Papa in ætate dispensari potest *l. 1. & 2 C. de his, qui ven. ætat. impet.* Et, cùm solus Papa sit supra concilium, & ejus auctoritate fuerint statuta concilij roborata, *capit. concilia, 17. dist.* decernens, irritum, & inane, si quid secus à quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, & potestate fulgeret, contingeret judicari, ut in Bulla confirmationis cum decreto, quòd in contrarium gesta annullat ipso jure, *cap. si eo tempore, de elect. in 6. cum*
16 *alijs supra deductis*, soli Papæ † dispensatio supra decreta eiusdem concilij est reservata, cùm solus supra concilium statuere, & dispensare possit, *cap. significasti, de elect.* gloss. *in cap. ubi periculum, §. in verb. concilium, eod. tit. in 6.* gloss. *in cap sicut sancti, in verb præsumi. in fin. 15. dist.* Abb. *in cap. non magnopere, nu. 5. ne cler. vel mon.* & Felyn. *in c. 1. nu. 24. de constitut.*

17 Episcopi, † uti Ordinarij collatores, quantùm ad ordinariam jurisdictionem spectat, beneficia ad eorum collationem spectantia per obitum vacantia conferre possunt, simplicia ijs, qui moribus, scientia, & ætate habiles existant; canonicatus, & dignitates in cathedralibus, si ordinem sacrum annexum dignitates, præbendæ, aut alia beneficia habeant, tunc personis, quæ eo ordine sint initiatæ, aut in tali ætate constitutæ, ut infra tempus à jure, & ab eodem sacro concilio statuto valeant initiari, *ut c. 12. de reform. sess. 24.*

18 † Tempus autem à jure, & à synodo Tridentina statutum ad promovendum est unius anni spatium, *clem. ut hi qui de ætat.*

& qua.

& qua. & cap. 4. de reform. sess. 22.

19 Beneficia regularia † Episcopi conferre non possunt, quia regularia regularibus, & secularia secularibus sunt conferenda, *cap. cum causam, de elect. cap. cum de beneficio, de præb. in 6. & cap. 10. de reform. sess 14 etiam* si clericis secularibus solita sint commendari, *cap. 21. de reg. & mon. sess. 25.* quod tamen rarò, & maxima cum difficultate in curia conceditur, quòd beneficia commendata ad regularitatem in titulum reducantur.

20 Circa canonicatus † in collegiata, si ordinem sacrum annexum habeant, ut de canonicatibus, & dignitatibus in cathedrali, est providendum, quare, si collatio sit facta minori, est nulla Put. *decis 338 num. 3. & 4. lib. 1.* In his autem, qui nullum ordinem sacrum annexum habent, quia de jure communi regulariter sufficiebat ætas quatuordecim annorum, etiam in cathedrali, & in collegiata, decem, gloss. *in c. si eo tempore; in verb. ætatem, de rescript. in 6. & in c. ex. eod. in verb. in tua. de elect. eod lib.* Felyn. *in cap. ex insinuatione. numer. 1. de simon.* & Staph. *de grat. expect. §. nona forma, num. 26.* de illis, uti de beneficijs simplicibus est judicandum; & sufficit ætas 14 annorum quæ in simplicibus est limitata, *ut c. 6 de refor. sess 34.* cum circa canonicatus

21 † in collegiatis nihil fuerit per sacrum concilium immutatum, adeo quòd à juris communis dispositione, in reliquis non est recedendum, ut fuit à Papa Gregor. xij. declaratum, & testatur sacra congregatio concilij *ut in decis mihi sub numer. 837. & in alia super d. cap. 12. de reform. sess 24 sub tit. Tarracinen.*

22 In legibus enim † correctoriis non est licita extensio, gloss. 2. *in auth. quas actionis, in verb. excluduntur, vers. item, an idem in civitate,* & ibi Bart. *n. 9. C. de sacr. sanct. eccles.* & gloss. *in c. indemnitatibus, §. cæterum, in verb. confirmetur, in fin de elect. in 6.* Quod tamen limitatur, nisi canonicatus in collegiata ordinem sacrum annexum habeat, quia tunc requiritur ætas, quam ordo requirit ex supra deductis.

23 Parochiales per obitum vacantes † auctoritate ordinaria per concursum sunt conferendæ, quod etiam fieri debet, quando vacant in mense Sedi Apostolicæ reservato, quo casu à Papa conferuntur, & pro examinandis concurrentibus ad beneficia

24 † singulis annis in diœcesana synodo Episcopus, vel ejus vicarius ad minus sex examinatores magistros, seu doctores, aut licentiatos in Theologia, vel jure canonico etiam regulares, aut qui ad id magis idonei videbuntur, ab eadem synodo approbandos, proponere debet, qui ad sancta Dei Evangelia curare tenentur, quacunque humana affectione postposita, se fideliter munus exequuturos.

25 Nec quidquam † occasione examinis ante, vel post accipere possunt, alioquin, tam dantes, quàm recipientes, simoniæ vitium incurrunt, concil. Tridentin *cap. 18. §. examinatores, de reform. sess. 24.* si verò quotannis synodus non fiat, examinatores semel deputati munus suum debent exercere; donec synodus habeatur, congreg. conc. *super eod. cap 17. in decis. sub. tit. Mediolanen.* Et Clemens Papa viij. decrevit, in futurum observari, quando omnes examinatores synodales intra annum eorum deputationis, mortui fuerint, nempe, ut Episcopus, ex examinatoribus antiquis synodalibus, si fuerint, subroget alios non pauciores numero sex, & si non

extiterint tot examinatores synodales antiqui, qui ad hunc numerum ascendant, tunc eligat illos, qui vivi fuerint, ac supleat alios de novo, approbatos tamen à capitulo, usque ad numeri prædicti complementum: verùm, si nulli antiqui synodales examinatores superstites fuerint, tunc Episcopus novus examinatores probitate, ac scientia idoneos, qui à capitulo approbati sint, non pauciores, prædicto numero substituat, & veniente vacatione cujuslibet parochialis ecclesiæ, Episcopus ex prædictis examinatoribus tres eligat, qui cum eo examen juxta decretum conc. *d. cap.* 18. *sess* 24. perficiat: officium autem omnium prædictorum examinatorum synodalium subrogatorum expirare censetur, cum primùm advenerit tempus novæ synodi juxta formam *cap. 2. ead. sess.* 24. celebrandæ, ut in declarationibus ejusdem sacræ congreg. *super eod. cap.* 18 §. *Clemens viij.* † & provisio parochialis facta ei, qui non fuit examinatus, & approbatus ab examinatoribus in synodo deputatis, sed ab alijs, quos Episcopus elegit, est nulla, & beneficium potest impetrari, uti reservatum per constitutionem Pij V. *cap.* 32. *in Bullario Rom.* impressam.

27 Ecclesia parochiali vacante, † statim vicarius, seu vicarij, si per plures erit administranda, cum congrua fructuum portione, & assignatione, qui onera ipsius ecclesiæ sustineant, donec ei de rectore fuerit provisum, arbitrio Ordinarij constitui debent, *eod. c.* 18. *paulò post princ. sess.* 24 & congreg. conc. *super eod. cap. in decis. tit. Aquilan. Lucen.*

28 Edictum † verò publicum, quo vocentur omnes, qui volunt examinari intra decem dies vel aliud tempus ab ordinario præscribendum, quo clerici ad regendam ecclesiam coram examinatoribus nominentur, est publicandum, † & arbitrium, quod Episcopis post dictos decem dies conceditur, ultra alios decem extendi non potest, Pius V. in conferendis, §. *prohibentes const.* 32.

30 Peracto † autem examine, si ante factam collationem veniat alius, qui petat ad examen admitti, non est audiendus, idemque judicandum, si comparet elapso termino edicti. congreg. conc. *super eo: cap.* 18. *in decis. sub. tit. Perusin quæ incipit. peracto.*

13 Ad parochiales † per concursum conferendas examen coram Episcopo, vel vicario, & examinatoribus tribus, non paucioribus, fieri debet. *eo. cap.* 18 *sess.* 24. quo peracto, qui idonei judicati fuerint, sunt Episcopo renunciandi, qui de jure communi eum eligere debet, quem examinatores magis idoneum judicarint. *c. metropolitano* 63. *dist. c. Moyses. cap. sicut ergo.* § 8. *qu.* 1. *cap. custos* cum glo. *in verb. sanctiores. de off. cust. auth. de monach.* §. *ordinatione. collat.* 1. *& eo. cap.* 18. §. *peracto. sess.* 24. & Pius V. *ead. const. in conferendis*: & peccant 32 † eligentes bonum, qui possunt meliorem eligere, cum ad id necessariò teneantur. Arch. *in d. cap. licet ergo*, & Fed. *de Sen.* 95. *numer.* 1. ex mente tamen sacræ congregationis, examinatores debent vota sua dare, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, sed potest, cui maluerit, ex approbatis, beneficium conferre, non habita ratione calculorum ipsorum votorum, postquam examinatores renunciaverint, quos judicaverint idoneos, ut per sacram congr. *super eo. c.* 18. *in decis. sub. tit. Hierac. & sub. tit. Taruisin.*

Magis

33 Magis †idoneus in scientia, cujus mores ignorantur, non autem est præferendus alteri minus docto, approbato tamen, quoad mores, immò est postponendus. congreg. sacr. conc. *super eo. cap.* 18. *sub tit. eadem, & Patavin.* quia per dictum decretum *cap.* 18.

34 Nulla † facultas data est examinatoribus in electione magis idonei, cui beneficium est conferendum, sed ea ad solum Episcopum spectat, ut per congreg. *super eo. cap 18. in decis. sub tit. Barchinonen. quæ incipit: sciendum, & alia sub tit. Paduan. quæ incipit: per decretum*, licet enim concilium

35 non expresserit, † an vota examinatorum palam, aut secretò dari debeant, magis tamen expedit, ut examinatores inter se sua vota conferant, deinde notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat, Titium approbatum idoneum, Sejum verò reprobatum, ut Romæ fit, & ita tenet sacra congregatio *super eod. cap.* 18. *in decis. sub verb. eadem, quæ incipit: licet concilium.* Bononiæ autem vota examinatorum per fabas albas, & nigras secretò in pixidem injiciuntur, indeque, apertis votis, pronunciatur examinatus, approbatus, vel reprobatus; & hoc modo cessant disputationes, quæ alias quandoque ex affectione oriri possunt. In Urbe tamen ob maximum concursum ad examen confluentium, hic modus haud facile servari potest, Verùm extra Urbem puto per secretos calculos licite vota cribrari

36 posse, non enim datur † appellatio à reprobatione examinatorum, sed duntaxat à mala Ordinariorum electione, ut ibidem à congregatione fuit decisum, *ut in decis. sub tit. Farsen. Legionen. Marsican. Cremonen.* & ita procedit dicta const. Pij V. quæ concedit appellationem à mala electione illis, qui in concursu rejecti fuerunt ab examinatoribus, *ut in ead. const. §. ut autem*, quæ non habet locum in beneficijs juris patronatus, ut fuit per eandem sacram congregationem declaratum *super eod. cap. 18. decis. sub tit. Legionen. quæ incipit, constitutio Pij V.*

Sed, si collatores carnalitatis, aut alterius humanæ passionis affectum, non rationis judicium sequentes, personis minus dignis, postpositis dignioribus, parochiales

37 contulerint, † licebit rejectis prætendentibus in concursu, se fore gravatos à mala electione, ad superiores, aut Episcopos viciniores, vel ad sedem Apostol. appellare, & de suo gravamine in novo examine coram judice appellationis, vel de illius mandato coràm alijs examinatoribus edocere, & tunc, qui magis idoneus judicatur, præfertur, *ut in ead. decis. sub tit. eadem. & Patavin.*

38 Collationes verò contra prædicti sacri concilij decreti formam & tenorem factæ, sunt subreptitiæ, & nullius roboris, vel momenti, nullumque tribuunt titulum coloratum possidendi, *dict. cap.* 18. *sess. 24. & d. const. 32. Pij V. §. nos ad quorum, & §. ut autem.* Appellatio nihilominus non suspendit electionem, quominus debitæ executioni demandetur, & sic provisus, lite pendente, à possessione amoveri non potest, *dicto cap.* 18. *& §. hac tamen, ead. const.*

39 Si verò parochiales sunt juris patronatus laicorum, tunc non requiritur examen per concursum, sed est admittendus ille, qui intra tempus à jure patronis laicis præfixum ab ipsis patronis præsentatus, ac ab examinatoribus fuit ex-

aminatus, dummodò fuerit approbatus, *eod. cap. 18. §. quòd si juris patronatus, sess. 24.* & ita tenet congreg. conc *super eod. cap. 18. in decis. sub. tit. Hieracen. quæ incipit, vacante parochiali.*

40 Vacante † autem parochiali, de cujus jurepatronatus dubitatur, in mense sedi Apostolicæ reservato, si præsentatus ab assertis patronis, de quorum prætenso interesse agitur, fuerit ab Ordinario, ut ab illegitimis patronis præsentatus, rejectus; poterit Ordinarius ponere edicta in forma, etiam lite pendente in curia Romana, mortuo collitigante possessore, & dare fidem de magis idoneo ad effectum obtinendi provisionem à Sede Apostolica[1], non obstante lite, ac prætenso jurepatronatus, si non fuerit approbatum juspatronatus juxta dispositionem concil. Tridentin *c 9 sess 25. de reform.* ut declaravit sacra congreg. *super eod. c. 18. §. vacante ecclesia parochiali.*

41 Tempus † autem patronis laicis à jure præfixum ad præsentandum personas idoneas à die vacationis, est quadrimestre glossa *in cap. cum vos in verb. minus idoneæ. de offic. ordin. cap. quoniam cap. cum propter de jure patron. & cap. uni. §. verum licet eod. tit. in 6.* sed patronis ecclesiasticis tempus sex mensium est præfinitum. dict glossa *in cap. cum vos, & eod. cap. uni §. verum.*

Patroni † ecclesiastici eum, quem digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabunt, Episcopo debent præsentare, qui ipsum instituere tenetur. Concil. Trident. *d. cap. 18 §. si verò*, vacante autem parochiali juris patronatus ecclesiastici in mensibus Sedi Apostolicæ reservatus, Episcopus, nulla habita ratione patronorum, edicta concursus proponere, & idoneum eligere debet, illique fidem suæ approbationis Romam mittendam tribuere, ut à summo Pontifice instituatur, ut fieri solet in alijs parochialibus, quæ non sunt juris patronatus, congreg. conc. *super eod. cap. 18. in decis. sub tit. Bracaren.* 43 *quæ incipit, si beneficium curatum*, † si verò institutio parochialium juris patronatus ecclesiastici ad inferiores collatores, licet ad Abbates, & exemptos, pertineat, Episcopus ordinarius, in cujus diœcesi est beneficium, edicta concursus proponere, & inferior magis idoneum ab Episcopo approbatum instituere debet, quòd si secus fiat, collatio est nulla, *ut ibidem sub eod. tit.* 44 *Bracaren. §. si institutio*; † vacante autem parochiali ad institutionem, seu præsentationem capituli, potest Episcopus cum nominatis à capitulo, tanquam patrono, alios ad concursum admittere, quando autem institutio spectat ad Episcopum, capitulum tenetur præsentare Ordinario digniorem inter probatos ab examinatoribus, ut ab eo instituatur, si verò institutio à capitulo facienda est, † Episcopus solus debet 45 eligere digniorem. *ut in eod. decis. sub tit. Bracaren. § vacante parochiali.*

46 Si autem † juspatronatus mistum, ecclesiasticum, & laicale fuerit, idem quod de ecclesiastico erit judicandum, cùm ecclesia loco populi habeatur, glos *in l. libertos. C. de excus. tut* glos. 2. *in l. respublica. in fin. quib. ex cau. mai.* & glos. *in l. non est ignotum C. de admin. tut.* etiam, si duæ partes illius pertineant ad laicos patronos, *ut in eod. decis. sub tit. Bracaren. §. si juspatronatus, & § quod etiam.*

47 Quia, † quemadmodum possidens fundum individuum cum pupillo retinet viâ, qua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam alias per se ipsum non retineret. *l. si communem.* cum glos. & ibi. Bart. *ff. quemadm. serv. amit. & in l. 1. num. 6. & 7. C. si incomm. eademque cau. & in integr. restit.*

48 Ita † in individuis privilegium ecclesiæ transit ad laicum glos. fin. *d.* §. *verùm de jur. patron. in 6.* & tunc, quamvis patrono laico infra quadrimestre tempus accumulative liceat variare, non autem ecclesiastico *cap. cum autem,* & ibi glos. *in ver. personal. de jur. patron.* & Abb. *nu. 1. & 2.* non poterit tamen variare, quia cùm de quadrimestre sentiat commodum semestris, debet sentire & in commodum quòd variare non possit, *cap. qui sentit, de reg. jur in 6.*

49 Vacante † parochiali ecclesia, cujus collatio spectet ad Archidiaconum, aut alium inferiorem collatorem, jus edicta proponendi, examinandi, eligendique virum magis idoneum in demortui locum ad Ordinarium pertinet, non autem ad collatorem, *eod. cap. 18.* §. *peracto, sess. 24.*

50 & † provisiones ab inferioribus collatoribus sine concursu factæ, sunt nullæ, & hoc casu debent Episcopi locorum edicta concursus proponere, & qui prædictis parochialibus in concursu fuerint approbati, Romam pro expeditione litterarum mittere tenentur, quia, hoc casu, provisio harum parochialium, forma concursus omissa, collatarum vacantium, ad Sedem Apostolicam cui est reservata, spectat, per Bull. Pij V. de collatione parochialium ecclesiarum, de qua in Bull. *cap. 32.* & ita fuit à sacra congreg. conc. *decisum super eod. cap. 17. sub tit.* Lacen. *quæ incipit; capitula, & inferiores.* Vacantibus enim parochialibus ecclesijs ad collationem Abbatum, seu aliorum inferiorum, Episcopi edicta concursus proponere debent, & approbatis ab Episcopis Abbates, & alij inferiores parochiales conferre tenentur, *ut super eod. cap. 18. in decis. sub. tit. Tervisin. Mutinen.*

51 Si verò † inferior haberet præventionem collationis cum Ordinario, deberet, habita notitia vacationis parochialis, coram notario declarare se velle dictam parochialem conferre, & ideo rogare Episcopum ut proponat edicta, & hac ratione tuebitur jus suæ præventionis, *ut ibid. in decis sub Compostellan quæ incipit hoc examen.*

52 Interim verò † custodia, & administratio bonorum parochialis vacantis, cujus collatio ad inferiorem pertinet, spectat ad vicarium, quem solus Episcopus deputat, cui soli spectat deputatio vicarij, donec parochiali de rectore provideatur, congreg. conc. *super eod. cap. 18. in decis. sub. titul. Aquilan. Lucen & sub tit. Ravennaten. quæ incipit, custodia.*

53 Commendatarius † autem Abbatiæ exemptæ, existentis intra fines alicujus diœcesis, & habentis jura quasi Episcopalia non potest facere concursum beneficiorum curatorum, sed hoc spectat ad Episcopum, in cuius diœcesi est Abbatia, qui electo magis idoneo, mittat eundem ad commendatarium pro collatione, *ut ibidem in decis sub tit. Salmantin. Veronen. Revennaten. quæ incipit. commendatarius Abbatiæ*

54 commendatarius verò † Abbatiæ habentis jura Episcopalia, & quilibet inferior Prælatus habens omnimodam jurisdictionem Episcopalem, nec alicui subditus, sed immediate subjectus Sedi Apostolicæ potest coràm se, vel suo vicario de beneficio curato vacante concursum facere,

dummodo habeat jus congregandi synodum, & eligendi examinatores, eosque elegerit, quo casu, omnia facere poterit, quæ in *d. cap.* 18. præcipiuntur, ut per sacr. congreg. fuit ibidem declaratum, *in decis. sub. tit. Farsen. Legionen. Marsican. Cremonen. incipien. commendatarius. Abbatiæ.*

55 Si autem unus † tantùm comparuerit infra terminum edicti, examini subijci debet, & si idoneus repertus fuerit, eidem beneficium est conferendum, nisi fuerint alij descripti, qui se excusent legitimo impedimento detineri, quominus valeant in tempore ad concursum accedere, tunc enim Episcopus legitime poterit terminum
56 prorogare, sed aliud edictum † proponi non debet, ut in declarationibus *super eodem c.* 18. §. *congregatio censuit* propter exi-
57 guitatem redditus parochialis, & † si nemo se examini subjicere quærat, aut ob apertas factiones, seu dissidia, ne graviores rixæ, aut tumultus excitentur; forma concursus omissa, per privatum examen supplere poterit? *eod. cap.* 18 *in fin. sess.* 24.

58 Ordinarij collatores, parochiales † ecclesias in mensibus eisdem collatoribus per regulas cancellariæ assignatis, aut aliàs spectantibus vacantes, intra sex mensium spacium à die vacationis earumdem, peracto examine iuxta formam præfati conc. Trident. conferre tenentur, aliàs earum collationes, dicto sex mensium termino elapso, Sedi Apostolicæ sunt specialiter reservatæ, *ut in eadem constitut.* 32. Pij V. 62 §. *insuper.*

59 Vacantibus † autem in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, tenentur Ordinarij intra quatuor mensium spatium, à die illorum vacationis attestationem examinis, cum significatione personæ magis idoneæ electæ ad Papæ Datarium, seu ejus officiales, quibus illius acceptationis onus incumbit, transmittere, alioquin eisdem quatuor mensibus elapsis, earum collatio, & provisio Sedi Apostolicæ absque eodem concursu est reservata, *ut eod.* §. *insuper, dict. constit.* 32.

60 Si verò parochiales † jurispatronatus clericorum, vel laicorum, seu clericorum, & laicorum simul fuerint, nisi præsentatus à patronis infra tempus eisdem à jure præfixum, prævio examine, juxta formam ejusdem concilij approbatus, institui petatur, & institutio infra duos menses à die præsentationis facta fuerit, devolvitur ad Metropolitanum, vel Ordinarium viciniorem, aut ad Sedem Apostolicam, quomodo malluerint patroni, qui recurrendi pro institutione habent optionem, *eod. constit* 32. & §. *insuper, circa fin.*

61 Possunt etiam † ordinarij beneficia per simplicem permutationem vacantia conferre, *cap. unio de rer. permut. in 6. clement. unic. eod. titul.* Fed de Sen. *conf.* 156. *nu.* 1. & *Pius V. Quanta Ecclesiæ*, §. *ad hoc beneficiorum*, 58. *constit.* etiamsi in diversis diœcesibus beneficia sint constituta, quo casu quilibet coram suo Ordinario ex causa permutationis poterit renunciare, gloss. *in d. cap. unic. in verb. collationem, in fin. de rer. permut. in 6.* & trad. Iac. *in d. cap. unic. quæst.* 9. Rebuff. *pract. benef. de permut. numer.* 36.

62 In parochialibus vero vacantibus † per permutationem nullum prorsus examen requiritur, quia proprie vacare non dicuntur, nisi esset magna inæqualitas numeri parochianorum, vel, quòd aliàs permutantes non fuissent examinati, quia, tunc

tunc' potuerunt iterum, sed absque concursu, ab examinatoribus coram Ordinariis, examinari, ut in declar. sacræ congregat. *super eod cap 18. in decis. sub tit. Mediolanen. Tuden. Tauvisin. Ravennaten.*

In permutationibus tamen de beneficio simplici cum curato, licet non sit necessarius concursus, pro parochiali tamen examen est necessarium, ut ibidem super eod. cap. sub tit. Camerinen Ravennaten. & etiam aliquibus casibus parochiales vacantes poterunt sine concursu conferri.

63 Primò † enim poterit concursus omitti, si redditus parochiales fuerint adeo exigui, ut totius hujus examinis operam non ferant. Secundò, si nemo sit, qui examini se subjicere velit. Tertiò, quãdo ob apertas factiones, seu dissidia facile graviores rixæ, ac tumultus verisimiliter possent exoriri, quibus casibus, Ordinarij, si pro eorum conscientia cum deputatorum consilio ita expedire judicaverint, hac forma omissa, privatum aliud examen, cæteris tamen requisitis servatis, poterunt adhibere, & parochiales, prævio privato examine, conferre, concil. Tridentin. *d. cap. 18. circa fin. § si tamen adeò.*

64 Beneficia † verò curata, cujus redditus adeo exigui sint, ut ea, aut nullus requirat, vel compareant in concursu presbyteri ita rudes, ut neque vulgarem linguam calleant, an sit melius non idoneis conferre, vel ea diu vacare permitti, Papa ex sententia sacræ congreg. conc. censuit conferenda esse illis, quos Ordinarius inter omnes majoris esse litteraturæ cognoverit, eosdemque amplius erudiri Episcopos curare debere, *ut habetur in declarat super eod. cap. 18. in decis sub tit. nullius, quæ incipit: Quid si nullius, & in §. beneficia autem.*

65 Si autem † beneficiorum permutatio ex una parte fuerit completa, ex alia verò per alterum steterit, quominus adimpleatur, pars, ex qua permutatio est completa, si petat restitutionem, ad suum beneficium venit restituenda, *cap. cùm universorum, de rer. permut.* & ibi Abb. *nu 8.*

66 Resignationes † etiam simplices Ordinarij admittere possunt, & beneficia sic vacantia conferre, *cap. admonet,* & ibi Abbas *numer. 2. & 3. de renunc.* ex causa tamen, videlicet, eorum, qui, vel senio confecti, vel valetudinarij, aut corpore vitiati, vel impediti, aut crimini obnoxij, censuris que ecclesiasticis sunt irretiti, aut nequeunt, aut non debent ecclesiæ, vel beneficio inservire, aut, qui unum aliud, vel plura beneficia obtinent, vel, quos ad alia contigerit promoveri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur, quique ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii residere securi, sed nec horum ullus ad renunciandum est admittendus, qui in sacris sit constitutus, nisi religionem ingressurus, qui non habeat, unde se commode in vita possit sustentari. Pius V. *§. nunc autem, ead. 58. constit.*

67 Electores † præsentatores, & patroni, tam ecclesiastici, quàm laici, ne beneficia per resignationem hujusmodi vacantia, personis à resignantibus nominatis, aut quomodocunque verbo, aut signo designatis, neque dimittentium consanguineis, aut affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatum in extraneos collationum conferantur, curare debent.

Nam † contrafacientes à beneficiorum collatio-

collatione, electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competit, tandiu sunt suspensi, donec à Summo Pontifice obtinuerint absolutionem, & beneficia recipientes eisdem pœnis subijciuntur, & qui sic suspensi, conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere præsumunt, excommunicationis, quo ad personas, quò vero ad capitula, & conventus, à divinis suspensionis sententias ipso facto incurrunt, à quibus nemo, præter Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, absolvere potest, §. *cæterum, & § qui verò, ead. 58. constit.*

69 Nec † parochialibus vacantibus per resignationem Episcopus potest eligere suum familiarem, vel consanguineum, licet in concursu esset magis idoneus, immò, non debent admitti ad concursum propter dictam constitut. Pij V ut aliàs fuisse judicatum in una causa Paduan testatur sacr. congreg. *super eod. c. 18, in decis. sub tit. Cremonen. quæ incipit: Advertendum.*

70 † Minusque potest, etiam quod accedat consensus patronorum, beneficium jurispatronatus, quod in fundatione ordinem saterum annexum habeat, aut personalem residentiam requirat, non Sacerdoti, aut alteri, qui residere non possit, conferre, quidquid in contrarium caveatur de jure communi ex sententia Abbatis *in cap. cum acceßissent, numer. 5. ubi doct. omnes de constitutio.* quia concil. Tridentin: statuit quod, quando ex beneficiorum quorumcunque erectione, seu fundatione, aut alijs constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacunque alia dispositione eis non derogetur, & aliter facta provisio subreptitia censeatur, *ut in cap. 5. de reform. sess 25* & ita *super eo. cap.* fuit à sacra congreg. conc. decisum, *ut in eadem decision. sub. ver. derogatur* Nam per hoc decretum fuit jus antiquum reformatum, quia ultima derogant prioribus.

71 Magnus † Magister ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, conventus Prior Ecclesiæ, alijque Priores, & Præceptores ejusdem ordinis, intra limites suarum jurisdictionum sunt veri Ordinarij, ut in Bulla Pij IV. *in d. Bull impres. c. 14 circa fin. vers. & ipsi Magistri.*

72 Pari modò † Magnus Magister ordinis Sanctorum Mauritij, & Lazari, conventus; necnon prior Ecclesiæ, alijque Priores, & Præceptores intra limites suarum jurisdictionum, & administrationum veri Ordinarij existunt, ut in Bull Pij IV. de qua in eo Bull *c. 126. pag. 859.* Et ideo provisi ab ipsis de beneficijs, & commendis habent collationem ordinariam, & multò magis est privilegiata collatio auctoritate ordinaria facta, quàm collatio facta ab inferioribus collatoribus vigore privilegiorum,

73 quia collatio ordinaria tribuit † titulum coloratum, ex juris dispositione, Lap. *alleg. 16. nu. 2.* & Osasc. *decis 54 nu 6. & 7.* qui autem habet collationem vigore privilegij tantùm, tenetur etiam privilegium verificare, *cap. accepimus, de fid. instrum. c. porrò, capit recepimus, de privileg auth. de mand. prin. § deinde, vers. si quis autem*, Abb. *in d. cap. porrò numer. 1.* & Paris. *cons. 95. nu. & vol. 4.*

74 Nam etiam, † vigore statutorum, Magnus Magister ordinis San. Joannis Hierosolymitani regulariter quolibet quinquennio unam commendam cujuslibet Prioratus, & quam malluerit, conferre potest,

adeo

adeo quòd, si prima vacans fuerit tenuis valoris, potest illam dimittere, & tunc collatio ad conventū devolvetur, & pinguiorem eodem quinquennio non conferente, in alio quinqennio duas conferre potest. *ut in stabil. ejusdem ordinis in cap. magister, & c. in concedentis, de commend.* & habet electionem ex dispositione *d. c. magister, in princip.* ideo si non confert minorem, exspectando pinguiorem, nemini injuriam facit, quia jure suo † utitur, *cap. cum Ecclesia Vulterana. d. elect. l. injuriarum, ff. de injur.* & Specul. *de abol. & purg.* §. 1. *n.* 12. dictas verò commendas conferre tenetur fratribus in conventu residentibus, non autem absentibus, 79 *ut eod. cap. magister*, & est ratio, qui magis residentibus, qui labores pro religione sustinent, quàm absentibus, per curias otiosè vagantibus est favendum.

Confert † etiam, Magnus Magister cameras magistrales, quæ tot sunt, quot Prioratus, *de quibus in eisdem stab. capit. jam olim, de mag.* & licet videantur, ma- 8 gistratui unitæ, & quod debeant locari, seu ad certam pensionem concedi, ut in eod. stab. vigore tamen collationis tribuitur titulus, ita quòd, si obtinens commendam cameræ magistralis, assumatur 77 † ad Episcopatum, non habita retentione, vacant etiam dictæ commendæ, quæ cadunt sub dispositione, *c. cum in cunctis, §. cum verò, de elect.* & ita fuit in sacræ Rotæ adjutorio decisum, in favorem fratris Michaelis de Lentor, ejusdem ordinis contra Thomam Gargallum tunc Episcopum Milenitanum, qui promotus ad dictum Episcopatum non obtinuit retentionem commendæ de Masdeo, quæ Camera magistralis Prioratus Cathaloniæ existit, & dictus frater Michael diffinitivè victoriam reportavit, & commendam obtinuit, sublata quæstione, an de jure beneficia vacantia per promotionē, vacent in curia, vel extra, de qua per glo. *in clement. 1. in verb. collato, ut lit. pendent.* & doct. præsertim in dict. §. *cum verò.*

78 Licet enim † beneficia vacantia in curia sint Sedi Apostolicæ specialiter reservata, *cap. 2. de præb. in 6.* & nulla sit major reservatio, quàm ea, quæ in corpore juris clauditur, cùm generalis facultas conferendi reservata non capiat reservationem apud sedem. Rot. *decis. 4. de præb. in no. & decis. 17. eod. tit. in antiq.*

79 Nihilominus, † Magnus Magister, & cæteri collatores dictī ordinis possunt etiam beneficia in curia vacantia ex dispositione suorum privilegiorum in eadem Bull. Pij IV. *c. 14. vers. in Romana curia*, & etiam litigiosa conferre, & in jus alterius subrogare, ut in privilegio Innocentii VIII. in libro privilegiorum manuscripto, quod Romæ pluries vidi, † nec beneficia dicti ordinis cadunt sub aliquā reservationem, quia in eis nulla cadit reservatio, vel affectio, aut devolutio, ut in eisdem privilegiis *eodem Bull. vers. ac in perpetuum*, & quamvis Prioratus, bajuliva, castellania, epostæ, præceptoriæ, & membra solùm exprimantur, & dubitari possit, an eodem jure cætera beneficia ejusdem ordinis sint privilegiata, & videatur, quòd non, quia, quæ Papa non excluſit à reservatione, sub eadem reservatione comprehensa videntur, *cap. nonne, de præsumpt.* & Paris. *cons. 36. num. 17. vol. 4.* sub reservationibus tamen, affectionibus, vel devolutionibus non comprehenduntur ejusdem

ordinis beneficia, cujusvis qualitatis exi- 84 stentia, quia omnia ab hospitali dependent, eidemque hospitali deserviunt, ac eidem extant unita, ut in Bull. *ead. constit. in princip. par. 663. cum sequ. & 673. vers. & insuper.* Paris. *dict. cons. 36. loco proxime citato, & cons. 44. num. 5. & num 22. eod. vol. 4.*

81 Communi jure † hospitalia, nec comprehenduntur sub regulis reservatoriis, *clem. per litteras, de præb.* Fed. de Sen. *cons. 280. n. 1.* Card. *in c. 2. de præb. in 6.* Simonet. *in tractat. de reserv. in c. 7.* in generali reservatione, an veniant hospitalia, in princip. quoniam hospitalia sunt specia-

82 liter † privilegiata, adeo quòd impositio decimæ Papalis non extenditur ad hospitalia, nisi specialiter exprimantur, gloss. *1. in clement. 2. ante med. de decim.* & privilegium, vel statutum de percipiendis fructibus primi anni ecclesiarum vacantium non comprehendit fructus hospitalium, Anchar. *in repet. cap. si propter. col. 29. de rescrip. in 6.* & Felin. *in cap. de quarta, nu. 18. de præscript.*

83 Quamvis enim † exceptio firmet regulam in non exceptuatis, Bart. *in l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instr.* Abb. *in cap. quoniam frequenter, num. 4 vers. & ex hoc, ut lit. non contest.* Jas. *in l. fin. n. 9. ff. quod quis. jur.* & Dec. *in cap. cum dilecta, num. 14. post med. de constit. util. vel inutil.* tamen, cùm à reservationibus sint exce 86 ptuata, exceptio facta ad favorem non operatur, quòd veniat id, quod alias non veniret, *l. quod favore C. de leg. l. legata inutiliter, ff. de admi. leg.* Felin. *in cap. 2. num. 41 de rescript.* Cassad. *decis. 9 num. 3. de præb. & decis. 2. num. 3. de reserv.* Gozad. *cons. 4. num. 4.*

Comprobatur, † quia ibi in § ac in perpetuum, ubi exprimuntur prioratus, bajulivæ, castellaniæ, empostæ, & præceptoriæ, sequitur etiam, & membra quæcunque dicti hospitalis, quod verbum, quæcunq; est generale, & paulò infra vers. necnon Julius, ac quibusuis aliis beneficiis dicti hospitalis, & postea præceptoriis, aut beneficiis hospitalis hujusmodi, & alio in loco, de quibusuis Prioratibus, bajulivis, &c. & aliis beneficiis dicti hospitalis vacaturis, & dicta verba universalia, quæcunque, & quibusvis, pluribus etiam aliis in locis dictorum privilegiorum repetita, omnia beneficia ejusdem ordinis includunt, gloss. in *extravag execrabilis, in verb. ad quæcunque, de præben.* Rot. *decis. 2. num. 11. & 12. de fil. presbyt. in nov.* & Gomes *de anna. poss. quæst. 3. num. 1.* quia, qui totum dicit, nihil excludit. *l. Iulianus, & ibi* Bart. *ff. de leg. 3.* Bald. *in l. à procuratore, num. 1. C. mand.* & Aym. *cons. 191. num. 1.*

85 Videmus enim, † quòd clausula, sive alio quovis modo vacet, in rescriptis impetrationum beneficiorum apposita, si beneficia impetrentur, expresso uno modo vacationis, dicta verba universalia capiunt quemcumque modum vacandi, ante impetrationem Rot. *decis. 1, num. 4. 5. & 6, de rescript. in no. decis. 11. de præb. in antiquior.* & Paris. *cons. 90. num. 10. vol. 3.*

Et licet † in feudo regulariter succedant descendentes masculi legitimi, & naturales, tantùm exclusis fœminis, & extraneis, *cap. 1. §. hoc autem, de his qui feu. da. poss.*

87 † Et de ejus natura regulariter non veniat in restitutione fideicommissi universalis. Bart. *in l. si patroni, num. 3.* & ibi

Alex.

Alex. *num. 9. ff ad Trebell.* & Jaſ. qui de communi teſtatur *in præl. feud. num.* 46.

88 † Quando tamen fuit receptum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tunc propter illa verba generalia, poteſt hæres de feudo teſtari, aut legato relinquere, & tranſit ad extraneos hæredes, & in fideicommiſſum facta reſtitutione. Bald. *in l. 1. num. 27. verſ.* 34. *quæritur, de rer. diu.* Alex. *in d. l. ſi patroni, num.* 14. *in fin. & num. 15. ff. ad Senat. conſult. Trebell.* Jaſ. *in præl. feud. num. 47. & 49.* & Put. *deciſ. 115. num. 4. lib. 1.*

89 Cùm autem † in dictis privilegiis comprehendantur membra quæcunque, comprehenduntur omnia beneficia, quia totum, & pars eodem debet jure cenſeri, *cap. quoniam, cap. 2. 12. diſt. cap. celebritatem. de conſecr. 3. diſtin.* & gloſſ. *in cap. ex ore. in verb. quæ non probant, de privileg.* & idem juris eſt de toto, quò ad totum, quod de parte, quò ad partem, gloſſ. *in eo. cap. 2. in verb. membra 12. diſt. l. qui ſit, ff. de uſur. & l. ſi duo. ff. de admin tut.*

90 Habet etiam † Magnus Magiſter collationem omnium commendarum. & beneficiorum ſuorum officialium, & familiarium, ac beneficiorum à Prioratibus, bajulivatibus, & commendis, dependentium per obitum in conventu decedentium, vacantium, quæ ſunt eidem ſpecialiter reſervata, ut in ſtab. ejuſdem ordinis, *cap. tamen ſi. de com.* arg. tex. *in cap. 1. de præb. in 6.*

91 Et ipſe † Magnus Magiſter unà cum conventu conferunt commendas, quas vocant, de cabimento, fratribus antianis ejuſdem ordinis; ſecundum eorum antianitatis prærogativam, *cap. 1. eod. tit. de com.*

92 Priores, & † caſtellanus empoſtæ, quolibet quinquennio à die illorum promotionis unam commendam alicui fratri antiano concedere poſſunt, ſi à feſto SS. Philippi, & Iacobi ad aliud proxime ſequens adminiſtratio trium commendarum extra conventum vacaverit, & non aliàs, *ut in cap. conſuetum, junct. c. in concedendis, eod. tit. de com.* & fuit conceſſa in hujuſmodi ſolùm caſu Prioribus facultas conferendi, quæ ad alios extendi non poteſt, cum cætera Magno Magiſtro, & conventui ſint reſervata, & cùm conſtet de mente ſtantuentium, annullando geſta in contrarium, ibi in fine, ſi aliter fecerint, conceſſio, & diſpoſitio eorum nulla ſit. Collationes in aliis caſibus per Priores factæ non ſubſiſtunt, gloſſ. *in clement. 1. in verb. pro infectu, de immunitat. Eccleſ.* & Pariſ. *conſ 15. num. 65. vol. 2.* & licet videatur caſus, qui rarò contingere poſſit, quòd in uno Prioratu eodem anno vacent tres commendæ, nihil fuit ablatum Prioribus per conceſſionem dictæ facultatis & ideo etiam, quod nunquam caſus adveniat, conqueri non debent, cùm magnus Magiſter, & conventus, qui ſupremam habent juriſdictionem conferendi, eòrum jure utantur, *l. injuriarum, ff. de injur. cum ſimilibus.*

93 Quilibet † prioratus habet quatuor commendas, cameras priorales, nuncupatas, & dictis commendis ad eorum collationem ſpectantibus poſſunt Priores, & caſtellanus empoſtæ, unà pro quinta camera priorali acceptare, & retinere, ut condecentiæ ſtatus eorum commodiùs conſulatur, cap. prioribus, de com. dummodo quolibet quinquennio, eorum Bajulivas, commendas, domos, membra,

hospitalia, Ecclesias, oratoria, & alia quæcunque loca eis subjecta diligenter visitaverint, *ut in cap. 1. 2. & 3. de visitat.* alioquin ipsis negligentibus visitationem facere, carent omni jurisdictione, & præeminentia priorali. *cap. prior. eod. tit.*

94 Præterea, † Priores, Bajulivi, & singuli Commendatarii, eadem auctoritate ordinaria beneficia quæcunque à Prioratibus, & aliis quibuscunque commendis dependentia conferre possunt, quia ex eorumdem privilegiorum, & statutorum dispositione, ordinaria auctoritate, ad ipsorum Priorum, Bajulivorum, & Commendatariorum collationem, & provisionem spectant, ut in prædicta Bulla Pij IV. ita quòd, † etiam
95 ‡ presbyteri seculares illa in commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes, commendis cedere, aut illas aliàs dimittere non possunt, nisi de consensu eorum, ad quos præsentatio, aut collatio spectat, & in favorem ejusdem religionis, seu personarum, quæ habitum, per fratres capellanos ejusdem hospitalis deferri solitum suscipiant, & professionem per eos emittant, nec illa, nisi intra sex menses à die intimationis, habitum ipsius religionis susceperint, & regularem professionem intra alios sex menses emiserint, possidere possunt, nec pensiones, absque habitu retinere, quia resignationes, etiam in manibus Papæ factæ, & provisiones inde secutæ nullius roboris, vel momenti existunt, nisi de illis juxta formam privilegiorum dictæ religionis provideatur, ut in eadem Bulla Pii IV. *in fin. vers.* & ipsi Magister, & *pag. 673. in princip.* & tunc etiamsi habitum, ut supra, non susceperint, nisi expresse fuerit privilegiis de non suscipiendo habitum, & non emittendo professionem derogatum, quibus simplex derogatio non suffragatur, etiamsi in curia litigiosa fuerint, elapso tempore susceptionis habitus, & professionis emissione, post intimationem de suscipiendo habitu legitime factam, absque aliqua desuper facienda declaratione, omni, & quocunque jure in dictis beneficiis, vel ad illa competenti carent eo ipso, & tanquam illiciti detentores, occupatores, & intrusi, ab eisdem sunt amovendi, & de illis tanquam de jure, & de facto vacantibus per Magnum Magistrum, & conventum, ac Priores, Bajulivos, Commendatarios, & alios, ad quos collatio spectat, libere provideri potest, amotis detentoribus, & possessoribus; non obstante longa, & diutina possessione, ac regulis de annali, & triennali possessore, aca liis privilegiis, remediisque quibuscunque, etiam in corpore juris clausis, quibus diutini possessores utuntur, potiuntur, & gaudent; quavis etiam longissimi temporis præscriptione minime obstante, sed pro amotis, & expulsis sunt habendi, amotaque actione spolii, unde vi, & alio quovis remedio possessorio sive petitorio, competenti, quo desuper propterea agi non potest, ut in motu proprio Greg. XIII. in Bull. *cap. 62. post. med. vers. ac quo nostra.*

96 Et † quamvis inducatur vacatio ipso jure, & facto, non propterea possunt possessores, seu detentores de facto expelli, quia executio fuit commissa universis Sedis Apostolicæ nuntiis, curiæ causarum cameræ Apostolicæ generali

Audi-

Auditori, quibuscunque conservatoribus in dignitate Ecclesiastica constitutis electis, & eligendis, coràm quibus detentores sunt vocandi, quia nemo sua possessione privari potest, nisi prævia citione, cùm non sit de mente Pontificis, ut quis removeatur à possessione sine causæ cognitione. Innoc. *in cap. 1. num. 4. de concess. præb. in 6.* & Felyn. *in c. fi. n. 24. de præsump.* sed tamen possessores regula de annali, vel triennali juvari non possunt, quia illis fuit derogatum cum decreto irritanti, & clausula, sicque in præmissis, &c. ac sublata, &c. quæ removent omnem facultatem aliter judicandi, vel interpretandi ex aliàs allegatis.

67 Pro collatione † parochialium ecclesiarum ab eadem Religione dependentium; & suæ dispositioni spectantium, tenentur collatores personas idoneas Ordinariis locorum, vel, si præceptoriæ, à quibus dependent, nullius diœcesis existant, vicinioribus Episcopis ordinariis ad examen præsentare, quæ examina gratis, & absque aliqua impensa fieri debent, à quibus examinati, & idonei reperti, collatores ejusdem ordinis easdem parochiales conferre possunt, ut in ea Bull. Pii V. *cap. 139, incipien. exposcit. cir. med. & in stab. c. priores. de com,*

98 Vlteriùs † Priores, Bajulivi, Castellanus empostæ, commendatarii, milites, fratres, personæ, vasalli, membra, loca, & bona quæcunque ejusdē ordinis, sunt exempta à quorumcunque locorum, tam laicorum, quàm Ecclesiasticorum Ordinariorum jurisdictione, ità quòd ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicunque committatur delictum, ineatur contractus, & res ipsa consistat, etiam si ex adverso aliqui clerici seculares, vel regulares, aut laici existant, sub plenaria, & omnimoda, etiam 90 meri & misti Imperii jurisdictione, † & superioritate Magni Magistri, & conventus existunt, ut in ea, Bulla Pii IV, *pagina 663. circa princ. pag. 665. & pag. 671. circa fin. vers. necnon causas*, & propterea in commendatarios fratres, & personas ejusdem ordinis, etiam gladii, & deponendi facultatem, quam in delinquentes illos habitu, commendis, & vita privando habent, possunt exercere, *ut in stab. ejusdem ordinis. cap. indignum. cap. falsarij. cap. frater. cap. qui proditorie, cap si frater, cum plur. seq. de pœn. & cap. habitu privatus. de verbor. significat.* In mero autem & misto imperio cum omnimoda jurisdictione consistit gladii potestas animadvertendi in facinorosos, & quamcunque jurisdictionem exercendi. *l. imperium.* & ibi gloss. *in ver. mistum*, & Bar. *num. 8.* Bald. *num. 3.* Paul. de Castr. *num. 5.* & Jas. *num. 8. ff de jurisdic. omn. jud.*

100 † sententiæq; per eosdem Magnum Magistrum, & conventum latæ, omnesq; commissiones, & citationes, collationes Bullæ, & omnia eorundem rescripta, à nullis locorum, & terrarum dominis, etiam Ducali, aut Regali auctoritate fulgentibus, expectato consensu libere exequi possunt, *ut in ea.* Bull. *pag. 672. in princ. vers. & similiter.*

101 Præterea † præfati Bajulivi, Priores præceptores, & fratres possunt personas in dignitate ecclesiastica ubilibet constitutas, & quoscunq; locorum Ordinarios, & eorum vicarios, officiales, canonicos metropolitan. & cathedralium, aliarūq;

Ecclesiarum Prælatos,& rectores auctoritate Apostolica in conservatores eligere, & deputare, qui quandiu officium conservatoris exercent, à nemine possunt impediri, quo minus exequantur contra inobedientes sententias, censuras,& pœnas Ecclesiasticas promulgdo, *eod. fol. vers. necnon personas*, & licèt regulariter conservatores impedimento esse non possint, quo minus coràm Episcopo, sive alio superiore ordinario in criminalibus,sivè mistis causis quis possit accusari, & conveniri, nec in civilibus
102 causis actor aliquem apud suos † conservatores judices in judicium trahere posit, litterarumque conservatoriarum beneficio ultrà quinquennium nemo gaudere, nec conservatores Tribunal erectum habere valeant. concil. Trident. *cap. 5. de reform. sess 14.* nec in causis,quæ judicialem indaginem exigunt,procedere possint, *cap. 1. in fin. & cap. fin. de off. deleg. in 6.* & ibi Innoc. *d. cap. 1. num. 4.* in hoc tamen religio Hierosolymitana,
103 † & Universitates studiorum,& collegiorum à concil. declarantur exemptæ, etiam quòd causæ graves sint, & plenariam cognitionem requirant, sed, quoad Universitates, prosunt tantùm doctoribus,& scholaribus in eisdem universitatibus operam suam navantib9,congreg. conc. *in declarat. super eo.cap. 5 de reform. in decis. sub tit. Lovanien & Mediolanen.*
104 † ac Oscen. omnibusque regularibus fuit concessum ut in civitatibus Italiæ sibi conservatores eligerent, coràm quibus convenirentur, semelque electos non mutarent, ac eorum nomina intra mensem Episcopis locorum indicarent, alioquin coram ipsis Ordinariis conveniri possunt, ut per congreg. *ibid. super eo. cap. 5. in declarat, quæ incipit Sanctissimus.*

Conservatore autem semel electo,illis non licet ab eo recedere, & ad alium conservatorem pro illius causæ expeditione confugere : *ut ibidem super eod. cap. 5. §. quod Regulares,*& alia regularia loca sub dispositione ejusdem decreti concilii non comprehenduntur, ut in eod. Decret, in fin. Et propterea juxta suorum privilegiorum dispositionem conservatores procedere possunt, præsertim contra eos, qui eorum privilegia infringere prætendant,gloss. *in d. cap. 1. ibi* Innoc. *num. 1, de off. delegati.* Ideò contra exercentes in ipsos, & eorum bona, jurisdictionem,visitationem,correctionem,aut passagia,aretagia,gabellas,datia, tractas, collectas,decimas,census,novalia, subsidia, etiam charitativa, congruas portiones,jucundum adventum, pastor bonus, aut alia onera,etiam jura synodalia, & Seminarii puerorum, ac pro reparatione pontium, fontium, furnorum, murorum,aut alia onera imposita, & imponenda ab ipsis,seu eorum colonis,laboratoribus, & personis ejusdem Religionis exigere prætendentes, qui omnes sunt exempti, ut in prædicta Bulla Pij IV. *pag. 668, vers. nec non à solutione, & pag. 672. post med, vers, nec omnino*, ac Pij V. constitut. 76, *pag.* 1036. Greg. XIII. motu proprio *cap. 62. vers. necnon fœlicis. pag.* 1287. concil. Trid. *cap. 18. de reform. sess. 23.* conservatores præfati procedere, & Religionem,ac alios prædictos tueri, & defendere tenentur.

105 Limitatur tamen † in Episcoporum visitatione,in his dumtaxat, quæ anima-

rum

rum curam, illiusque exercituum, & sacramentorum administrationem respiciunt, quam, tanquam Sedis Apost. delegati, gratis & absque ulla ejusdem Religionis rectorum, & ministrorum impensa, & onere facere possunt, ut in ead. Bull. Pij V. *cap.* 139. *incip. exposcit*, & Gregor. XIII. *cap.* 88. *incipien. consuevit sedes.*

106 Secundò limitatur, † quoad perso- 108 Ideo privilegium † concessum monas vicariorum, militum, capellanorum, ministrorum servientium, adscriptorum, colonorum, procuratorum, ac familiarium eorundem, qui ecclesiis, aliisque locis dictorum militum actu non serviunt, & intra eorum domos non resident, nec sub eorum obedientia vivunt, & qui legitime, ac secundum regulam dictæ Religionis professionem non fecerunt, contra quos Ordinarii, 110 tanquàm Sedis Apostolicæ delegati, habent jurisdictionem, & procedere possunt, concil. Trid. *cap.* 11. *de refor. sess.* 24. & Bull. Greg. XIII. *cap.* 67. *incip. circumspecta in omnibus*. & fuit decisum à sacra congreg. concil. *ut in decis. manu script. mihi* 146. quæ limi- 111 tatio oritur, etiam ex dispositione eorundem privilegiorum ejusdem Religionis, 107 quibus cavetur, † quòd privilegiis tantummodo gaudeant, qui à Magno Magistro, seu de ejus licentia habitum susceperunt, & professionem emiserunt, nec vagabundis suffragentur. eo. Bull. Pij IV. *fol.* 669. *ante medium. vers. quodque illi*, quia privilegia sunt concessa principaliter in favorem Religionis, & secundariò, personarum, quæ illi inserviunt.

Non viventes autem sub obedientia, nec inservientes, minusque residentes, aut legitime non professi, privilegiis gaudere non debent, quia cessat causa, ob quam fuerunt concessa. *cap. cum cessante de appell.* Felyn. *in cap. cum accessissent. num.* 24. *const.*

monachis, licet non sint clerici, super immunitate tutelæ, procedit, si in ecclesiis commorentur, non autem, si vagentur *cap. generaliter*, & ibi glo. *in ver. devagantes.* 16. *quæst.* 1. & propter officium 109 † datur beneficium, sed fœminas sibi concubinas, ut sponsas eligentes, & ob fornicationem officium dimittentes, amittunt beneficia. *cap. si quis sacerdotum,* 110 *& cap. eos etiam* 82. *dist.* † Et cùm parochiales conferantur, ut parochi per ipsos deserviant, & resideant, non residentes sunt beneficiis privandi, *cap. quia nonnulli, & cap. relatum. de cler. non resid.* Conc. Trid. *cap:* 1. *post med. ver. eadem omnino. sess.* 23. *de refor.* & Pius V. in Bull. 111 *cap.* 64. *incipien. cupientes*, † Quia etiam beneficia dantur, ut ecclesiis inserviatur, si quis beneficiatus fuerit excommunicatus proventus Ecclesiastici sunt ei subtrahendi *capitulo postoralis. in fine, de appellation.* & *cap. latores, de cleric. excomm. vel depos.* quia, cum sit extra ecclesiam, nomine Ecclesiæ nihil potest possidere. *cap. quo jure. vers. item relegantur.* 8. *dist. cap. eos qui* 32. *dist. & cap. quod autem* 23. *quæst.* 7.

DE

DE RESIGNATIONIBVS, ET EORVM publicationibus. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 Resignationes aliæ simplices, aliæ conditionatæ.

2 Resignationes conditionatæ fiunt pluribus modis.

3 Resignatio facta cum clausula, in favorem talis. N. & non aliter, nec alio modo, an admittatur.

4 Resignatio ex causa permutationis non tenet, nisi resignanti de alio beneficio provideatur.

5 Resignatio potest fieri cum designatione personæ, cum reservatione omnium fructuum, demptis scutis centum pro titulari, vel cum reservatione pensionis annuæ.

6 Resignatio, nisi fuerit facta juxta formam mandati, non valet, etiamsi supplicatio fuerit expedita.

7 Clausula quæ in mandatis solet apponi, & non aliàs, aliter, nec alio modo necessitatem inducit, ita quod ejus transgressio vitiet actum.

8 Mandatum datum ad resignandum, vel ad consentiendum reservationi pensionis, re integra, potest quandocunque revocari, sed est revocatio intimanda.

9 Resignationes beneficiorum in Romana curia sunt publicandæ intra sex menses, si beneficia sint citra montes, si verò ultra, intra novem à data concessionis gratiæ numerandos.

10 Beneficiorum permutationes sunt publicandæ.

11 Resignationes beneficiorum quorumcunque sunt publicandæ.

12 Resignationes quæ consistorialiter fiunt, non sunt publicandæ.

13 Resignationes, & jurium cessiones auctoritate ordinaria intra mensem admitti, aut reyci debent.

14 Resignationes, quibus casibus sint nullæ.

15 Resignationes beneficiorum auctoritate ordinaria collatorum intra tres menses debent publicari.

16 Resignationum publicatio in quibus, & quomodo fieri debeat.

17 Resignationes beneficiorum ruralium, quomodo debeant publicari.

18 Resignationes propter impedimentum belli, vel pestis, quibus in locis fieri debeant.

19 Resignationes, vel cessiones jurium beneficiorum litigiosorum, quomodo sint faciendæ.

20 Cardinales sub constitutione de publicandis resignationibus comprehenduntur.

21 Forma à lege data non servata corruit actus.

22 Formæ defectus, major est, quàm defectus materiæ.

23 For-

23 Forma certa data à jure, vel ab homine, paria sunt agere directe contra, vel citra.

24 Alienatio rei ecclesiæ facta, forma non servata, infringitur.

25 Alienatio rerum immobilium minoris, quando infringatur.

26 Forma juris non servata, quando reddat matris testamentum nullum.

27 Beneficia resignata ob non publicationem vacant ipso jure.

28 Beneficia vacantia ob non publicationem resignationis sunt Sedi Apostolicæ reservata.

29 Regula re triennali possessore quos tueatur.

30 Regula de triennali possessore se tueri non possunt obtinentes beneficia vacantia ob non publicationem resignationum.

31 Titulum coloratum, quis habere dicatur.

32 Regula de triennali juvari non potest provisus de parochiali sine concursu.

33 Possessio est jus insistendi rei non prohibitæ possideri.

34 Impetrationes beneficiorum vacantium ob non publicationem, quomodo fieri debeant.

35 Beneficijs litigiosis impetratis, quomodo sit in lite procedendum.

36 Subrogatus eodem jure uti debet, quo ille in cujus locum subrogatur.

37 Relegatio facta dignitati, transit in subrogatum in dignitate.

38 Magnus Magister, & conventus Religionis Hierosolymitanæ, quomodo de beneficiis ejusdem religionis providere possit.

39 Magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ pensiones annuas reservare, & fructuum reseruationes facere potest.

40 Beneficia regularium commendata etiam comprehenduntur sub constitutione publicandis resignantibus.

41 Resignatio commendarum, quæ in conventu Religionis Hierosolymitanæ admittuntur, non cadunt sub constitutionem de publicandis resignationibus.

42 Proœmium causam finalem dispositionis indicat.

43 Constitutionis causa cessante, cessat constitutio.

44 Commendis Religionis Hierosolymitanæ vacantibus, qui fructus ærario debeantur.

45 Commendæ Religionis Hierosolymitanæ quibus oneribus sint gravatæ.

46 Dispositio quantumcunque generalis debet interpretari, & restringi, ut non comprehendat casum absurdum, per quem quis pœnam incurrat.

47 Priores, bajulivi, & commendatarij Religionis Hierosolymitanæ sunt veri Ordinarij.

48 Coadiutoriæ, an sint publicandæ,

49 Ius idem esse debet, ubi est eadem ratio.

50 Constitutio de publicandis resignationibus, quare edita fuerit.

51 Proœmium causam finalem indicat.

52 Constitutionis causa cessante cessat constitutio.

53 Lex, etiam si sit perquàm dura, à verbis legis non est recedendum.

54 Coadutoræ celari non possunt.

55 Subrogatus frui debet prærogativis ejus, in cujus locum subrogatur.

56 Canonicorum tres sunt gradus,

57 *Coadiutor, quomodo inter alios canonicos sedere debeat.*
58 *Auctoritatis propriæ lumine fulgentes, præferuntur illis, qui vices aliorum gerunt.*
59 *Honor debetur constitutis in dignitate ratione excellentiæ.*
60 *Coadiutor canonici vocatur canonicus fictus*
61 *Canonici veri fictis sunt præferendi.*
62 *Coadiutor datus canonico in ordine sacerdotali canonicos in ordine diaconali, vel subdiaconali præcedere debet.*
63 *Canonicus præcedere debet coadiutorem canonici ejusdem ordinis primò receptum.*
64 *Coadiutoriæ forma est semper considerandæ, ubi de illius viribus dubitari contigerit.*
65 *Coadiutor infirmus, vel corporaliter legitimè impeditus lucratur distributiones quotidianas.*
66 *Coadiuto excommunicato, an coadiutor pro eo distributiones quotidianas lucrari possit.*
67 *Excommunicatus non lucratur fructus aut emolumenta beneficiorum.*
68 *Excommunicatus, qui non potest per se, nec per aliũ ad sui utilitate agere potest.*
69 *Coadiutor canonici, an vocem activam, & passivam in capitulo habere possit.*
70 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda.*
71 *Coadiutores pluribus dantur.*
72 *Coadiutor, quis dicatur.*
73 *Aetas in coadiutore, quæ requiratur.*
74 *Coadiutor Episcopi cum futura successione minor 30. annorum sine dispensatione Apostolica deputari non potest.*
75 *Coadiutores cum futura successione pluribus de causis dari possunt.*
76 *Coadiutor Episcopi, quæ exercere possit.*
77 *Coadiutores dignitatibus in cathedralibus ecclesiis existentibus dari possunt.*
78 *Coadiutores parochialium ecclesiarum rectoribus, quibus ex causis dari possint*
79 *Coadiutores, Abbatis, & Abbatissũ dari possunt.*
80 *Coadiutores Regibus, & Principibus dari possunt.*

QUOMODO beneficia per obitum vacantia conferantur, edoctum fuit supra, nunc autem de vacantibus per resignationem est agendum. Resignationes verò † aliæ sunt simplices, ut quæ fiunt sine conditione, & pacto, non designata persona, cui beneficium conferatur *c. tua nos. de Simon.* & Put. *decis.* 158. *n.* 4 *lib.* 3. & istæ fieri possunt per procuratorum aut resignantem, qui personaliter potest resignationi consentire.

† Aliæ conditionatæ, quæ pluribus modis fiunt in favorem designatæ personæ resignatarij.

3 Primò † in favorem talis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, & quia in supplicationibus non conceditur clausula, in favorem talis. N. & non aliàs, aliter, nec alio modo, tunc procurator ad resignandum verbi gratia in favorem Sempronij non potest resignare, nisi provideatur in favorem personæ nominatæ, quia contra formam mandati resignatio admitti non potest. gloss. *in c. olim. il.* 1. *in ver. traditam. de rest. spol.* Paris. *cons.* 19. *numer.* 23. *vol.* 2. & Rebuff. *de resignat. cond. numer.* 3. *par.* 3.

4 Secundò † ex causa permutationis, dum-

quomodo resignanti provideatur de alio beneficio *cap. unio. de rer. permut. in 6. & Clement. unic. eod. tit.* & nisi resignante de alio beneficio, pro quo permutatur, provideatur, resignatio, ut facta contra formam mandati, non tenet, ex supra deductis, quia non abdicatur jus à resignante, nisi perfecta resignatione Rota *decis. 4. nu. 11. de renunc. in no.*

Tertiò † designata persona, & reservatis resignanti omnibus fructibus, demptis scutis centum auri pro titulati, quæ ad minus super Abbatijs, & alijs pinguibus beneficijs de stylo reservantur, vel reseruata pensione annua centum ducatorum, aut alia inter partes conventa, libera, immuni, & exempta, & tunc, nisi cum eadem reservatione juxta formam mandati, consensus resignationis non admittitur, quia notarij, ad quos officium consensus hujusmodi extendendi spectat, etiam † quòd supplicatio sit expedita, si cum mandato non concordat, consensum non admittunt, quicquid in contrarium teneat Rebuff. vir alioquin peritissimus, quòd Papa possit dimidiam pensionis sine consensu admittere, & valebit resignatio, *de resig. condit. numer. 25. & 26. par. 3.* quia resignatio esset nulla defectu mandati, *l. diligenter, ff. mand.* & Felyn. *in cap. ex parte numer. 4. de constit.*

† Clausula enim quæ in mandatis solet apponi, & non aliàs, aliter, nec alio modo, necessitatem inducit, ita quòd ejus transgressio vitiet actum. Paris. *cons. 19. num. 18. 19. & 20 volum. 2.* salua tamen semper absoluta Papæ auctoritate.

Mandatum † datum ad resignandum, vel ad consentiendum reservationi pensionis, re integra, potest quandocunque revocari, sed requiritur intimatio facta procuratori, auferendo ab eo facultatem sibi traditam, aut inhibendo, ne ulterius vigore mandati in ejus personam ad resignandum facti, audeat beneficium resignare, sub pœna nullitatis, & si plures procuratores fuerint constituti, omnibus est revocatio intimanda, quia aliàs initimatio facta uni non prodesset, quoad alium, qui licite posset renunciare, vel sufficeret intimatio facta resignatario, clement. unic. de renunc. & Rebuff. *pract. benef. de revoc. proc. par. 3.* sed, quia de resignationibus. Pau. Paris. copiosum tractatum edidit, ex quo ad saturitatem commode, quod velis, haurire potes, hæc pauca mihi delibasse sufficiat.

Beneficiorum † resignationes sunt publicandæ, ut per diversas constitutiones Innoc. VII. *constit. 13.* Pij IV. *constit. 15.* Pij V. 182. & Greg. XIII. 87. quæ ultima, cùm omnes constitutiones prædecessorum super publicandis resignationibus comprehendat, reformet, restringat, & abroget, *ut in ead. constit. circ. fin. vers. decernentes*, ea sola servari debet. Ideo resignationes, jurium cessiones, & beneficiorum permutationes, in Pontificis, seu notariorum Romanæ curiæ, facultatem habentium, manibus factæ, intra sex menses, si citra montes, si verò ultra, intra novem menses à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, debent publicari, *ut in ead. constit. in princ. §. nos hoc malum*, & ex hoc tollitur quæstio, & difficultas, an tempus solùm currere debeat à præstiti consensus, de qua per Gomes.

mes. *de publ. resign. n. 3. vers. prædictis. ac. nu. 4. 5. & 6 qu. 7.*

10 † Et debet etiam fieri de permutationibus beneficiorum, *ut ibi eod. §. in princip.* etiam causa permutationis, evacuata longa disputatione pro parte affirmativa, & negativa ab eodem Gomes. *in ead. reg. de publ. in qu. 3. per tot. tractata.*

11 Procedit etiam, † & habet locum in beneficiis commendatis, ut in eod. §. nec hoc malum; ibi, ac commendarum; & capit resignationes quaruncunque ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuũ, tàm virorum, quàm mulierum, dignitatum, officiorum, & beneficiorum quoruncunque secularium, & quorumvis ordinum, etiam militiarum regularium, etiam electivorum, & manualium, ac etiam de jure patronatus laicorum illustrium, & aliàs quomodocunque existentium, etiam quòd in petitorio, sive in possessorio sint litigiosa, *ut in eadem. constit. §. cæterum modus*, qua tollun tur deducta pro parte negativa, quòd constitutio non procederet in beneficiis commendatis, ut per Gomes. *de publ. quæst. 4 &*, quia dubitabatur, an haberet locum in beneficijs consistorialibus, ut per eundem Gomes. *quæst. 5.* declaratur, quòd procedat etiam in beneficiis consistorialibus, quando extra consistorium resignationes admittuntur, etiam cum reservationibus nominis, tituli, administrationis, reservationis fructuum, etiam omnium, ac rerum, & jurium quorumcunque, *ut in eodem §. cæterum*, & cùm inclusio

12 unius sit exclusio alterius, † sequitur, quòd beneficia de quibus in consistorio disponitur, non comprehenduntur sub constitutione, quia renunciatio facta in consistorio in præsentia Pontificis, & Cardinalium satis dicitur publicata, ut per Gomes. *d. q. 5.*

Resignationes † etiam ex causa permutationis, & jurium cessionis in manibus Ordinariorum etiam S. R. E. Cardinalium, etiam indulta à Sede Apostolica habentium, ac legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium ejusdem Sedis extra Romanam curiam factæ, intra mensem admitti vel reijci, resignationesque, & provisiones resignatorum beneficiorum omnino intra mensem ab ipsis Ordinariis admitti debent, *ut in eadem constitut. §. de beneficiis, circa fin.*

14 Admissio † autem in favorem, vel de beneficio sic resignato consanguineo, vel affini resignãtis, vel familiari admittentis resignationem fieri non potest, sub suspensionis, & aliis pœnis, ut in constitut. Pij V. super admittendis resignationibus *constit. 8.*

15 Ordinaria † auctoritate de beneficiis per resignationem vacantibus etiam S. R. E. Cardinales, ac legati etiam de latere intra mensem debẽt providere, & provisi resignationes intra tres menses, à die provisionis factæ numerandos, publicare, & possessionem beneficij modo infrascripto capere, aut petere tenentur, *ut in §. de beneficiis autem.*

26 Publicatio resignationum † in cathedrali, & in Ecclesia, seu Ecclesijs beneficij, si in pluribus ecclesijs beneficiorum existat fieri debet, dum frequens populus admissarum solemnia convenit, ubi palam omnibus literæ, sive Apostolica, sive auctoritate ordinaria factæ, earumve transumptum debet exhiberi, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio, ac beneficij qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, & resignatarij, seu cessionarij pronunciari debent,

bent, ut omnia possint verisimiliter, ad omnium ibi existentium notitiam pervenire, exemplumque litterarum collationatum valvis ecclesiarum affixum relinqui debet, *ead. constitut.* §. *nos hoc malum, in fin.*

17 Pro beneficio rurali † quodque populo, aut conventu caret, publicatio in parochiali intra cujus parochiæ limites beneficium constitutum existat, & in cathedra-
18 li ecclesia, † vel, si locus bello, aut peste, seu manifestis periculis, subjaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali ecclesia, vel si aditus ad illas, aut alteram ipsarum minime sit securus, in alia cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio hujusmodi fieri debeat, *eadem constit.* §. *si verò Ecclesia.*

19 Provisus de beneficio, † etiam litigioso, vel à cedente non possesso, possessionem beneficij infra dictum tempus vigore litterarum Apostolicarum desuper confectarum, aut provisionis auctoritate ordinaria factæ, nec alias apprehendere debet, quòd si propter litem, aut aliud impedimentum apprehendere non poterit, saltem litteras cum earum publicatione, si tunc facta fuerit iudici, seu executori illarum, vel illi, ad quos pertinet, per se, vel procu 24 ratorem suum legitimum, infra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos pro ipsarum litterarum executione instare, & possessionem hujusmodi instanter petere debet, *ut in ead. constit.* §. *ii quoque.*

20 Cum autem S.R.E. Cardinales † sub regulis cancellariæ non comprehendantur, ut trad. Gomes. *in proœm. reg. quæst. 6. numer.* 10. & habetur per Clementem Papam VIII. *in suis regulis cancellariæ* 25

reg. 69. & ideo dubitari contingeret, an constitutio hujusmodi ipsos comprehenderet, licet videretur, quòd sic, *cap.* 1. *de schismat. & idem* Gomes. *de publ. resign. quæst.* 12. *numer.* 3. ad tollendum omne dubium fuerint expresse comprehensi, *ut ead. constit.* §. 1. *ibi, etiam S.R.E Cardinales.*

21 Resignationum † publicatio sub modo, & forma desuper tradita fieri debet, aliàs redditur nulla, ut expresse disponitur, ultra quod, non servata forma data à lege corruit actus, *c. cum dilecta, de rescript. c. venerabili, de off. deleg. cap. fin. de rest. spol.* Rom. *cons.* 236. *numer.* 8. & Felyn. *in d. cap. cum dilecta, num.* 7. *circa med. vers. gesta contra*
22 *formam. de rescript.* † major est enim defectus formæ, quam materiæ, glos. *in l. unus* §. *si acceptilatio in verb. inutilis*, & ibi Paul. Castr. *num.* 2. *de pact. & l. certa forma*, & ibi Joann. de Plat. *C. de jurefisci lib.* 10. nec potest adimpleri per æquipollens, *ut*
23 *in ead. const. eod.* §. *cæterum*, † Quia quando datur certa forma à jure, vel ab homine, paria sunt agere directè contra, vel citra, *cap. prudentiam*, & ibi Abb. *n.* 5 *de off. deleg.* & Felyn. *in d. c. dilecta, n.* 6. *vers. amplia primo*, qui tradit regulam cum pluribus limitationibus, & ampliationibus, & hinc vi-
24 demus † quòd ex isto capite, infringitur alienatio rei ecclesiæ facta, forma non servata, *cap. sine exceptione.* 13. *qu.* 2. *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alienan. in* 6. *& clem.* 1. & ibi Card. *eod. titul.* Bart. *in l. cum sic*, §. *eam transactionem, numer.* 3 *ff. de transact.* Bald. *in l. fin.* §. *necessitate. numer.* 27. *C. de bo. quæ lib.* Jas. *in l. contra juris. numer.* 9. *de pact.* & Felyn. *in cap. causam, il.* 1. *num.* 8. *vers. contra hæc, de jud.*

25 Infringitur etiam † alienatio rerum

immobilium minoris facta sine decreto, dummodo pecunia non probetur versa in ejus utilitatem, *l. magu puto, §. ne passim, ff. de reb. eod. l. utere, & l. si prædium, §. emptor. C. de præd. min. sine decr. non alien.*

26 Et præteritio filij † facta à matre sine insertione causæ legitimæ hodie reddit testamentum nullum, etiam ob non servatam formam juris novissimi, *de quo in §. aliud quoque capitulum, in auth. ut cum, de appell. cognos. colla. 8.* Alexand. *in auth. non licet, n. 9. C. de lib. præter.* & Bald. *in cons. 2. in fin. volum. 1.*

27 Beneficia resignata † publicatione non facta, tam ex parte resignantium, quam resignatorum, vacant ipso jure, nec resignantes, continuando possessionem, constitutione de annali, vel triennali juvari possunt, & resignatarij ad beneficia resignata obtinenda inhabiles, & incapaces reddunrur.

28 Beneficiaque † sic vacantia à Sede Apostolica duntaxat possunt impetrari, *ead. constit. 87. §. quod si quidquam,* & dicta dictio taxativa excludit omnem facultatem Ordinarijs attributam conferendi, cum excludat omnes alias personas, Bart. *in l. 1. numer. 1. & 3 ff. si quis jusdic. non obtem.* Bald. *in l. si qui ex consensu, numer. 2. de epis. ad* & Felyn. *in cap. contigit, numer. 3. de fide. instr.*

29 An autem tribunales possessores post resignationem, publicatione non facta, regula de triennali defendi possint, & videtur, quòd sic, † quia regula de triennali tuetur omnes provisos, duobus casibus exceptis, videlicet, ingressu simoniaco, & intrusione in beneficijs dispositioni Apostolicæ ex generali reservatione in corpore juris clausa, reservatis, quæ vacant in curia, *cap. 2. de præb. in 6.* & cum dicta constitutio sit extravagans, & non clausa in corpore juris, & ideo casus non publicationis resignationis non sit de exceptuatis, remanet sub regula, cum exceptio firmet regulam in contrarium, *cap. dominus* cum glos. *32. quæst. 7. cap. nonne de præsumpt. l. nam quod liquide in fin. de penu. leg. §. ut autem* ubi glossa penult. & ibi Bart. *in auth. de non alienan. aut permut. in col 2.* Rom. *cons 337. numer. 8.* & Felyn. *in cap quoniam frequenter, numer. 1. ut lit. non contest.* videtur etiam, quod regula eadem se tueri possint provisi de parochialibus sine concursu contra formam dictæ constit, Pij V. *32.* in conferendis, & sacri concil. Trident. dispositionem.

His tamen non obstantibus, in dictis casibus possessores regula de triennali juvari non possunt, † quia resignans amittit 30 titulum, & possessionem beneficij, Rota *decis. 2. numer. 3. de renunc. in antiq.* Paris. *cons. 176. num. 4 & 5. & cons. 185. num. 1. & 2. lib. 4.* Put. *decis. 250. num. 2. lib. 2.* Nec potest habere coloratum titulum, quod quidem requirit regula; † quia titulum coloratum habere dicitur, qui illud habet ab habente de jure facultatem conferendi, Lap. *allg. 16. num. 2.* Abb. *in cap. in litteris, nu. 12. de rest. spol.* Paul. de Castr. *cons. 253. num. 4. de volu 1.* Nart. *cons. 411. n. 7. & 9.* Osasc. *decis. 116. num. 7.* & Gomes. *de trien. poss. d. quæst. 10. nu. 2.* & ob non publicationem titulus habitus ab habente facultatem conferendi redditur ad non titulum, ex dispositione ejusdem constitut. *87. §. quòd si quidquam.*

31 Nec juvari † potest dicta possessione provi-

provisus de parochiali ab Ordinario, etiam S.R.E.Cardinali, ac Sedis Apostolicæ legato, vel nuncio sine concursu, quia dicta constitutio, in conferendis comprehendit etiam Cardinales, & habet decretum irritans, similesque provisiones nullum provisis jus, aut titulum etiam coloratum tribui, illasque ut prius vacare, & sedi Apostolicæ reservatas esse voluit, & declaravit, *ut in ead. constitut. §. nos ad quorum*, & annalis possessio non juvat detinentem beneficium reservatum. Gomes. *de anna. poss. qu. 23. per totum*, nec triennalis, idem Gomes. *in reg. de trien. qu. 26. n. 6. 7. & 9.*

33 Possessio enim † est jus insistendi rei non prohibitæ possideri, ut trad. Bart. *in l. 1. nu. 6.* ubi omnes Doct. *ff de acq poss.* sed possidentes post resignationem, aut sine concursu contra prohibitionem sacri concilij, & dictæ constitutionis sunt mere intrusi, & titulus redditur ad non titulum, ex supra deductis.

34 Impetrationes beneficiorum † sic ob non publicationem vacantium fieri debent cum expressione nominum, & cognominum resignantium, seu cedentium, & resignatariorum, seu cessionariorum, & impetrantes à data suarum impetrationum ea omnia, quæ cadentes à jure prædicto præstare debebant, adimplere tenentur, *ut vid. §. quod si quidquam. post med.*

Si verò beneficia impetrata fuerint litigiosa † contra cedentes ad ulteriora, etiam usque ad sententiam diffinitivam, ac rem judicatam, & illius executionem procedi poterit, licitum tamen erit resignatariis, seu cessionariis, aut subrogatis, coram judice, coràm quo lis pendere contigerit, comparere, ac ad causam in eisdem statu, & terminis, in quibus reperietur, absque alia commissione erunt admittendi, *ut ead constit. §. sed ne in beneficiis*, † quia, cùm subrogetur in loco aliorum, eodem jure, uti debent, *cap. Ecclesia, il 1. cum* glos. *post med. ut lit. pendent.* & ibi Innocent. & Abb. *num. 6.*

Hinc videmus, quòd subrogatus in officio, vel collegio alterius utitur jure illius, in cujus locum subrogatur, tam, quoad commodum, quàm quoad incommodum, *l. unica C. de colleg. & cartopra.* & ibi Bart. *§. fi.* Io. de Plat. & Rebuff. *nu. 4. lib. 11.* & ibidem Bart. *in l. comperimus. num. 4. de prox sacr. scri. lib. 12.* & delegatio † facta alicui in dignitate constituto sub nomine dignitatis transit in subrogatum in dignitate, *cap. quoniam Abbas*, & ibi Innoc. *n. 1.* & Abb. *numer. 4. de off. deleg. cap. pastoralis, §. ad quod dicimus*, & ibi glos. *in ver. succedat, de off. judicis ord.* & quia dubitari potest, an resignationes, & cessiones commendarum, & beneficiorum Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani sub dicta constitutione de publicandis comprehendantur, stante, quòd Magnus Magister, & † conventus de beneficiis, tamquam privatis prædijs in titulum perpetui beneficij ecclesiastici, seu etiam ad nutum, seu amovibiliter uni, vel diversis personis, assignari solitis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, seu aliàs affectis, aut ad Sedem ipsam devolutis, liberè providere, & illa unire, & dismembrare, & de illis disponère, antianitatesque, tam generales, quam speciales, super eisdem beneficiis fratribus ejusdem Religionis concedere, & resignationes † dictorum beneficiorum recipere, & admittere, illaque resignantibus titulum, seu denominationem, ac omnes eorum fructus, seu illorum partem, aut super illis

quas-

quascunque pensiones annuas, quæ etiam transeant ad successores, in eis reservare, concedere, constituere, & assignare, & quod altero decedente, superstes in illius possessione succedat, indulgere potest, ut in Bullar. Pij. IV. *cap. 24. incipien. circunspecta Romani Pontificis pag. 667 post. 40 med. vers. & tam Magistro* † videtur, quod comprehendantur verbis expressis, beneficia commendata regularium militiarum, etiam electiva, & manualia, *eod. §. nec hoc malum, & §. cæterum.* quod puto verum, quoad resignationes beneficiorum, quæ extra conventum, etiam apud Sedem Apostolicam admittuntur, quia tunc, cùm conveniant verba constitutionis intrat illius dispositio, *l. 4. §. toties, ff. de dam. infect.* & cum comprehendat etiam S. R. E. Cardinales, qui dignitate, favoribus, & privilegiis præcellunt multò magis inferiores, quia ubicunque est eadem ratio, vel æquitas, eadem esse debet juris dispositio, *l illud, ff. ad leg. Aquil, & l. à Titio ff. de verb. oblig.*

41 Sed in commendis, † quæ in conventu resignantur, &, ut vocabulo conventus utar, smutiuntur, ut in stabil. ejusdem religionis, *cap. statuimus, de com. & cap. motio. de verb signif.* quia illius vacatio inducitur in lingua, idest in natione, *cap. 43 linguas, eod. tit. & d. cap. motio,* & ibi, per Magnum Magistrum, & conventum dumtaxat resignationes admittantur, *cap. statuimus, quòd nullus, & cap. præter id, eod. tit. de com.* & secuta vacatione de commendis ab eodem Magno Magistro, & conventu provideatur, *cap. statuimus, ut statim, eod. tit.* non requiritur publicatio, quia, licet regulariter publicatio omnium beneficiorum resignatorum, etiam militiarum, & consistorialium fieri debeat, fallit tamen regula, quando beneficia consistorialia in consistorio resignantur, *ut in d. §. cæterum ibi* extra tamen dictum consistorium admittuntur, & est ratio, quia renunciatio facta in consistorio in præsentia Principis satis dicitur publicata, ut trad. Gomes. *in qu. 5 supracitata.*

Ideo pari modo dicuntur publicatæ resignationes factæ in manibus Magni Magistri, & conventus, qui fiunt in concilio præsentibus fratribus illius linguæ, cujus commenda existit, de quorum interesse agitur, & cum linguarum congregatio in concilio fiat cum præsentia priorum linguæ, ut in eisd. Stabil. *in c. quoniam plerumque c. ut liberiùs, & c. quia bonum, de concil.* & expediantur desuper Bullæ sub plumbo, *ut in cap. ad liberationem, eo. tit.* publicatioque resignationum fuerit inducta tantummodo ad evitandas clandestinas, & fraudulentas resignationes, ut in Bull. Pij. V. *c. 182. incip. Sanctissimus, in præm. & ead. 42 const. Greg. XIII. etiam in proœmio,* † quod causam finalem dispositionis indicat *l. fin.* & ibi Bart. *nu. 3 ff de hered. instit.* & Pars. *cons. 6. n. 24. vol. 4.* cessante causa constitutionis, cessat constitutio, *c. neophytus,* cum gl. *in ver. causa. 61. dist & c. quod pro remedio,* & ibi gl. *in ver. cessante 17. q. 7.* † prout, cessante causa finali, cessat effectus, *c. cum cessante, in princ.* & ibi Abb. *n. 2. de appell.* gl. *in c. post translationem, in verb. cessante extra de renun.* gl. *in ver. non coharet, in l. cum tale, § falsam causam ff de cond.* & idem Bart. *in l demonstr. num. 18 ff eo tit. & in auth. de nup. & si quis verò, nu. 1.*

Causa finalis dictæ constitutionis in resignationibus in manibus Magni Magistri, & conventus factis, nec appellari potest, quan-

44 quandoquidem † ex omnibus Prioratibus, Castellaniæ, Empostæ, Bajulivatibus, Commendis, & administrationibus, quæ per cessionem, & resignationem aliis conferuntur, fructus, & redditus duorum annorum integrorum, primi, & secundi anni ab ærario Religionis sunt excipiendi, ultra quod provisū de commendis per resignationem omnia debita, quibus resignantes tempore resignationum, & cessionum obnoxii erant, persolvere tenentur, *ut in stabil. c. præterea & c. in super de com. ærar.* etiamsi Apostolica auctoritate fuerint provisi; ut in motu proprio Pij IV. & alio Pii V. non impressis, sub Sixto V. in forma, rationi congruit, expedito, in libro ejusdem Religionis registratis, & in motu proprio in Bull. Greg. XIII. *incipien. dudum fel. rec.* Pius Papa V. *c. 78.*

45 Sunt etiam † omnes commendæ gravatæ annuis pensionibus perpetuis, communi ærario Religionis persolvi debitis, quæ impositiones, & responsiones vocantur, *ut in stab. 1. de com. ærar.* quas annis singulis in capitulo Provinciali, vel in Festo S. Joannis Baptistæ quocunque casu fortuito, & inopinato non obstante, Receptoribus, & Procuratoribus Religionis, Priores, Castellanus empostæ, Bajulivi, Commendatarii, & fratres tam exempti, quàm non exempti persolvere tenentur, *cap. statuimus, il. 1. & c. quòd, si aliqui, eo. tit.* à quibus resignationes clandestinæ, aut simulatæ fieri non possunt,

46 dispositio † enim quantumcunque generalis, semper debet interpretari, & restringi, ut non comprehendat casum absurdum, per quem quis indebite pœnam incurrat, Bart. *in l. Cæsar, n. 1. ff. de publ.* Paris, *cons. 59. num. 23. & 24. vol. 3.* & Ossch. *decis. 59. num. 8.*

47 Priores, † Bajulivi, & Commendatarii intra limites suarum commendarum sunt veri Ordinarii, ut in Bull. Pii IV. *c. 14. p. 172. circa fin. et. in stabil. c. priorū c. prior, c. impunitas, de prior.* & sunt exēpti à jurisdictione quorumcunq; Ordinariorū, habentq; collationē beneficiorū suorū, Prioratuum, Bajulivarū, & cōmendarum extra conventum, etiam per resignationem vacantium, *ut in c. priores in suis, & c. tamensi, de comm.* Ideo in istis resignationi per inferiores collatores extra conventum admissis collationibus subsecutis, & aliis Apostolica auctoritate admissis procedit dicta constitutio, quòd tales resignationes debeant publicari, quia, cùm non possit dari ratio diversitatis ab aliis Ordinariis, & expresse comprehendātur beneficia, & cōmendæ militiarū, sunt publicandæ ad mentē ipsius constitutionis, aliàs ob non publicationem vacant ex supra allegatis.

48 Quæritur de coadjutoriis, † an subjaceant constitutioni Greg. XIII. de publicandis resignationib⁹: dubiū facit cōsensus coadjuvati, qui requiritur in coadjutoriarū concessione, & habet vim resignationis, ut per Put. *decis. 58. n. 2. l. 2.* & coadjutor, adveniente morte coadjuti, remanet subrogatus sine alia collatione, aut provisione, perinde, ac si esset resignatarus cū reservatione omniū fructuū, quo decedēte fructus cedunt titulo, & cū resignationes cū fructuū reservatione sint publicandæ, *ut in dicta constit. §. cæterū modus,* pari ratione videntur, publicandæ coad-

49 jutoriæ, quia † ubi est eadē ratio, idem jus esse debet, *l. illud ff. ad l. aq.* & Cravet. *consi.*

183. *num.* 3. tamen dictæ coadjutoriæ non cadunt sub dicta constitutione de publicandis resignationibus, ut infra demonstrabitur.

50 Causa enim † fundamentalis constitutionis de publicandis resignationibus fuit ad prohibendas simulatas, occultasvè beneficiorum ecclesiasticorum resignationes, ut verba ejusdem constitutionis sonant in procemio, quod inducit causam finalem, *l. fin. ff. de hæred. institu.* & Jas. post alios per ipsum citatos *in l. si pacto, quo pœnam, num.* 14. *C. de pact.*

51 procemii autem ratio † adeo est potens, quòd, sicut corpus ab anima, ita dispositio ab ipsa ratione procemiali regulatur, Jas. *in l. qui quadringenta, num.* 2. *ff. ad Trebell.* & Gomes. *de anna. poss. q.* 1. *num.* 2. Ideo cùm cessat ratio procemialis in coadjutoriis, quæ simulate, vel occulte fieri non possunt, non habet locum dicta constitutio, † quia constitutionis causa, vel ratio-

52 ne cessante, cessat constitutio, *cap. cum cessante, de appell.* & Tiraq. *in tract. cess. caus. par.* 1. *num.* 53.

Præterea constitutio loquitur de resignationibus quibuscunque, tam simplicibus, quàm permutationis, vel quavis alia causa, etiam per jurium cessionem, & de beneficiis litigiosis factis, non tamen

53 loquitur de coadjutoriis, † & à verbis legis non est recedendum, etiam, si lex sit perquam dura, *cap. in memoriam* 19. *dist. & l. prospexit, ff. qui, & à quibus.* Nam dicta constitutio est pœnalis, & in pœnalibus non fit extensio, *cap. odia. de reg. jur. in* 6. coadjutoria enim † beneficiorum,

54 non potest proprie dici resignatio, licet formam resignationis repræsentet, Rot. *in noviss. par.* 3. *lib.* 3. *decis.* 10. *num.* 3.

Coadjutoriæ enim celari non possunt; cùm coadjutor in choro, loco coadjuti, publice inserviat, & dubitatur, an in sede coadjuti, aut alia, sedere debeat, cùm autem coadjutor repræsentet personam

55 coadjuti, † & subrogatus regulariter eisdem prærogativis frui debeat, quibus fruitur coadjutus, in cujus locum subrogatur, *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, il primo junct.* glos. *ut lit. pend. l. si eum* §. *qui injuriarum. ff. si quis cau. l. filiæ suæ,* §. *Titiæ ff. de condit. & demonstr. l. in duobus,* §. 1. *ff. jure juran.* & Bar. *in l.* 1. §. *hi quibus nu.* 2. *ff. de leg.* 3. videtur, quòd sedem ejus, in cujus locum fuit subrogatus, habere debeat, tamen dicta regula, quòd subrogatus frui debeat prorogativis ejus, in cujus locum subrogatur, non habet locum hoc casu, quo ad sedem.

56 Dantur enim tres gradus † inter canonicos, quorum primus est presbyterorum, secundus diaconorum, & tertius subdiaconorum, concil. Trident. *in cap.* 12. §. *in omnibus verò, de reformat. sess.* 24. prout etiam Cardinalium gradus est tripartitus in Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, *de quibus supra, cap.* 2, *num.*

57 3. *par.* 1. Ideo, † aut canonici sine disparitate sunt omnes in uno, & eodem ordine, aut in diversis ordinibus distinguuntur: primo casu coadjutor in ultimo loco debet installari, ex infra dicendis. Si verò datur coadjutor canonico, qui sit in ordine sacerdotali, & primus in ordine, vel secundus, tunc ante alios inferioris, nempe diaconalis, & subdiaconalis gradus coadjutor sedere debet, sed inter presbyteros primam, aut secundam sedem, in qua sedebat coadjutus, habere non potest, licet alios inferioris gradus

præce-

præcedere debeat, canonici enim pares ipsi, coadjutor propria dignitate, & prærogativa, coadjutores autem aliena tantùm præfulgent dignitate, † & propriæ
58 auctoritatis lumine fulgentes præferri debent illis, qui aliena lucecoruscant, aut vices aliorum gerunt, Dec. *in cap. sane, il 2. num. 12. de off. deleg. vers. sed habito respectu, & vers. & resolvendo omnia supra dicta* Jas. *in l. more. num. 4. ff. de jurisd. omn. jud.* Purpur. *in l. 1. num. 632. ff. de off. ei. cui mand. est jurisd.* & ibi Jacob. de Nig. *num. 14.* Alciat. *respons. 199. num. 36.* Menoch. *cons. 51, num. 24, & 25. lib. 5.* sed, quia coadjutores inserviunt in eodem ordine, in quo serviebant coadjuti æquitas suadet, ut in eodem ordine post omnes canonicos ejusdē ordinis sedere
59 debeāt, honorenim † debetur cōstitutis in dignitate, ratione excellentiæ. Cassan. *in Cat. glor. mund. par. 1. consid. 8.* & ordo sacerdotalis excellit ordinem diaconalem: Absurdum enim est auditu, diaconum extolli super presbyterum *c. legimus 93. dist.* cùm ordo sacerdotalis præmineat dignitati regali *cap. duo post med. 69 d.*

60 Coadjutor autem † canonici vocatur etiam canonicus fictus, & verum ficto præferri debet, *cap. fraternitatis. de frig. & malef. & cap. cùm venerabilis. de relig.*
61 *dom.* Ideo canonici veri † fictis sunt præferendi, ut consuluit Gemin. *cons. 138. num. 1. in fi. & num. 2. & 3.* & Rebuff. *in prax. benef. tit. de reser. etiam per val. num. 30.* & ex dispositione juris communis coadjutor non debet præcedere cano
62 nicos antiquiores, cap. statuimus, de major, & obed. gloss. *in cap. fin. in ver. antiquiores, de consuet. lib. 6.* & Mohed. *decis. 262.* quæ procedunt data ordinis paritate, † si verò detur coadjutor canonico in ordine sacerdotali; licet canonicos ejusdem ordinis sacerdotalis præcedere non possit, canonicos tamen in ordine diaconali, & subdiaconali præcedere debet, per text *in d. cap. statuimus*, ubi etiam Joann. *num. 1.* & Abb. *3. not. de major. & obed. & cap. à subdiacono 93. dist. cum aliis supra deductis.*

Quæri potest, † quid juris inter cano-
63 nicum ejusdem ordinis, & coadjutorem primò receptum, utrum provisus postea de alio canonicatu vacante debeat præferri coadjutori ejusdem ordinis primò recepto, & probatur, quòd sic, ex deductis per Menoch *d. consil. 51. num. 24. & 25. lib. 1. cum aliis supra allegatis*, & est ratio, quia coadjutor non est canonicus, nec possidet, uti canonicus, sed uti coadjutor, & non proprio, sed coadjuti nomine possidet, inservit, & administrat, & coadjutoris officio cessante, in possessionem canonicatus, & præbendæ, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarium eorumdem est inducendus, & tunc, uti canonicus, in possessionem induci, ac in canonicum recepi, & ad præbendam admitti debet, ac in fratrem, stallo sibi in choro, & loco in capitulo cum juris plenitudine assignatis, ut expresse verba coadjutoriæ sonant, & cum in fratrem, non recipiatur, nec uti canonicus, possessionem, & stallum in choro acquirat, nisi post mortem coadjuti, tunc post omnes canonicos sui ordinis debet installari,
64 quia † primò in eodem ordine in fratrem receptus, ultimò receptum in omnibus præcedere debet, per regulam, qui prior est tempore, *ut in cap. qui prior, de reg. jur. in 6.*

in 6. l. quoties utriusque ff. eod. tit. d. cap. statuimus de major. & obed.

Quando autem dubitatur de juribus 66 coadjutorum, semper forma coadjutoriæ est consideranda. Ioan. And. *in c. fi n. 8. & 9. de cl. agr.* & Rot. *in dec.* Salam. *coram Pegn. sub die 25. Iun.* 1593. & cum hodie de stylo concedantur coadjutoriæ, tã in spiritualibus, quam temporalibus cum plena, libera, & omnimoda potestate, regulariter coadjutores omnia possunt, quæ possunt coadjuti, *ut c. is cui de elec. in 6.* & Old. *cons.* 44. *num.* 2.

65 Ideo, coadjutore † infirmo, vel corporaliter legitime impedito, lucrabitur distributiones quotidianas. *cap. unic. de cler. non resid. in 6.* Abb. *in c. 1. num. 7. de cler. agr.* & Covar. *in lib. 3. var. resolut. c. 13. num. 8.* quia coadjutores regulariter residere, & inservire solent, secus autem de coadjuto, quia coadjutore ex causa, quæ excusat, absente, & coadjuto in infirmitate detento, non superlucratur distributiones quotidianas, cùm enim integra valetudine non consueverit horis canonicis interesse, distributiones quotidianas superlucrari non potest. Abb. *in d. cap. 1. num. 6.* & Covar. post alios, quos citat. *in eod. cap. 13. num. 8. vers. sexto hoc*, coadjutor enim solitus horis canonicis interesse, distributiones in infirmitate lucratur, quia fingitur residere, sed fictio non habet locum in coadjuto, qui residere non solet, cum hoc æquitas non suadeat. Bart. *in l. si quis pro emptore. n. 2. ff. de usucap.* & Veral. *decis. 289. n.* 68 *9. par. 2.* quæ procedunt etiam in impeditis, & legitimis impedimentis detentis, *ut in d. c. unt. de cler. non resid. in 6.* Covarr. *sub eod. n. 9. vers. 8.* & Rot. *coram eod. Pegn. in ea. cau. Salmantin. sub die 20. Iunii. 1594.*

Coadjuto † excommunicato, quæritur, an coadjutor pro eo distributiones quotidianas lucrari possit, cum enim coadjutor non agat, nec inserviat nomine excommunicati, sed nomine proprio, aut nomine Ecclesiæ, ut per Innocent. *in cap. fin. in fin. de procur.* Oldrad. *consil. 44.* & Compost. *in cap. fin. n. 17. de cler. ægro.* videtur, affirmative respondendũ, tamen veritas est in contrarium, quia Inno. affirmat excommunicationem coadjuti non nocere coadjutori, quominus suo, vel Ecclesiæ nomine, agere possit, & verba litterarum sunt ponderanda.

67 Si enim, † in litteris coadjutoriæ diceretur, quod inservire deberet coadjutor pro coadjuto, & pro ipso coadjuto lucrari, hoc privilegium intelligeretur competere coadjuto, dummodo esset habilis, & capax, excommunicatus autem non lucratur fructus, aut emolumenta beneficiorum. *cap. pastoralu. §. verum. de appellat.* Rot. *decis. 8. n. 10. de sent. excommu. in antiq.* & Put. *decis. 180. lib. 1.* Si verò coadjutori ex forma litterarum essent concessæ distributiones quotidianæ, & alia emolumenta superlucrari solita, tunc excommunicatio coadjuti, quominus coadjutor portionem sibi à Papa concessam percipere valeret, nocere non posset. Ioan. de Imol. *inc. fin. in fin. de procur.* & Rota *in ead. causa Salmantina coram eod. Pegn. sub die 9. Iunii 1595.*

Qui autem † propter excommunicationem non potest per se aliquid agere, neq; poterit per alium ad suam utilitatem *c. fin. de procur.* & ibi Imol. *num. 6.* satis enim esset indecorum, ut propter pro-

prią

pria demerita alieni à communione fidelium ex suffragiis ecclesiæ, cui non parerent, alerentur. *c. commissa. de elect. in 6.* & Bal. *in c. 1. in 2. elect. num. 12. de jud.*

69 Ad canonicatus autem † coadjutoriæ nunc conceduntur de stylo, cum stallo in choro, & voce in capitulo, quæ verba removent difficultatem, an coadjutor vocem in capitulo habere possit; quia licet coadjutoriæ sint odiosæ, & exorbitantes à jure communi, ut per Mohed. *decis. 338. aliàs 10. de privileg.* & verba coadjutoriæ recipiant interpretationem à jure communi, quo inspecto, non competunt coadjutori, omnia competentia coadjuto, ut per Oldr. *d. cons. 44. nu. 3.* Anchar. & Imol. *in c fin. de cle. ægrot.* hæc procedunt in verbis dubiis, & ambiguis, sed, quando quis fuit datus coadjutor cũ plena, libera, & omnimoda facultate, & 74 potestate cum stallo in choro, & voce in capitulo, ac omnibus, & singulis prærogativis, & honoribus intra, & extra ecclesiam, tanquam ejusdem ecclesiæ canonicis, cum in litteris Papa concedat stallum in choro, & vocem in capitulo indistincte, non potest limitari tantùm ad vocem 70 activam, † quia verba generalia, gene- 75 raliter intelligi debent. *l. 1. §. generaliter. ff. de leg præst.* & Bart. *in l. si de certa. n. 1. C. de transac.* ubi autem adsunt verba modo, quo supra, prægnantia, & generalia cum verbis, omnia, & singula, dicta verba operantur, quod coadjutor datus possit omnia agere, & exercere, quæ poterat coadjutus, gl. *in cap. 1. in ver. officium.* & ibi Dom, & Franc. *de cler. agr.*

71 Coadjutores enim † pluribus de causis, & ad plures dignitates, & beneficia cõceduntur, primo enim Episcopis dantur coadjutores, & Episcoporum appellatione comprehenduntur Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi. *ut c. cleros. §. ordo vero. 21. dist. cum aliis supra à in c. 2. n. 26. par. 1. allegatis.*

72 Coadjutor autem † est is, qui datur ex causa à Papa, jure, vel judicis auctoritate ad coadjuvandum, & dicitur coadjutor à coadjuvando, ut per Abb. *in c. fi. n. 1. de major. & ob.* qui debet esse illius ætatis, 73 quam beneficii qualitas requirit, † & deputatus Episcopo non minor 30. annis esse debet. *c. cum in cunctis. de elec.* & Ab. *in d. c. fi. n. 1.* & quicquid ibi distinguat, quòd, si quis deputatur coadjutor Episcopi in temporalibus sufficiat ætas 25. annorum, secus si in spiritualibus cum eodẽ mense, quo quis fit coadjutor Episcopi, possit per mortem coadjuti remanere Episcopus, ego teneo quocunq; casu, quod † coadjutor Episcopi cum futura successione sine dispensatione Apostolica, deputari non valeat, nisi sit ætatis in qua ad Episcopatum assumi possit. per tex. *in d. c. cum in cunctis. §. præsenti decreto*, ubi etiam gl. *de elect.* Host. *in sum. §. qui eligendus. n. 9. eod. tit.* & conc. Trid. *in c. 8. in fi. de refor. sess. 25.*

Pluribus autem de causis † possunt dari coadjutores cũ futura successione, nempe propter senectutẽ, propter agritudinẽ, & amentiã, ut de Archiepiscopo tradit Nav. *in consil. 2. in pr. de cle. ægrot. p. 1.* & ego puto, quòd possit etiam dari propter illitteraturam: cum propter illiteraturam possit quis ab Episcopatu removeri. *c. fin. de ætat. & qualitat.* & Navar. *in relect. cap. si quando. de rescript.* & etiam Episcopi possunt coadjutores dare parochis illitteratis, & imperitis, ut per concil. Trid. *in c. 6. de refor. sess. 21.*

76 Quæ autem coadjutor Episcopi † pos-

sit exercere'; verba coadjutoriæ sunt attendenda, quia, si sunt generalia cum facultate in spiritualibus, & temporalibus, omnia faciendi, gerendi, & exercendi, quæ Episcopus coadjutus facere posset, puto, quòd suscepto munere consecrationis, possit ordines, & beneficia conferre, benedictionem solemnem dare, & si fuit datus coadjutor Archiepiscopo, pallium deferre, omniaque alia facere, & exercere, quæ ipse coadjutus facere, & exercere posset, per glos. communiter approbatam. *in eod. cap.* 1. *in ver. officium. de cler. agrot.* & Navarr. *in cons.* 1. *n.* 1. *eod. tit. lib.* 3. *par.* 1. etiam', si talia sint legis diœcesanæ, vel jurisdictionis, etiam competentis ex delegatione, expresso nomine dignitatis, ubi Episcopus non esset sanæ mentis, ut tenet Dom. & Franc. *ibid.*

77 Secundò dantur coadjutores † dignitatibus in cathedralibus ecclesiis existentibus, ut de Archidiacono trad. idem Navar, *eod. cons.* 1. *de cler. agrot. in princ.* & canonicis etiam dantur coadjutores, & non sine maxima circumspectione, quia ut cathedralibus ecclesiis utiliter provideatur, Papa Clemens VIII. in coadjutores non admittebat personas, 8 quarum sibi mores, & doctrina non essent nota, vel ab ordinariis locorum commendarentur, & his casibus coadjutores cum futura successione à Papa tantùm deputari possunt. Abb. *in eo. cap. fin. num.* 5. *de cler. agrotan.*

78 Tertiò, † dantur coadjutores ecclesiarum parochialium rectoribus, quia ipsis decrepitis, incurabili, aut longa infirmitate detentis, vel amentibus, ne animarum cura negligatur, & fidelium animæ detrimentum patiantur, coadjutores cum congrua portione auctoritate ordinaria sunt deputandi, eadem ratione, qua cathedralibus ecclesiis coadjutores deputantur, quia ubi militat eadem ratio, eadem juris dispositio esse debet. *l. illud. ff. ad l. aquil. & l. à Titio. ff. de verb. oblig.*

79 Quartò coadjutores † dari possunt ex causa, Abbatibus, & etiam Abbatissis, quibus Abbatissis, seu Prioriss alia monialis in coadjutricem potest deputari. Abb. *in eod. cap. fin. num.* 3. non tamen moniales possunt esse coadjutrices masculorum, quia fœmina non debet se immiscere cœtibus virorum. *cap. mulieris de jud. lib.* 6. & hoc officium est virile, quod non cadit in fœminam. *cap. dilectus. de arbitr.* nec masculus potest deputari coadjutor Abbatissæ. ut per Abb. *eod.* 80 *cap. fin. num.* 3. † Regibus quoque, & Principibus, coadjutores dari possunt. *cap. grandi. de supplen. neglig. Prælat. in* 6 & Abb. *in eo. cap. fi. num.* 2. *de cler. agrotan.*

DE

DE RESERVATIONIBVS. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 Beneficiorum collatio regulariter ad Papam spectat, qui est dominus omnium beneficiorum.

2 Episcopi, & alij inferiores habent de jure communi facultatem beneficia conferendi.

3 Collatio Papæ in mensibus concessis alijs collatoribus in concursu eadem die facta, aliorum collationibus præfertur.

4 Viri litteratis mundus illustratur.

5 Reservationes cur inventæ.

6 Reservatæ sunt sedi Apostolicæ omnes cathedrales, ac omnia beneficia apud Sedem Apostolicam vacantia.

7 Reservata sunt beneficia vacantia per resignationem in curia admissam.

8 Reservatio beneficiorum vacantium in curia Romana est major quacunque alia reservatione.

9 Reservatæ sunt omnes ecclesiæ Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales & Episcopales, ac monasteriorum virorum regularium.

10 Beneficia, vacante sede Episcopali, seu Abbatiali vacantia, sunt sedi Apost. reservata.

11 Reservata sunt beneficia vacantia, per obitum. S. R. E. Cardinalium, & sedu Apostolicæ officialium.

12 Beneficia vacantia per obitum accedentium, ad curiam Romanam, vel ab ea recedentium, quando sint sedi Apostolicæ reservata.

13 Beneficia curialium extra urbem decedentium, quando sint reservata.

14 Beneficia vacantia per promotionem ad cathedrales, sunt reservata.

15 Beneficia vacantia per assecutionem aliorum beneficiorum incompatibilium auctoritate Apostolicæ collatorum, sunt reservata.

16 Beneficia curata, & dignitates ob pluralitatem, quando sint reservata.

17 Reservatæ sunt dignitates majores post pontificales, dummodo valorem decem florenorum auri com. æstim. excedant.

18 Reservata sunt beneficia vacantia per obitum familiarium Papæ, & S. R. E. Card.

19 Reservata sunt beneficia vacantia per obitum collectorum, & subcollectorum fructuum cameræ Apostolicæ.

20 Reservata sunt omnia beneficia ecclesiarum Patriarchalium Vrbis.

21 Cardinales regulariter habent indultum in omnibus mensibus beneficia conferendi.

22 Reservata sunt omnia beneficia vacantia propter crimen hæresis.

23 Hæretico, quando detur retentio beneficiorum.

24 Beneficia, quæ in confidentiam retinentur,

tur, sunt Sedi Apostolicæ reservata.

25 Reservata sunt beneficia vacantia ob non publicationem resignationum.

26 Parochiales vacantes ob concilii Tridentini formam non servatam sunt Sedi Apostolicæ reservatæ.

27 Parochiales ad collationem Ordinariorum, de quibus intra sex menses auctoritate ordinaria non providetur, sunt sedi Apostolicæ reservatæ.

28 Parochiales, quando sine concursu conferri possint.

29 Parochiales juris patronatus, quando à Papa conferantur.

30 Reservata sunt omnia beneficia, quæ ad ordinariorum collationem spectant, si intra sex menses à die scientiæ vacationis non conferantur.

31 Parochiales ecclesiæ, quando ob non promotionem, sint Sedi Apostolicæ reservatæ.

32 Beneficia omnia contra formam decretorum conc. Trid. collata, sunt reservata.

33 Reservata sunt beneficia schimaticorum.

34 Reservata sunt beneficia vacantia per violationem sequestri.

35 Reservata sunt beneficia litigiosa.

36 Beneficia per Simoniam vacantia, sunt Sedi Apostolicæ reservata.
Beneficia vacantia per adeptionem possessionis litteris non expeditis, sunt reservata.

37 Beneficia, quæ ex speciali decreto Papæ debent resignari, sunt reservata.

38 Reservata sunt beneficia vacantia per rebellionem, contra Sedem Apostolicam.

39 Beneficia affecta per appositionem manu Papæ, sunt reservata.

40 Reservationum effectus, qui sint.

41 Spoliatus beneficio, si non habet titulum coloratum, non est restituendus.

42 Reservatio est duplex, specialis, & mentalis.

43 Reservatio fructuum favore cameræ Apostolicæ, quæ sit.

44 Reservatio fructuum, incipit à die obitus, usque ad adeptionem possessionis.

45 Reservata sunt cameræ Apost. bona, quæ regulares extra claustra degentes acquisiverunt.

46 Reservati sunt Sedi Apostolicæ casus in Bull. Cœnæ Domini contenti, & alij.

47 Crimina graviora committentes, à summis Sacerdotibus sunt absolvendi.

48 Episcopi possunt sibi casus reservare.

49 Episcopos casus sibi reservare non posse affirmans, anathematis pœnam incurrit.

50 Absolvere prohibentur sacerdotes seculares, & regulares, à casibus reservatis, sine speciali facultate.

51 Absoluentes à casibus reservatis, sine speciali facultate, quas pœnas incurrant.

52 Absolvere potest quilibet sacerdos in articulo mortis à quibuscunque casibus reservatis.

BEneficiorum collatio; de qua supra pluribus egimus; generaliter spectat ad Papam, † qui est Ordinarius Ordinariorum, & dominus omnium beneficiorum. *cap. 2. de præb. in 6. glo. fi. in cap. felicis: de pen. 00. lib. cle. 1. in fi. ut lit,*

lit. pend. Bal. *in l. rescripta. n. 8. C. de prec. imp. off.* & Gomes. *in proœm. Reg. Canc. vers. combderata etiam num. 7.* & licet, 8
2 tam de jure communi, † quàm vigore privilegiorum, & indultorum Episcopis, & aliis sit etiam concessa facultas beneficia conferendi, tamen Papa concurrit cum quolibet Ordinario, & quocunque privilegiato collatore, ità quòd collatio
3 † Papæ in mensibus aliis collatoribus 9
concessis in concursu eadem die facta, collationibus aliorum præferatur. *c. dudum. §. nos igitur. cap. si à Sede de præben. in 6.* & Staphil. *de grat. expect. in prin. n.*
4 *8.* ut autem provideretur † viris litteratis, & virtute præstantibus, quibus Ecclesia plurimùm indiget, & mundus illustratur. *c. cùm ex eod. de elect. in 6. & auth. habita. C. ne fil. pro patr.* neve ordi-
5 narii † suis consanguineis, amicis, aut familiaribus duntaxat beneficia conferrent, fuerunt inventæ reservationes Apostolica auctoritate factæ, de quibus post scripta super facultate beneficia conferendi, quænam cadant sub reservationibus, opportune est videndum, & sunt ultra generalem facultatem conferendi Papæ expresse reservatæ:

6 Primò omnes † cathedrales, dignitates, canonicatus, præbendæ, cæteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & regularia quæcunque, & qualiacunque fuerint apud Sedem Apostolicam quocunque modo vacantia, & vacatura. *cap. 2. de præb. in 6. cap. ad regimen. in extravag. com. de præb.* Cassad. *decis. 23. num. 8. eod. tit.* & Lap.
7 *alleg. 84. num. 1.* & in specie † quòd beneficia per resignationem in curia facta sint reservata *per d. cap. 2.* tenet Simonet. *de reserv. benef. q. 28. num. 111* Est enim reservatio major omnium aliarum reservationum, † quia per specialem, aut generalem facultatem conferendi beneficia reservata nunquam veniunt beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam. Rot. *decis. 3. num. 4. de off. leg. decis. 4. de præb. in nov.* & Simonet. *in tract. de reserv. benefic. quæst. 82. num. 2.*

Secundò omnes ecclesiæ † Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, omniaque monasteria virorum valorem ducentorum ducatorum auri communi æstimatione excedentes
10 ac dignitates, & beneficia omnia † ad collationē, præsentationem, electionē, & quamcumque aliā dispositionem dictorum Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & aliorum quorumcunque collatorum, & collatricum secularium, & regularium in solidum quomodolibet pertinentia, quæ post illorum obitum, aut dictarum ecclesiarum suarum dimissionem, seu amissionem, vel privationem usque ad promotionem successorum ad easdem ecclesias Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam pacificam illorum possessionem vacantia, & vacatura, *ut in Regul. Cancell. Clementis Papæ XIII. Regul. 2.*

11 Tertiò sunt reservata † beneficia vacantia per obitum S. R. E. Cardinalium, ac officialium dictæ Sedis, videlicet, Camerarii, Vicecancellarii, Pœnitentiarii, notariorum litterarum contradictarum, & Pal. Apost. causarum auditorū breviatorum, lit. Apost. scriptorum, ac comensalium, & aliorum quorūcunq; capellanorū ejusdē Sedis, necnon Legatorū

Nunciorum, ac in terris Romanæ Ecclesiæ Rectorum, & thesaurariorum, per Sedem Apostolicam deputatorum, seu missorum.

12 Quartò beneficia † quorumcunq; personarum, pro quibuscunque negotiis ad Rom. Curiam accedentium, vel recedentium ab eadem, si in locis à dicta Curia ultrà duas legales Dietas non distantibus obierint.

13 Quintò, beneficia † quorumcunque curialium peregrinationis, infirmitis, aut recreationis, seu alia quacunque causa ad quævis loca recedentium, si illi antequam ad curiam redierint, in locis ultra duas dietas ab eadem curia non remotis (dummodo eorum proprium domicilium non existat) decesserint.

14 Sextò omnia monasteria † dignitates, officia, & beneficia cujuscunque qualitatis existant, secularia, & regularia, per promotionem ad cathedrales, & assecu-

15 tionem pacificam † aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica collatorum vacantia, & vacatura. *d. c. ad regimen. in extravag. com.* glo. *in ver. Prothonotarios, in §. Romana, de cau. in prag. sanctio.* & Clemens Papa VIII. *Reg. Canc.* 1. quæ ab omnibus Pontificibus in principio Pontificatus renovatur, ut trad. Cassad. *decis. 3. in fin. de const.*

16 Septimò dignitates, † & beneficia curata, ac residentiam personalem requirentia, cùm plura incompatibilia ab uno detinentur, uno tantùm pro beneficiato excepto. *cap. execrabilis. in extravag. com. eod. tit.*

17 Octavò dignitates majores † post Pontificales, in cathedralibus, Patriarchalibus, & Metropolitanis, & principales in collegiatis valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes & si dictum valorem decem ducatorum auri communi æstimatione non excedunt; sub reservatione hujusmodi generali non cadunt, Prioratus quoque Præposituræ aliæque dignitates conventuales, & quæcunque Præceptoriæ generales militiarum, etiam sunt exceptæ, ac quæcunque beneficia † familiarium Papæ, & qui si etiam, dum Cardinalatus officio, & honore fungebatur, familiares existebant, ac familiarium quorumcunq; S. R. E. Cardinalium, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs recesserint.

19 Nonò beneficia † quorumcunque collectorum, & subcollectorum fructuum, & proventuum, cameræ Apostolicæ debitorum, curialium, dum curia transfertur, ac cubiculariorum & cursorum, quæ reservatio ab omnibus Pontificibus fieri solet, ut in reg. cancel. ejusdem Papæ Clem. VIII, *reg.* 3. 4. 5. & 6.

20 Decimò † omnia beneficia ecclesiarum S. Joannis Lateranen. S. Petri, Beatæ, Mariæ Majoris de Urbe, nec non ad collationem, provisionem, & præsentationem, S. R. E. Cardinalium à Romana curia absentium, ratione suorum Episcopatuum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & diaconiarum spectantia, quandiu eorum absentia durat, ut in eisd. reg. Clemen. VIII. *reg.* 7. dummodo non habeant indultum conferen-

21 di, sed regulariter † S. R. E. Cardinales obtinent à Papa indultum, absentia eorum non obstante, omnia beneficia ad eorum collationem ratione ecclesiarum, & beneficiorum suorum spectantia quo-

mode

modo libet, & quandocunque vacantia, etiam devoluta, & reservata conferendi.

22 Undecimò omnia † beneficia ecclesiastica secularia, & quorumvis ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum quarumvis militiarum regularia quæcunque, & qualiacunque sint propter crimen hæresis vacantia, *cap. ad abolendam, de hæret.* de quibus in impetratione specialiter, & dispositive modus vacationis propter crimen hæresis exprimi debet, Pius V. cum ex Apostolatus, *constit.* 29. & Greg. XIII. *constit.* 68. *in Ecclesiis.*

23 Conceditur tamen † hæretico quandoque retentio beneficiorum, si errorem suum agnoscendo, abjuret, *d. cap. ad abolendam.* & ibi Abb. *num.* 5. *cap. excommunicamus eod. tit. num.* 10. & Felin. *d. cap. ad abolendam, num.* 2. & cum sit speciale, quòd in crimine hæresis liceat pœnitere, quod in aliis criminibus regulariter non est permissum, in foro fori scilicet, *l. qui ea mente. ff. de furt. & l. penul. ff. de vi bon. rapt.* debet statim in hæresi deprehensus paratus esse sponte sua hæresim abjurare, *d. cap. ad abolendam,* & ibi Felin. & Gril. *in tract. de hæret. l.* 1. *q.* 5. *num* 3.

24 Duodecimò beneficia † quæcunque cujuscunque qualitatis existentia, quæ in confidentiam retinentur, si tamen retineri in confidentiam hodie possunt etiam si de jure patronatus laicorum, etiam illustrium, existant, Pius IV. *constit.* 109 Romanum Pontificem.

25 Decimotertiò vacantia † ob non publicationem resignationum, ut in Bull. Rom. Greg. XIII. *constit.* 87.

Decimoquartò parochiales, † quæ ab ordinariis collatoribus, forma concilii Tridentini non servata, conferuntur, *cap.* 18. *de reform. sess.* 24. quæ provisa jus, aut titulum, etiam possidendi, non tribuunt coloratum, & Pius V. *constit.* 23. *in conferendo.*

27 Decimoquintò parochiales † ad collationem Ordinariorum, de quibus intra sex menses non providerunt, & in mensibus sedi Apostolicæ reservatis † intra quatuor menses à die vacationis, concursum ad Romanam curiam pro litteris Apostolicis expediendis non transmiserunt, de quibus tunc sine concursu auctoritate Apostolica providetur, *ut in ead. constit.* 32.

28

Decimosextò, quæ de † jurepatronatus existunt, si præsentatus intra tempus patronis à jure præfixum, prævio examine juxta formam dicti concil. approbatus, petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, *ut in eadem const. Pii V.* 32. In conferendis: id tamen habet locum cessante omni legitimo impedimento, quia, si propter litem inter compatronos, vel inter plures præsentatos ad institutionem intra duos menses legitime deveniri non potest, tunc cessat devolutio, & reservatio, quia non currit tempus ei, qui litigat. Bart. *in auth. si tamen, num.* 1. *C. de temp. appell.*

29

30

Decimoseptimò omnia † beneficia ultra sex mensium spatium a die scientiæ Ordinariorum collatorum vacantia, *ut in cap.* 2. *de conc. ff. præb.* quia collatio devolvitur ad superiorem, *cap. cum nostris, & cap. cum litteras, de concess. præb. cap. unic. vers. porrò ut eccles. benef. sine diminut. cos.* & Re-

buf. *in pract. benefic. de devolut. num.* 1.

31 Decimo octavò † parochiales ecclesiæ, quarum provisi à die pacificæ possessionis intra annum, ad sacerdotium non curaverint se promoveri, *cap. licet. cap. statutum, & cap. commissa, de elect. in 6.* at annus hujusmodi non currit impedito, quia incipit, impedimento cessante, & post pacificam adeptam possessionem, vel à tempore, quo per provisum stet, quominus possessionem assequatur, *d. cap. commissa*, & gloss. *in d. cap. licet, in verb. annum, de elect.*

32 Decimononò generaliter † omnia beneficia, de quibus Ordinarii, & alii collatores contra concil. Tridentin. decreta disponunt, ut idem Papa Clemens *in reg.* 1. *cancell. in fin.*

33 Vigesimò omnia † beneficia schismaticorum, quæ propterea schismatici amittunt, *cap. nos consuetudinem, 12. distin. & cap. quia diligentia, de elect.* & quàm detestabile sit hoc crimen ostendit dominus in Datan, & Abiron, quos terra vivos absorbuit, cum domibus, tabernaculis, & universa substantia eorum, Deuter. *cap.* 11. & patet *in cap. denique, 7. quæst.* 1. *& in cap. in nomine, 23. dist.*

34 Vigesimoprimò beneficia † vacantia per violationem sequestri lite pendente in curia Romana, *clement. unic.* §. *si quis autem, de seq. post. & fruct.* quia cùm sint in curia litigiosa, Sedi Apostolicæ sunt reservata, nisi sequestrum fuerit violatum, lite pendente in Rota per appellationem, quo casu, ut evitetur circuitus, poterit adjutor in odium sequestrum violantis, beneficium in collitigantis personam conferre, *clemen. adjutor. de rescript.* quod est speciale in Rotæ auditoribus, ut per gloss. *in ead. clem. auditor. in ver. deputatus à nobis*, & aliis casibus † altero decedente, non potest Ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere, quia lite pendente nihil est innovandum, *clemen.* 1. *& 2. ut lit. pendent.* & subrogatio in juribus defuncti spectat ad Papam, *cap. fin. eod. tit. in 6.* & Cassad. *de decis. 5. num.* 1. *& tot. tit. ut lit. penden.*

35

36 Vigesimosecundò beneficia † vacantia per simoniam, *ut in d. constit. cùm primùm quæ vacant ipso jure*: & est crimen quod æquiparatur crimini hæresis, & læsæ majestatis, *cap.* 1. ubi gloss. *ult. de test. in 6.*

Vigesimotertiò † vacantia per adeptionem possessionis litteris Apostolicis non expeditis, quando quis auctoritate Apostolica fuit de beneficio provisus. Paul. III. *constit. 33. quæ incipit, Sanctissimus, in Bull. Rom. impres.*

Vigesimoquartò sunt specialiter reservata omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur † cum decreto, quòd provisus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus, resignare teneatur, & quòd de eo per Sedem Apostolicam duntaxat provideri possit, & similes reservationes sunt speciales pro beneficiis tunc expressis. Cassad. *decis. 3. num. 3. de reservat.* & Monet. *de optio. cap. 3. num. 44.*

37

38 Vigesimoquintò † omnia beneficia, quæ causa rebellionis contra sedem Apostolicam, contumaciæ, aut cujuscunque criminis, vel delicti Apostolica auctori-

ctoritate vacare declarantur, & quorum dispositio Sedi Apostolicæ reservatur, ut factum fuit pro recuperatione Ducatus Ferrariæ in processu sub dat. Romæ 11. *Kal. Februarii* 1597. impresso, & per totam Italiam in ecclesiis solemniter publicato, *ut in §. & si aliqui ex monitis.*

39 Vigesimosexto † sunt etiam sub reservationibus comprehensa omnia beneficia affecta per manus Papæ appositionem, quæ semel affecta semper remanent affecta, & de quibus in declaratione Pauli II. in Bull. Rom. *cap. 4.* Cassad. *de præb. decis. 23. num. 2. & 4.* & Gomes. *de infir. resign. q. 13. num. 3. & 4.*

40 Reservationum effectus est, † quòd adeò impediunt collationes Ordinariorum, ut eorum provisiones non tribuant titulum coloratum, Lap. *alleg. 16. n. 3. alleg. 103. etiam, num. 3.* & Simonet. *de reserv. benef. quæst. 38. num. 1.* & tunc, si provisus ab Ordinario spolietur, 41 † on est restituendus, cùm non habeat titulum coloratum, quia reservatio inficit titulum, ac possessionem, & in beneficialibus restitutio non datur absque titulo colorato, quia cùm titulus sit notorie nullus, sola possessio non operatur, Rota. *decis. 3. num. 1. de rest. spol. in nov. decis. 2. num. 1. in antiquior. & decis. 2. n. 6. in antiquior.* Gomes. *de trien. poss quæst. 49. n. 3.* & Osasch. *decis. 54. num. 6. & 7.*

Reservatio autem est duplex † (specia- 42 lis, & mentalis, Cassad. *decis. 3. de reserv.* & Simonet *in eod. tract. de reser. benef. quæst. 4. num. 1.* & sub speciali comprehenditur etiam mentalis, quæ olim concedebatur, & secundum illius temporis interpretationem, erat quando Papa dicebat, quod in mente reservabat tale beneficium, aut primò vacaturũ, vel in nullius favorem, aut, ut personæ sibi gratæ providerer, ut per Cassad. *decis 4. in princip. eod. tit. de reser.* sed sacrum concilium easdem reservationes mentales, & quascunque gratias ad vacatura, ac indulta ad alienas ecclesias, vel monasteria, mandataque de providendo, & gratias, quæ expectativæ dicebantur, concedi, ac tunc concessis uti licere prohibuit, *ut in cap. 19. de reform. sess. 24. facit, cap. 2. de concess. præb. & cap. detestanda, eod. tit. in. 6.*

Alia est etiam reservatio favore cameræ Apostolicæ facta de omnibus, & sin- 43 gulis fructibus, † redditibus, & proventibus, ac juribus, obventionibus & emolumentis quibuscunque, quo modolibet, & qualitercunq; nuncupatis, omnium, & singulorum Monasteriorum, etiam consistorialiũ, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum regularium, Papæ, & Sedi Apostolicæ, tam per constitutiones Apostolicas, quàm cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu aliàs quomodolibet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter reservatorũ, seu affectorum in partib. Italiæ, in quib. collectores, & subcollectores spoliorum, & jurium cameræ Apost. prædictæ esse consueverunt, ac earũ civitatibus, & diœcesibus consistentium, per obitum, & aliàs quovis modo, præterquàm per cessũ illa obtinentium pro tempore vacantium, à die ipsorum beneficiorũm vacationis pro rata temporis, usque ad diem provisionis de eisdem beneficiis auctoritate Apostolica faciendæ, de qua per litteras Apostolicas sub plumbo, & non aliter debebat

constare. Quapropter non sufficit, quòd supplicatio fuerit expedita, sed debent litteræ Apostol. sub plumbo præsentari, ut cesset fructuum reservatio, Pius IV. in litteris, motu proprio, expeditis, *in Bull. Rom. cap. 36.*

44 † Et fuit postea tempus reservationis fructuum prorogatum usque ad diem adeptæ possessionis, & eorumdem fructuum reservatio comprehendit fructus beneficiorum reservatorum, & affectorum, duntaxat, ut opportuniori loco infra probatur.

Sunt etiam cameræ Apostolicæ reservata, & eidem spoliorum nomine spe-
45 ctant, bona quæcunque, † per quoscunque, regulares extra claustra ecclesiarum, monasteriorum, domorum, & quorumcunque regularium locorum degentes, quocunque jure, & actione, sive ex causa testati, sive intestati acquisita, & in posterum acquirenda, vel ad eos delata, in quibusvis locis consistant, *ut in constitut. Greg. XIII. incipiente, officii nostri, cap.* 44.

46 Reservantur etiam Sedi † Apostolicæ omnes casus in Bulla Cœnæ Domini contenti, & alii quamplures, de quibus per Navarr. *in cap. 27. à num. 49. usque ad num. 113. tom. 3. in constitut. & si Dominici. in extravag. cum. de pœnit. & remiss.* & concil. Trident. *cap. 7. de casu reservat. sess.* 14.

47 Atrociora verò quædam, † ac gravia crimina committentes, non à quibusvis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus sunt absolvendi, ideo meritò Pontifices pro suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, causas aliquas criminum graviores, suo potuerunt peculiari reservare judicio, concil. Trident. *cap. 7. de casu reservat. sess.* 14.

48 Neque dubitandum est, † quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non destructionem, liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Huic autem reservationem consonum est divinæ auctoritati, non tantum in extrema politia, sed etiam corâm Deo vim habere, *cap. de cætero. & cap. de monialibus, ext. de sent. excomm. cap. si. Episcopus, de pœn. in 6.* & concil. Trident. *d. cap. 7.*

49 † Si quis autem dixerit, Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quo ad extrernam politiam, atque ideo, casuum reservationem non prohibere, quominus sacerdos à reservatis vere absoluat, anathematis pœnam incurrit. concil. Trident. *de sacr. pœnit. can.* 11. *ead. sess.* 14.

50 Et, quoniam † quamplures regulares, & aliæ personæ variis privilegiis suffultæ non obstantibus pluribus declarationibus, congregatione sacri concil. Trident. factis de non absolvendo à casibus locorum Ordinariis reservatis; nihilominus absolvere prætendebant, sacra congregat. Episcoporum, & regularium negotiis præposita, justis, & gravibus ex causis id exigentibus, ac de Clementis Papæ VIII. mandato vivæ vocis oraculo desuper habito, sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quam regularibus, per universam Italiam extra Urbem degentibus, ad confessiones audi

audiendas approbatis, quorumcunq; ordinum jussit, & præcepit, ne sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè, scripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate, eorum ordinibus congregationibus, collegiis, vel societatibus, aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, aut alias quomodocunque sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, audeat, vel præsumat de cætero, & in perpetuum aliquem cujusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm secularis, etiam si Regiæ, vel Imperi alis existat, ab ullo ex casibus clare, vel dubie in Bulla in die Cœnæ Domini legi solita contentis, Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum reservandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarii locorum hactenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, & speciali Papæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quo ad casus ab ipsis tantùm reservatos respectivè, habita licentia, Ordinariis locorum exhibenda absolutionis beneficium impendere audeant: sed, cum opus fuerit pœnitentes ad superiores legitimos 51 judices suos accedere consulant, † sub pœna contrafacientibus, tam regularibus, quàm secularibus, excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, ac beneficiorum, inhabilitatis, & ad quæcunque officia, prælaturas, & beneficia in posterum obtinenda, ipsa facto absque ulla alia declaratione incurrent, habilitatione, dispensatione, & absolutione, illis, qui contrafecerint, præterquàm in mortis articulo, Romano Pontifici tantùm reservata: ut in litteris desuper impressis, & per loca solita ubique locorum publicatis, subdat. Romæ. *13. Novemb. anno 1600.*

Veruntamen, ne hac occasione aliquis pereat in eadem ecclesia Dei; cu- 52 stoditum semper fuit, † ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possint, sed cum conditione, si convalescant, extra quem articulum, sacerdotes cum nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere tenentur, ut ad superiores, & legitimos judices pro absolutionis beneficio accedant. concil. Tridentin. *eod. cap. 7. in fin. de cas. reserv. sess. 14. cap. pastoralis, §. præterea, de offic. ord. clem. cupientes, in fin. de pœn. & cap. inter cunctas, §. duos tamen, in extravag. com. de privil.*

DE

DE IVREPATRONATVS.
Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 IVspatronatus pluribus modis probatur, & acquiritur.

2 Inspatronatus probatur authentico documento fundationu, vel dotationis.
Instrumentum publicum dicitur, cui soli creditur sine alio adminiculo, ibidem.

3 Iuspatronatus probatur ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum.

4 Iuspatronatus probatur per scripturam sculptam in marmore, & lapide in loco publico, quando præcessit tempus antiquum.

5 Tempus immemorabile dicitur tempus centum annorum, ibidem.
Iuspatronatus, si est probandum per tempus immemorabile per testes, sufficit probatio sexagenaria, aut septuagenaria vel octogenaria.

6 Iuspatronatus præsumitur ex usurpatione in personis potentibus, communitatibus, & Vniversitatibus, in quibus exactior probatio requiritur ad docendū titulū.

7 Quid dicendum de aliis patronatibus.

8 Probans, se quadraginta annos præsentasse, & esse in possessione, vel quasi possessione præsentandi, ad præsentandum admitti non debet, nisi probata immemorabili.

9 Præsentati à patronis debent examinari, & si idonei non fuerint, ab Episcopo possunt repelli, à quo etiam sunt examinandi, licet institutio pertineat ad inferiores.

10 Præsentatorum ad parochiales juris patronatus laicorum examen fieri debet coram Episcopo, vel ejus vicario ab examinatoribus synodalibus non paucioribus tribus.

11 Præsentatio ab beneficium juris patronatus Episcopo loci Ordinario, & non inferiori, cessante privilegio, fieri debet.

12 Patronus unum, aut plures præsentare potest, tamen in jure patronatus laicorum non requiritur concursus, & unum sufficit præsentari.

13 Si duo præsentati æque idonei ab examinatoribus fuerint judicati, electio digniorū ad quem spectet.

14 Iuspatronatus ecclesiasticum, & laicale, quomodo differant, & num. seq.

15 Iuripatronatus, sive laicali, sive ecclesiastico, an Papa derogare possit, & quomodo.

16 Patronus non debet se ingerere in fructibus beneficii sui juris patronatus, alias incidit in pœnam excommunicationis, & privationis.

17 Accessiones per viam unionis facta de beneficiis liberis ad ecclesias juri patronatus, etiā laicorū, subjectas, an fieri possint.

18 Vniones à 40. annis citra facta possunt ab Ordinariis locorum examinari, secus in factis supra 40. annos.

19 Patronatus omnes acquisiti, & acquirendi ab Ordinariis examinari, & cognosci possunt.

20 Beneficia libera non possunt in servitu-

tem

tem juris patronatus redigi, absque evidenti ecclesiæ utilitate.

21 Ecclesias absque consensu Sedis Apostolicæ cum earum bonis possidere, nemini laico licet.

22. Juris patronatus validitatis, vel invaliditatis cognitio, ad Episcopum spectat, & an ad alios.

23 Patronus laicus quadrimestre tempus habet ad præsentandum, ecclesiasticus verò habet semestre.

24 Præsentatio spectans ad patronum ecclesiasticum, & laicum simul, debet fieri intra sex menses favore communionis.

Indivisum quis retinet per socium, quod per se non potest, ibidem.

25 Jus patronatus acquiritur fundatione, dotatione, successione, donatione, & aliis multis modis.

26 Ecclesiæ præsumuntur regulariter liberæ, nisi contrarium probetur, & in Episcopi potestate consistunt, in cujus territorio sunt positæ.

27 Episcopus, an invitis patronis possit beneficio de rectore providere, quando super jurepatronatus lis oritur, unde intra quadrimestre, vel semestre litis finis imponi non contingat.

28 Præsentatus ab eo qui favorabilem reportavit sententiam, an lite finita debeat institui & provisus ab Episcopo removeri,

Concessum illegitimè, pro non concesso habetur, ibidem.

29 Jus patronatus laicorum si postea donatione, testamento, aut alio quovis titulo in ecclesiam fuerit translatum, an retineat qualitatem juris patronatus laicorum, vel mutet naturam,

30 Jus patronatus Fraternitatum, an sit dicendum mere laicale.

31 Jus patronatus, quibus, & quot modis amittatur.

32 Jus patronatus non transit ad fiscum cum universitate bonorum, sed liberatur beneficium.

34 Jus patronatus est mere spirituale.

35 Judex laicus est incapax cognitionis causæ juris patronatus.

36 Jus patronatus per confiscationem omnium bonorum auctoritate judicis ecclesiastici factam amittitur.

57 Fiscus nunquam moritur.

SICUT Legitima patronorum jura 1 (de quibus à reservationum tractatu, cùm sub ipsas non cadant, pauca hic sumus dicturi) tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare, æquum non est, sic etiam, ut hoc colore beneficia ecclesiastica in servitutem, quòd à multis imprudenter fit, redigantur, non est permittendum, *cap. piæ mentis, c. frigentius, c. decernimus, c. monasterium, c. rationis ordo, 6. qu. 7 c. nobis, de jur. patr.* & concil. Trident. *c 9. in princ. de refor. sess 25.*

Ideo decrevit sancta synodus, † ut titulus juris patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis à jure requisitis ostendatur, sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominū memoriā excedat, aliasve secundum juris dispositionem, *ut eod. c. 9. de refor. vers. & igitur.* requisita à juris dispositione, ad acquirendum juspatronatus concurrunt, si quis præbeat fundum, pro constructione ecclesiæ, *c. nobis, de jurepatr. c. Abbate. 2. 18. q. 2. cū*

alijs per Roch. de cur. in verbo, construxit. vel quòd ecclesiam pœnitus diruram reædificet, quo casu requiritur, quòd sit diruta, ut, si est parochialis, quæ indigeat nova consecratione. Roch. *ubi supra num.* 12. Lambert. *in 3. art. quæst. 6. princ. 1. lib. 1.* & Rota *in noviss. decis. 269 nu. 2. par. 2. & decis. 306. nu. 3. par. 1.* & tribus modis probari potest juspatronatus.

2 Primò ex authentico † documento fundationis, vel dotationis, & authenticum documentum est publica scriptura, cui creditur sine alio adminiculo, vel jure, aut consuetudine speciali, *cap. cum dilectus, de fide instr.* Innocent. *in cap. 1. nu. 2. eod. tit.* & Bart. *in l. si quis, in recept.* §. *si initium, num. 5. ff. de eden.* & sacra congreg. concil. censuit, requiri pro forma, ut probatio fiat per authenticas scripturas, *ut in decis. manuscr. super eod. cap. 9. in ver. authenticis scripturis,* & Rot. *in noviss. decis. 199. numer. 4. par. 2.*

3 Secundò ex multiplicatis † præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, in quibus enuncietur spectare juspatronatus de jure, vel consuetudine, quia illa verba, de jure intelliguntur ex fundatione, vel dotatione, Achil. de Grass. *decis. 5. de jurepatron.* & Borg. Cavalc. *decis. 17. numer. 6. par. 2.* quòdque juspatronatus ex fundatione, vel dotatione probetur multiplicatis præsentationibus per tempus supra hominum memoriam, etiam si nullum instrumentum fundationis, vel dotationis ostendatur, & quamvis etiam in dictis præsentationibus nulla appareat facta mentio fundationis, vel dotationis, fuit à sacra cõgreg. conc. decisum, *ut in decis. manuscript. super eod. c. 9. §. item congregatio censuit juspatronatus.*

4 Tertiò, † probatur ex juris dispositione, ut litteris majusculis inscriptis in lapide posito in publico ab immemorabili tempo citra, quo casu intrat juris præsumptio, quòd, si descriptio juris patronatus in lapide posita non fuisset vera, ordinarius Episcopus non toleràsset in præjudicium suæ jurisdictionis, & collationis, & in antiquis sufficiunt leviores probationes, conjecturæ, & verisimilitudines, Put. *decis. 355. num. 1. lib. 1. & in terminis de lapide, & marmore,* Bald. *cons. 310. vol. 5.* Feret. *cons. 293. numer. 9. vol. 2.* & Borgn. *ead. decis. 17. numer. 5.*

5 Immemorabilis verò † probatur spatio temporis centum annorum. Innoc. *in cap. veniens, numer. 2. circ. fin. de verb. sign. in 6.* Capell. Tolos. *decis. 440. numer. 1.* & Gabr. *cons. 39. numer. 13. volum. 1.* & in jurepatr. Si immemorabilis probari deberet per testes, quòd sufficiat probatio sexagenaria, tenet congreg. conc. *in decis. super eod. c. 9. in princip.* quòdque ad probandam immemorabilem sufficiat quandoque tempus sexaginta, suptuaginta, vel octoginta annorum, tenet Borgn. Cavalc. *in ead. decis. 17. num. 9.* & ad conficiendam immemorabilem connumerantur anni elapsi, non usque ad publicationem concilij tantùm, sed decursi, usque ad terminum motæ controversiæ, *ut in decis. super eodem cap. 9. & congregatio censuit, ut &c.*

6 In ijs autem personis, † seu communitatibus, vel Universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur, nec immemorabilis temporis probatio aliter ejs suffragatur, quàm, si præter reliqua ad eum necessaria, præsentationes

sationes etiam continuatæ non minori saltem, quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur, *ut eodem cap. 9. vers. in ijs verò sess. 25.* Nec dicta quinquagenaria possessio, quæ per scripturas authenticas requiritur, probari potest per testes, ut æquipolleant eorum depositiones præsentationibus, & institutionibus per instrumenta factis, quia sacrum concilium Tridentinum requirit pro forma, ultra probationem immemorabilis, continuatas præsentationes, quæ per authenticas scripturas probentur, & sint sortitæ effectus, ut ostendunt illa verba, nec aliter, quorum natura est formam importare, ut post Bart. & alios tradit, Dec. *consil. 518. n. 11.* Ruin. *cons. 92. nu. 25. lib. 3.* Socin. Jun. *cons. 46. n. 27. lib. 4.* & Rot. *in nov. decis. 199. n. 3. & 4. par. 2.* Quòdque contra dictas personas præsumatur acquisitio ex usurpatione, tradit Lamb. *de jurepatron. lib. 1. art. 5. qu. 10. sub n 47. vers. limita primò, & nu. 39.* quem sequitur Borg. *ead. decis. 17. nu 7.* Jus patronatus autem, quod à parochianis prætenditur, eandem pleniorem, & exactiorem probationem requirit, *ut in eisd. decis. super dicto c. 9. factu in fin.*

7 Reliqui patronatus, † omnes in beneficiis tam secularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscunque aliis beneficiis in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis, facultatesque, & privilegia concessa tam in vim patronatus, quàm alio quocunque jure nominandi, eligendi, vel præsentandi ad ea, cum vacent (exceptis patronatibus super cathedralibus ecclesiis competentibus, & aliis, quæ ad Imperatores, & Reges, seu regna possidentes, aliosque sublimes, as supremos Principes jure Imperij in dominiis suis habentes, pertinent, & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt) in totum prorsus sunt abrogata, & irrita cum quasi possessione inde secuta, & hujusmodi beneficia, tanquam libera à suis collatoribus conferri possunt, & collationes suum effectum consequi debent, *ut eod. cap. 9. vers. reliqui. sess. 25.*

Sed cùm † aliàs jure communi sufficeret quasi possessio qnadraginta annorum ad validitatem jurispatronatus, fuit coràm eadem sacra congregat. conc. dubitatum, an si quis probaverit, se per 40. annos præsentasse, & in possessione, vel quasi possessione, præsentandi fuisse, ad præsentandum admitti debeat, non obstantibus præmissis, cùm aliàs titulus præsentationis 40. annorum legitimus, *& prædicto c. 9.* conformis esse videatur, ibi, aliàsve secundum juris dispositionem, & per eandem congregationem decisum extet, non debere admitti, non ostantibus illis verbis, quæ debeat intelligi, ut non respiciant tempus, de quo iam supra sancta synodus expresse disposuit, & voluit esse immemorabile, sed respiciant alias causas, & alios modos, quibus secundum jus vetus probari poterat juspatronatus, sed, quod ad tempus attinet, illud præcise, & semper debere esse immemorabile, *ut in eisdem decision. manuscrip. super eodem cap. 9. §. item, an, si quis.* quia aliàs incontinenti induceretur correctio superioris dispositionis, quæ non præsumitur, *l. non ad ea. ubi* gloss. *in vers. præsens, circ. fin. ff. de condit. & demonstr.* & Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 28. num. 1.* & ex his inducitur juris antiqui correctio. Unde non subsistit opinio, quòd in personis privatis sufficiat, 40. an-

norum præscriptio cum tit. colorato, de quo per Gonz. *super reg. cancellar.* gloss. 18. *numer.* 57. sed procedit, & habet locum tantùm in præscriptione unius patroni contra alium, non autem adversus ecclesias, Lambert. *de jur. pat. 2. lib. 1. art. 5. qu. 11. princip.*

9 Licet tamen Episcopis † præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere, &, si ad inferiores institutio pertineat ab Episcopo, ut infra dicetur, sunt examinandi, alioquin institutio ab inferioribus facta est irrita, & inanis; *ut in eod. cap. 9. §. ad hæc.* Nec sufficit, quòd præsentatus ad beneficium curatum fuerit alàs examinatus, & approbatus ab alio Ordinario *ut in eadem decis. super cap 9. in verb. & inanis*, & comprehenduntur Abbates, commendatarij, & quicunque inferiores quacunque exemptione muniti, etiam si ordinariam jurisdictionem haberent in locis beneficiorum, ut in ead. decis. vers & comprehendunrur, & etiam Sedis Apostolicæ Nuncij, *ut in cap. 13 de reform. sess. 7.*

10 Examen verò † præsentatorum ad parochiales jurispatronatus laicorum fieri debet coram Episcopo, vel ejus vicario ab examinatoribus in synodo diœcesana deputatis, tribus, non paucioribus, ut in aliis vocationibus, de quibus per concursum est providendum, *ut in c. 18. de reform. sess 24 & ibi in decis. manuscr. §. tres. ex illis*, Pius. V. in Bull. *de coll Paroch. cap. 32.*

11 Nec † licet patrono cujusvis privilegij prætextu, aliquem ad beneficia sui jurispatronatus, nisi Episcopo loci ordinario, adquem provisio, seu institutio ipsius beneficij, cessante privilegio, jure pertineat, quoquomodo præsentare, alias præsentatio, ac institutio sequutæ nullæ sunt, & esse intelliguntur. concil. Trid. *c. 13 sess 14. d. c. 18. post. med. de reform. c. illud, & c. relatum, de jur. patr.*

12 Sufficit tamen ad parochiales jurispatronatus † laicorum unum tantùm præsentari, qui si minus idoneus fuerit, est repellendus ex supra allegatis, quod est speciale in jurepatronatus laicorum, ut non requiratur concursus, licet possit patronus plures præsentare, ut in concursu inter eos examinentur, & ita in congreg. concil. fuit decisum, *ut in decis. super eod. cap. 18. §. cum verò institutio sess. 24.* sed si jurispatronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur, concil. Trid. *eod cap. 18. post. med. vers. si verò jurispatronatus*, & hoc casu, † si duo æque idonei ab examinatoribus fuerint judicati, ad patronum electio dignioris spectat, *ut in d. decis. super eod. cap. in verb. judicabit.* Cum verò institutio ab alio, quàm ab Episcopo erit facienda, non ad patronum spectat electio, sed tunc Episcopus solus ex dignis digniorem eligere debet, quem patronus præsentet ei, ad quem institutio spectat, *ut d. cap. 18. post. med. vers. verò.*

13 Jusjpatronatus laicorum à jurepatronatus Ecclesiastico † in aliquibus differt, quoniam patrono laico ad parochialem ecclesiam sufficit unum præsentare, ab ecclesiastico verò plures sunt præsentandi, ex supra allegatis † & licet Papa derogare possit, non tantùm juripatronatus ecclesiastico, sed etiam laicorum gloss. communiter approbata *in clem. 2. in verb. Apostolicis, de præb.* Abb. *in cap, cum dilectus circa*

fin.

fin. de jur. patr. Felyn. *in tract. quan. lit. Apost. noc. par. num. 1. vers. solutio, aut loquimur*, Covarr. *pract. quæst. cap. 36. numer. 1.* nunquam tamen jurispatronatus laicorum censetur derogatum, nisi expressis verbis derogetur, quia †aliàs collatio de beneficio jurispatronatus laicorum de eo non facta mentione, est subreptitia, & nihil valet. Abb. *in eo, cap. dum dilectus in fin.* Felyn. *in d. tractat. quan. lit. Apost. noc. numer. 1. vers. aut loquimur.* Lap. *alleg. 96. numer. 2.* & Covarr. *ubi supra vers. quæ.* secus tamen est in jurepatronatus ecclesiastico, nam illi censetur derogatum per collationem à Papa factam, etiam si in litteris nulla fiat mentio ejusdem jurispatronatus ecclesiastici, Felyn. *in eod tract numer. 11. vers limitatur tertio.* Cassad. *decis. 4. numer. 11. de probat.* & Covar. *ea. qu. num. 1. vers. quod non est longius.* 17

16 Beneficiorum autem patroni † cujuscunque ordinis, & dignitatis, etiam si communitates, universitates, collegia quæcunque clericorum, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum, quorumcunque beneficiorum, etiam si vere de jurepatronatus ipsorum ex fundatione, et dotatione extent, nullatenus, nullave causa, vel occasione, in illis se ingerere possunt, sed illos libere rectori, seu beneficiato, non obstante etiam quacunque consuetudine, distribuendos dimittere debeat, nec dictum juspatronatus venditionis, aut alio quocunque titulo in alios contra canonicas sanctiones transferre possunt, & si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subjiciuntur, dictoque jure patronatus ipso jure privati existunt, *ut, eod. conc. cap. 9. sess. 25. post. med. vers. patroni autem*; Et quia fuit dubitatum, an patronus beneficij in ejus fructus se ingerens incidat in pœnam excommunicationis, & privationis supra positam *in vers. si secus fecerint, excommunicationis, &c.* adeo, ut ille versiculus, nedum, ad clausulam immediate precedentem, sed etiam ad superiorem referatur, fuit à prædicta sacra congreg. decisum, *vers si secus, &c.* ad utramque clausulam esse referendum. Et patronos in prædictis fructibus se ingerentes in prædictas pœnas incidere, *ut in decis. super d. c. 9. §. an patronus beneficij.* Nam, quando una determinatio refertur ad duo determinabilia, debet intelligi, ut æqualiter utrumque determinet. Bart. *in l. jam hoc jure, §. sed. si aliter, n. 1. ff. de vulg. & pupil. substit. & in l. si legatarius, § cum ita, de legat. 3.*

17 Accessiones autem † per viam unionis factæ de beneficiis liberis ad ecclesias jurispatronatus, etiam laicorum, subjectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcunque beneficia, etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita, ut prædicta beneficia libera ejusdem naturæ, cum ijs, quibus uniuntur, efficiantur, atque suo jure patronatus constituantur, hæ, si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cujusvis instantiam fient, quacunque auctoritate, etiam Apostoliea, concessæ fuerint, simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelliguntur, nec ampliùs sunt executioni demandandæ, quibuscunque non obstantibus, sed beneficia ipsa sic unita, occurrente vacatione, sunt libere, ut antea, conferenda, conc. Trident. *ead. cap. 9. post. med. vers. insuper accessiones, sess. 25.*

18 Uniones etiam † à 40. annis citra factæ ab Ordinariis, tanquam à Sede Apostolica

lica delegatis, & possunt examinari, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ sunt declarandæ, illæ autem, quæ à dicto tempore citra concessæ nondum in toto, vel in parte sortitæ sint effectum, &, quæ deinceps ad cujusvis instantiam fiant, nisi eas ex legitimis, aut aliis rationabilibus causis, coràm Ordinario loci, vocatis, quorum interest, verificatis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentas fuisse præsumi, ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino carere debent, concil. Trident. *cap. 6. sess. 7. de reform.* sed uniones perpetuæ supra 40. annos factæ ab Ordinariis examinari non possunt, ut in decis. manuscript. à sacra congregat. conc. *super eod. cap. 6. factis, sub tit. Lancianen.* & prætendens unionem supra 40. annos, eam Episcopo ostendere tenetur, *ut ibi in eisdem decis. sub. tit. Spoletan.*

Patronatus etiam quicunque † in ecclesiis, & quibuscunque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis acquisiti à 40. annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ ab ijsdem Ordinariis, uti delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter congosci debent, & quos compertum non fuerit ob maximam, evidentemque utilitatem ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum sunt revocandi, † atque beneficia hujusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis propterea datum est, in pristinum libertatis statum induci debent, quibuscunque non obstantibus, *ut in eodem cap. 9. de reform. sess. 25.*

Beneficia verò ecclesiastica libera in servitutem juris patronatus absque evidenti Ecclesiæ utilitate redigentes, tanquam usurpatores jurisdictionis, & jurium Ecclesiæ, anathematis pœnam incurrunt, *ut in cap. 9. de reform. sess. 25.* & faciunt. *cap. prædia. & cap. qui abstulerit. 12. quæst. 2.*

Neminique licet † nec communitati, nec aliis personis laicis possidere ecclesias cum earum bonis, absque consensu Sedis Apostolicæ, seu Ordinarii, sub prætextu, quòd sint oratoria, seu eremitoria ab ipsis constructa, & dotata, licet de hoc nihil ostendant, nisi antiquam possessionem, & hoc etiam non obstante, quod ibi adsint sepulturæ, vel campanæ supra tectum, vel quòd ibi habitaverint regulares personæ, à quibus postea fuerint destitutæ, quia jus patronatus acquiritur fundatione, & dotatione, & contrafacientes pœnas incurrunt, *de quibus in eod. c. 9. sess. 25. & cap. 11. sess. 21.* & ut à sacra congregatione fuit *super eod. cap. 9.* decisum, *ut in eisd. decis. §. congregatio censuit nemini, &c.*

Cognitio verò † validitatis, vel invaliditatis juris patronatus, quando super eo lis oriri contingit, ad Episcopum duntaxat, non ad inferiores, qui jus habent instituendi, spectat, nisi hujusmodi inferiores ordinariam in eo loco haberent jurisdictionem, & ad ipsos inferiores, ad quos spectat institutio, pertinet etiam edictorum, sive citationum ad evocandos oppositores relaxatio, quæ fieri debent in præsentationibus patronorum, & dicta edicta ponere ante institutionem præsentatorum, ad eos spectat, ad quos ante concilum

cilium spectabat, quia de eis per concilium nihil fuit dispositum, & ita censuit eadem sacra congregatio *super prædicto cap. 9. ut in decis. §. congregatio censuit cognitionem, & super cap. 13. sess. 14. sub tit. de præsent. §. non liceat, & §. intelligitur.* Si verò jura patronatus fuerint servata ea lege expressa, quòd præsentatio fieret capitulo, seu dignitatibus cathedralis ecclesiæ, salvum adhuc manet istud jus præsentationis capitulo, seu dignitatibus, ex decreto sacri conc. *d. cap. 9. vers. quòd si ad inferiores*: examen verò, si de simplicibus beneficiis agatur, priùs faciendum est ab Episcopo ordinario, ex dispositione ejusdem sacri conc. *cap 13. de reform. sess. 7. & dicto cap. 9.* si autem de parochialibus agatur, examen fieri debet ab examinatoribus, ad formam præscriptam, *in cap. 18 de reform. sess. 24.* & à Pio V. in litteris, de quibus in Bull. *cap. 32. & aliàs modo supra expresso.*

23 Tempus ad præsentandum † patrono laico est cursus quadrimestris, etiam si persona esset ecclesiastica, dummodò jus patronatus sit laicale, si verò jus patronatus sit ecclesiasticum, tempus patrono competens est semestre, & ita distinguit text. *in cap. unico, §. ult. de jur. patr. in 6* & si jus patronatus esset mixtum, ut, quando patronus ecclesiasticus habet compatronum laicum

24 Habeut etiam sex menses † ad præsentandum, quia ratione communionis privilegium ecclesiæ transit ad laicum, ad instar ejus, quod dicimus de eo, qui habet rem communem cum pupillo, gloss. *in d. §. ult. verb. ecclesiasticus.*

Nam si communem fundum quis major cum pupillo habet, licèt neuter utere-

tur, tamen propter pupillum, cujus pars est inusucapibilis, & major viam retinet, *l. si communem*, & ibi gloss. *in ver. & ego*, & Bart *ff. quemadmodum servit. amit.*

25 Acquiritur jus patronatus † præcipuè fundatione, dotatione, vel constructione, ut supra in principio, dummodò consensus diœcesani, sive sit clericus, sive laicus, qui ecclesiam, vel capellam fundet, construat, vel dotet, accedat, *cap. nobis*, & ibi Abb. *n. 2. de jur. patr.* Calder, *in cons. ultimo*, & Roch. de Cur. *sub. verb. pro eo, quòd in tract. eod. tit. n. 2.*

Secundò, successione, quia transit cum universitate bonorum, gloss. 1. *in cap. piæmentis*, 16. *quæst. 7.* gloss. *in c. cum seculum*, & ibi Abb. *num. 3. de jur par.* & Roch. de Cur. *sub verb, ipse, vel is, num. 1. eodem tract. de jur patr.* Et, si hæredes secundum providentiam, & admonitionem Episcopi ecclesiam tenere noluerint, nec honorare facere licet Episcopo reliquias inde auferre, ecclesiamque transferre, *cap. considerandum est. 16. qu. 7.*

Tertio, donatione acquiri potest, *cap. ex insinuatione*, & ibi gloss. *in verb. contulisset, de jur. patron* sed requiritur consensus Episcopi, *c. illud.* & ibi Abb. *n. 6.* & idem Abb. *in d. cap. ex insinuatione, n. 5. eodem tit.*

26 Ecclesiæ † regulariter præsumuntur liberæ, nisi probetur contrarium, *cap. regenda, cap. quicunque*, 10. *quæst. 1.* & in Episcopi potestate consistunt, in cujus territorio positæ sunt, *cap. omnes basilicæ*, 16. *quæst. 7.* nisi alioquin speciali privilegio ab ejus jurisdictione sint exemptæ, cap. cum, & plantare, de privil. & gloss. *in dict. cap. omnes basilicæ.* Ideò Episcopi habent intentionem fundatam, quòd beneficia sint libera, nisi constet de jure patronatus, &

si super

si super jurepatronatus litem oriri contingat, dubitatur, si intra quadrimestre, vel semestre tempus litis finis imponi non
27 contingat, † an Episcopus invitis patronis, possit beneficio de rectore providere, & est distinguendum, quia, cùm Episcopus habeat intentionem fundatam, quòd omnia beneficia sint libera, aut lis pendet inter procuratorem cameræ Episcopalis prætendentis beneficium vacans pertinere ad meram collationem Episcopi, & esse liberum, & ipsos patronos prætendentes jus præsentandi, & patronatus ad eos pertinere, & tunc, lite pendente, non potest Episcopus providere invitis patronis, sed debet ponere œconomum in ecclesia, qui provideat, ne in divinis detrimentum patiatur, usque ad finem litis, Innoc. *in cap. 1. in fin. de jur. patr.*

Aut lis pendet inter ipsos patronos discordes in præsentatione, seu inter litigantes, quorum unus prætendit, alterum non esse patronum, aut jure suo cecidisse, vel renunciasse, & tunc ipsis invitis, salvo jure præsentandi illi, qui postea evicerit juspatronatus in fine litis, Episcopus poterit de rectore ecclesiæ providere, *cap. quoniam in fin. & cap. eam te*, & ibi gloss. & Abb. *n. 1. 2. & 3. de jur. patr.* gloss *in cap. cum vos. in vers. œconomos, de offic. ord.* Innoc. *in d. c. 1. circ. fin.* & ita distinguit gloss. *in c. si plures, 16. quæst. 7.*

Lite finita, quæritur, † nunquid præ-
28 sentatus ab eo, qui favorabilem reportavit sententiam, debeat institui, & provisus ab Episcopo removeri, & aliquibus videtur, quòd non: contrariam tamen sententiam puto veriorem, quòd sit removendus, & hoc casu præsentatus à patrono est instituendus per text. *in c. decernimus, 16. quæst. 7. cap. consultationibus*, & ibi gloss. final. *de jure patr.* quia pro non dato habetur, quòd ab illo datur, qui de jure donare non potest, *cap. nostri.* & ibi gloss *in verb. revocare, de elect. & cap. quòd autem, in fin. de jure patr.* deducta verò in contrarium procedunt in præsentato ab uno ex patronis in possessione juris patronatus existenti, contra quem, non obstante, quòd in progressu litis feratur sententia, non est removendus, & in his terminis de Episcopo, qui erat in possessione conferendi, loquitur Covarr. *lib. pract. qu. c. 14. n. 2. ver. tertium immò.*

29 Juspatronatus, † quod originem habuit ex patrimonio alicujus laici, & quod fuit patronatus laicorum, quæritur, an si postea donatione, testamento, aut alio quovis titulo, in ecclesiam fuerit translatum, aut in collegium ecclesiasticum canonicorum secularium, vel regularium, ita quòd ad rectorem ecclesiæ, vel collegium, pertineat præsentatio, retineat qualitatem juris patronatus laicorum, vel mutet naturam, & efficiatur juspatronatus clericorum, & ecclesiasticum, & eandem naturam consequatur, & videtur, quòd retinere debeat suam primam naturam juris patronatus laicalis, quia persona ecclesiastica habens juspatronatus laicale infra quadrimestre, prout laici, præsentare debet, quamvis in jure patronatus ecclesiastico habeat semestre: & cum ecclesia, sive collegium in jure alterius succedat, eodem jure uti debet, *l. qui in jus, ff. de reg. jur. & cap. is, qui in jus, eod. tit. in 6.* Tamen, quia res est facta ecclesiastica, ecclesiastico debet jure censeri, gloss. *in cap. unic. inverb. semestre, de jur. patr. in 6.* & quòd efficia-

efficiatur ſuſpatronatus clericorum, & non laicorum probat text. *in dict. cap. unic. § final.* Felin. *in tract quan lit. apoſt. noc. patr. num. 11. verſ. limit. ſexto.* Pariſ. *conſ. 128. n. 19. & ſeq. lib. 4.* & Lambert. *in tract. de jur patr. lib. 2. par. 3. quæſt. 9. artic. 20.*

30 Quid autem dicendum de † jurepatronatus competente confraternitatibus laicorum, licet hujuſmodi collegia confraternitatum adhæreant eccleſiis, & cauſa pietatis conſtituantur, cùm tamen ipſi, ex quibus collegia, & univerſitates conſtituuntur, & ad quorum voces, & ſuffragia præſentatio fit, ſint omnino laici, & ad has univerſitates laicorum præſentatio pertineat, non ad eccleſias, nec ad aliquas eccleſiaſticas dignitates, videtur, quòd ſint patroni laici, cùm non habeant habitum religionis, nec gaudeant privilegio fori, & canonis, licet habeant collegium, & ita tenet Felin. *in d. tract quan. lit. apoſt. num. 11. limit. 4.* & Covar. *eod. lib. pract. quæſt. d. cap. 36. num. 8.* Secus autem eſt dicendum de jure patronatus beguinarum, quia licèt ſint ſeculares, religioſe tamen vivunt, & habitum portant religioſum, & idem de aliis fraternitatibus, vel collegiis habentibus eaſdem qualitates, quas habent beguinæ, videlicet habitum religioſorum, & ita poſt Felin. *loco ſupra citato diſtinguit.* Roch. *de Cur. ſub ver jus, in tract. de jure patr. n. 17.*

Amittitur juſpatronatus, & illo privatur patronus ipſo jure pluribus ex cauſis.

31 † primò venditione, & applicabitur illi eccleſiæ, cui per hujuſmodi emptionem eſt facta ſimoniaca injuria, *cap. quia clerici*, junctâ gloſſa *in ver. ſpoliando*, & ibi Abb. *num. 8. de jur. patr.* aut alio quocunque titulo, in alios contra canonicas ſanctiones translatione, quo caſu patronus excommunicationis, & interdicti pœnis ſubjicitur, & jurepatronatus privatur ipſo jure, Conc. Trid. *cap. 9.*

Secundò, quando patronus per ſe, vel per alios faceret occidere, vel mutilare rectorem beneficii ſui, juſpatronatus, & jus devolvitur ad eccleſiam, cui fuit facta injuria, & ne minus vindictæ, quàm exceſſus memoria prorogetur, uſque ad quartam generationem, per lineam directam poſteritates talium in clericorum collegium admitti, neque in domibus regularibus alicujus prælationis honorem aſſequi poſſunt, donec cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum, *cap. in quibuſdam, §. ſacri nihilominus*, & ibi gloſſ. *in ver. prorſus amittat*, & Abb. *num. 2. de pœn.*

Tertiò, ſi in perceptione fructuum, proventuũ, & obventionũ ſe ingerũt, aut juriſdictiones, bona, cenſus, & jura eorũdem beneficiorum, quacunque arte, ſibi uſurpant, *c. 11. verſ. quòd ſi ejusdem, ſeſſ. 22. & d. cap. 9. verſ. patroni autem, ſeſſ. 25. de reform.* ultra quòq eandem excommunicationis pœnam incurrunt.

Quartò propter hæreſim, ob quam bona hæreticorũ ipſo jure ſunt confiſcata, *c. cùm ſecundùm, de hæret. in 6.* & Pegna. *ſuper. 3 par. direct. com. 158. verſ. hu ita poſitis*, † & tunc juſpatronatus non tranſit ad fiſcũ cum univerſitate bonorũ, ſed liberatur beneficium, quia illud jus applicatur Eccleſiæ, cùm hæretici Eccleſiam offendãt, ac inſigni injuria afficiant, quapropter eidem læſæ principaliter eſt ſatisfaciendum, Felin. *in cap. vergentis, num. 1. verſ. ſed adverte, de hæret.* & Pegna.

eod. comment. | *vers. quod verò hæc.*

33 Quid autem, † si ex alio delicto universitas bonorum alicujus habentis jus patronatus per judicem laicum confiscaretur? An transeat cum universitate bonorum? & videtur, quòd sic, per gloss. *in cap. filiis, in ver. propinquis*, 16. *quæst.* 7. quam sequitur. Abb. *in cap. quanto, num.* 9. *de jud. & in cap. cùm laici, & cap. nobis, num.* 3. *de jur. patr.* & Roch. de Cur. *in tractat. de jur. patr. sub ver. ipse, vel* 15. *n.* 66. 67. *& 68.* contrariam tamen opinionem tenet. gloss. in clem. pastoralis. in verb. subjectæ, quàm sequitur, Abb. *n.* 18. *ubi* etiam Jac. & Imol. *de re jud.* Felin. *in eod. cap. quanto, num.* 3. *de jud.* Card. *in clem.* 2 *quæst.* 8 *de jur. patr.* & Jas. *l. si non sortem*, §. *libertus, num.* 25. *ff. de cond. indeb.* & novissima post Simanc. & Gigan. Caball. *in cent. resolut. crimin. cas.* 40. *sub num.* 8. & hæc est communis opinio, à qua in judicando non est recedendum, quia melioribus rationibus est fulta Non enim valuit confiscatio in odium regis Roberti facta ab Imperatore de feudo, ex quo feudum non erat temporale, *d. clem. pastoralis, de re jud.*

34 Nam jus patronatus, si non merè † spirituale, est tamen spirituali annexũ, *c. quanto*, & ibi gloss. & Abb. *num.* 1. & Felin. *num.* 3. *de jud. cap. de jure, extr. de jur. patr.* & Roch. de Cur. *in tract. de jur. patr. super verb. jus, num.* 2. & connexorum idem est judicium, *cap. translato. de constit. dict. cap. quanto, & cap. de jure*, & sequitur naturã spiritualis, quia jus patronatus causæ, non nisi à judicibus ecclesiasticis valent diffiniri, *d. cap. quanto, in fin.* & ibi Abb. *nu.* 3. *& num.* 6. *de jud.* & Roch. de Cur. *eodem num.* 2.

35 † Ideò, cùm judex laicus sit incapax cognitionis causæ jus patronatus, licet possit confiscare universitatem bonorum profanorum, secus tamen est de bonis spiritualibus, aut spirituali annexis, quæ spirituali tantummodò jurisdictioni subjiciuntur, cùm ei non liceat falcem suam in alienam messem imponere, & imponendo, gesta nulla, irrita, & inania esse noscantur, *d. clem. pastoralis*, § *cum, & si. &* §. *ut igitur, de re jud.* & quò ad jus patronatus, sententia judicis laici condemnatoria est nulla, & non nocet condemnato, quia, quod nullum est, nullum sortitur effectum.

36 Amittitur tamen † jus patronatus per confiscationem omnium bonorum auctoritate judicis ecclesiastici factam, non autem quòd jus patronatus transeat in fiscum, quia talis translatio esset præjudicialis Ecclesiæ, in cujus favorem, deficientibus successoribus, extinguitur jus patronatus, sed remanet beneficium liberum, & ad liberam collatoris dispositionem, ut tenent Card. Imol. & Ant. quos refert Roch. de Curt. dicens, hanc opinionem, quòd Ecclesia remaneat libera, esse æquiorem, *supet eod. ver. ipse, vel is, n.* 36. & si transiret in fiscum periret spes libe-
37 tatis beneficii, quia fiscus nunquam moritur, & eadem ratione jus patronatus non transit in fiscum cum universitate bonorum propter crimen hæresis, sed liberatur beneficium, ut per Felin. *in eod. cap. vergentis, de hæret. cum aliis supra allegat.*

DE

DE PENSIONIBVS.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 PEnsio Ecclesiastica beneficialis quid sit.

2 Pensio dicitur à pendeo, quia formaliter pendet à beneficio, ex quo extrahitur.

3 Pensiones quomodo super beneficiis vacantibus per obitum reserventur.

4 Pensiones per resignationes beneficiorum, jurium cessiones licitè reservantur.

5 Pensio in favorem tertiæ personæ, quomodo reservetur.

6 Pensio super cathedralibus ecclesiis regulariter non reservatur, nisi cum clausula, dummodò remaneant ducati mille pro titulari.

Pensio super fructibus parochialium ecclesiarum non reservatur, nisi cum clausula, dummodò rectori remaneant ducati centum ibidem.

7 Pensionario agenti ad pensionem incumbit onus verificandi conditionem, sub qua pensio imposita reperitur.

8 Excessum allegans, quando illum probare teneatur.

9 Conditio in Bullis reservationum pensionum appositæ à pensionario agente, est verificanda.

10 Idoneitas provisi de beneficio, quando sit probanda.

11 Conditio suspendit executionem.

12 Gesta ante purificationem conditionis nihil valent.

13 Verba, quod ducati sint liberi favore titularis in litteris Apostolicis appositæ, important, deductis oneribus, sine diminutione.

14 Valor beneficiorum computatur respectu utilitatis, quæ habetur in apportatu in absentia.

15 Exceptiones nullitatis, invaliditatis, aut reductionis pensionis, an possint retardare executionem.

16 Prædo sua possessione non est spoliandus.

17 Pensionarius agens ad pensionem quæ verificare teneatur.

18 Habilitas superveniens post datam litterarum reservationis pensionis nihil operatur.

19 Minor ætatis requisita in beneficio impetrato est inhabilis, licet ante præsentationem litterarum efficiatur major.

20 Laicus est incapax juris spiritualis.

21 Nulla à principio plura, quæ ex post non convalidantur.

22 Pensiones, quibus personis carentibus privilegio clericali possint reservari.

23 Collegium militum Lauretanorum à Sixto V. cum facultate transferendi pensiones fuit erectum.

24 Papa laicum, ut pensiones, & etiam beneficia valeat obtinere, privilegiare potest.

25 Pensiones, & beneficia milites regulares possunt obtinere.

26 Pensionem ex causa Episcopus reservare potest.

27 Episcopus pensionem ex causa permutationis reservare potest.

28 Pensionem reservare potest Episcopus ad extinguendam litem inter litigantes.

29 Pensionem reservare potest Episcopus in ejus collatione beneficiorum per obitum vacantium.

30 Distributiones quotidianæ non computantur in fructibus præbendarum.

31 Papæ mens in impositione pensionis regulariter est, quòd pensio non excedat tertiam partem fructuum.

32 Pensio auctoritate ordinaria reservata, non transit ad successorem, nisi causa extinctionis litis fuerit imposita.

33 Pensiones ab inferioribus collatoribus reservari non possunt cum facultate transferendi.

34 Pensiones ab Episcopis reservatæ non habent executionem paratam, sed à sententia lata super solutione pensionis datur appellatio.

35 Pensio à Papa reservata post sententiam latam habet executionem paratam.

36 Pensio sine consensu pensionarii auctoritate ordinaria, reservari non potest.

37 Legati de latere usque ad medietatem fructuum pensiones possunt reservare.

38 Legati de latere de jure communi beneficia conferre possunt.

39 Pensiones à legatis reservatæ, an habeant executionem paratam, appellatione remota

40 Pensionem in fundatione beneficij patronus reservare potest.

41 Patronus in fundatione beneficij de ordinarij consensu statuere potest, ut beneficio vacãte fructus ad ipsum spectẽt.

42 Pensio nudo partium consensu, sine superioris auctoritate imponi non potest.

43 Pensiones unicæ super pluribus beneficiis reservatæ vacantibus beneficiis contra plures successores pensionarius non habet executionem paratam.

44 Præbenda subrogata sapit naturam præbendæ in cujus locum subrogatur.

45 Beneficium pensione gravatum transit cum eodem onere ad quoscunque successores.

46 Pensio est onus reale, & transit ad quemcunque in beneficio successorem.

47 Canonicus, an pro titulo, cujus causa obtinuit præbendam, teneatur ad solutionem pensionis antea reservatæ.

48 Canonicus qui consentit reservationi pensionis super sua præbenda, de jure pinguiorem, & liberã optare non potest.

49 Iuri suo quilibet potest renunciare.

50 Pensio de beneficio ad beneficium, aut de persona ad personam transferri non potest.

51 Pensionarius ad solutionem pensionum agere potest contra hæredem defuncti obligatum, vel in beneficio successorem, & 53.

52 Demica pluribus annis soluta exigi potest ab emptore vel venditore prædii.

54 Pensio super distributionibus quotidianis nunquam præsumitur reservata, nisi expresse dicatur.

55 Pensione super distributionibus quotidianis reservata, licet optetur, præbenda succedens in titulo pro rata distributionum quotidianarum tenetur.

56 Iurisdictionis defectus contra agentem ad solutionem pensionis opponi potest.

57 Iurisdi-

57 *Iurisdictionis defectus potest etiam opponi contra tres sententias conformes, & 59.*

58 *Iurisdictionis defectus opponi potest, etiam si partes ante sententiam expresse consensissent, quòd judex incompetens sententiaret, & jurassent non dicere de nullitate.*

60 *Executio litterarum reservationis pensionis Ordinariis locorum, vel aliis in dignitate ecclesiastica constitutis committitur.*

61 *Legati, & Nuncij Apostolici in prima instantia nullam habent jurisdictionem.*

62 *Delegatio in unam personam facta sine subdelegatione in alteram transferri non potest.*

63 *Exceptio grandinis sterilitatis, & siccitatis contra pensionarium quandoque opponi potest.*

64 *Exceptiones falsitatis, quietationis, & solutionis tantùm contra obligationem cameralem opponi possunt.*

65 *Iuramenta illicita Papæ auctoritate possunt irritari.*

66 *Exceptio compensationis habet vim solutionis.*

67 *Liquidum cum illiquido non compensatur.*

68 *Pensio imposita super beneficio alia pensione onerato, nulla de ea in litteris facta mentione, est nulla.*

69 *Exceptio non purificatæ conditionis contra litteras reservationis pensionis opponi potest.*

70 *Appellatio à sententia super solutione pensionis lata, quando absque clausula sine retardatione solutionis pensionis admittatur.*

71 *Valor beneficij, quomodo probari debeat.*

72 *Exceptio solutionis pensionis impedit executionem.*

73 *Pensio pluribus modis extinguitur.*

74 *Pensio, an sine consensu Papæ extingui possit.*

75 *Pensio in temporalitate consistit.*

76 *Exceptio pacti de ulterius non petendo, æquipollet exceptioni solutionis.*

77 *Excommunicationis exceptio in quacunque parte litis opponi potest.*

78 *Excommunicationis exceptio etiam coram judice seculari opponi potest.*

79 *Excommunicatus, & publice declaratus à judice, est à limine judicij repellendus*

80 *Exceptio defectus clericatus impedit executionem litterarum reservationis pensionis.*

QUIA in beneficiorum collatione pensiones plerunque solent reservari, ideo non immeritò pensionum tractatus hic sequi debet.

Et primò, quoniam pensionis verbum 2
pluribus convenit, de quibus per Navarr. *in cons. 52. de prab. lib. 3. part. 1. num. 6:* aliis omissis de pensione ecclesiastica beneficiali differam, quæ aliis diffinitionibus prætermissis † est jus non temporale, sed spirituale, aut illi annexum, non antecedenter, ut jus patronatus, sed dependenter, aut consequenter instar beneficii, Navarr. *in manual. confess. c. 23. n. 111. & in dict. Cons 52. eod. n. 6.*

† Dicitur enim pensio, à pendeo, quia formaliter pendet à beneficio, ex quo extrahitur, sicut usus fructus à proprietate, *ut in cap. final. de pignor. cap. possessiones, 16. q. 1.* & Gig. *de pens. q. 1. n. 9.* Quomodo autè, & à quibus reservetur, & executio litterarū impediatur, quæ ex-

ceptiones titulari contra reservatarium competant, & quomodo extinguatur infra demonstrabitur.

Reservatur autem† pensio per Papam 6
3 pluribus de causis.

Primò beneficio vacante per obitum, quando uniconfertur beneficium, alteri verò reservatur pensio pro sustentatione super eodem beneficio, quod Papa regulariter facere potest, cum sit Dominus omnium beneficiorum, *clem. 1. ut lit. pendent.* cum aliis alibi allegatis, qui de fructibus beneficiorum ad libitum disponere potest, ut trad. Gig. *de pens. q. 6. n. 7.*

4 Secundò per resignationem † de consensu resignatarii in favorem ipsius resi 7
gnantis, & ista pensio licite reservatur. Felin. *in cap. ad audientiam, il. 2. num. 3. de rescript. & in cap. ex parte, il 1. n. 1. de off pot. jud. deleg.* vel ex causa cessionis & jurium inter litigantes pro bono pacis, & lite componenda, *cap. nisi essent, de præb.* & Felin. *in d. cap. ad audientiam, num 2. vers. exemplifica.*

5 Tertiò in favorem † alterius tertiæ personæ à resignante nominatæ, & quando quis simpliciter consentit, quòd pensio reservetur in favorem alicujus tertiæ personæ, puta nepotis, aut alterius personæ consentientis reservationi beneviæ, quæ rarò admittitur, quia est sine causa, & regulariter sine causa Papa pensiones non reservat. Gig. *de pens. quæst. 6. num. 6.* & maxima cum difficultate admittitur, etiam ex causa resignationis favore tertiæ personæ; quia ista sapiunt quodammodo dispositionem fructuum beneficarii, quæ cum habeat imaginem hæreditariæ successionis, est odiosa, *cap. apostolica. 8. quæst. 1. cap. extransmissa, & cap. ad extirpandas, de fil. presb. cap. ad hæc, de dec. cap. consuluit, de jurepatron.* & conc. Trid. *cap. 7. de reform. sess. 25.*

Et quia super fructibus† cathedralium ecclesiarum pensio non reservatur regulariter, nisi cum clausula, dummodo remaneant ducati mille pro Episcopo: & super parochialibus ecclesiis, nisi remaneant centum ducati pro rectore, ex dispositione sacri concil. Trident. *cap. 13. vers. ad hæc, de refor. sess. 24.* & super aliis beneficiis quandoq; cum clausula, dummodò pensio medietatem fructuum non excedat.

Titulari pensionem solvere† recusante agens ad pensionem tenetur verificare dictam conditionem, quòd remaneant Episcopo ducati mille, centum parocho, vel quòd pensio non excedat medietatem fructuum, quia, † licèt allegans excessum illum probare teneatur. Bellam. *decis.* 470. & Mascard. *conclus. 696. n. 11.* & allegauti beneficium esse minoris redditus incumbat onus probandi, cum quodlibet beneficium præsumatur esse annui redditus pro vita duorum, *cap. ut quisque*, junct. gloss. *in verb. clericum, de vit. & honest. cleric.* & Felin. *in cap. ad aures, num. 4. vers. tertia conclusio, de rescript.* quia tamen allegans excessum, aut majorem valorem fructuum fundat suam exceptionem, aut in dispositione sacri concilii. *d. cap. 13. de refor. sess. 24.* aut in facto super minori valore, cum dictæ exceptiones non oriantur ex lectura litterarum reservationis pensionis, allegantii incumbit onus probandi, & ita procedunt supradicta, & Gig. *de pens. q. 9. num. 9. 10. & 11.* & Rot. *in noviss. decis. 30. 1. p. 1. nu. 3.*

Sed

9 Sed conditio in Bullis apposita, † dummodo rectori remaneant centum ducati, vel Episcopo mille, aut dummodò pensio medietatem fructuum non excedat, aut alia conditio, debet ab eo in cujus favorem reservata est pensio, verificari. Put. *decis.* 24. *num.* 3. *lib.* 1. non verificata conditione, debitor cogi non potest: in terminis idem Gig. *de pens.* *quæst.* 85. *num.* 10. & Gomes. *in compen. utr. sign. quæst. fin. num.* 84.

10 In simili enim videmus, † quòd, licet ad obtinendum beneficium quilibet præsumatur idoneus, nec teneatur probare idoneitatem, etiamsi in rescripto adsit clausula, si idoneus fuerit, *cap. final. de præsumpt.* quæ clausula si idoneus fuerit, sonat in monitionem, vel instructionem, & ideo collatio facta illa non verificata tenet, ut trad. Innoc. *in d. cap. fin. in princip.* Abb. *num.* 16. & Felin. *num.* 29. *de præsumpt.* tamen quando est apposita clausula, dummodo ipsum ad hoc idoneum esse repereris, conferas, quæ sonat in expressam conditionem, beneficium, nisi prævio examine, non con-
11 fertur, † quia conditio suspendit executionem, ita quòd interim peti non potest, Abb. *in cap. Raynaldus, num.* 19. *de testam.* Felin. *in cap. ad aures, n.* 4. *in fi. vers. sed cave quia, de rescript.* Paris. *cons.* 31. *num.* 24. *volum.* 4. & Put. *dict. decis.* 24. *num.* 3. *lib.* 1.

12 Et gesta ante † purificationem conditionis nihil valent, Innoc. *in cap. cum dilecta, num.* 5. & ibi Abb. *num.* 4. & 5. *de rescript.* Rot. *decis.* 10. *in fin.* & *decis.* 12. *num.* 3. *de concess. præb. in nov.* Paris. *d.* 17 *cons.* 31. *n.* 26. & Put. *decis.* 283. *n.* 1. *l.* 2.

13 Quando autem † in litteris reservationis pensionis apponitur clausula, quòd ducati favore rectorum sint liberi, verbum, liberi, in litteris appositum importat, quòd sint integri sine diminutione, deductis oneribus, & expensis, *l.* 1. & ibi Paul. de Castr. C. *de fruct. & lit. expens.* glos. *in cap. gravis, in verb. fructus, de rest. spol.* & Bald. *in cons.* 53. *in fin. volum.* 1.

14 Valor enim † computatur respectu utilitatis, quæ habetur in apportatis in absentia, Staphil. *de grat. expect. num.* 64. & 65. & licet in honorem, & reventiam litterarum Apostolicarum pensio solui debeat. Gomes. *in comp. utr. sign. n.* 86. *q. fin.* Staph. *de lit. just* §. *in primis, n.* 84. Gig. *de pers. q.* 85. & Cassad. *decis.* 10. *n.* 8. *de rescript.* procedit, quando litteræ reservationis pensionis sunt gratiosæ sine aliqua conditione, sed, quâdo sunt, conditionales, conditio est in primis purificanda, ut per Put. *d. decis* 24. cũ aliis supra allegatis.

Si verò pensionarius est in possessione exigendi, de qua constet ex instrumento,
15 aut aliis legitimis probationibus, † tunc conditiones appositæ, aut narrata in gratia non impediunt executionem litterarum, quia exceptiones nullitatis, aut invaliditatis, aut reductionis pensionis concernunt petitorium, & interim, donec per sententiam pensio annulletur, non potest retardari solutio, cum, nec
16 prædo † sit sua possessione spoliandus *c. in litteris, de restitut. spoliat.* sed est in possessione manutenendus, §. *quorum, vers. hodie. insti. de interd.* Bart. *in l.* 1. *u. hujus autem, n.* 1. *ff. uti poss. id in l.* 1. *C. eod. tit.* & Rot. *decis* 2. *n.* 3. *de except. in antiquior.*

17 Agens autem ad pensionem † ante acquisitam possessionem tenetur purificare omnes conditiones in litteris appositas ex su-

ex supradeductis, & verificare omnia alia per ipsum narrata, ut si narravit, quòd cõsentiens pensioni per plures annos beneficium possedit, quòdque fructus beneficii ascendunt ad summam tot ducatorũ, 21 quòd ipse sit clericus, cæteraque omnia narrata. Abb. *in cap. fin. n. 8. de præsumpt.* Rot. *decis. 9. circ. med. de prob. in nov. decis. 6. n. 6. de præben. in antiquior.* & Felin. *in c. ad aures, n. 4. vers. tertia conclusio, de rescript.* quia non existentibus veris narratis, gratia redditur subreptitia, & nulla. Innoc. *in c. cum dilecta n. 3. de rescript.* Ab. *in c. postulasti, n. 1. eod. tit. & in cap. cum nostris, n. 11. de concess. præb.* Rom. *cons. 327. in fin.* & Felin. *in c. significante, n. 3. eod. tit. de rescript.* tenetur præterea probare, se esse clericum, exhibendo privilegium clericale, *cap. legum, 2. q. 1.* Rebuf. *pract. benef. de form. lit. cons. num. 22. p. 1.* & Gig. *de pens. quæst. 22. num. 8.*

18 Nec suffragaretur clericatus † collatus post reservationem pensionis, quia tempus datæ est attendendum, *cap. eam te,* & 22 ibi Felin. *num. 18. de rescript. clem. fin. eod. tit.* & gloss. *in cap. statutum, in verb. canonicus, circ. fin. eod. tit. in 6.* cum habilitas superveniens nihil operetur, *cap. si eo tempore, eod. tit. in 6. cap. non firmatur, de reg. jur. eod. lib. & l. quod ab initio ff. eod.*

Hinc est, quod minor ætatis requisitæ in beneficio impetrato, licet † postea efficiatur major, cùm tempore datæ esset minor, non valet impetratio. *d. cap. si eo tempore, de rescript.* & pariter si non erat clericus, licèt postea promoveatur, collatio non tenet, quia beneficia laicis non conferuntur. *c. cum adeò. de rescript.* gloss. *fin. in c. 2. de instit.* & Felin. *in d. cap. cum* 20 *adeò,* qui plura cumulat. *de reser.* † Ea est enim ratio, quia laicus non est capax juris spiritualis. *cap. sacrosanct. a. §. attendentes. de elect. & cap. causam.* cum gloss. *in verb. detinere, de præscript.* sequitur etiam, quòd † liberi hominis stipulatio non valet, licet postea servus efficiatur, vel rei sacræ, licet fiat postea profana, *l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig.* & testamentum furiosi, vel impub. cum non valeat, licet postea furiosus efficiatur sanæ mentis, & impubes efficiatur pubes, non convalidatur. *§. præterea, instit. qui non est perm. face. testam. & c. sicut tenor,* & ibi gloss. *in ver. extra mentem. de regular.* præterea impetratio judicis, & constitutio procuratoris excommunicati, quæ fuerunt nulla à principio, non convalidantur, licet postea sequatur absolutio. gloss. *in cap. statutum. in verb. canonicis, de rescript. in 6.* & Dec. *in cap. post cessionem. n. 55. & 56. de probat.*

Reservantur tamen quandoq; pensiones etiam personis, quæ carent privilegio clericali, † præsertim militibus Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, S. Lazari, & aliorum ordinum, de quibus suo loco dicetur; & etiam non militibus, quibus beneficia quoque conferri possunt cum assertione, quòd sit scholaris, & clausula, cupiēs militiæ clericali adscribi. Felyn. *in d. c. fin. in princ. de præsumpt.* Ex privilegio Apostolico reservantur quoque laicis conjugatis cum facultate, etiam transferendi, ut, quo ad reservationē pensionum, & fructuũ, concessit Leo X. collegio militum S. Petri de Vrbo, ut in Bull. Rom. constit. 36. sicut prudens, quæ unà cum omnibus aliis concessis Pius V. revocavit, *const. 71. sacrosanctũ. circa principum,* & nihilominus Sixtus V. postea colla-

23 collegium † militum Lauretanorum erexit, & quòd pensiones sive fructus ecclesiasticos ducatorum ducentorum super quolibet officio dictæ militiæ dicti milites clerici, & laici etiam conjugati obtinere, & jam obtentas retinere, & in alios transferre possent, concessit, *ut in constit. sub dat. Romanæ. 1586. quinto Kal. Iunij expedita, ut in Bull. in par. ult. cap. 34.* cujus vigore, quamplures, etiam senes, qui eorum pensiones reservatas habebant, pluribus officijs emptis, pensiones in consanguineos juvenes, & personas sibi benevisas transtulerunt, & eodem tempore, cum præsens, & residens in curia Romana essem, quàmplures conquerentes de translationibus in eorum odium factis audivi.

24 Papa enim † non solùm laicum potest privilegiare, ut pensiones, sed etiam, quòd beneficia possit obtinere, & illa conferre,

25 ut trad. Gig. *de pens. qu. 21. n. 4. & 5.* † Pensionesque ac beneficia possunt obtineri à militibus regularibus juxta suorum Ordinum privilegiorum, & statutorum dispositionem, licet careant privilegio clericali, etiam auctoritate ordinaria, ut fratribus ejusdem Ordinis S. Joannis Hierosolymitani à Magno Magistro, & conventu reservantur, non solùm pensiones, sed etiam omnes fructus, aut pars eorum vigore privilegiorum Apostolicorum eidem ordini concessorum, ut in Bull. Rom. Pij iiij. *cap. 14. pag. 667. post. med. vers.* & tam Magistro, quam conventui

26 Episcopus quoque † potest ex causa pensionem alicui reservare, ob evidentem utilitatem ecclesiæ, quando senex, aut incurabili infirmitate detentus, vel alia legitima de causa, quis per se ipsum deservire non potest renunciet beneficium curatum, ei, qui magis habilis est ad curam animarum regendam, juxta traditæ per Felyn. *in cap. ad audientiam. il. 2. numer. 2. vers. quæstio proponitur. de rescrip.* sed hodie non datur casus, quo pensio auctoritate ordinaria per resignationem possit reservari; quia resignationes in favorem sunt omnino prohibitæ, per const. Pij V. de qua in Bull. Rom. *cap. 58. §. caveant autem.*

27 Poterit tamen Episcopus † pensionem reservare tribus ex causis.

Primò ex causa permutationis factæ, quæ est permissa, etiam ex dispositione dictæ constitutionis, *ut ibi, vers. ad hæc beneficiorum,* & tunc, si permutatio est inæqualis, potest Episcopus pro permutatione beneficiorum æquanda ei, cui beneficium tenuioris redditus confertur, super pinguiori beneficio permutato, aliquam pensionem reservare, & hoc casu, cùm non intret dicta constitutio, cessat causa, & effectus illius prohibitionis, *cap. post translationem. de renunciat.* & Tiraq. *in tract. cess. cau. par. 1. n. 114.* & tunc habet locum doctrina, Felyn. *de qua supra nu. 2.* quòd Episcopus ex causa resignationis pensionem resignanti possit reservare.

Secundò † pro bono pacis ad extin-28 guendam litē inter duos coràm ipso super eodem beneficio litigantes, ex causa, quòd unus cedat alteri, reservata pensione super ejusdem beneficij fructibus in favorem cedentis, ut post Host. *in c. nisi* tenet Gomes. *in regul. de anna. post. qu. 2. nu. 5.* & post Anton de Butr. *in cap. audivimus. col. 4. de colluf. deteg.* tenet Gig. *in tractat. de pens. quæst. 6. numer. 3. & 4.* & melius *quæst. 85. numer. 11.*

29 Tertiò in collatione beneficiorum †

per obitum vacantium, & ad Episcoporum collationem spectantium, dummodò super parochialium fructibus, remaneant ducati centum liberi pro rectoribus, ut per concil. Trid. *in cap. 13 de reform. sess. 24.* & super alijs beneficiorum fructibus non imponatur, neque super distributionibus quotidianis, super quibus regulariter non imponitur, imposita censetur, ut trad. Menæ *in tract. de distrib. quot. cap. 8. num. 1. &* 30 *num. 11. par. 3.* ratio enim, † quia distributiones quotidianæ non computantur in valorem præbendarum, ut per Oldrad. *in cons. 118* quem sequitur Felyn. *in cap. ad aures. num. 14. de rescript.* nec, quæ excedat tertiam partem fructuum, quia præsumpta voluntas Papæ videtur esse regulari-
31 ter, † quòd pensio non excedat tertiam partem fructuum beneficij gravati, ut testatur Gig *in eod. tract de pens. quæst. 9. n 6. & 7* & Staphil *de commiss. litter. just. §. in primis igitur, numer. 90.* Nam juxta juris communis dispositionem, ac stylum curiæ Romanæ, fructuum medietatem excedere non debet, Rot. *in novis. decis. 1260. nu. 1. parte. 3.*

Et licet rarò Episcopi super beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem spectantibus reservent pensiones, puto tamen, in casibus, & modis supra expressis pensiones auctoritate ordinaria ab Episcopis posse validè reservari, sed in pluribus differt reservatio Apostolica, à reservatione auctoritate ordinaria facta.

3 Primò, quia pensio † auctoritate Apostolica reservata transit ad successorem in beneficio, reservata autem auctoritate ordinaria, non, nisi ex causa extinctionis litis fuerit reservata, de qua supra vers. secundò pro. sed decedente, vel cedente eo, qui reservationi pensionis consensit, reservatarius contra successorem non obligatum caret actione, quia non transit ad successorem. glos. *in cap. audivimus. in ver. pensionem, de colluss. deteg.* Joann. Bapt. de Sancto Severino, *in tract. de pens. qu. 4.* & Gomes. *in compend. utriusque sign. numer. 86.*

33 Secundò † Papa reservat pensiones quandoque, licet rarissime cum facultate transferendi, inferiores autem, non, sed tantùm ad vitam eorum, quibus reservantur. Gig. *in eod. tract. de pens. qu. 6. num. 5. & qu. 12. nu. 2.*

34 Tertiò cùm super solutionibus pensionum plures lites oriri contingat, † lata sententia favore pensionarii, cui pensio Apost. auctoritate reservata fuit, mandatur executioni, & non admittitur appellatio ad effectum suspensivum, sed tantum devolutivum, quo casu signatura ad quam pro commissione causæ appellationis recurritur causas committit cum clausula, sine retardatione solutionis pensionis, & in pensionibus auctoritate ordinaria reservatis causa committitur, tam ad effectum suspensivum, quàm devolutivum absque dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis. Ratio enim diversitatis adducitur, quia inferiores à Papa non possunt, nisi in certis casibus, & causa expressa, imponere pensiones, quæ non transeunt ad successores, & dubitari potest, an pensio imposita fuerit, ex justa causa, & in casibus permissis, quapropter non est juri consonum, quòd illicò sine aliqua discussione habeant executionem
35 paratam, † sed in reservatione à Papa facta, cessat omne dubium, quin valeat, & ideo statim sententia lata debet executioni

deman-

demandari : ita distinguit Gomes. *in d. comp. utriusque signa. ead. n. 86.* Gig. *de pens. q. 85. nu. 1. & 2.* & Staphil. *in tract. de commiss. tit. just. §. in primis igitur. n. 84. & 85.*

Quartò differt reservatio Papæ à reser- 36 vatione inferiorum † quia Papa in collatione beneficij potest reservare alteri pensionem sine consensu ejus, cui beneficium confertur, derogando regulæ de præstando consensu, Gig. *d. tract. de pens. q. 85. n. 2.* inferiores verò sine consensu beneficiati pensionem reservare non possunt, *ut in eo. tract. q. 10. nu. 9.* & est ratio, quia regula de præstando consensu ligat manus inferiorum, arg. text. *in c. ut debitus. de appell.* non autem Papæ, quin possit illi derogare, cum ejus sit revocare, qui condere potest.

Legati de latere quoque † possunt pen- 37 siones reservare, quæ tamen medietatem fructuum beneficiorum non excedant, quæ potestas illis conceditur in facultatibus legationis, ut Clementi Papæ VIII fuit concessa, dum Cardinalatus officio fungeretur, ad Regnum Poloniæ in Legationem misso, sub his verbis, ac etiam super dictorum beneficiorum resignatorum, seu cessorum fructibus, redditibus, & proventibus, quatenus id commode ferre poterunt, quascunque pensiones annuas, non tamen medietatem fructuum reddituum, & proventuum hujusmodi excedentes, resignantibus vel cedentibus, quoad vixerint, per dicta beneficia pro tempore obtinentes, & eorum successores annis singulis in locis, & terminis, ac sub privationis, & aliis sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis, &c. reservandi, constituendi, & assignandi, ut in facultatibus, de quibus *in 2. p. bull. Sixti V. cap. 35. §. ac etiam super*, & hanc facultatem pensiones reservandi non habent de jure communi, sed vigore litterarum specialium † facultatum, quia de jure communi solùm beneficia conferre possunt, per text. *in c. 1. de off. leg. in 6.* Legati verò inferiores, ut sunt Nuncij pensiones super fructibus beneficiorum reservare non possunt. Nam licet olim illis concederetur facultas reservandi, ut testatur Gig. *de pens. qu. 6. n. 22.* à pluribus tamen annis citra, Nuntiis Apostolicis dicta facultas non conceditur, & eorum facultas, tanquam extraordinaria, strictè est intelligenda. gl. penult. *in clem. 2. de off. ordin.*

Dubitari potest, † an reservationes pen- 39 sionum à Legatis delatere factæ habeant eandem paratam executionem, quam habent pensiones auctoritate Apostolica reservatæ, ita, quòd in casu appellationis à sententia in prima instantia lata debeat dari commissio clausula, sine rerardatione solutionis pensionis, & cum Legati reservent pensiones, quæ transeunt ad successores, & sub solitis sententiis, censuris, & pœnis eo modo, quo à Papa reservantur, videtur, quòd pari passu debeant ambulare, & clausula sine retardatione solutionis, debeat apponi, quia de similibus idem est judicium, *cap. inter cæteras. de rescript. cap. 2. de translat. Prælat. & cap. cùm secundum Apostolum. in princ. de præben.* Quod autem, quando inferior reservat pensionem auctoritate sibi concessa, & attributa à Papa, non procedat conclusio, quod causa absque clausula, sine retardatione solutionis pensionis, sit committenda, quia tunc Papa reservare videtur. tenet Gig. *in eod. tract. quæst. 85. n. 12.* quam opinionem non puto simpliciter veram, quia, aut facultas est simplex, & libera ad reservandam Titio pensionem

scutorum centum super tali beneficio, & 41 procedit opinio Gig. aut facultas est limitata, non tamen medietatem fructuum excedente, vel quatenus beneficia id commodè ferre possint, & tunc, quamvis Legati de latere habeant facultatem pensiones, quæ transeant ad successores, & cum clausulis, & censuris à Papa apponi solitis reservandi, tamen cùm facultas sit limitata, quapropter potest esse, & non esse, quòd beneficia pensiones ferre possint, & quòd medietatem fructuum excedant, de quorum valore & qualitate beneficiorum 42 in pensionum reservationibus, & impositionibus Legati non informati facile possunt defraudari, puto hoc casu commissionem esse dandam, absque clausula, sine retardatione cùm dubitari possit, an pensio imposita fuerit juxta modum, & conditionem, de qua in facultate tradita, & procedit, habetque locum dicta distinctio, de qua per Gomes. *suprà n. 86* & Gig *de pens. qu. 85. nu. 1. & 2.* & cùm eadem ratio militet in pensionibus auctoritate Legati reservatis, quæ militat in reservatis auctoritate ordinaria, idem jus statui debet, *l. illud ff. ad leg. aquil. à Titio. in princ. de verb. obl. c. translato. de constit.* & Tiraq *in tract. cess. cau. p. 1 nu. 151.*

40 Pensionem etiam † patronus pluribus casibus in fundatione beneficij solvendam imponere potest: & primo, ut per eandem ecclesiam fundatam alteri ecclesiæ persolvatur, *ut cap. quanto*, & ibi Innoc. & Abb. *numer. 1. de cens.* Secundò, ut sibi patrono annuatim pensio tribuatur in recognitionem juris patronatus, accedente tamen auctoritate Episcopi in fundatione ad petitionem patroni, *ut c. præterea. il 2.* & ibi gl. penult. & Abb. *n. 3. 4. 5. & 6. de jure patr.*

Tertiò fundans, † & dotans ecclesiam statuere potest, ut fructus ipsius ecclesiæ, cum vacabit, suos faciat. *cap. Eleutherius. 18. quæst. 2.* glos. *in cap. generali. in ver. fundatione. de elect. in 6.* & Gig. *de pens. qu. 6. numer. 25.* Dummodò proprij Episcopi consensus accedat, quia testator, vel fundans ecclesiam non potest immutare dispositionem canonum in præjudicium Episcopi. *cap. requisisti. de testam.* Abb. *in cap. nobis. numer. 2. de jur. patr.* & benè limitat Roch. de Cur. *in tract. de jure patr. in verb. pro eo, quod diœcesani. nu. 15.* † Etenim sine superioris auctoritate nudo partium consensu pensio imponi non potest *clem. 1. § eadem de supplen. neglig. Prælat.* quia dependet à voluntate Papæ non autem partis consentientis illius reservationi. Gig. *in eod. tract. de pens. qu 5. num. 2. & qu. 79. etiam num. 2.* & his casibus causa appellationis committitur etiam absque clausula, sine retardatione solutionis, pensionis, rationibus supra allegatis.

43 Alijs casibus etiam committitur † causa appellationis simpliciter sine dicta clausula & primò, quando aliquis consentit reservationi annuæ pensionis unica reservatione super pluribus suis beneficiis, aut super canonicatu, præbenda, & membris, ut in canonicatibus cathedralis ecclesiæ Vercellen. qui, ut plurimum, ultra præbendam, habent duo membra, unum in plano, & aliud in montibus nuncupatum, & hactenus habebant tria, tertium, & præcipuum, videlicet, de Mota appellatum. ex quibus, de Mota, plura jam fuerunt extincta, & reliqua adveniente vacatione, extinguuntur, & in distributiones quotidianas rediguntur. Unde hoc casu, quia unica vacatione beneficia plura à

com-

communiter accidentibus pluribus conferuntur, & præbenda, ac membra à pluribus optantur, remanente successori nudo titulo canonicatus, & præbenda tenuori ab alijs canonicis optantibus dimissa, tunc causa appellationis committitur absque dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis, donec decidatur, quid quilibet pro rata solvere teneatur, ut per Abb. *in cap. constitutus. numer. 8. de relig do.* & in terminis Gomes. *in comp. utr. signatu. num. 87.* & Gig. *d. tract qu. 85. numer. 5.*

Hinc oritur quæstio, an tali casu vacante canonicatu, præbenda, & membris à pluribus optatis, & unica pensione oneratis, successor in canonicatu, qui in nudo titulo canoniæ spiritualis prædecessori obligato ad solutionem pensionis tantùm successit, præbenda cum membris ab aliis canonicis optatis, teneatur totam pensionem persolvere, vel pro rata pen-
44 sionis concurrere, † cùm jure tituli spiritualis consequatur præbendam in locum prioris, & pinguioris præbendæ subrogatam, quæ propterea sapit naturam ejus in cujus locum fuit subrogata. *l. 1. §. hæc actio*, & ibi Bart. *ff si quis testa. lib. es. jus. fue. l. si eum. §. injuriarum. ff si. quis caut.* & Mascard. *concl. 1270. numer. 38. de probat.* & quod attinet ad præbendam, videtur, quòd pro ea in nihilo concurrere teneatur, quia cùm illa nunquam fuerit aliquo onere pensionis gravata, pensio imposita super una præbenda non potest
45 per vacationem ad aliam transire, † quia beneficium pensione gravatum, durante pensione, semper transit cum tali onere ad quoscunque successores Rom. *consil. 388. numer. 5.* Cassad. *decis. 12. numer. 1. de rescript.* & Felyn. *in cap ad audientiam il 2. num. 6. eod tit.* quæ conclusio procedit etiam in membris optatis, aut si alias quovis modo vivo pensionario transeant in
46 alias personas, † quia pensio est onus reale, & transit, ad quemcunque transit beneficium *cap. querelam*, & ibi Abb. *3. not. de elect.* Gig. *in tract. de pens. q. 39. num 5. & 6. q. 40. n. 1. & q. 43. n. 2.* Rriminal. Jun. *cons. 298. n. 6.* Decian. *cons. 37. n. 14. lib. 2. &* Monet. *de distribut. quot. par. 3. q 8. n. 22.*

47 An autem titularis † pro titulo, cujus causa obtinuit præbendam, licet minoris valoris præbendæ optatæ, saltem pro rata fructuum contribuere teneatur, cum dictam præbendam obtinuerit loco optatæ, quapropter sequitur naturam tituli, super quo pensio fuit reservata. *c. accessorium. de reg. jur. in 6.* & Dec. *in l. cùm principalis. eod. tit.* ac subrogatus, ut fuit dicta præbenda loco alterius, sequatur naturam ejus, cui subrogatur, *ut. l. 1. §. hæc. actio.* & ibi Bart. *ff si quis test. lib. es jus. fue.* cum aliis supra deductis, erit distinguendum, quia ex facto jus oritur. Ideo, aut per capitulum non assignantur certæ, & determinatæ præbendæ consistentes in certo, & determinato corpore, sed dantur unicuique canonico per procuratorem, seu thesaurarium capituli certæ distributiones in grano, aut pecunia consistentes, aut quædam prædia, quæ constituunt præbendas indistinctas, ex quo optio non facit censeri novam præbendam, & tunc puto canonicum, ratione tituli canonicalis, & præbendæ, pro rata ad solutionem pensionis concurrere debere, ut per Rot. *decis 6. n. 1. ver. in aliquibus. de consuet. in no.* & Gig. *de pens. qu. 63. num. 3. & 4.* Aut præbendæ sunt, & distinctæ, & separatæ, ita quod capitu-

lum non habet illarum administrationem, etiam si statutis caveretur, quòd quolibet decennio præbendæ æquari, & simul confundi, ac de novo dividi, ac assignari deberent, si ab immemorabili tempore non fuerit facta confusio, & nova divisio, à quo tempore præbendæ statum separatum, & distinctum susceperunt, & statuta usum amiserunt, *ut in capitulo cathedralis Vercellen.* in quo licet habeatur statuta de præbendis adæquandis, tamen præbendæ habent propria prædia, proprioſque fines distinctos, aliæque opulentos, & aliæ exiguos redditus habent, nec immemorabili tempore citra fuerunt adæquatæ, nec hodie sine omnium canonicorum consensu 49 possent adæquari, teneo hoc casu, titularem ad pensionem non teneri, quia cùm pensio sit onus reale, & ipsa bona producentia redditus censeantur principaliter obligata, & hypothecata pro pensione, ut per Felyn. *cod. cap. ad audientiam. nu. 6.* cum 50 alijs supra allegatis, & taliter provisus nullos fructus præcipiat ex præbenda, & membris hypothecatis ad pensionis, solutionem non tenetur. Paris. *cons. 52. num. 5. volu. 1.* Qui enim non percipit fructus, ad solutionem pensionis impositæ non tenetur, ut per Gig. *eo tract. de pens. qu. ult. n. 16.* & Monet. *de distrib. quot. par. 3. quæst. 8. numer. 27.* ultra quod consensu eorum, qui optarunt, fuit liberatus, quia si nole- § 1 bant onus, poterant non optare, & damnum, quod eorum culpa sentiunt, sibi & non aliis debent imputare, *cap. damnum. de reg. jur. in 6. cum vulg.*

48 Si verò titularis † pro canonicatu, & præbenda obtinenda, reservationi pensionis super eodem canonicatu, & præbenda consensit, & de illa persolvenda se obligavit, tunc capitulum optioni alterius præbendæ consentire non tenetur, quia, cum dictus canonicus consenserit oneri pensionis, non potest præbendam suo facto tali pensione oneratam dimittere & liberam optare, cùm alteri per alterum iniqua conditio inferri non possit, nec æquitas concedat, aliquem cum alterius jactura locupletari. *l. nam hoc. natura. ff. de cond. indeb.* & Menoch. *cons. 27. numer. 36. tom. 1.* sed nisi eadem pensione per obitum, aut aliàs legitime extincta, eandem præbendam semper retinere tenetur, nisi capitulum ex gratia speciali, aut aliàs optionem admittere, quia cùm tunc de solo interesse capituli agatur, † quilibet juri suo potest renunciare, Jas. *in l. cum proponas. numer. 2. C. de pact.* & dummodo novo impetranti in præbenda debita præiudicium non inferatur, per optionem admissam, præbenda optata erit ab onere pensionis immunis, † cùm pensio semper sequatur beneficium ex supra deductis, & propterea transferri non possit de beneficio ad beneficium, nec de persona ad personam sine Papæ auctoritate, ut per. Gig. *de pens. qu. 12. nu. 2.*

Nihilominus erit in optione pensionarij, qui habebit actionem realem, & personalem contra quem agere velit ad pensionis decursæ, vel decurrendæ solu- tionem. † poterit enim agere contra præbendæ possessorem, aut ejus hæredem pro decursis, quando interfuit obligatio in forma cameræ Apostolicæ, quia hæres fuit etiam obligatus, sive contra anteriorem possessorem obligatum, qui dimissa præbenda, aut membro, cujus causa se obligavit, adhuc vivit, arg. eorum, quæ trad. Bellenz. *in tract. de subsid. charitat. quæst. 45. vers.*

vers. fateor. tamen, loquens in charitativo subsidio, ad quod præstandum ille, qui beneficium dimiserat, tenebatur, decidens, possessorem esse cogendum solvere, vel antiquum possessorem, ut magis Episcopo placebit. His etiam confert, quod tenuit Feder. de Sen. *in cons. 81.* quem refert, & sequitur Card. *in clem. 1. q. 11. de cens.* ubi inquit, esse in facultate creditoris pro oneribus præteritis incumbentibus beneficio, vel agere contra novum possessorem beneficij, vel contra antiquum possessorem, qui fructus percepit, & illis perceptis beneficium dimisit, & Anchara. post alios *in c. cùm homines. in vers. tertiò quæro. de deci.* tenet,

52 † quòd, si quis pluribus annis non persolvit decimam de prædio, demum illud vendidit; quòd erit in electione creditoris decimarum convenire pro præteritis decimis emptorem, vel venditorem, quibus argumentis satis probatur, esse in electione creditoris agere ad pensiones contra obligatum, vel possessorem, aut hæredem possessoris, ut tenet Gig. *eod. tract. de pens. q. 39. n.* 11. *&* 12. & hæc quæstio, quæ tempore Cassad. ob illius maximas difficultates pendebat indecisa, ut testatur idem Cassad. *in decis. 4. n. 3. de loc. & conduct.* & tempore Gig. ut, & ipse testatur *in d. q. 39. n. 13* fuit coram Blanchetto, tunc Rotæ Auditore, & nunc S. R. E. Card. in una causa Hispalen. pensionis, de mense Decemb. 1577. decisa, & firmatum

53 † successorem in beneficio ad pensiones decursas tempore antecessoris non teneri, nisi facta cum prædecessore, vel ejus hæredibus diligentia de illis consequendis. Contra successorem autem in beneficio executive procedi potest, & contra hæredem, non, nisi via ordinaria, & juris ordine servato, ut per Gig. *ead. qu. 39. num. 13.*

Casu autem, quo pensiones reservari contingat super distributionibus quotidianis, prout quotidie reservantur, super quibus tamen non præsumuntur reservari,

54 † nisi expressis verbis id fuerit concessum, ut per Monet. *in tract. de distrib quot. par. 3. q. 8. n. 11.* quas Papa sine dubio potest reservare, ut post Rot. & alios citatos tenet idem Mon. *ead. q. 8. n. 9.* tunc vacante canonicatu, & præbenda eod. onere pensionis

55 gravatis, † licet optetur præbenda, nihilominus titularis ratione emolumenti distributionum quotidianarum, quas jure tituli superlucratur, pro rata ad pensionis solutionem concurrere tenetur, ex deductis per Rot. *dicis. 2. de testam in antiq.*

Contra agentem ad solutionem pensio-

56 nis † plures exceptiones opponi possunt.

Primò enim opponi potest defectus jurisdictionis, quia prohibitus excipere, adhuc excipere potest de incompetentia judicis. gloss. *fin. in clem. unic. de sequest poss. & fruct.* & Fely. *in c. pastoralis. n. 12. de excep.* † quia defectus jurisdictionis potest

57 etiam opponi contra tres sententias con-

58 formes, quæ exceptio opponi potest, † etiamsi partes ante sententiam expresse consensissent, quòd incompetens sententiaret, & jurassent, non dicere de nullitate sententiæ, ut post Felyn. *ubi supra* Angel. & Phi. de Perus. *in cap. dilecti. qu. 50. & 52. de appell.* trad. Purpur. *in l. eum qui jubet. n. 14. ff. de jurisd. omn. jud.*

59 In primis, & ante omnia † debet constare de jurisdictione, *c. cum in jure. de off. deleg.* & propterea licet contra tres sententias conformes non possit opponi aliqua exceptio, donec plenarie fuerint executioni demandatæ, *clem. ut calumnijs, de re jud.* potest tamen opponi exceptio nullitatis

ex

ex defectu jurisdictionis, ut per d. gloss. *in cle. unic.* Abb. *in d. cle. ut calumnia. numer.* 11. & Staphil. *in tract. de commiss. & lit. just.* §. *in primis, nu.* 36. 37. *&* 38. & Gig. *de pens. qu. ult. n.* 20.

60 Regulariter executio litterarum reservationis pensionum † committitur locorum ordinariis, vel aliis in dignitate ecclesiastica constitutis, &, si pensionarius litteras reservationis pensionis præsentaret alteri, quam in eisdem pro executoribus nominatis, cujuscunque qualitatis, & conditionis, † etiamsi legati, vel Nuncij Apostolici forent, defectu jurisdictionis eorum sententiæ vitio nullitatis subjacerent, quia in prima instantia nullam habent jurisdictionem, obstante sacri concilij Tridentini disposit. *ut cap.* 20. §. *legati quoque, sess.* 24.

61

62 † nec vigore delegationis, quæ facta in unam personam, in aliam sine subdelegatione transferri non potest.

63 Secundò, potest opponi † exceptio grandinis, sterilitatis, & siccitatis, qua de causa, si aliquo anno quis non percipit fructus, ad solutionem pensionis non tenetur, ut post alios, quos citat, tenet Felyn. *in c. ad audientiam. 2. num. 7. de rescript.* quæ exceptio militabit in pensionibus impositis sine clausulis exemptionum, sed, si in reservatione apponatur clausula, quòd sit immunis, libera, & exempta ab omni subsidio, tam ordinario, quàm extraordinario, decima Papali, & quod solvi debeat quocunque casu fortuito non obstante, etiam grandinis, siccitatis, sterilitatis, depopulationis agrorum, incursus hostium, & cum similibus, & amplioribus clausulis de stylo Romanæ curiæ apponi solitis, sub obligatione camerali, cum derogatione regulæ de præstando consensu, tunc pensio semper integra persolvi debet, quia cùm à communiter accidentibus, præcedentibus, & sequentibus annis uberes fructus percipiantur, sterilitas cum ubertate compensatur, *l. licet.* C. *locat. cap. propter. sterilitatem. eod. tit.* & Rot. *in novissi. par.* 1. *decis.* 757. *num* 3.

64

65 Dantur tamen casus, quibus, † licet regulariter dicta exceptio non admittatur, in Signatura gratiæ Papa ex causa admittit exceptiones, quia illa obligatio adeo fortiter ligat propter vinculum juramenti, quo renunciatur etiam beneficio absolutionis, sub pœna perjurij, sed quia juramentum, quo quis ligatur, persolvere pensionem excessivam, aut alias invalide positam, esset vinculum iniquitatis, Papæ auctoritate omnia juramenta illicita possunt irritari, *c. auctoritatem,* 15. *qu.* 6. & etiam à juramento licito absolvere potest, *cap. alius, & cap. nos, eod. qu.* 6.

66 Tertiò exceptio † compensationis opponi potest, quæ habet vim solutionis, *l. si debitor, circa fin. ff. qui pot. in pig. habean.* Bart. *in l. amplius non peti numer.* 8. *ff. rem*

ff. rem rat. Abb. *in cap. suborta*, & ibi Felin. *num. 2. in princ. de re jud.*

67 Dummodo † compensatio fiat de re liquida, cum enim agitur vigore obligationis cameralis ad solutionem pensionis, quia omnibus exceptionibus fuit renunciatum, non admittitur exceptio compensationis illiquidæ, pro qua non datur tempus ad liquidandum. Bart. *in l. aufertur, §. qui compensationem, in fi. ff. de jur. fisc.* Abb. *in cap. 2. de depos.* & Felin. *qui alios citat, in d. cap. suborta, eod. num. 2. vers. sed, si non esset*, & est regulare, quod de liquido ad illiquidum non admittitur compensatio. Gales. *in dicto tract. obligat. camer. d. 4. par. clauf. in 6.* ubi post plures alios, quos citat, reprobat opinionem Bart. contrarium tenentis, *in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe.*

68 Quartò opponi potest † exceptio nullitatis, reservationis, pensionis, quæ in continenti probari possit, pensio enim reservata super beneficio alia pensione gravato, nulla facta expressione in litteris de priori reservatione, est nulla, ut per Cassad. *decis. 3. num. 1. de pens. ideo*, si reus, contra quem agitur ad pensionis solutionem, exhibeat litteras, sive transumptum reservationis prioris pensionis, quo concludenter probatur nullitas posterioris, illa exceptio impedit, & retardat solutionem, & litteræ tribuunt jurisdictionem, tàm super principali, quàm super exceptione nullitatis oppositæ, super qua potest judex suam proferre sententiam. Bellam. *in decis. 28. vers. litte tere sũt*, & Feli. *in c. super litt. n. 3. de rescr.*

69 Quintò † exceptio non purificatæ conditionis potest opponi, quæ donec fuerit purificata impedit litterarum executionem, & retardat solutionem, ut est conditio, quæ regulariter apponitur in litteris reservationis pensionis super fructibus cathedralis ecclesiæ, videlicet, dummodo remaneant ducati mille liberi pro titulari, vel ducati centum liberi pro rectore, quando pensio super parochiali ecclesia reservatur, quia tunc titulari recusante pensionem solvere, donec fuerit corã executore verificatum, quòd remaneant titulari illi ducati, sub qua conditione pensio fuit reservata, reus ad solutionem compelli non potest, nisi agens sit in possessione exigendi, Cassad. *decis. 10. num. 8. de rescript.* & Gig. *de pens. quæst. ult. num. 15.* & hoc casu, aliisque casibus, de quibus infra, lata sententia contra reum, † dummodo actor

70 non sit in possessione exigendi signatura committit causam appellationis absque clausula, sine retardatione solutionis pẽsionis, Cassad. *ead. decis. in fin.* Gomes. *in com. utr. sig. n. 87.* & Gig. *de pens. q. 25. n. 10.*

Valor autem beneficii † secundum cõ-

71 munem stylum Rotæ probari debet, videlicet, quòd beneficiũ, super quo pensio, de qua agitur, fuit reservata, tẽpore provisionis, oneribus deductis, valeat in portatis tot scuta, & per quinque annos ante provisionem, & post, si à tanto tempore tunc titularis fuit provisus, anno fertili cum sterili computato, communi æstimatione tantum valuit, & ita testis de tali beneficio notitiã habens dixit, se scire, & si plus, vel minus valeret, ipse nõ ignoraret, ut post Bart. Ab. Fe. & alios, quos citat, testatur Gom. *in reg. de val. expr. q. ult.*

72 Sextò † exceptio solutionis opponi potest, & impedit executionem litterarum reservationis pensionis, quia solutione

ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio, Inst. *quib. mod. tol. oblig. in princ.* sed allegata solutione, & inde, parte citata ad docendum de dicta allegata solutione, judex concedit terminum, usque ad primam sequentem diem juridicam, qua adveniente, & non docto liquide de solutione, proceditur ad executionem, quia non conceditur tempus ad liquidandum, Felin. *in cap. suborta, n. 2. vers. sed, si non esset, de re jud. cum aliis supra allegatis.*

73 Septimò † opponi potest exceptio extinctionis pensionis, quæ pluribus modis extinguitur.

Primò morte pensionarii, si procurator agat pro exigenda pensione nomine principalis, qui in longinquis partibus decessit, quia, si habet in promptu probationem mortis, cum pensio reservetur, quoad pensionarius vixerit, eo mortuo, est expuncta reservatio, sicuti finitur usufructus morte usufructuarii, §. *finitur, in fin. de usufruct. cap. fin. de pecu. cler.* & G g. *de pens. q. 1. num. 5.*

Secundò pensio regulariter extinguitur per contractum matrimonii, per verba de præsenti. Gig. *eod. tract. q. 14. n. 5. & 6.*

Tertiò extinguitur pensio per ingressum religionis post emissam professionem, prout vacant beneficia, ut per Staphil. *in tract. de var. mod. vacat. num. 90.* & hoc casu valet arg. à beneficio ad pensionem, quoniam, emissa professione, religiosus habetur pro mortuo, quia cùm ipse ab alio possideatur, nihil possidere potest, *cap. non dicatis, 12. q. 1. & cap. ad monasterium, de stat. monach.*

Octavò, † potest opponi exceptio extinctionis aliquibus anticipatis solutionibus auctoritate Papæ, & pensionem redimens sine auctoritate Summi Pontificis simoniam committit, inquit Navarr. *in cap. 23. nu. 111.* quem post alios, quos citat, sequitur Monet. *in tract. de distrib. quot. n. 52.* contraria tamen sententia, quòd pensio sola voluntate, sicut quælibet res profana cassari, & remitti possit absque licentia Papæ, est verior quam post Præpos. *in cap. Agatho. 63. dist.* tenet Gomes. *in reg. de infirm. resig. quæst. 16. num. 4.* ubi testatur, tempore suo Rotam hanc opinionem pluries approbasse, & hanc opinionem etiam modernis temporibus tenuit Rot. *in noviss. decis. 471. n. 10, part. 1.* à qua tutò recedi non potest.

75 Nam pensio † in temporalitate consistit. Put. *decis 202. num. 3. lib. 3.* Gomes. *eadem quæst. 16. n. 2. vers. pensio vero.* Benint. *in decis. 49. num. 6.* & G g. *eod. tract. de pens. q. 13. num. 3.*

76 † Et ideo anticipatis aliquibus solutionibus, quibus mediantibus in instrumento quietantiæ apponatur pactum de ulterius in futurum non petendo, illa exceptio pacti de non petendo æquipollet solutioni, ut per Gig. *eod. tract. q. ult. n. 2. 3. & 4.*

77 Nonò exceptio † excommunicationis, quæ opponi potest in quacunque parte litis, quo casu, si agens ad pensionem est excommunicatus, judex executor illum repellere debet, *cap. exceptionē*, & ibi Abb. *num. 2. de except.* & Jas. *in l. 1. n. 23. de jur. & fac. ignor.*

78 Et hæc exceptio procedit, † etiam opponi potest coràm judice sæculari, gl. *fin. in l. 1. C. de jur. & fac. ignor. cap. fin. de*

de except. in 6. Jas. post alios *in l. placet, in prima lectura in fin. C. de sacrasanct. Eccl.* & Gig. *de pens. ead. q. ult. num. 9.*

79 Et publice † excommunicatum, etiam quòd non excipiatur, judex repellere debet, Abb. *in eod. cap. exceptionem, num. 3,* & Felin *in cap. intelleximus, num. 7. vers. quare ergo, de jud.*

80 Decimò † exceptio defectus clericatus contra agentem ad solutionem pensionis opponi potest, quia si in litteris Apostolicis legatur reservatio facta clerico, tenetur reservatarius probare se esse clericum, non probato clericatu, pensio est nulla. Rebuff. *in pract. benef. de form. lit. cons. num. 22. part. 1.* & Gig. *de pens. q. 22. n.* 8 etiam si pensio fuerit reservata equiti Hierosolymitano, aut alterius religionis, quia licet, dicti equites sint religiosi, & tria vota substantialia emittant, non sequitur, religiosi ergo capaces, sed cùm narrativa sit pars gratiæ, debet clericatus verificari, aliàs gratia redditur subreptitia, & nulla, Abb. *in capitulo cum nostris num. 11. de concess. prabend.* Felin. *in cap. significante, num. 3. de rescript. cum aliis supra numer. 17. allegat.* aliæque exceptiones, quæ opponi possunt, habentur per Gig. *in eod. tract. quæst. ult.*

DE DISPENSATIONIBVS.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 Dispensatio, quid sit.

2 Dispensationis tres sunt species, scilicet, debita, permissa, & prohibita.

3 Dispensare potest Papa in omni casu, & impedimento jure humano, vel positivo inducto, cùm sit loco Petri, & Vicarius Christi.

4 Papa potest ex causa, sua constitutione, vel rescripto, jus divinum interpretari, vel limitare.

5 Dispensare potest solus Papa in pluribus casibus.

6 Papa solus in pluritate beneficiorum incompatibilium dispensat.

7 Papa solus dispensat ad plura beneficia ultra duo simplicia, etiam quantumcunque tenuia reddituum.

8 Papa solus dispensat illegitimos ad plura beneficia, & ad sacros ordines.

9 Papa solus dispensat cum simoniaco, sive in ordine, sive in beneficio, quando scienter simoniam commisit, vel ratam habuit.

10 Simoniam committens in ordinum consecutionem, est eo ipso per decennium, sine ulla dispensationis spe, suspensus.

11 Dispensabat olim regulariter solus Papa cum eo, qui post excommunicationem celebravit, aut aliquem actum ordini proprium egit, sive fuisset Episco-

pus, sive alius in sacris constitutus.

12 Dispensare potest vigore concil. Trident. Ordinarius in occultis, cum eo, qui excommunicatus, celebravit.

13 Dispensat solus Papa super ætatis defectu, pro consecutione ordinum, vel dignitatum.

14 Papa solus est supra concilium, & ideo solus à decretis concilii dispensare potest.

15 Papa solus dispensat cum parocho, ut non teneatur, se facere infra annum ad sacerdotium promoveri.

16 Papa solus dispensat, ut quis in absentia possit ex causa percipere distributiones quotidianas, quantùm ab interessentibus regulariter percipi debent.

17 Distributiones quotidianas, quando non amittat parochialis ecclesiæ deserviens.

18 Canonicus pœnitentiarius, quandò non amittat distributiones quotidianas.

19 Canonicus cum præbenda Theologali; si absit, dum lectiones sunt habendæ, præsens censetur.

20 Lectiones habentes in scholis publice Theologiam docentes, & in cathedralibus docentes, privilegio gaudeant, ut pro præsentibus habeantur.

21 Infirmi; etiam ita affecti ex propria culpa, quoad distributiones, habentur pro præsentibus.

22 Famulo ægrotanti debentur à domino cibaria, & tenues expensæ.

23 Clericus absens pro urgente necessitate, vel evidente utilitate ecclesiæ, distributiones quotidianas non amittit.

24 Absentia à residentia propter pestem non excusat.

25 Clericus injuste carceratus, excommunicatus, &c. distributiones quotidianas non amittit.

26 Clericus juste censuris ecclesiasticis illaqueatus, vel carceratus, amittit distributiones quotidianas.

27 Dispensatio ab irregularitate proveniente ex homicidio ut quis possit ordinari, soli Papæ est reservata.

28 Dispensatio ab irregularitate proveniente ex dicto deducto ad forum contentiosum, Papæ est reservata.

29 Papa solus dispensat cum irregulari propter alicujus membri mutilationem.

30 Papa solus dispensat cum irregulari propter oculi carentiam.

31 Papa solus dispensat cum irregulari ex defectu perfectæ lenitatis.

32 Papa solus dispensat cum leproso, laboranti morbo caduco obsesso à dæmone, lunatico, & furioso.

33 Leprosi, lymphatici, energumeni furiosi, aut alio hujus generis morbo affecti, cum notabile scandalum ordinum usui præbeant, sunt irregulares.

34 Papa solus dispensat cum irregulari propter bigamiam, quo ad beneficia, & ordines sacros.

35 Milites Sanctorum Mauritii, & Lazari ad secundas nuptias à solo Papa possunt dispensari.

36 Dispensare non potest Episcopus cum biga-

bigamo, ut minores ordines suscipere possit.

37 Papa solus dispensat, ut filius succedat immediatè in ecclesia paterna.

38 Papa solus dispensat cum illegitimis, criminosis, ac ære alieno gravatis, ut ad religionem recipi possint.

39 Papa solus dispensat in gradibus consanguinitatis prohibitis, usque ad quartum gradum.

40 Papa solus dispensat in impedimento publicæ honestatis, quod primum gradum non excedit.

41 Papa solus dispensat in impedimento inducto propter affinitatem ex fornicatione contractam, quod impedit usque ad secundum gradum.

42 Papa solus dispensat in impedimento cognationis spiritualis, & inter quas personas contrahatur.

43 Episcopus quandoque in gradibus prohibitis, quatuor copulativè causis concurrentibus, potest dispensare.

44 Dispensare non possunt contra concilium generale, Episcopi, nec Legati.

45 Dispensatio matrimonialis, non est valida, si tantùm remotior gradus exprimatur.

46 Dispensatis, an iis suffragetur, qui habentes impedimentum, propter quod matrimonium contrahere non valent, post expeditam, & datam supplicationem se carnaliter cognoscunt.

47 Mandatum de dispensando non habet vim dispensationis.

48 Carnaliter se cognoscentes post datam supplicationis, & ante dispensationis executionem incestum committunt.

49 Episcopus absolvit ab incestu, sed non revalidat dispensationes.

50 Copula carnali secuta ante præsentationem dispensationis an Episcopus possit dispensationem executioni demandare, & quomodo.

51 Dispensare potest solus Papa à quinque votis solemnibus, & alijs pluribus.

52 Dispensare potest Papa à voto solemni per sacri Ordinis susceptionem emisso, & per solemnem professionem facto.

53 Episcopus, quibus casibus super irregularitatibus possit dispensare.

54 Dispensare potest Episcopus cum illegitimis ad minores ordines, & unum simplex beneficium.

55 Dispensare potest Episcopus auctoritate ordinaria ad duo beneficia.

56 Dispensare potest Episcopus super denunciationibus matrimonialibus.

57 Dispensare possunt Episcopi ab omnibus votis Papæ specialiter non reservatis.

58 Quibus casibus potest quis statuere, & punire, in eisdemmet potest etiam dispensare.

59 Episcopi possunt dispensare in omnibus casibus non prohibitis à Papa, sibi specialiter reservando.

60 Dispensare possunt prælati inferiores in pluribus casibus.

61 Legati à latere, nuncij, & alij, quibus per delegationem conceditur facultas dispensandi non possunt fines delegationis excedere.

62 Dispensationis effectus sunt quatuor.

NISI rigor disciplinæ quandoq; relaxetur, ex dispensatione misericordiæ in nervum facile posset erumpi, multorum ideo crimina sunt damnabilia, quæ tamen Ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, sive utilitatis, & pro eventu rei, *ut in cap. requiritis, §. nisi rigor. 1. q. 7.*

Unde cùm supra visum fuerit, quomodo beneficia conferantur, & pensiones reserventur, in quibus pluries dispensationes requiruntur, in hoc capitulo de dispensatione, quid sit, quot sint species dispensationum, quis possit dispensare, qualiter sit dispensatio facienda, & qui sit effectus dispensationis breviter sum verba facturus.

† Primò dispensatio est rigoris juris 1
per eum, ad quem spectat, misericors canonice facta relaxatio, *ut d. §. nisi rigor.* ubi etiam gloss. *in verb. ut plerisque, & cap. seq.* Abb. *in cap. at si clerici, §. in adulterio, num. 12. de jud.* & Host. *in sum. numer. 1.*

Species autem † dispensationum sunt 2
tres, quarum una est debita, alia prohibita, & alia permissa, gloss. *in cap. ut constitueretur, in verb. detrahendum. 50. dist.* debita est causa necessitatis, permissa, utilitatis, *ut in cap. & si illa.* junct. gloss. *in verb. vel temporum. 1. q. 7.* prohibita est, ubicunque decoloratur status Ecclesiæ, quo casu dispensari non potest, ut contra Evangelium, vel præceptum Apostoli. *cap. sunt, qui dicunt, circ. princ. 27. q 2.* & gloss. *in d. §. nisi rigor. in verb. ut plerique* & est debita dispensatio, ubicunque persona, res, locus, & causa exigit, *cap. 1. & per tot. 29. dist.* & gloss. *in cap. domino sancto, in verb. necesse sit, 50. dist.* permissa, ea est, quæ rationabiliter, & non necessariò fit, ut, quando fit propter prærogativam meritorum, quam solus Princeps in genere quisque suo in duplicibus exercet, & Episcopus in simplicib. Host. *in sum. de fil. presb. circ. fin. vers. alia rationabilis*, & in quibus Papa, in quibus verò Episcopus possit dispensare, *infra patebit.*

Papa † in omni casu, & impedimento à jure humano, sive positivo inducto dispensare potest, quia est loco Petri, *c. quoniam vetus, 24. q. 1.* & Vicarius Jesu Christi, *cap. 1. 2. & 4. de translat. Episc.*

Et potest etiam † ex causa, sua constitutione, vel rescripto, jus divinum interpretari, & limitare, licet in totum tollere non possit, quia est immutabile, *clem. ne Romani, in princ. de elect.* Innoc. *in cap. 2. in fin. de bigam.* & Feli. *post alios, quos citat. in cap. quæ in ecclesiarum, num. 19. de constit.* & in pluribus † solus Papa potest dispensare. 5

Primò † in pluritate Episcopatuum, 6
aut quorumcunque aliorum beneficiorum curam animarum habentium, aut aliàs personalem residentiam requirentium, quæ sunt incompatibilia, *ut cap. sanctorum, 70. dist. cap. de multa. de prabend. cap. ordinarii, de off. ord. in 6. cap. execrabilis, §. quia verò, in extravag. com.* & Concil. Trid. *cap. 2. 4. & 5. sess. 7. de reform.*

Secundò † ad plura beneficia, quàm duo simplicia, etiam quantuncumque tenuis redditus, solus Papa dispensare potest. conc. Tridentin. *cap. 17. de reform. sess. 24.* & ita fuit à sacr. congregatione

tione Cardinalium decisum, *ut in decis. sub. num. recollectis mihi, 97. & melius. 862.*

8 Tertiò † illegitimos ad ordines sacros, pensiones, Episcopatus, parochiales, canonicatus, & alia quæcunque beneficia; non tamen, quo ad unum simplex, & ordines minores, pro quibus potest Ordinarius dispensare, solus Papa dispensare potest, *cap. cum vintonien. ext. de elect. & cap. 1. & 2. de fil. presb. in 6.*

9 Quartò † solus Papa dispensat cum simoniaco in simonia scienter commissa, vel ratam habente, sive sit in ordine, sive in beneficio, *cap. erga simoniacos, 1. quæst. 1.* & quicunque detestabile crimen simoniacæ pravitatis commissæ convictus fuerit † in consequendis ordinibus 10 eo ipso ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis est suspensus, ultra alias pœnas, quas incurrit, de quibus per Pium V. in Bull. *c. 5. §. & ut simoniacè.*

11 Quintò † regulariter solus Papa dispensabat cum eo, qui post excommunicationem, sive Episcopus, sive presbyter, aut diaconus foret, præsumpsisset facere oblationem, vel matutinum, aut vespertinum sacrificium, quasi in officio suo vellet agere, sicut prius, capit. si quis Episcopus damnatur, juncta gloss. *inver, alia. & cap. seq. 11. q. 3.*

12 Sed hodie † ex sacri concilii Tridentini dispositione, etiam Ordinarius potest, ut infra demonstrabitur, dummodo casus sit occultus, *ut cap. 6. de reform. sess. 24.*

13 Sextò † super defectu ætatis ad obtinendum dignitates, beneficia, & suscipiendum ordines, *cap. nemo deinceps, de elect. in 6.* quæ ætas est etiam præfinita à sacrò concilio Tridentino, *ut in cap. 12. de reform. sess. 24. cap. 6. & cap. 12. de reform. sess. 23.* & cum † Papa solus sit supra concilium, soli Papæ est talis dispensatio reservata. 14

Septimò † Papa solus dispensare potest, ut qui regimen parochialis ecclesiæ 15 suscepit, intra annum à sibi commissi regiminis tempore numerandum, non se faciat ad sacerdotium promoveri, *cap. licet canon. cum sequenti eodem titul. in 6.*

16 Octavò † solus Papa dispensat, ut quis in absentia ex causa percipiat distributiones quotidianas, quæ alias regulariter canonicis, & aliis beneficiatis, & clericis ecclesiarum, qui officiis in ipsis intersunt, non autem absentibus sunt distribuendæ, *cap. unic. de cler. non resid. in 6.* & concil. Tridentin. *d. cap. 12, de reform. sess. 24.*

17 Quæ regula primò limitatur, ut † non habeat locum, ubi dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis, de jure, vel de consuetudine, jurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra civitatem in diœcesi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, quia tunc pro tempore, quo in curata ecclesia residerit, ac ministraverit, tanquam præsens in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis, ac divinis interesse habendus: concil. Tridentin. *cap. 3. vers. quòd, si alicui, de reform. sess. 22.*

18 Limitatur secundò, ut non procedat in

in canonico pœnitentiario, qui, dum confessiones in ecclesia audit, interim præsens in choro, & processionibus, ac exequiis defunctorum, quæ eo tempore fiunt, habetur, & distributiones non amittit, *cap. 8. in fin. de reform. sess. 24.* & ita super eod. cap. fuit à sacra congregatione concilii decisum, *ut in decis. penult. super eod. cap. facta.*

19 Tertiò limitatur † in canonicis præpendam theologalem habentibus, qui illis diebus, quibus habent lectiones, licet sint absentes pro præsentibus etiam, quo ad distributiones quotidianas, habentur, concil. Tridentin. *cap. 1. sess. 5. de refor.* & congregatio concil. *super cap. 8. sess 24. decis. 2.* & licet concil: Trid. *in d. cap. 1.*

20 Loquatur † de Lectoribus, dum publice Theologiam in scholis docent, tamen idem est judicium de docentibus in cathedralibus; ut per eandem sacram congregationem fuit decisum, *in decisionibus sub numer. recollectis, decis. mihi 611.*

21 Quartò †limitatur in infirmis, qui morbo impediente, non possunt divinis officiis personaliter interesse, *ut cap. unic. de cler. non resid. in 6.* etiam si quis ex propria culpa fuerit vulneratus, aut in morbum gallicum, vel alium inciderit, quia, quamvis propria culpa esset impeditus, hoc tamen impedimentum, nec à jure, nec ab homine, sed ab ipso solo Deo illatum fuit & ita cont. Philip. Prob. tenet Covar. *in lib. 3. var. resolut. cap. 13. n. 8. vers 7 quotidianæ*, & in simili videtur 22 famulo † infirmo salarium esse præstandum, etiam eo tempore, quo est ægrotus, per *l. arboribus, §. de illo.* & ibi gloss. in *ver. ægrotante, ff. de usufruct.* quæ tamen gloss. opinio, quo ad famulum ægrotantem, non est vera, sed solùm tenetur dominus famulo ægrotanti cibaria, ac modicas, & tenues expensas subministrare, Bart. *in l. si cum dotem, §. sin autem, ff. solut. matr. & in l. in rebus, ff. commod.* Abb. *in cap. 1. num. 7. de cler. & ægrot.* & Covar. qui hanc opinionem verio. rem, & communem esse testatur, *in d. c. 13. vers. ex quibus.*

23 Quintò limitatur † in clerico absente propter urgentem necessitatem, vel evidentem ecclesiæ utilitatem, *cap. ex parte, il 2. de cler. non resid. cap. unic. eod. tit. in 6.* Covar. *eod. num. 8. vers 8. non tantum:* 24 & aliæ absentiæ causæ non excusant, † nec absentia à civitate causa pestis excusat, ut expresse tenet Rip. *in tract. de pest. 2. par. num. 145.* quem sequitur Covar. *d. n. 8. vers. 9. hinc.*

25 Sextò limitatur, † non habere locum, nec procedere in clerico iniuste carcerato, excommunicato, suspenso, vel in exilium etiam injuste condemnato, *c. super causa,* & ibi gloss. 2. *quæst. 5.* Cald. *in cons. 17. de præb.* Felin. *in cap. apostolica, num. 12. de excep.* Covar. post alios, quos 26 citat. *eod. num. 8. vers. 11. &* 12. sed † juste excommunicatus, carceratus, aut arrestatus distributiones quotidianas amittit, quæ ei justissime ob ejus culpam denegantur, glossa *in l. inter quos, §. damni, ff. de damno infect.* & Covar. *d. cap. 13. n. 8. vers.* 12. quia tunc sua culpa non residet, & propterea damnum patitur, quo casu intrat regula, ut damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, & non aliis imputare, *cap. damnum, de reg. jur. in 6 & l. quod quis, ff. eod. tit.*

Nonò

27 Nono † solus Papa dispensat ab irregularitate ex homicidio etiam casuali, & occulto proveniente, ut quis ad sacros ordines promoveri, & ecclesiastica beneficia obtinere possit, concil. Trident. *c.7.de reform.sess* 14.

28 Duodecimò † ab irregularitatibus ex delicto ad forum contentiosum deductis, provenientibus, solus Papa potest dispen-35 sare. concil. Trident. *in cap.6.de reform. sess* 24.

29 Undecimò † irregularis propter membri alicujus mutilationem dispensari non potest, nisi à Papa, quia quo ad irregularitatem mutilatio homicidio comparatur, glos. *in clem. in ver. mutilet. de homicid.*

30 Duodecimò † qui caret oculo est ir-36 regularis, ita quòd ad Sacerdotium promoveri non potest sine Sedis Apostolicæ dispensatione, *cap. si evangelica, 55. dist.*

31 Decimotertiò † Papa solus dispensat ab irregularitate, quæ contrahitur ex defectu perfectæ lenitatis, dictando sententiam continentem pœnam sanguinis, qua sequitur mors, vel mutilatio, aut illius executioni auctoritative intereßendo, *c. sententiam sanguinis*, ubi Abb. *numer.* 1. & 11. *& ibi* Innoc. *ne cleric. vel mon.* & Navar. *in cap.* 27. *de quart. spe. irregul. numer.* 209. *&* 210. *tom.* 3.

32 Decimoquartò † leprosi, morbo caduco laborantes, ac à dæmone obsessi, etiam, si semel amentes, lunatici, imbecilles, deformes, furiosi, æquali etiam infirmitate
33 corporis † oppressi, quæ notabile scandalum usui ordinum præbeat, sunt irregulares, & à Papa solo possunt dispensari, *cap. maritum, 33. dist. cap. percußio, 7. qu.* 1. *cap. derectoribus, & c. ex parte, de cler ægrot.* Navarr. *in cap.* 28. *num.* 202. *&* 203. & Graff. *decis. aur. cap.* 23. *par.* 1. *lib.* 4. *numer.* 29. *&* 47.

34 Decimoquintò † cum bigamo, qui per bigamiam irregularis efficitur, *cap. debitum*, & ibi glossa *in verbo, sacramentum, de bigam.* solus Papa dispensat ad beneficia, & ordines suscipiendos, etiam, † ut fratres milites SS. Mauritij, & Lazari, cum secunda conjuge, vel cum vidua, matrimonium contrahere possint, nam cum unica, & virgine tantùm sine dispensatione Apostolica matrimonium contrahere valent, ut in privilegiis Greg. Papæ XIII. eidem ordini concessis, *in vers. qui milites.*

Quo † verò ad minores ordines, etiam Episcopum cum bigamo posse dispensare, tenet Sot. *in* 4. *sentent. dist.* 27. *quæst.* 2. *art.* 3. & Graff *decis. aur. dicto cap.* 23. *nu.* 38. & alij, quos hic recensere odiosum esset, quia contrarium est verius per text. *in cap. unic. de bigam. in* 6 ubi etiam doct. & concil. Trident. *in cap.* 17 *in fin. sess.* 23. & ita *super eod. c. sequ.* verbis fuit decisum nempe, an Episcopus sua auctoritate ordinaria potuerit cum suo subdito viro bigamo, qui alias cum duabus virginibus, & successivis temporibus, quæ modò defunctæ sunt, matrimonium legitimum contraxerat, & consummaverat dispensare, ut possit primam tonsuram, & beneficia simplicia accipere, neque eidem conferre, prout contulit. Et dato, quòd non potuerit, an aliquas, & quas censuras & pœnas incurrit, tàm Episcopus, quàm qui fuit promotus: Sanctissimus D.N. Sixtus ex sententia congregationis respondit, quo ad primum non posse, quo ad secundum, significandum

Episcopo ipsum esse suspensum in collatione ordinum, itemque promotum suspensum esse ab ordinum executione, beneficiumque amisisse, & fructus perceptos suos non fecisse.

37 Decimosextò † solus Papa dispensare potest, ut filius immediate in ecclesia paterna succedat, *cap. fin. de fil. presbyter.* & glossa *in dicto cap. si Evangelica, in fin. 55. dist.*

38 Decimoseptimò † solus Papa dispensare potest cum illegitimis, criminosis, & ære alieno gravatis, ut ad religionem admitti possint, à qua sub gravibus pœnis prohibentur per constitutionem Sixti V. *quæ incipit, cum de omnibus, de anno 1587. sextò kal. Decembris etiam, in ult. lib. Bul. ejusdem Sixti*, & de qua per Graff. *eod. cap. 7. n. 65.* quæ tamen postea modificata fuit per Gregorium XIV. per constitutionem incipientem: circumspecta Romani, *de anno 1591. idibus Martij editam.*

39 Decimooctavò † in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, quæ extenduntur usque ad quartum gradum de jure canonico computan. solus Papa dispensare potest, non autem Episcopi, nec legati de latere in dictis gradibus possunt dispensare, *cap. non debet, de consanguinitate, & affinit.* Covar. *de sponsal. 2. par. 1. cap. 6. §. 9. in fin.* & conc. Trident. *cap. 5. de refor. matr. sess. 24.*

Prohibitio enim copulæ conjugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non excedit, *ut dicto cap. non debet*, unde puto errare eos, qui suis constitutionibus, decretis, aut alijs modis prohibent, ne in quarto, & quinto gradu sine Ordinarij licentia, aut declaratione matrimonia, quæ libera esse debent, contrahantur, quoniam hujusmodi impedimenta sunt contra expressum casum legis *eod. cap. non debet, & cap. cùm locum de sponsal.* nec sub prætextu scandali vitandi, quia matrimonia in quibus nullum penitus est impedimentum consanguinitatis, aut affinitatis, ad evitandum scandalum, possunt impediri, cum propter scandalum quandoque aliquid omittatur, quod de jure esset faciendum, *ut cap. 1. 91. dist.* & in his terminis procedit glossa, quam sequitur Abb. *in cap. super eo in verbo consuetudo, de cognat. spir.* non autem, quòd quintus gradus scandalum generet, & ad evitandum scandalum omni alio impedimento cessante debent Episcopi, ne matrimonia contrahantur, prohibere, ut post alios per ipsum citatos Felyn. *in cap. nihil num. 1. de præscript.*

40 Decimononò † in impedimento publicæ honestatis, quod primum gradum non excedit, & oritur ex sponsalibus validis contractis cum sponso prædefuncto, fratre illius, qui cum sponso, vel sponsa quondam fratris, vel sororis, vult matrimonium contrahere, *cap. ad audientiam, cap. sponsam, de sponsal.* concil. Trident. *cap. 3 de reform. matr. sess. 24.* & Pius V. in declaratione *super eod. c. 3.* in Bull. *cap. 62. solus* Papa dispensare potest.

41 Vigesimò † solus Papa in impedimento, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, de quo, *cap. quædam, cum sequ. 32. quæst. 7. & tot. tit. de eod. qui cogn. consang. uxor. su.* dispensare potest, & hæc affinitas in primò, & secundo tantùm gradu contrahitur, quibus matrimonium contrahendum impedit, & contractum dirimit, in ulterioribus verò gradibus matrimonium postea contra-

ctum

ctum non dirimitur. concil. Trident. *c.4. de reform, matr. ead. sess. 24.* & Pius V. *in declar. de qua in* Bull. Rom. *c.24.*

42 Vigesimoprimò † in impedimento cognationis spiritualis, quod oritur tantùm cum patrino, & matrina de baptismo suscipientes, inter baptizatum ipsum, illiusque patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, & baptizatique patrem, & matrem, *ut c.2 ead. sess. 24. de reform. matr.* & Pius V. *in declarat.* in eod. Bull. *d. c.24.* solus Papa dispensare potest, & hæc conclusio, quòd in prædictis impedimentis solus Papa dispensare possit, 43 quæ est verissima, † fallit adveniente casu cum infrascriptis circumstantiis.

Prima erit circumstantia, quòd matrimonium jam sit contractum, & consummatum inter personas, quæ impedimentum ignorarent, quia, si sciviſſent impedimentum, spe dispensationis perpetuò carere debent. conc. Trid. *cap.5 de refor. matr. ead. sess 24.*

Secunda, quòd impedimentum sit occultum.

Tertia quòd si fieret divortium, verisimiliter scandalum oriri posset.

Quarta, quòd contrahentes sint adeò pauperes, ut non possint mittere, vel ire Romam ad Summum Pontificem pro dispensatione obtinenda, quo casu posset Episcopus dispensare. Sot. *in 4 sentent. distin. 37. qu. unic. artic. 2.* Sylvest. *in verb. dispensatio, §. 9.* Armil. *eod. vers. nu. 19.* & Navarr. *c.22. num. 85.*

44 Et contra concilium † generale, quando dispensandi subest legitima, & evidens causa, quòd possint etiam Episcopi, & Legati dispensare, tenet Staphil. *in tract. brev. numer. 21.* quæ tamen opinio non est vera, imò nec Episcopi, nec Legati possunt dispensare contra concilia generalia, ut tenet gloss. *in c. cum dilectus, in ver. in ætate, post med. de elect.* gloss. *2. in c. penultim. in fin. de fil. presb.* gloss. penult, *in c. dilectus, il 1. de præb.* Card. Jacob. *in tract. de conc. lib. 5. art. 20. nu. 3.* & Navar. qui testatur dictas gloss. esse communiter receptas, *in Manuali de orat. cap. 11. num. 24.* & eandem conclusionem firmat. Abb. *in cap. dilecto, nu. 5. de præb.* sed solus Papa potest contra concilium generale dispensare: &, quia quandoque dubitari contingit in impedimento 45 graduum inæqualium pro † dispensatione impetranda, an sufficiat remotiorem gradum à stipite, vel simul sit necessarium propinquiorem gradum, quo alter ex impeditis à stipite distat, exprimere, & quòd remotiorem gradum sufficiat exprimere, tenet Covarr. *de spons. par. 2. cap. 6. §. 10. numer. 12.* quia dicta Bulla, de qua in Bull. Rom. *cap. 23.* licet declaret, remotioris gradus sufficere expressionem, mandat tamen super propinquiori gradu litteras declaratorias obtineri, quod perinde est, ac si statuisset unica expeditione proximiorem, & remotiorem gradum esse exprimendum, & ita à curia Romana mens Pontificis fuit interpretata per stylum, qui inolevit, ut ubi litteræ dispensationis, ac postea litteræ declaratoriæ super proximiori gradu in gradibus inæqualibus essent expediendæ, unica Bulla super remotiori gradu dispensatur, & proximior, qui tamen exprimitur, declaratur non obstare, & hunc stylum spatio viginti annorum, & ultra, quibus Romanam curiam secutus fui, inconcusse semper servare vidi. Ita quòd, omissa expressione gradus proximioris ut sit quandoque per errorem, necessaria, sit re-

validatio cum litteris, perinde valere, & hæc in praxi sunt satis nota non solum in Urbe, sed ubique in foro Episcopali, & quòd super proximiori gradu inæquali expedirentur litteræ declaratoriæ attestatur Philip Prob. *in rub. de cognat. spiritu. in 6.* quem citat. Covar. *d. n. 12. in fin.*

45 An autem, qui † propter impedimentum matrimonium sine dispensatione Apostolica contrahere non possunt, si post expeditionem, & datam supplicationis se carnaliter cognoscant, valeat dispensatio, & respondent aliqui, quòd sic, quia, nondum confectis litteris, valet dispensatio sola supplicatione expedita, & à tempore datæ, & expeditæ supplicationis incipit currere gratia, per rext. *in cap. si eo tempore,* & ibi glossa *in ver. cum tempore, de rescript. c. eum cui. de præben. ubique in 6. & c. eam te,* cum gloss. *in verb. data. ext. de rescript.* & valet gratia, nullo superveniente novo impedimento, sed licet gratia incipiat currere, ac valeat à data supplicationis, quæ probet, & perficiat gratiam: Cassad. *de pens. dicis. 2. num. 10.* tamen supplicatio est gratia informis ante confectionem litterarum, quæ non tribuit titulum perfectum. Rota. *decis. 20. n. 5. de concess. præb. in nov.* Ideo capientes possessionem beneficiorum vigore supplicationum, seu illorum transumptorum, & non vigore litterarum, fructus, quos ex illis pro tempore percipiunt, non faciunt suos, quinimmò ad beneficia in eisdem transumptis, seu supplicationibus expressa, perpetuò efficiuntur ipso facto inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum, in utroque foro tenentur, ut in constit. Paul. III. in Bull. Rom. *cap. 5. vers. nec non,* & Papa non dispensat, sed litterarum vigore mandat Episcopo, seu vicario, illius conscientiam onerando, quòd de supplicatis se diligenter informet, &, si per informationem eandem repererit, quòd preces veritati nitantur, super quo suam conscientiam onerat, tunc cum supplicantibus servata forma concilii Tridentini, quòd impedimento non obstante matrimonium contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo post modum remanere licite valeant, ipsius Papæ auctoritate dispensat, † unde est mandatum de dispensando, quod non habet vim dispensationis. Rot. *decis. 2. de fil. presb. num. 10. in nov.* & ideo per carnis copulam post datam supplicationis, † & ante dispensationis executionem incestum committunt, *cap. lex illa. vers. incestus, 36. q. 1.* & Diaz. *pract. crimin. cap. 78. in princip.* & cum in præsentatione litterarum pro dispensatione illarum vigore ab Ordinario obtinenda, res non sit integra, & dubitetur, an Episcopus possit dispensare cum incestuoso, licet possit, ut per Io. And. *in c. at, si clerici, §. de adulteriis,* quem sequuntur Abb. *ante num. 11.* & Felin. *num. 7. de jud.* tamen vigore dispensationis ab impedimento in dispensatione expresso tantùm dispensat, non autem super non expressis, † & super incestu absolvunt Episcopi etiam ex dispositione sacr. concil. Trid. *ut cap. 6. de reform. sess. 24.* sed non ad effectum validitatis dispensationis super non expressis.

47 48 49

50 Propterea regulariter † requiritur revalidatio per novam expeditionem, perinde valere, cum narrativa, quòd oratores, vesana libidine victi, antequam litteræ dispensationis Ordinario præsentarentur, se carnaliter cognoverunt, & dantur litteræ, perin-

perinde valere, revalidatoriæ cum absolutione ab incestu, & ita servat Dataria, & Cancellaria, ac viget Romanæ curiæ stylus, qui facit jus, & pro jure est servandus. Rota. *decis. 1. post. med. de fil presb. in nov. decis. 16. de consuet. & decis. 55. num. 2. 54 de concess. præb. in antiq.*

Vigesimosecundò † solus Papa super 51 quinque votis, nempè perpetuæ continentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusalem, ad limina Apostolorum Petri, & Pauli, & ad S. Jacobum in Compostella, dispensare potest, *ut per extra. & si dominici gregis, 2. de pœnit. & remiss.* & Navar. *in man. cap. 12. num. 75. vers 2 dicimus*, & aliis pluribus casibus, de quibus per Petr. à Mon. *de pot. Pont. sub rubr. de mo. resist. Pa. num. 10. tom. 13.*

Vigesimotertiò † solus Papa dispensare 52 potest à voto solemni per sacri ordinis susceptionem emisso, aut per solemnem professionem facto, glossa, *final. in cap. eùm ad monasterium*, & ibi Innoc. *num. 4.* & Abb. *num. 21. de statu monach.* Paris. *consil. 68. num 148 volum. 4.* Covar. *in cap. 2. nu. 10. & 11. de test.* & Felin. *in cap. si quando, num. 5. de rescript.* alii etiam casus dispensationis sunt specialiter Papæ reservati, *de quibus in cap. de voto.* Ultra casum prædictum dispensationis matrimonialis potest Epis. in pluribus casibus dispẽsare.

Primò † in irregularibus omnibus, & 53 suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, qui, ut supra, sunt Papæ specialiter reservati, concil. Trident. *in cap. 6. de reform. sess. 24.* & cum clerico ante legitimam ætatem promoto, postquam pervenerit ad legitimam ætatem, poterit Episcopus dispensare, tàm super irregularitate, quàm super suspensione, ex delicto tamen occulto proveniente, ut per sacram congregationem fuit decisum, ut in decis. *ult. super cap. 6. de refor. sess 24.*

Secundò † Episcopus potest illegitimos 54 dispensare ad minores ordines, & unum simplex beneficium, *c. 1. de fil. presb. in 6.* Gig. *de pens. qu. 17. num. 1.* & Feret. *cons. 185. num. 6.*

Tertiò, † licet regulariter unum bene- 55 ficium auctoritate ordinaria tantùm uni sit conferendum, tamen, si non sufficiat, potest Episcopus dispensative secundum conferre. conc. Trid. *d. cap. 17. de refor. ead. sess. 24.* etiam quòd sint sub eodem tecto, dummodo sint diformia, nec ambo personalem residentiam requirant, ut fuit de mense Augusti. 190. à sacra congregatione decisum, ut in decis. fin. *super cap. 17. de refor. sess 24.*

Quartò † potest Episcopus dispensare 56 super tribus denunciationibus ante celebrationem, & solemnizationem matrimonii faciendis, ex dispensatione sacri conc. quod inquit, nisi Ordinarius ipse judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur, quòd illius prudentiæ, & judicio sancta synodus reliquit, *ut in cap. 1. circa med de refor. matr. sess 24.*

Quintò † possunt Episcopi dispensare 57 ab omnibus votis, exceptis Papæ specialiter reservatis, glossa *in cap. at si clerici, in ver. minora, vers. alia est magis communis*, & ibi Innoc. *de jud.* glossa *in cap. ex multa, in verbo incumbit. de voto.*

Sextò † potest Episcopus contra consti- 58 tutiones suas, ac synodalia, & alia ipsius decreta dispensare, quia potestas dispensandi commensuratur à potestate statuendi, &

pœnam imponendi, & in omnibus casibus, in quibus quis potest statuere, & punire, potest & dispensare Borga. *de irregul. & dispensat. part. 3. de dispens. cont. gen. in fin.* & Felin. *in §. de adulteriis, num. 6. de jud.* & breviter perstringendo Episcopis † licet in omnibus casibus dispensare, illis exceptis, in quibus Papa prohibuit, sibi specialiter reservando, & 114. casus Papæ specialiter reservatos posuit Borga. *eod. tract. de irreg. par. 3. concl. 4 & par. 6. qui cleric. vel nov. num. 8. cum seq.* & Io. Dedeo posuit casus. 121. in quibus Episcopis est permissum dispensare, quem sequitur Specul. *in rubr. quid sit irregularitas, & sub §. nunc de Episcoporum*, ad quos lectorem remisisse sufficiat. 59

Prælatus inferior † Episcopo, qui habet jurisdictonem, quasi Episcopalem, & alii inferiores in aliquibus casibus possunt dispensare, de quibus per Borga. & alios per ipsum citatos, *in d. tract. de irregulari. & dispens. sub rub. de dispens. cap. sed. vag. de dispensat.* & Abb. *de dispens. per ingress. relig. par. 3.* & Felin. *in d. §. de adulterii, n. 11. de jud.* & hæc, quo ad dispensationes, quæ auctoritate ordinaria fieri possunt. 60

Auctoritate delegata, dispensant † Legati de latere, Nuncii, & alii, quibus per delegationes conceditur facultas dispensandi, qui fines delegationis excedere non possunt, *l. diligenter ff. mand. l. si procuratori. C. de procur. cap. cùm dilecta, de rescript. cap. nisi specialis, ext. de offic. leg. & cap. 1. de offic. leg. in 6.* 61

Dispensationis effectus † primus est, ut digne recipiantur sacramenta ecclesiastica, & beneficia, cum nullus in mortali peccato regulariter debeat promoveri, nisi peracta pœnitentia, *cap. multi. 30 dist. cap. illud, 50. dist. & cap. audi. 11. q. 3.* 62

Secundus dispensationis effectus est, ut jam promotus, qui peccavit mortaliter, cùm suum officium exequi nequeat, quia est suspensus, post dispensationem officium suum licite exequi possit.

Tertius, quòd beneficium, quod aliàs licite obtineri non potest, per dispensationem licite retineatur.

Quartus effectus est, ut super crimine, de quo quis fuit dispensatus, accusari non possit, ut per Host. *in sum. de dispensat. §. quis sit effectus, usque in finem.*

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium est duplex: spirituale, & carnale.

2 Matrimonium in Paradiso à Deo fuit institutum.

3 Matrimonium duabus ex causis principaliter contrahitur.

4 Sacramentum triplex in matrimonio carnali copula consummato designatur.

5 Ma-

5 Matrimonium, unde dicatur.
6 Matrimoniales causæ à judicibus ecclesiasticis sunt decidendæ, & terminãdæ.
7 Matrimoniales causæ sunt privilegiatæ.
8 Paupertas quandoque prodest.
9 Paupertatem Deus esse voluit, & quare.
10 Paupertatis privilegia plura sunt, & quæ.
11 Matrimonialis status virginitatis, vel cœlibatus statui anteponi non potest.
12 Matrimonij bona sunt tria, fides, proles, & sacramentum.
13 Matrimonia libera esse debent, & cogentes invitos ad matrimonium contrahendum anathematis pœnam, ipso facto incurrunt.
Matrimonia decentiùs cum parentum consensu contrahuntur.
14 Sponsalia largo modo, quid comprehendant.
15 Sponsaliorum propria significatio sunt futurarum nuptiarum promissiones, quas de futuro appellamus.
16 Sponsaliorum duæ sunt species.
17 Sponsalia quomodo recte contrahantur.
18 Sponsalia per verba de futuro, an per carnis copulam subsecutam transeant in matrimonium.
19 Cogere an possit Episcopus renuentem ex sponsis ad observantiam sponsaliorum.
Puellæ quomodo sibi cavere debeant.
20 Sponsalia ante legitimam ætatem contracta per verba de præsenti, an transeant in matrimonium.
21 Metus à judice, an inferri possit.
22 Nuptiæ coactæ infelices exitus parere solent.
23 Matrimonia, consensu deficiente, sunt nulla.
24 Sponsalia sub conditione contracta, an sint nulla.
25 Iuramentum à loquela apud Deum, an differat.
26 Promissione nuda in foro contentioso, quis cogi non possit.
27 Sponsaliorum vi juratorum de futuro promittens ad solemnizandum matrimonium cogi potest.
28 Sponsalia contrahens per verba de futuro, an teneatur per verba de præsenti contrahere.
29 Sponsalia pluribus modis solvuntur.
30 Verbum, liberum, quid importet,
31 Matrimonium qui contrahere legitime possint.
32 Impuberes plures liberos procrearunt.
33 Matrimonium inter Beatam Mariam, & Ioseph fuit sanctum, ex sanctitate Sacramenti.
34 Matrimonium carnale est triplex.
35 Matrimonia clandestina sunt rata, & non legitima.
36 Sponsalia de futuro à conc. Tridentino fuerunt intacta.
37 Matrimonia inter puberem, & impuberem contracta habent vim sponsaliorum de futuro.
38 Matrimonia, quomodo sint contrahenda.
39 Matrimonia solemnizare potest parochus nondum sacerdos.
40 Matrimonium contrahentes sine parocho, sed tantummodo testibus præsentibus, graviter sunt puniendi.
41 Matrimonium ab impuberibus contractum non valet.
42 Matrimonium sine proprio parocho contractum est omnino irritum.

43 Ma-

41 Matrimonium contractum coràm clerico deputato à parocho non tenet.

44 Matrimonium contractum coràm presbytero, qui se putabat parochum, valet.

45 Matrimonium contractum, omissis denunciationibus cæteris solennitatibus servatis, valet.

46 Materia, & forma ad essentiam matrimonij sunt necessaria.

47 Matrimonium est res simplex, & individua.

48 Matrimonia, præsente parocho, in privatis domibus possunt celebrari.

49 Matrimonium contrahere volentes ad quid hortentur.

50 Denunciationes ante matrimonij celebrationem, an semper fieri debeant.

51 Iudicium, verbum, an pro voluntate habeatur, & 52.

52 Dispensationes denunciationum matrimonialium, quando sint concedendæ.

53 Denunciationes matrimoniales, an semper fieri debeant.

54 Denunciationes matrimoniales, quando omitti possint.

55 Denunciationes matrimoniales Abbates, etiam jura Episcopalia habentes, remittere non possunt.

56 Nuptiarum solemnitates certis anni temporibus prohibitæ sunt.

57 Matrimonia quocunque tempore contrahi possunt.

58 Matrimonium inter absentes per procuratorem contrahi potest.

59 Matrimonium pluribus ex causis impeditur.

60 Votum est duplex, scilicet, simplex, & solemne.

61 Cognatio est triplex scilicet, carnalis, spiritualis, & legalis.

62 Matrimonium contractum in gradu prohibito non tenet.

63 Procurator ad suscipiendum puerum de baptismo, an sibi, vel mandanti cognationem acquirat.

64 Actus quilibet per procuratorem potest explicari, nisi fuerit à jure prohibitus.

65 Obligatio non oritur sine consensu.

66 Pueros de sacro fonte suscipientes fiunt apud Deum illorum fidejussores.

67 Fieri possunt per procuratorem in actibus non præjudicialibus, quæ quis facere potest per seipsum.

68 Cognatio spiritualis in baptismo quando contrahatur.

69 Cognatio spiritualis in privato baptismo contrahitur.

70 Cognatio spiritualis post baptismum domi collatum, ex solemnitatibus, qui in ecclesia fiunt non contrahitur.

71 Cognatio spiritualis inter quos contrahatur.

72 Decretum irritans quid operetur.

73 Cognatio legalis quæ sit.

74 Crimen matrimonium dirimens, quale.

75 Affinitas ex fornicatione impediens, primum, & secundum gradum nō excedit.

76 Adulterium quomodo matrimonium impediat.

77 Cultus disparitas, quid sit.

78 Vis, & metus, quādo matrimoniū dirimāt

79 Matrimonium inter raptorem, & raptam, quando sit nullum.

80 Raptores, & illis auxilium ferentes, vel favorē, sunt ipso jure excommunicati.

81 Vis, & metus, si fuerit dubius in puella, ea est separanda.

82 Puella, quo casu sit sequestranda.

83 Matrimonio per vim, & metum celebrato, an solemnitates sint iteranda.

84 Clau-

84 Clausula in dispensationibus, dummodo propter hoc mulier rapta non fuerit, quid operetur.
85 Ordines qui ad contrahendum impediant, & contractum dirimant.
86 Ordo sacerdotalis in Orientali Ecclesia solùm impedit contrahendum, sed contractum non dirimit
87 Ligamen, vinculum est prioris matrimonij.
88 Mors mariti, quomodo sit probanda.
89 Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, quando oriatur.
90 Impedimentum publicæ honestatis cum mente capta, an contrahatur.
91 Matrimonium inter puberes, quomodo valeat.
92 Matrimonium per verba de præsenti contractum, & non consummatum non inducit impedimentum affinitatis.
93 Honestatis publicæ impedimentum etiam oritur ex matrimonio rato, & non consummato.
94 Affinitas ex qua causa proveniat.
95 Honestatis impedimentum quod primum gradum excedit, quale.
96 Catharinæ Austriacæ matrimonium cum Henrico Anglorum Rege.
97 Impedimentum ex solùm rato matrimonio proveniens publicæ honestatis appellatur.
98 Matrimonium ratum, & consummatum, & ratum tantum differunt.
99 Furiosus matrimonium contrahere non potest.
100 Furiosi matrimonium, & contractus quando valeant.
101 Affinitas, quid sit.
102 Impotentia naturalis, qua.
103 Impotentia accidentalis, quæ dicantur.
104 Impotentia propter maleficium, quando dirimat matrimonium.
105 Maleficiati quomodo hortandi.
106 Impotentia est frigiditas ad effectum dissolutionis matrimonij, quomodo probetur.
107 Impotentiam utrique conjugi confitenti minimè credendum.
108 Conditiones turpes, & impossibiles, favore matrimonij pro non adjectis habentur.
109 Conditiones quæ tacitæ insunt, nihil operantur.
110 Interdictum Superioris impedit matrimonium contrahendum, & non dirimit contractum.
111 Divortium, seu separatio inter conjuges ex pluribus causis fieri potest.
112 Divortium non ex levibus, sed legitimis causis, admittitur.
113 Fornicatione alterius conjugum divortium permittitur.
114 Infidelitate alterius conjugum, divortium quando admittatur.
115 Divortium concedi potest ex nimia viri sævitia.
116 Sodomitico vitio fieri potest divortium.
117 Vir, & uxor non ad imparia judicantur.
118 Vinculum conjugij inter fideles nunquam rescinditur.
119 Diuortia, quot modis intententur.
120 Alimenta, & litis sumptus, utrum uxori extra domum viri habitanti sint præstanda.

121 *Causa probabilis à muliere pro divortio alleganda.*

122 *Maritus potest mulierem verberibus modestè castigare.*

123 *Causa legitima allegata, licet dubia, quid operetur.*

124 *Maritus, quando teneatur præstare alimenta, & sumptus litis uxori secum litiganti.*

125 *Vxor propria auctoritate à viro sine causa discedens minime est alenda.*

126 *Causa legitima tantùm præsumpta obligat maritum ad alimenta, & ad sumptus litis.*

127 *Alimenta ante sententiam debentur.*

128 *Cautio præstita à marito de non offendenda uxore, quomodo intelligenda.*

129 *Bononiensium mulierc ularum nequitia.*

130 *Maritus, quando cautionis præstitæ pœnam incurrat.*

131 *Præceptum judicis, & cautio modo declaratur.*

Fidejussio præstita à marito, quomodo intelligenda.

132 *Matronarum, & aliarum mulierum Bononiensium laus.*

133 *Virginem seducens, ad quæ teneatur.*

134 *Lex ad quid stupratorem obliget.*

135 *Dos sine matrimonio esse non potest.*

136 *Dotis cessante causa, dos & cessare debet.*

137 *Ratio est anima legis.*

138 *Dos debetur in pœnam stupri.*

139 *Dos, quare marito detur.*

140 *Restitutio gloriæ, & famæ, à quo facienda.*

141 *Dotis quantitas juxta facultates deflorantis, & dignitatem puellæ esse debet.*

142 *Deflorans virginem ad majorem dotem obligatur.*

Virginitas est secunda dos.

143 *Puella, virginitate amissa, plurimùm perdit.*

QUIA supra visum fuit de dispensationibus, & impedimentis consanguinitatis, affinitatis, & alijs, quæ ad effectum matrimonij celebrandi per dispensationem sæpe tolluntur, de aliis impedimentis, & quomodo sponsalia contrahantur, & matrimonia celebrentur, nunc videre contingit, ad quorum explanationem, primò præsupponendum est, quòd matrimonium sit duplex, † spirituale, & carnale, *cap. unic. de vot. & vo. redempt. in 6.* Matrimonium carnale est viri, & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens, *instit. de patr. pot. in princip. l. 1. ff de rit. nuptia. 27. quæst. 2. cap. 1. 29. quæst. 1. cap 1, §. 1. cap. illud, in fin. de præsumpt.* & concil. Tridentin. *doct. de sacr. matrimon. in princip. sess. 24.*

2 Et in paradiso † à domino nostro ante peccatum fuit institutum Genes. *cap. 2 in fin. cap. sicut, §. his ita, 32. quæst. 2. cap. fraternitatis. 35. qu. 10. cap. debitum. de bigam. non ord.* & conc. Trident. *can. 1. de sacr. matr. d. sess 24.*

3 Matrimonium † carnale duabus ex causis principaliter contrahitur, sobolis, scilicet, suscipiendæ, & fornicationis evitandæ, *cap. sicut, §. his ita, cap. quicquid. 32. quæst. 2.* & Hostien. *in sum de matrimon. §. & quare,*

& quare numer. 19. Est enim unum ex septem Sacramentis Ecclesiæ, à Christo domino institutum. Qui autem aliter credit, anathema est, *cap. ad abolendam in princip. de hæret. & d. can. 1. de sacr. matrimon.* Nec post contractum regulariter dissolvi potest, quia quos Deus conjunxit, homo non separat, *Matt. cap. 19. & Marc. cap. 10. cap. quos Deus, 33. quæst. 2.* Lap. *alleg. 86 in fin.* Jas. *in l. ait. prætor. numer. 25. ff. de jureiur. & concil.* Trident. *doct. de sacr. matr. vers. quos ergo, ead. sess. 24.*

4 Triplex enim † designatur Sacramento mysterium in matrimonij carnali copula consummati, primùm est unio fidelis animæ ad Deum per dilectionem, & charitatem, & hoc designatur per conjunctionem animorum in ipsa prima desponsatione, dum alter per mutuum consensum, consentit in alterum, & designat charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum, & justam animam, *cap. debitum, in princip. junct. in ver. Sacramentum, de bigam.* secundum est unio humanæ naturæ ad Deum, quæ facta est in utero virginali per incarnationem Verbi Dei, & hoc designatur per carnalem conjunctionem viri, & uxoris, reliquum verò designat conformitatem, quæ constit in carne inter Christum, & sanctam Ecclesiam. Bellarm *in 4. controv. pen. lib. 2. de monach. c. 38. §. porro id.* primum enim est unio voluntatis, secundum est naturæ conformitas, tertium Sacramentum est unitas Ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & uni viro Christo subjecta. Hoc autem Sacramentum designatur per illum conjugatum, qui unicum tantùm matrimonium servavit: sed, ubi secundum matrimonium contrahitur, hoc tertium Sacramen. non habet locum, quia recedit ab illa unitate, quæ primò signabatur per unicum matrimonium, quia in secundo matrimonio dividit carnem suam in plures, unde unitatem jam signare non potest, Christus enim signat unitatem ex omnibus gentibus, sed ex quo Ecclesia Christo se conjunxit, ab eo nunquam discessit, nec ipse ab ea; ergo bis conjugatus talem unitatem significare non potest, gl. *in d. c. debitum, in verb. Sacramentum, de bigam.*

5 Dicitur enim matrimonium † à matre, & munium, quasi matris officium, quod dat mulieribus esse matres, quibus filij ante partum sunt onerosi, in partu dolorosi, post partum laborioſi; & ex hoc legitima conjunctio maris, & fœminæ magis matrimonium, quàm patrimonium nuncupatur, *c. 2. de convers. in fid.*

6 Matrimoniales causæ † ad judices ecclesiasticos spectant, per quos sunt decidendæ, & terminandæ, *cap. multorum, 35. qu. 6. cap. 1. in fin. de consang. & affin. cap. exauditis, de præscript. & cap. accedentibus, de excess. prælat.* contradicentes verò anathematis pœnam incurrunt, d. can. fin. de sacr. matr. nec cuilibet judici ecclesiastico committi debent, quia, cùm sint arduæ, ut tradit Abb. *in cap. mulieri n. 6. de jurejur.* non per inferiores, sed ab Episcopis tantùm sunt cognoscendæ, concil. Trident. *c. 20. vers. ad hæc causæ, de reform. ea sess 24* ita quòd principaliter, neque incidenter per judices laicos possint tractari *d. c. multorum,* & plane Farinac. *in praxi crimin. tom. 1. par. 1. q. 8. numer. 149.*

7 Nam matrimoniales causæ adeò sunt privilegiatæ, ut, duobus litigantibus, si extra Provinciam causa committatur, & pars, contra quam erit commissa,

paupertatem allegaverit, & verè probaverit, non teneatur extra Provinciam litigare in secunda, nec in tertia instantia nisi altera pars alimenta, & sumptus litis velit
8 subministrare, *ut in d. cap.* 20. † Et hic erit unus ex casibus, quibus paupertas quandoque prodest, præterquàm quòd septem bona confert, scilicet, peccatorum recognitionem, virtutum conservationem, cordis quietem, desiderij impletionem, spiritualem bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cœlestem hæreditatem, B. Thom. *super Isaia, c.* 48. additur etiam, quòd gloria Episcopi est, pauperibus opibus providere, & ignominia sacerdotis propriis studere divitus, Crates enim ille Thebanus homo ditissimus, cùm ad philosophandum Athenas pergeret, magnum
9 auri pondus abjecit, neque putavit se posse & virtutes, & divitias simul possidere. Nec paupertas est contemnenda quia eam Christus dedicavit *cap. gloria Episcopi. §. socrates. 12. quæst. 2.*

Deus enim paupertatem esse voluit,
10 † ut sustinentes per patientiam coronarentur, & divites in ipsis mererentur, *cap. sicut bi §. nunquid iniquus. 47. dist.* † Plura enim sunt privilegia paupertatis, nam pauperi non prosequenti appellationem paupertas est iusta causa dandi biennium, & si non solvat onera, eidem redditur jus, non obstante statuto disponente, quòd non solventi onera non reddatur jus. Pauperi per administratorem Reipublicæ potest remitti collecta, & per clausulam, & quosdam alios, pauperes conveniri non possunt: pauperibus cum Rege litigantibus Rex administrat advocatum, & propter paupertatem onus cautionis remittitur, Bald. *in l. magis puto, §. in primis, nu. 2. ff. de reb. eod. qui sub tut.* & Felyn. *in cap. significantibus. In. 5. de off. deleg.*

11 Conjugalis tamen † status, virginitatis, vel cœlibatus statui anteponi non potest, quia melius, & beatius est manere in virginitate, vel cœlibatu, quam matrimonio jungi. *cap. nuptiarum. §. in conjungali. 27. q. 1. cap. sic enim. §. quoniam ergo. 28. qu. 1. cap. nuptiæ. 32. qu. 1. cap. commissum. de sponsal.* & concil. Trident. *can. 10. de Sacram. matr. sess. 24.* Etenim matrimonium non concubitus, sed solus consensus facit. *c. matrimonium, & cap. sufficiat. 27. quæst. 2. c. cum locum, de spons. §. nuptias itaque auth. de nupt. col. 4. §. illud. auth. quibus modis nat. eff. leg. l. fin. in princ. C. de repud. & l. nuptias. ff. de reg. jur.*

12 Matrimonij enim † tria sunt bona, fides, proles, & sacramentum, *cap. omne itaque, 27. quæst. 2. & eod. cap. sicut in fin.* & quamvis de jure civili ad contrahendum matrimonium consensus parentum necessarius videatur, institut. de nupt. in princ. tamen hoc est reprobatum, ita quòd filius-familias sine consensu parentum legitimè contrahere potest, nec patris consensus requiritur, gloss. *in cap. fin. in verb. parentum. 32. quæst. 2.* concil. Tridentin. *cap. 1.*
13 *in princ. de reform. matrim. sess. 24.* † quia matrimonia debent esse libera *dict. cap. fin. 33. quæst. 2. cap. cum locum, cap. requisivit, & cap. gemma. de sponsa.* Maxime tamen decet, quòd cum consensu parentum matrimonia contrahantur. Temporales namque domini, ac magistratus, qui mentis oculos terrenis affectibus, ac nimia cupidate excæcantes, viros, & mulieres sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis cogunt cum ijs matri-

matrimonium invitos contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscribunt, anathematis pœnam ipso facto incurrunt, *cap. nullus*, 36. q. 2. & concil. Trid. *c. 9. de reform. matr. ead. sess.* 24.

14 Sponsalia largo modo † non solùm de futuro, sed ipsam mutui conjugali consensus dationem, quam sponsalia de præsenti dicimus, ex quibus verùm matrimonium contrahitur, nuncupamus, *cap. conjuges, & cap. qui desponsatam.* 27. q. 4. *cap. 3. loco. de præsumo. c. 2. & cap. fi. de*
15 *sponsal.* † duo sed magis propria, ac frequentior sponsaliorum, & sponsorum significatio sunt futurarum nuptiarum promissiones, quas de futuro appellamus, *c. nostrates* 30. q. 5. *l. 2. ff. de sponsal.* S. Thom. *in 4. sent. dist.* 27. Abb. *in rubr. de sponsal. num.* 3. & ibi Felyn. *in princ.*

16 Duæ † enim sunt species sponsaliorum, una nuda, & simplex, quæ dicitur, cum sponsus sponsæ simpliciter promisit, quòd eam ducet in uxorem, & è converso, *c. ad audientiã, & c. fin. eo. tit* alia verò firmata, quæ fit arrhis intervenientibus, vel pignoribus loco arrharum datis, *ut l. fin.* & ibi Bald. *in princ. C. sponsal.* & licet à simplicibus sponsalibus pluribus ex causis absque incursu pœnæ recedi possit, ubi sponsalia sunt jurata, arrha intervenente, & parte petente, judex ad duplicatam restituendam tenetur condemnare resilientem sine causa, gl. *fi. in c. gemma. de sponsal. d. l. fin.* & Tiraquell. *in tract. constit. p. 3. limit. 26. num.* 4.

17 Recte autem † contrahuntur sponsalia per verba de futuro ab his, qui matrimonium contrahere possunt, sed inter personas, inter quas matrimonium est prohibitum, etiam dicta sponsalia censentur prohibita. *l. oratio. ff. de sponsal.* exceptæ ætate, de qua cum matrimonium ante pubertatem contrahi non possit, *cap. puberes. extra de desponsal. impub. cap. unic. §. idem quoque eod. in 6. & instit. de nup. in prin.* sponsalia tamen de futuro ante pubertatem septimo anno completo contrahi possunt; *c. litteras, & cap. accessit. eod. tit. de desponsal. impub.* Si verò ante septennium dicta sponsalia contrahantur, sunt nulla, nisi tacito consensu post septennium convalescant, *d. cap. accessit*, & gloss. 2. *in dicto cap. litteras*, & ibi Abb. *in cap. fin. & cap. duo pueri. eodem tit.* & tunc adveniente pubertate, potest etiam sine aliqua causa à prædictis sponsalibus recedi, *cap. de illis & cap attestationes*, & ibi Abb. *num. 5. de desponsal. impub.* & Covar. *in 4. lib. decret. Epit. 1. par. cap. 2. de ætat. ad sponsal. requis. num.* 2. si verò major septennio contrahit cum puella sex annorum, expectandum est, donec ipsa compleat septimum annum, *ut cap. de illis 1. cap. à nobis, & cap. duo de desponsal. impub.* & septennio expleto altero recusante judicio tamen Ecclesiæ poterunt sponsalia dissolvi. *d. c. de illu, § si verò*, ubi etiam gl. *in v. judicio, de desponsal. impub.*

18 Copula autem † carnali subsecuta, sponsalia præcedentia contracta per verba de futuro olim de jure communi transibant in matrimonium per verba de præsenti, *cap. veniens. il 2. cap. ii, qui fidem, de sponsal. c. de illu, & c. per tuas. de cond. appo.* nunc autem secus, quia etiam carnali copula subsecuta, non transeunt in matrimonium, sed efficiuntur pura, adeò quòd teneatur Episcopus cognoscere,
19 † an possit etiam per censuram ecclesiasticam cogere renuentem ex sponsalibus ad

obſervantiam ſponſaliorum, ut fuit per ſacram congreg. conc. declaratum *ſuper d. cap. 1. de reformat. matr. ſeſſ. 14. §. ſponſalia de futuro, & §. ſponſus qui*, ſed, ne
19 † ſuper ſponſaliorum, & promiſſionum obſervantia lites oriri contingat, aliaque famæ incommoda pati, puellæ, ne (ut ferè fit) deluſæ remaneant, maxime ſibi cavere, ac ſe à colloquio, & congreſſu virorum abſtinere debent, virginitatis dignitatem præ oculis habentes, ac moniti poetæ Catulli aſſidue memores, qui in Argonaut. inquit.

Tum jam nulla viro juranti fœmina credat.
Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles,
Qui, dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci,
Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt,
Sed ſimulac cupidæ mentis ſatiata libido eſt,
Dicta nihil metuere, nihil perjuria curant.

20 Neque ſponſalia † ante legitimam ætatem contracta, per verba de præſenti, ſervata forma concilii carnali copula ſequuta, tranſeunt in matrimonium, niſi poſt ætatem legitimam denuo eadem forma ſervetur, ut ibi *ſuper eod. cap. 1. ſub titulo Squilacen.*

Et cum libera debeant eſſe conjugia,
21 † neque à judice metus inferri debeat ſponſis, ubi agitur de coactione, ne eorum conſenſus auferatur, oportet, ut hæc ſit moderata coactio, dummodo ſponſalia non ſint rata, unde, ſi judex videat ſponſum ita obſtinatum eſſe, ut libere conſentire conjugio nolit, regulariter, potius monitione uti debet, quàm exactiſſima coactione, ex qua conſenſus ſecutus, nec liber eſſet, nec verè conſenſus dici poſſet, ſaltem ad hujuſmodi ſacramentum;
22 † atque difficiles, infeliceſque exitus è talibus nuptiis evenire ſolent, quæ quidem vitanda ſunt, ut inquit text. *in cap. requiſivit. de ſponſal.* quò judicibus eccleſiaſticis jungitur, ne forte eorum auctoritate, atque indiſcreta coactione
23 † matrimonia quæ nulla ſunt, deficiente conſenſu, adulteria forent, ut poſt Fortun. *in cap. 1. n. 30. de pact.* tenet Covar. *in cap. 4. 1. par. n. 4. & 5. eod. tit. de ſponſ.* cujus opinionem ſequi videtur, uti in judicando tutiorem, ſacra congreg. conc. *ſuper eod. cap. 1. de reform. matr. ſeſſ. 24. ſub titul. eadem. Meſſan. & §. qui promiſerunt.*
24 † Si autem fuiſſent ſponſalia contracta ſub conditione impoſſibili, vel turpi, dummodo non contra ſubſtantiam matrimonii, ſunt valida, quia tunc conditio pro non adjecta habetur, *d. cap. de illis, c. per tuas, & c. fin eod. tit.*

25 Deus autem † inter juramentum, & loquelam noſtram, nullam voluit eſſe differentiam. gloſſ. *fin. in cap. juramenti, 22. quæſt. 5.* gloſſ. *fin. in cap. clericus, de jurejur.* gloſſ. *in cap. 1. in fin. de pact.* Abb. *in cap. qualiter. circaſi. eod. tit.* Archid. *in cap. 1. de ſepult. in 6.* Card. Zaba. *in c. ad aures. in 4. quæſt. quòd me. cauſ. & in cap. debitores. de jurejur.* tamen ſolidius ſubſiſtit, ubi juramentum interponitur, & plus operatur Sacramentum quàm nuda promiſſio, *ut c. debitores de jurejuran. & d. gl. fin. 22. q. 5.* in foro autem con-
26 tentioſo † nuda promiſſione, quis cogi non poteſt, licet de jure canonico ex nudo pacto oriatur actio, ead. gloſſ. *fin. in c. juramenti 22. q. 5. c. 1. cap. qualiter. de*
27 *pact. & cap. judicante, de teſtam.* † ſed ex vi ſpon-

sponsaliorum juratorum de futuro promittens, ad solemnizandum matrimonium, sicut ante concilium cogi poterat, *ut in cap. ex litteris. 2. de sponsal. & matrim. & in decis. super d. cap. 1. sub tit. Venet. & Brixien. sess. 24.* quia sponsalia per verba de futuro sunt relicta à sacro concilio in illis terminis juris communis, in quibus erant ante concilium, *ut ibidem in decis. sub tit. Burgen.* ita quòd licet aliqui teneant, quòd, quamvis sponsalia non sint jurata, adhuc promittens cogi possit ad observandam promissionem, ut per Abb. *in d. cap. ex litteris. n. 3.* & Surd. *consil. 364. n. 8. 9. & 10. lib. 3.* communis tamen opinio est, quòd, cessante juramento, non sit locus coactioni, à qua ecclesia debet abstinere, ut post D. Thom. tenet Sylvester. *in Summ. in verb. sponsalia. q. 4.* & est text. *in cap. ex litteris de sponsal.* solemnizationi autem matrimonii debent præcedere tres denunciationes; servata forma d. decreti. *cap. 1. de reform. matr. sess. 24.*

28 Qui verò † sponsalia contraxit per verba de futuro, etiam sine juramento, si postea cum alia similia sponsalia, sine, vel cum juramento contraxerit, in foro conscientiæ tenetur cum prima contrahere per verba de præsenti, secus autem, si cum secunda, & non cùm prima fuerit matrimonium per verba de præsenti celebratum, quia tunc sponsalia præcedentia cum alia contracta solvuntur, *cap. si cui, & cap. si inter. de sponsal.* † solvuntur etiam sponsalia per verba de futuro, mutuo consensu contrahentium etiam si fuerint jurata, quia illud juramentum principaliter est præstitum ad commodum hominis, & ab homine remitti potest. *cap. 2.* & ibi gloss. fin. & Abb. *n. 3. & n. 5.* & Felyn. *n. 16. de sponsalib.* Fornicatione secuta sponsi, vel sponsæ sponsalia solvuntur, quia tunc non tenetur alter matrimonium contrahere, sed, si vult, erit absolvendus. gl. fin. *in cap. sic quippe. 27. q. 2. c. quemadmodum,* & ibi Abb. *n. 4. de jurejuran.* idem Abb. *in consil. 48. n. 1. vol. 1.* quod procedit, etiam si sponsa per vim fuisset cognita, quia, nec tunc vir cogi posset ipsam in uxorem ducere, *cap. raptor cum seq. 27. q. 2.* glossa *in d. cap. quemadmodum. in ver. oculos in fin.* quia nemo est cogendus ad contrahendam bigamiam. Joan. Andr. *in dicto cap. quemadmodum.* & ibi Abb. *n. 12.* & Imol. *de jurejur.* semper enim subintelligitur conditio, quòd promissio valeat, nisi sponsa fornicetur, *ut cap. quemadmodum, extra de jurejuran.* Absentia sponsi, si per orbem vagetur, & nescitur in quo loco sit, quo casu de jure civili tenebatur sponsa expectare per triennium, *ut in l. 2. C. de repud.* & si erat in Provincia, per biennium *l. 2. C. de sponsal.* sed de jure canonico, quod est servandum, sponsa non tenetur expectare virum per orbem vagantem, sed potest cum alio matrimonium contrahere, & non expectare, *cap. de illa, ibi, quod liberum erit mulieribus.* & ibi Abb. *nu. 2.* Cardin. & Præpos. de sponsal. verbum 29 enim † liberum, denotat, quòd non requiratur aliqua licentia, nec expectare teneatur gl. ff. *in clem. dudum. §. si verò idem, in verb. libere. de sepult.* Abb. *in cap. 1. n. 4. de off. ord.* & Dec. *in cap. quæ in ecclesiarum. num. 3. de constit.* lapsu temporis in sponsaliorum contractu constituti ad matrimonium contrahendum sponsalia per verba de futuro dissolvuntur,

tur, *cap. sicut desponsal.* quia, quando terminus adjicitur sponsalibus ad limitandam obligationem, & ad eam restringendam ita, ut elapso tempore expiret, tunc exinguitur obligatio. *l. si fidejussor. §. final. ff. mand. l. obligationum fere. §. 1. ff. de actio & oblig. l. damni, §. Sabini, ff. de dam. infect. gl. in d. c. sicut. in verb. ad statutum,* & ibi Abb. *num.* 11.

Per ingressum religionis, professione secuta, sponsalia per verba de futuro solvuntur, quo casu solvitur etiam matrimonium solemnizatum, & non consummatum *cap. commissum, de sponsal. cap. ex publico, & c. ex parte de convers. conjug.* & concil. Trid. *can. 6. de sacr. matr. sess* 32 24. propter lepram, vel deformitatem corporis supervenientem, *cap. quemadmodum, de jurejuran. & cap. litteras. de conjug. leprof.*

Dissolvuntur etiam sponsalia per verba de futuro, copula non subsecuta, per supervenientem copulam cum ea, quæ sponsæ est in primo, vel secundo gradu consanguinitatis conjuncta, conc. Trid. *in c. 4. de refor. matr. sess.* 24. Pius V. *in litteris, de quibus in Bull. Rom. cap.* 24. & sacra congreg. conc. *super eod. cap. 4. §. quidam contraxerat,* & pluribus aliis casibus, sequentibus versibus comprehensis. Lepra superveniens, furor, ordo, sanguis, & absens. Læsaq; virginitas, membri damnum, minor ætas. Et hæresis lapsus, fideique remissio prorsus, Sponsos dissociant, & vota futura retractant, gloss. *fin. in d. cap. sic quippe. 27. quæst. 2.*

31 Puberes matrimonium † legitime contrahere possunt, & ad matrimonium contrahendum requiritur plena pubertas, & quòd in masculo annus decimusquartus, & in fœmina duodecimus sit completus, vel saltem ultimus dies anni fuerit cœptus. Corn. *cons.* 116. *col.* 2. *in princip. vol.* 3. Dec. *consil.* 603. *num.* 4. & post Host. Io. And. & Butr. quos citat, Surd. *cons.* 364. *num.* 1. *lib.* 3. Nam de jure antiquo matrimonium erat validum inter proximos pubertati, si malitia supplebat ætatem, ut coire possent, *cap. puberes, & cap. de illis* 2. *de despons. impube. instit. de nupt. in princ.* & ibi add. ad gloss. *in verb. puberes.* Bar. *in l. pupillari in fin. ff. de vulg. & pup. substit.* & Bald. *in l. precibus. C. de impub. & al. substit.*

Plures enim dantur † casus, quibus impuberes liberos procrearunt. S. Hieron. *ep.* 75. *ad Ditamum* refert, quòd Salomon, & Acham in undecimo ætatis anno liberos procrearunt, & narrat S. Greg. *in suo dialogo* de quodam puero, qui in novennio nutricem prægnantem reddidit, ut refert gloss. *in cap.* 1. *quæst.* 1. & Abb. *in cap. puberes, num.* 3. *de sponsa. impub.* Qui enim generare potest impubes, ad matrimonium contrahendum pro pubere habetur, & si intra tempora pubertatis filios susceperit, pupillaris substitutio evanescit, Bar. *in d. l. in pupillari, n.* 8. & quò ad vinculū ante copulam matrimonium legitime contractum, est perfectum, & sanctum, ex sanctitate Sa- 32 cramenti, † ut fuit inter Beatam Mariam, & Joseph. *cap. beata, & c. conjux. cum seqq.* 27. *quæst.* 2. Et est Sacramentum à Deo institutum, quod dissolvi non potest ex supradeductis, gratiamq; confert, Ab. *in cap. cum in Ecclesia, num.* 2. *de simon.* qui verò matrimonium gratiam conferre negat anathematis pœnam incurrit, concil. Trident.

Tridentin. *canon. 1, de sacr. matrimon. sess 25.*

34 Matrimonium † aliud legitimum, & non ratum : aliud ratum, & non legitimum: & aliud legitimum, & ratum. Legitimum, ac ratum est, quod legitimo consensu in facie S. Matris Ecclesiæ contrahitur servata forma concilij Trident. *c. 1. de reform. matrim. sess 24. & c. fin. qu. 1.* Matrimonium legitimum, & non ratum est illud, quòd inter infideles legali institutione, vel Provinciæ moribus contrahitur, inter quos non est ratum, quia non est firmum sed est violabile, quia dato libello repudij licet eis ab invicem recedere, & alijs copulari, lege fori, & non lege poli, quam non sequuntur, *dicto c. fin. vers. legitimum.* Ratum, & non legitimum est illorum fidelium, qui contemptis omnibus solemnitatibus, solo affectu aliquam sibi in conjugem copulant, *ut in eod. c. fin. in fin.* quod est probatum, atque concubinatus potiùs, quàm matrimonium dicendum, ita quòd filii, qui ab eis nascuntur, non sint legitimi; quia inter catholicos nullum extat matrimonium, solemnitatibus non servatis, concil. Trid. *c. 1. §. qui aliter, de reform. matr. sess. 24.* & consummatum est quodlibet matrimonium carnali copula subsecuta, *c. super eod. de cond. appost.*

35 Rata verò, † & non legitima sunt etiam matrimonia clandestina, à sacro concilio prohibita, *ut dicto cap. 1. de reform. matr.* clandestine verò contrahentes carnali copula subsecuta, non possunt cogi ad invicem matrimonium solemnizandum, servata forma concilij. Si verò sponsalia per verba de futuro, cum juramento contraxerint, tunc servandum est jus commune, *ut in decis. super eod. cap. 1, §. qui contraxerunt.* Matrimonia enim hujusmodi clandestina à concilio prohibentur, non autem promissiones, quæ matrimonia præcedere solent, sed factæ sicut ante concilium sunt servandæ, cum sponsalia † de futuro à concilio fuerint intacta, & remanserint in dispositione juris communis, *ut super eod. cap. 1. fuit decisum, in decis. sub tit. Burgensat.*

36

37 An autem matrimonia † clandestina inter puberem, & impuberem, in sponsalia de futuro resolvantur, ex dispositione, *c. 1. de desponsat. impub. lib. 6.* sacra congreg. conc. censuit, hæc matrimonia resolvi in sponsalia de futuro, *ut in decis. super d. cap, 1. sub tit. Valentin. & alia. sub nu. 396.* proles vero suscepta in matrimoniis clandestinis, nisi servata forma concilij matrimonia convalidentur, erit illegitima, *ut ibid. super eod. fuit decisum, in §. quid de prole.*

38 Matrimonia contrahenda † in ecclesiis Parochialibus, sub quibus contrahentes commorantur, tribus festivis diebus, inter Missarum solemnia, tribus distinctis vicibus, à propriis contrahentium Parochis publicè debent denunciari, ut infra illum terminum, si aliquod legitimum obstet impedimentum possit propalari, ita quòd impedimento detecto, nec ad copulam, nec ad ulteriora procedatur, & si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ deveniatur; ubi parochus, & viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu per verba, vis, volo, intellecto, dicat, ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, *c. si inter de sponsal. c. cum inhibitio. de cland. desponsat.* & concil. Tridentin. *cap. 1. de refor. matr.*

matr. sess 24. Aliter autem quam parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium centrahere attentantibus, ad contrahendum omnino inhabiles redduntur, contractusque sunt irriti, & nulli, *ut in dicto cap. §. qui aliter.*

39 Verba enim præfata † sunt intelligenda etiam de parocho adhuc ad sacerdotium non promoto, nempe, quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi à jure ad faciendum se ad illud promoveri: juxta *cap. licet, de elect. in 6.* prout in dicta congregatione fuit resolutum, & Clemens VIII. approbavit, *ut ibidem super eodem cap. 1. fuit decisum in §. qui aliter.* Neque pertinet ad substantiam matrimonij, ut parochus aliqua verba proferat; ideoque valet matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum prolata sint tantùm à contrahentibus, dummodo parochus adhibitus à contrahentibus sit præsens, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat, & contradicat: nam præsentia parochi sufficiat absque ipsius parochi verbis: dicta congreg. *ibidem super eod cap. non pertinet, & §. Provinciæ ritum.* ideoque parochus est necessarius in celebratione matrimonij, ut licet denunciationes fuerint factæ, ac secuta copula, nihilominus matrimonium non tenet, si præsens non fuerit. Quòd si contrahentes sint diversarum porochiarum, sufficit, ut sit parochus, sive viri, sive mulieris, *ut ibidem super eodem cap. 1. sub titulo Civitatis Castelli, & Brundusin.*

50 Contrahentes † non præsente parocho, sed solis testibus, sunt graviter puniendi, & proles exinde susceptа illegitima est, nisi denuo legitimè contraxerint, *ut in declara. ibid. sub tit. Tergest. Aquilan. & Viterbien.* Contractum tamen etiam cum præsentia

41 † parochi, & testium matrimonium ab impuberibus, etiam servata hac forma, non valet, hac nempe ratione, quia, cùm essent impuberes, licet servaverint formam hic præscriptam, nihilominus matrimonium non tenuit, cum essent incapaces, & facti postea puberes tenebuntur iterum hanc formam servare, *ut ibidem super eo. c. 1. in declarat. sub titulo Meliten. & §. matrimonium contractum.*

Matrimonium autem, sine proprio pa-

42 rocho † contractum adeo est irritum, ut sustineri non possit, concil. Trident. *dicto cap. 1. §. qui aliter.* & decretum irritans ibi appositum annullat illud ipso jure, *c. si eo tempore, de elect. in 6. cum aliis supra allegatis.*

43 Neque † tenet matrimonium contractum coram clerico deputato à parocho, *ut tit. Venetiarum idem super eod. cap. 1.* est tamen validum illud matrimonium, quod celebratum fuit ab alio de consensu Episcopi tamquam à proprio parocho, etiam quòd Episcopus crederet, esse vocatum proprium Parochum, *ut ibidem sub tit. Amerin.* item, & de consensu vicarij, *ut ibidem super dicto cap. 1. sub tit. Cremonen. & §.*

44 *seu ordinarij*, quemadmodum † etiam valet contractum coram presbytero, qui se parochum putabat ex causa vicinitatis, aut alia verisimili, etiam si non fuerint factæ denunciationes in propria parochia, *ut tit. Patavin.* & contractum coram coadjutore, seu sacerdote deputato à coadjutore Vicarij constitutj, ab eo, qui habet curam animarum, *ut ibidem sub tit. Dromoren. & §. vicarij etiam, & §. matrimo-*

nium

nium. Qua forma *dicti cap. 1.* etiam inter hæreticos non servata, matrimonia contracta sunt irrita, si in parochia, ubi sponsi degunt, Conc. publicatum fuit, secus si non fuisset publicatum, *ibidem tit. Brixien. Daventin.* proprius quoque parochus sponsos etiam benedicere debet, non obstante quacunque consuetudine contraria, etiam immemorabili, *ut ibid. tit. Amerin. Brugnat.*

Denunciationes autem, si omitterentur, † per hoc matrimonium non esset irritum, servatis tamen cæteris requisitis, *ut ibid. in decis. sub tit. Augustin. Spoletan. & Bonon. & §. omissio denunciationum.*

46 Ad essentiam matrimonij duo † sunt necessaria, substantia, idest materia, & forma, gloss. *in cap. tua nos. in verb. nec forma, de spons.* & forma sunt verba exprimentia consensum de præsenti, vis, volo, alteroque dicente, ego te in meam accipio, & ego te accipio in meum, *dicto cap. si inter. eod. titulo* substantia est ipse consensus, ut dicta gloss. *in cap. tua*, & ibi Abb. *num. 10.*

47 & † quamvis matrimonium dicta duo exigat, est tamen res simplex, & individua, *27. quæst. 2. in princip. §. eos autem.* Benedictionem quoque à proprio parocho, vel alio sacerdote de licentia tamen Ordinarij, vel ipsius parochi, antequam conjuges ad matrimonij consummationem procedant, in templo suscipere debent, *cap. aliter, cap. nullus, cap. sponsus, & c fœmina. 30. quæst. 5.*

48 † Dummodo autem proprius parochus præsens sit, in privatis etiam domibus matrimonia possunt celebrari, licet maximè deceat, ut in Ecclesia celebrentur; ut in decis. Sacramen. Conc. *super dicto cap. 1. de reform. matr. sub tit. Segobien. &* Perusin. & consuetudo celebrandi matrimonium ante portam Ecclesiæ non est sublata à Concil. quod nec cogit ad illius observantiam, sed hortatur, *ut in eisdem decis. super eodem cap. 1. sub tit. Hieracen.*

Nam licet concilium Trident. *d. cap. 1. § præterea*, tantum hortetur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent, & propterea non videatur obligare, sed consulere, cum exhortatio liberam voluntatem excitet, & non obliget, *c. fin. in fin 4. dist.* gl. *in c. 1. vers. statuta*, & ibi Abb. *num. 9.* & Felyn. *num. 20. de constitut.* hortantur, ut in eadem domo non cohabitent, sed, quoad culpam, decreta antiqua non relaxavit, quæ propterea sunt reservanda, & hortantur, ne cohabitent, ut non solum abstineant à copula, sed, ut removeatur suspicio, quæ ex habitatione oriri potest, unde inducta in argumentum contrarium effectum operari non possunt, *l. legata inutiliter ff. de adim. legat.*

49 Hortantur † præterea contrahentes, ut antequàm contrahant, vel saltem triduo ante consummationem matrimonij sua peccata confiteantur, & ad sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ piè accedant, aliis laudabilibus consuetudinibus servari solitis omnino retentis, *ut in eod. c. 1. §. prostremò, de reform. matr.* ex quo colligitur mens sacri concilij, quod antiqua decreta laudabilia noluit immutare.

50 In matrimoniorum † celebratione prædictæ denunciationes semper fieri debent, nisi aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiosè impediri posse, quo casu, vel una tantùm denunciatione præcedente, vel saltem parocho-

& duobus, vel tribus testibus præsentibus, matrimonium est celebrandum, & ante illius consummationem debent fieri denunciationes, ut si subsint impedimenta, detegantur, nisi Ordinario visum fuerit, ut denunciationes remittantur, quòd illius prudentiæ, & judicio à sacro concilio fuit remissum, *ut in dicto c. 1. §. quòd si aliquando, de reformat. matr.* & quia ob varia impedimenta, pluribusque de causis licentiæ de contrahendo unica denunciatione pro tribus facta, & quandoque omissis denunciationibus, inter astantes in Ecclesia, vel etiam in domo à quampluribus requiruntur, dubitari potest, an Ordinarius illas concedere possit, cùm videatur, quòd sic, ex illis verbis *in d. §. ibi*, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ, & judicio sancta synodus reliquit.

51 Ideò, † cum ejus judicio relinquatur, illas ad ejus libitum concedere posse videtur, quia judicium pro voluntate habetur, glo. *in l. thais. §. Lutius 2. in verb. judicio. ff. de fideicommiss. liber.* & Bar. *in l. sic num. 2. ff de leg. 1.* & cum diversimodè per Ordinarios servetur, quorum aliqui licentias unicam pro tribus in Ecclesia passim concedunt, & plures etiam inter astantes admittunt, ab aliquibus non ita de facili; imò rarò, & non sine urgenti causa concedun-

52 tur, † puto, quòd non sine causa *in d. §.* expressa, vel alia, quæ animum Ordinarij movere valeat, ut quando probabilis adesset suscipio, matrimonium impediri posse, concedi possint, quia verbum, illius prudentiæ, importat arbitrium boni viri, *c. de precariis, cum seq. 10. qu. 2. c. 2. c. ne innitaris, de constit.* Abb. *in c. 1. nu. 18. de seq. poss & fruct.* & Jas. *in l. si sic, nu. 9 ff. de leg. 1.* hoc idem importat verbum, judicio; quicquid dixerint gl. & Bart. *supra* in contrarium, qui reprobantur per gl. *in c. tua, in vers. judicaverit, 36. q. 2.* Bart. qui se ipsum correxit, & glos. reprobavit *in extravag. ad reprim. in verb. videbitur, n. 4.* & Jas. qui alios citat, *in d. l. si sic. num. 7.* Ideo, facultati ipsis concessa debent Ordinarij uti arbitrio boni viri regulata ratione, *l. vir. bonus ff de judic. sol.* Bar. *in d. extravag. ad reprim. in ver. videbitur. nu. 2. in fin.* & Corn. *consil. 239. in princ. vol. 3.*

53 Regulariter † enim à proprio parocho tres denunciationes fieri debent, & limitatur regula, si aliquando probabilis fuerit suscipio matrimonium malitiosè impediri posse, & arbitrium Ordinariis concessum habebit locum in casu limitato, quo propterea ad libitum uti non licet, quia limitata causa limitatum producit effectum. *cum servo. in princip.* & ibi Bald. *ff. de contrahend. empt. cap. quod super his, de vot. & vot. redemp.* glos. *in clem. 1. in verb. restituat. de sequ. poss. & fruct.* & Tiraq. *in tractat cess. caus. par. 1. numer. 142.* & limitata causa privilegij operatur quod privilegium extra suos limites trahi non possit. *l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin.* & Felyn. *in cap. si quando, numer. 4. de rescrip.*

54 Denunciationes † hujusmodi omitti possunt, quando dubitatur, quòd propter factiones matrimonia de facto possint impediri, dummodo contrahentes sint legitimæ ætatis, & in eorum plena libertate, ac omni dolo, & fraude cessante, tum aliquibus in locis, in quibus ad impediendo matrimonia sæpius sortilegia, & malefitia committuntur, *ut in cap. si per sortilegias. 33. qu. 1. gl. in c. fraternitatis in verb. divi-*

divinum. de frigid. & malef. quia quando ob maleficium non possunt matrimonia consummari, oriuntur jurgia inter conjuges, & quandoque graves lites, & etiam inimicitiæ inter consanguineos, quæ, quantùm fieri potest, debent evitari, cùm ad componendum inimicitias videamus, quòd Sedes Apostolica in gradibus consanguinitatis solet dispensare, multò magis videtur, quòd possint denunciationes omitti. Possunt etiam omitti, quando agitur inter graves, & principales personas Ordinariis, & aliis gravibus personis notas, inter quas propterea Ordinarii certò sciunt, nullum extare impedimentum, quominus possint invicem matrimonialiter copulari, quia cùm denunciationes fieri debeant principaliter, ut detegantur, si extant, impedimenta; & Ordinarius sit certus, nullum obstare impedimentum, cùm tunc cesset causa, propter quam denunciationes fieri debent, cessare videtur dicti decreti concilii dispositio, *cap. & si Christus circa fin. de jurejurand. cap. cum cessante, in princ. de appell. & cap. cum infirmitas. de pœnit & remiss.* & non solùm ex causis supra expressis possunt omitti denunciationes, sed etiam ex aliis Ordinario benevisis, qui has denunciationes remittere potest, etiam post matrimonium, & ante illius consummationem, *ut in decis. ejusdem sacræ Congreg. super d. cap. 1. de refor. sub tit. Veruſin. & ultimo, sub die 15. Iu. 1596*

26 Quamvis enim † nuptiarum solemnitates, certis anni temporibus, etiam prohibitæ reperiantur, *cap. non oportet, il 2, 23. q. 4.* & concil. Trid. *cap. 10. de reform. matrim. sess. 24.* tamen etiam tempore prohibito sine nuptiarum solemnitatibus matrimonium contrahi potest, cùm tantùm solemnitates, & non matrimonia sint prohibita, glossa *in cap. capellanus. in ver. quecunque. extra de fer.* & ibi Abb. *num. 2. & num. 4.* † Immò, absque solemnitate nuptiarum, & sine solemni traductione in domum his temporibus matrimonium per carnis copulam potest consummari aliàs legitimè celebratum, ut post Caietan. *in Summ. in verb. matrimonium*, qui contrarium tenentes, ut sine ratione loquentes reprobat, tenet Navar. *in cap. 22. de imped. interd. & fer. num. 71. in fin. tom. 3.* quæ opinio quo ad carnalem copulam fuit reprobata à sacra congreg. conc. Trid. *super cap. 10. d. sess. 24. tit. Veronen.* ubi pariter declarat, quocunque tempore posse matrimonium contrahi coram parocho: sed quòd nuptiarum solemnitates, convivia, traductiones ad domum, & carnalis consummatio certis temporibus prohibentur.

58 Contrahi † potest matrimonium inter absentes per procuratorem ad hoc specialiter constitutum, quia non sufficeret generale mandatum, nisi speciale sit ad matrimonium contrahendum cum certa personaibi nominata, *c. si.* & ibi gl. *in verb. speciale. de procu. in 6. l. generali. ff. de rit. nup.* Ab. *in c. in causis. n. 15. de el. in conf. 114. n. 6 vol 2.*

55 Abbates verò, & commendatarii † in eorum Abbatiis, in quibus habent etiam jura Episcopalia, dictas denunciationes sine speciali concessione Apostolica remittere non possunt, *ut ibidem in decis. sub tit. nullius. seu Farsen. Veronen.*

59 Et † pluribus ex causis impeditur matrimonium præcipuè sequentibus versib° comprehensis: Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus, disparitas,

vis, ordo, ligamen, honestas. Si is affinis, si fortè coire nequibis.

Primò, error personæ, si quis contrahat cùm secundò genita putans contrahere cum primogenita pulchriori, vel di 61
tiori, aut cum Berta, putans contrahere cum Gemma, quia tunc, cùm sit error in persona, contractus non valet, quia errans non consentit, & nullum erit matrimonium, *cap. 1. num. 24. quæstione 1. l. si per errorem. ff. de jurisdict. omn. jud. l. 2. in prin. ff. de jud. l. cum testamentum, & l. non idcircò. C. de jur. & fact ignor.*

Secundò, conditionis error, ut si quis 61
liber putans contrahere cum libera, contrahat cum ancilla, & contrà, si fœmina libera putans contrahere cum libero, cum servo contraxerit, non tenet matrimonium, *d. cap. 1. 29. quæst. 1. cap. si quis ingenuus, & cap. si fœminæ, 29 quæst. 2. & cap. proposuit, de conjug. serv.* & ibi Abb. *num. 1. & num. 5. & cap. fin. eo. tit.* nisi postea cognita conditione servili, matrimonium per cohabitationem, & copulam subsecutam ratum habeatur, quia tunc matrimonium dirimi non potest, *d. cap. proposuit,* & ibi Abb. *num. 3.*

60 Tertiò † votum, quod est duplex, scilicet simplex, & solemne: simplex impedit matrimonium, sed non dirimit, si contra votum matrimonium contrahatur, licet contrahens peccet, & pœnitentiam peragere teneatur, *cap. si vir. 27. distinct. cap. consuluit, & cap. rursus, qui cler. vel vo. solemne.* Per quòd matrimonium contractum dissolvitur, est, quando quis sacros ordines suscepit, aut professionem tacitam, vel expressam in aliqua religione approbata emisit, *ut cap. 1. de vot. & vot. redemp.* & ibi gloss. *2. & 3. in 6. cap. presbyteris. 27. & cap. aliter 31. dist. cap. voventibus. 17. quæst. 1. cap. 2. & 3. qui cler. vel vo.* & concil. Trident. *can. 9. de sacr. matr. sess. 24.*

Quartò, † cognatio, quæ est triplex, 61
impediens & dirimens matrimonium, scilicet, carnalis, spiritualis, & legalis. Carnalis, quæ hodie usque ad quartum gradum extenditur de jure canonico computando, ut in *c. non debet. de consang. & affin.* propter fornicationem autem ad secundum tantum, conc. Trid. *in cap. 4. de reform. matr. sess 24.*

† Contractum verò in gradu prohibi- 61
to non tenet, & filii, qui ex eo suscipiuntur, sunt illegitimi, *cap. fin. §. si quis verò, de clandest. desponsat. clem. unic. de consanguinit. & affin.* & conc. Trident. *cap. 1. de ref. matr. sess. 24.* Spiritualis cognatio est, quæ inter puerum baptizatum, & illius patrem, & matrem, & baptizantes, qui patrini vocantur, baptizatique patrem, & matrem, inter quos tantum spiritualis cognatio, contrahitur, *cap. in catechismo, & cap. non plures, de consecrat. distinct. 4. c. quamvis. de cognat. spirit. in 6.* concil. Trid. *c. 2. de reform. matr. sess 24.* & Pius V. *in Bull. cap. 24. §. nos piarum mentium.* Nec ultra duo patrini, videlicet unus, & una ad summum esse possunt, *dicto cap. 2. de reform. matr.* & non obstante quacunque consuetudine, sive potius corruptela, nunquam tertius patrinus est adhibendus, *ut in decis. super eod. cap. 2. de reform. matr. sess 24. sub tit. Tergestin.* Si vero duo viri fuerint designati ad suscipiendum baptizatum, & unus astiterit, non tamen tetigerit, cum tangente tantùm contracta est cognatio spiritualis, quamvis ambo pro patrinis descripti

scripti reperiãtur, *ut ib, in dec. sub tit. Crem.* Sed quia ardua est controversia inter doctores; † An procurator pro alio baptismo interveniens, principali, vel sibi acquirat cognationem spiritualem, quòd secum, non autem cum mandante spiritualis cognatio contrahatur, tenet Bart. *in l. gallus, §: forsitan, num. 2. ff. de lib. & post.* quem sequitur Rom. *sing. 54.* eandem opinionem tenet, Io. And. in regula potest quis, in mercur. archid. *in cap. 1. in 1. colu. de cogn. spirit. in 6.* & post alios, quos citat, tenet Ias. qui hanc dicit esse communem opinionem, *in d. l. gallus, § forsitan num. 15. & 26 ff de lib. & post.* quam opinionem sequitur Sylvest. *in ver. matrimonium, 8. q. 7. §. 14.* Sot. *in sentent. dist. 41. art. 2. colum. ult.* Ledes. *de mag. matr. sacr.* qui de personis principum, & magnatum in terminis loquitur *in add. ad 3. part. q. 56. art. 3. colum. penult.* Alphons. *de ver. cru. in spec. conjug. art. 56. inter quos oria. cognat. num. 7.* & Card. Tolet. *in Instruct. Sacerd. l. 7. cap. 8. vers. hinc sit tertio.* Rationem autem dictæ conclusioni esse, quia ad contrahendam hanc cognationem spiritualem est necessaria actio realis tangendi, quæ quidem actio non fit per Principes, aut magnates, sed per procuratores, tenet Ledes. *d. q. 56. art. 3. colum. penult. §. ex resolutione,* ut videtur probare text. *in cap. ad limina ibi, propriis manibus retinendo suscepit, 30. q. 1.* quem ponderavit Ias. *loco supra citato num. 13.* sed in his præsumitur ex Papæ dispensatione contrahi. 63

Contrariam tamen opinionem tenet Cardin. *in cap. veniens,* ubi etiam Abb. *n. 4. ibi,* sed post factum placet mihi opinio contraria, de cogn. spirit. Feder. de sen. *consil. 15.* Bald. *in l. unic. §. ne autem, n. 16. C. de cad. tol.* & hanc opinionem esse communem testatur Felin. *in cap. licet, ex quadam, num. 1. sub. ver. & ratio prædictorum, de test.* quam ego teneo, uti veriorem, & servandam, sequentibus rationibus.

Regulariter enim † quisque actus potest explicari per procuratorem, nisi expressè sit prohibitus à jure, *ut l. 1. §. rursus, ff. de procur. & cap. potest quis per alium, de reg. jur. in 6.* 64

Sed tantùm abest, quod iste actus sit prohibitus, quòd inter magnos Principes à communiter accidentibus procuratores constituuntur ad pueros de sacro fonte levandos, & ita viget consuetudo, de qua testatur Bald. *in d. l. 1. §. ne autem, nu. 16. C. de cad. tol.* & Sylvest. *in d. ver. matrimonium, 8. quæst. 7. §. 16. in fin.* & hanc opinionem uti veram tenet sacra congreg. conc. *super cap. 2. de reform. matr. sess. 24. in dicis. sub tit. Veronen.* ubi declarat, quòd duo viri possunt suscipere puerum de baptismo, unus pro se, & alter, ut procurator mulieris, & iste procurator non sibi, sed mandanti cognationem acquirit.

Nec potest subsistere quòd procurator, qui nomine alieno puerum de sacro fonte levat, ipse contrahat affinitatem; ut tenet Io. And. *in d. cap. potest quis,* quia † ubi non est consensus alterius, non nascitur obligatio, *l. in omnibus, & l. consensus, ff. de act. & oblig.* Sylvest. *in ead. q. 7. §. 15. vers. sed dicendum,* & actus agentium non operatur ultra eorum intentionem, *l. non dubium,* & ibi Bart. *n. 1. ff. si cert. pet.* & Rot. *decis. 14. num. 3. de præb. in nov.* 65

Nec valet argumentum desumptum à procuratore, quòd tunc procurator ille delegatus, sit verè susceptor cognationem contrahens, sicuti, si Papa officium

confir-

confirmandi simplici presbytero committeret, tunc non Papa, sed ille presbyter esset confirmator, & cognationem spiritualem contraheret. Sot. *in 4. sent. ead. dist. 42. artic. 2. colum. ult.* & Ledesm. *ead. quæst. 56. artic. 3. §. ex resolutione, in fi.* quia delegatus à Papa ad sacramentum confirmationis conferendum, accipit potestatem à Papa confirmandi nomine proprio, & propterea ipse contrahit affinitatem, procurator verò constituitur ad explendum actum alieno nomine, & hoc casu ad tangendum nomine constituentis, & ideo constituenti, non sibi cognationem acquirit, ex sententia sacræ congregationis, *de qua supra, sub tit. Veronen.* & cum casus sint diversi, ex diversis non infertur, *l. papinianus exuli, ff. de minor.*

66 Suscipientes enim pueros, † de sacro fonte fiunt illorum fidejussores apud Deum, illosque tenentur admonere, ut castitatem custodiant, justitiam diligant, charitatem teneant, ac symbolum, & orationem dominicam docere, *ut cap. vos. ante omnia, de consecr. dist. 4.* & fidejussio per procuratorem præstari potest. Bart. *in l. si fraudator. num. 1. ff. de his quæ in fraud. credit.*

Non obstat ratio deducta, quòd ad contrahendam cognationem spiritualem sit necessaria actio realis tangendi per text. *in cap. ad limina. 30. quæst. 1.* & Ledesm. *loco supra citato*, quia ille text. narrat, quid factum sit, nempe patrem propriis manibus puerum de fonte levasse, & non dispositivè: quò casu argumentum à contrario sensu non valet, ultra quòd quæ in dispositione mandantur propriis manibus fieri debere, per alium fieri possunt, ut probat text. *in clemen. unic. §. præfatis itaque, in fin. de jurejur.* ubi Papa coronam, inquit, sibi per manus nostras debere concedi, quam tamen postea per manus cardinalis imponi fecit, *ut in eadem clem. §. & subsequenter*, & facit gloss. *in cap. cum Episcopus in ver. capere*, idest capi facere, *de officio ordinarij in 6.*

67 Cùm enim in levando puero † de sacro fonte non fiat actus præjudicialis, sed favorabilis, cùm hoc medio inimicitiæ reconcilientur, & paces componantur, in actibus non præjudicialibus, quæ propriis manibus fieri debere leguntur, per alium fieri possunt, ut per text. *in d. §. præfatis itaque*, tenet Card. *in ead. clement. 1.* quam sequitur Felin. *in cap. licet ex quadam. num. 1. post med. de testamen.* & verba denotantia propriam personam aliquando interpretantur de tertia persona, ut satisfiat aliis juribus, ut per dictam gloss. quam ibi ponderat Dom. *de offic. deleg. in 6.* & Felin. *in d. c. veniens, num. 1. post med. ver. & scias quòd.*

Nec est verùm, ut contrariam opinionem tenentes sustinere conantur, quòd sit electa industria personæ, ad levandum puerum de sacro fonte, quia est electa tantùm pro erudiendo levatum, quòd ultimò non abdicat à se levans per alium, & ita distinguit Abb. *in cap. veniens num. 4. de cogn. spir.* & melius Felin. *in d. cap. licet ex quadam, num. 1. vers. & ratio prædictorum*, & ubi non est electa industria personæ, admittitur substitutus, *l. inter artifices*, & ibi Bart, *ff. de solut.* & Felin. *eod. vers. & ratio.*

68 Alia insurgit quæstio, † an cognatio spiritua-

spiritualis contrahatur postquam puer fuit in domo, necessitatis, aut alia de causa sine solemnitatibus baptizatus, quando postea in Ecclesia solemniter exorcizatur, & ungitur, & videtur, quòd sic, & quòd in privato baptismo cognatio spiritualis non contrahatur, sed tantùm in solemni, quia ubi deficit solemnitas, non est proprie susceptor, tenet Sot. *in 4. sentent. dist. 42. quæst. 1. artic. 1. circ. fin.* & Saur. *de sacr. tom. 1. disput. 23 in com. in art. 8. quæst. 67. ult. dub.*

69 Dicta tamen opinio de jure † non subsistit, quia in privato baptismo contrahitur spiritualis cognatio, ut per Navar. *in c. 22 n. 40.* & Covar. *super 4 decret. par. 2. cap. 6. §. 4. nu. 4.*, & hanc esse communem opinionem, tenet Saur. *loco supra citato*, licet contrariam opinionem amplectatur, & malè. Nec est verum, quòd, quando puer causa necessitatis in domo baptizatus, postea in Ecclesia exorcizatur, & ungitur, contrahatur cognatio spiritualis impediens matrimonium contrahendum, & non dirimens contractum, per text. *in cap. per catechismum, de cognat. spirit. in 6.* & Navar. *de c. 22. eod. n. 40 & nu. 72.* quia dictum cap. per catechismum, quod sequitur Navar. & Tolet. *in instruct. sacerd. lib. 7. cap. 14. circa fin.* habebit locum in catechismo adhibito ante baptismi administrationem, † sed suscepto baptismo domi,
70 causa necessitatis, ex solemnitatibus, quæ postea in Ecclesia quandoque adhibentur, nulla contrahitur affinitas impediens, quominus matrimonium libere contrahi possit, *ut super cap. 2. de refor. matr. sess. 24.* fuit à sacr. congreg. decisum, *in decis. sub tit. Mediolanen.* & bene distinguit. text. *in eo cap. per catechismum* cujus dispositio reformata, & declarata fuit per sacrum concilium Tridentinum *in d. c. 2. de reform. matr. sess 24.*

71 Concilium enim † statuit, quòd unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, ac baptizatum ipsum, & illorum patrem, & matrem, ac inter baptizantem, & baptizatum baptizatique patrem, ac matrem tantùm spiritualis cognatio contrahatur, omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis, *ut in eodem cap. 2. de reform. matrimon.* & ita declaravit Pius V. ut in litteris sub dat. Romæ. anno. *1566. ut in declaratoria, de qua in Bull. fol. 953*

72 Ideò post baptismum † necessitatis causa domi collatum, quo contrahitur cognatio spiritualis, alia denuo, quæ tantùm impediat, & non dirimat, ex solemnitatibus, quæ post baptismum in Ecclesia fiunt, ulla contrahi nequit, nec aliter judicari potest, obstante clausula, & ita ab omnibus judicari debere, decretoque irritanti, ibi in eadem declaratoria appositio, quæ clausula removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi ex alibi deductis, & ita tenuit S. Thom *in 3. par. quæst. 67. art. ult.* & Ledesm. *quæst. 56. art. 3. post. med. vers. & aliud dubium.* quidquid dicat Toletus in contrarium.

73 Legalis cognatio † est propinquitas, ex adoptione alicujus in filium proveniens, *l. adoptiones, ff de adoption.* gloss. *in rubr. de cognat. leg.* & Navar. *in d. cap. 22. num 44.* & ideo, quæ per adoptionem soror alicujus esse cœpit, quamdiu durat adoptio, inter ipsos matrimonium contrahi non potest, *cap. 1. & 2. & cap. per adoptionem, 30. quæst. 3. & cap. unic. de cognat leg.* inter

quos, quòd impedimentum cognationis legalis procedat, trad. idem Navar. *d. c. 22. nu 45. lib. 3.*

74 Quintò, crimen, † ut si quis cognovit consanguineam ejus, quam in uxorem ducere intendit, *cap. si quis viduam, cap. qui dormierit, cap. concubuisti, & cap. si quis cum noverca, 32. qu. 7. cap. 1. & cap. ex litteris, de eo qui cogno. consang. ux. suæ.* sublatis tamen omnibus difficultatibus, quibus gradibus propter affinitatem ex fornicatione contractam, criminis nota induce-
75 retur, † tenendum est inter eos tantùm, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, affinitatem restringi, ita quòd matrimonium in ulterioribus gradibus con-
76 tractum non dirimitur, *cap. 4. de reform. matrim. sess 24.* imò contrahi potest. Pius V. *in Bull. d. c. 24 § Pius Episcopus, il 2. vers. & præterea*, † aut, si aliquam per adulterium polluerit, & fidem dederit, post mortem uxoris de eam secundò in uxorem ducendo *ut c fin. de eo, qui duxit, quam pol. per adult.* vel, si quis machinatus sit in mortem mulieris, ut aliam, quam vivente prima carnaliter cognoverat, in conjugem haberet, *c. laudabilem, de convers. infidel. c. super hoc. & c. significasti, de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul.*

77 Sextò, & cultus disparitas, si unus sit judæus, vel paganus, & alter Christianus, *l. ne quis. C. de jud c. cave. 28. quæst. 1.* & gloss. *2. in cap. super litteris de accus* & cùm matrimonium sit unum ex septem sacramentis à Christo domino institutum, *cap. ad abolendam, de hæret.* & conc. Trid. *cap. 1. de sacr. matrim. ead. sess. 24.* infideles sunt incapaces sacramenti matrimonij, & omnium aliorum sacramentorum, quæ recipere nemo potest, nisi fuerit baptizatus, cùm sacramentum baptismatis sit janua omnium sacramentorum, gloss. *2. in d. c. cave 28. qu. 1.*

78 Septimò, † vis, vel metus, in constantem cadens virum, impedit matrimonium, quòd debet esse liberum, *cap. requisivit,* & ibi Abb. *numer. 2. de sponsa. cap. veniens, & cap. cum locum,* & ibi Abb. *nu. 2. eod. tit. & cap. significavit, de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul.*

79 Unde inter raptorem, & raptam, quandiu rapta in potestate raptoris existit, matrimonium esse non potest, *c. fin. de rap. c. apud omnipotentem, 36. qu. 2. & c. 6. de refor. matr. d. sess 24.*

80 Quinimò raptores † ac illis consilium, auxilium, vel favorem præbentes, ipso jure sunt excommunicati, ac infames, & mulieres raptas arbitrio judicis decenter dotare tenentur, *cap. eos, & cap. de puellu, 36. quæst. 2. & eod. cap. 6. de reform. matr.*

81 Si autem dubitari contingeret, † quòd per vim, & metum puella contraxisset, esset separandane ab eo, qui dicit, se maritum, raperetur, priusquam constaret, an in matrimonio cum illo consensisset, *c. cum locum, de sponsa* & ibi Innoc. & Host. *in fin.* & sequestrari debet, etiam quòd sponsus, à quo prætenditur rapta, probaret matrimonium, servata forma concilij, contractum, & assereret consummatum, haberetque sponsam in propria domo, quapropter prætenderet, se esse in possessione matrimonij, quia nihilominus sponsæ voluntas esset exploranda, & pro exploratione voluntatis deberet puella poni in loco libero, ubi nec ratione dominij, in quo ipsam morari contingat, nec alia ratione metum, aut violentiam timere posset, *c. cùm locum,* & ibi

& ibi Imol. *numer.* 3. & Abb. *numer.* 4. *& 5. de spons. cap. sive*, & ibi Archid. *33. quæst.* 2.

82 Sed tamen puella † sequestrari non potest ad instantiam illius, qui illam prætendit ex priori contractu, nisi per verba de præsenti cum primo contraxisset, & ita procedit, *c. tenor.* juncta gloss. *in ver. subarrhasset, & in ver accedat*, ibi Abb. *n. 9. de sent. & re jud.*

Dato vi, & metu dubitatur, an solem-
83 nitates † aliàs ritè factæ sint iterandæ, & si impedimentum ex vi, & metu proveniens fuerit occultum, non requiruntur novæ solemnitates, si autem impedimentum vis, & metus fuerit manifestum, matimonium cum raptore de novo est contrahendum, servata forma concil. Trident. *ut in cap. 1. de reform. matrim. sess. 24.* & ibidem sacr. congreg. *in §. si impedimentum*, ubi inquit, si impedimentum ex vi, & metu præsuppositio occultum sit, non est opus iterum contrahere repetitis solemnitatibus aliàs ritè juxta formam hujus decreti adhibitis in primo contractu.

Si autem hujusmodi impedimentum fuerit manifestum, matrimonium de novo contrahendum est, servata forma concil. in hoc decreto tradita, juxta responsionem congregationis aliàs datam in casu ma 86 trimonij contracti inter consanguineos, ac etiam secundùm declarationem Pij V. de qua testatur Navarr. *in Man. cap. 22 nu. 70.* his verbis, sed quod valde notandum est, Pius Quintus declaravit, non esse illos necessarios in contrahendo de novo matrimonio ab ijs, qui illud publicè cum denunciationibus sufficientibus contraxerunt, sed propter aliquod impedimentum occultum est nullum, quo sublato oportet, ut denuo contrahatur, qua declaratione sacrum pœnitentiariæ prætorium frequenter utitur, verùm, quia dubitari potest, quid importent illa verba in dispensationibus matrimonialibus apponi solita,
84 † dummodo propter hoc mulier rapta non fuerit; illius clausulæ vigore Ordinarius poterit raptori denegare executionem obtentæ dispensationis, donec raptor decenter judicis arbitrio re ipsa raptam dotaverit, *ut cap. 6. de reform. matr. sess. 24. & ibid.* congreg. concil. *in decis. §. an Ordinarius.*

85 Octavò, † ordines sacri, ut Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, qui dicuntur ordines majores, impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, *cap Presbyteris, 27. dist. cap. à multis. de æt. & qualit. cap. miramur, de servis. non ordin. cap. 1.* & ibi Abb. *num. 2. de Cler. conjug. cap. 1. & 2. qui cleric. vel nov.* minores verò ordines, qui sunt Ostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, & Acolythatus, non impediunt matrimonium, quod semper est permissum, nisi prohibitum reperiatur, *cap. inter corporalia post med. ver. undesi circa de translat. Episc. & cap. cum apud, de spons. & matr.*

Ampliatur etiam impedimentum sacri
86 ordinis, † in Ecclesia orientali, in qua licet Græci, etiam qui in minoribus ordinibus constituti matrimonium contraxerunt, possint uti conjugio contracto ante sacri ordinis susceptionem, & post matrimonium contractum sacros ordines suscipere valeant, tamen post illorum susceptionem matrimonium contrahere non valent, *cap. de Siracusana §. ecce hac. 28. distinct* gloss. *in cap. aliter, in verb. copulatur. 31. distinct. cap. cum olim de*

cler. conjug. gloss. *in cap. quæsitum, de pœnit. & remiss.* & Covar. *in 2. par. cap. 7. §. 3 num. 1.*

87 Nonò, † ligamen, quòd est vinculum prioris matrimonij, quia qui habet uxorem, est adeò eidem alligatus, ut alteram mulierem in matrimonium ducere non possit, *c. 1. & c. fin. de sponsa. duo.* Quod, & verum est, etiam si præcedente fama mortis mariti, mulier cum alio contraxerit,

88 quia non sufficit † fama, nec lapsus temporis septem annorum, donec per certum nuncium constet de morte viri, *auth. hodie, C. de repud. auth. ut licet. matr. & au. §. quod autem. col. 8. c. in præsentia, in fin. de sponsal. & c. Dominus, de sec. nupt.* Et secundo matrimonio contracto sine certitudine mortis prioris viri, & postmodo constito de vita prioris viri cum secundo, est adulterium, & mulier cum priori reverti tenetur, *c. cum per bellicam. 34. qu. 2. & c. Dominus, in fin. de sec. nupt.*

89 Decimò, † publicæ honestatis iustitiæ impedimentum, quod oritur inter fratres, ne frater cum illa, quæ fratris etiam præmortui sponsa fuerit, per verba de præsenti, vel de futuro matrimonium contrahat, *c. una tantum. §. Ioannes. 26. dist. cap. si quis desponsaverit*, & ibi gloss. 27. *quæst. 2. cap. ad audientiam. de spons.* & Covar. *epit. in 4. lib. decret. 2. par. cap. 6. §. 2.* & pluribus aliis casibus de jure communi oriebatur impedimentum publicæ honestatis, ut per Covar. *ubi supra* sed hodie, ut sponsalia per verba de futuro sunt invalida, prout inter impuberes, non impediunt, & ubi sunt valida, primum gradum non excedunt, conc. Trident. *in c. 3. de reform. matrim. sess 24.* & Navar. *de sacram matr. c. 22. nu. §7. par. 3.*

90 Habentur etiam pro invalidis † sponsalia contracta cum ea, quæ mente capta non potest contrahere matrimonium, quæ non inducunt impedimentum publicæ honestatis, quominus, qui promisit eam ducere in uxorem, cum sorore germana mente captæ matrimonium contrahere possit, dummodo carnalis copula non fuerit secuta, *ut in decis. congreg. sacri conc. super eod. c. 3. sub tit. Legionem.*

91 Matrimonium † verò inter puberes per verba de præsenti contractum, carnis copula non secuta, est verè matrimonium, quod non concubitus, sed solus consensus facit, *cap. 2. & 3. 27. quæst. 2. & cap. cum locum. de spons.* & copula non secuta, tantùm inducit impedimentum publicæ honestatis, *ut infra dicetur.*

92 Circa enim dictum impedimentum † justitiæ publicæ honestatis sacra congregat. conc. consultis etiam aliis Theologis, & canonistis, censuit ex matrimonio contracto per verba de præsenti, non tamen consummato, non provenisse impedimentum affinitatis, sed justitiæ publicæ honestatis, nec comprehendi decreto, *dicti cap. 3.* quo restringitur impedimentum publicæ honestatis proveniens ex sponsalibus de futuro ad primum gradum, neque tollitur impedimentum hujusmodi, sponsalibus dissolutis mutuo consensu eorum, qui contraxerunt. congr. conc. *super eod. c. 3.*

93 Quod autem † matrimonio rato, & non consummato oriatur impedimentum publicæ honestatis probat text *in cap. ult. 35. quæst. 3. & cap. discretionem, de eo, qui cogn. consang. uxor suæ.* Affinitas enim est proximitas personarum, ex coitu proveniens omni carens parentela, Host. *in sum. de affinit. numer. 1.* Covar. *super 4. decret. par. 2. cap.*

cap. 7. §. 7. num. 1. & Navar. *in Manual, cap. 22. num.* 43.

94 Matrimonium autem † causat affinitatem ratione copulæ carnalis, quia cùm vir, & uxor per copulam carnalem fiant una caro, *cap. debitum. de big. & cap. fraternitatis, 35. q 10.* sanguis unius dicitur attingere sanguinem alterius, & ita contrahitur affinitas, Ledesm. *in tract. de mag. matr. Sacr. in add. ad 3. p q. 55. art. 1. sub verb. circa istum articulum.* Ideò, cùm in matrimonio rato nondum consummato sanguis contrahentium simul non attingatur, nec fiant una caro naturaliter per sanguinis comistionem, licet mutuo consensu reciprocè consentiant, ut una caro fieri possint, defectu copulæ non contrahitur affinitas, ut per sacram congregationem fuit supra decisum.

95 Hoc stante, † licet impedimentum proveniens ex matrimonio rato, minimè consummato non comprehendatur sub decreto *cap. 3. de reform. matr. sess 24.* Videtur tamen, quòd instar impedimenti publicæ honestatis *in dicto cap. 3.* contentinon extendatur ultra primum gradum, ut tenet Card. Tole. *in instruct. sacerd. lib. 7. cap. 10. in fin.* Sed major hic habenda ratio, nam super hoc vinculo non ea facilitate, qua in impedimento, proveniente ex sponsalibus de futuro, dispensatur, sed gravissimis, & justissimis de causis summo Pontifici benevisis; ut post alios Graff.

96 *decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 82. num.* 10. ut fuit etiam † cum Catharina Austriaca, 98 & Henrico Octavo post mortem Arturi, ejusdem Henrici Regis Angliæ fratris, cum quo illa prius matrimonium contraxerat, quod cum eo ob morbum, & inde mortem secutam illud minimè consummaverit, in dicto impedimento dispensatum, & matrimonium postea contractũ, ac consummatum, Ledes. *in eodem tractatu de mag. matr. sacr. in addit. ad 3. part. quæst. 55. art. 6. §.* his non obstantibus, ubi post D. Thom. *in 2. 2. quæst. 154. artic. 7. ad tertium,* & Cajet. *ibid.* Covar. *super 4. decret: part. 2. cap. 6. §. 10. num. 7.* Navar. *in Manual. cap. 22. num.* 84. & alios quos citat, tenet summum Pontificẽ posse dispensare in primo gradu affinitatis lineæ transversalis, & hæc est communis opinio Theologorum, & jurisperitorum ex deductis ibi per eundem Ledesm.

Quamvis enim impedimentum proveniens ex matrimonio rato nondum consummato non comprehendatur, *sub d. c. 3. de reformat. matrim. sess. 24.* in jure tamen, † vocatur impedimentum publicæ honestatis, *ut in d. c. ult. 35. q. 3. & c. discretionem de eo qui con. consang. ux. sum.* ut etiam fuit à sacra congreg. supra decisũ.

Quapropter, licet ex eo nulla contrahatur affinitas, remanet tamen impedimentũ in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus esse solebat jure veteri, ante prædictũ decretum concilii introductum, ut verbis expressis declaravit Pius V. in declaratione *super eod c. 3. facta. de qua in Bull. Rom. c. 62. §. nos itaque circa finem. pag. 1018. de quibus in c. duo pueri. de despons. impub. c. discretionem. de eo qui cog. con. uxor. suæ. cap. unico de despons. impub. in 6.* & Sylve. *in verb. matrim. 8. num. 14.*

Maxima enim est differentia † inter matrimonium ratum, & consummatum, & matrimonium ratum tantùm, quia matrimonium ratum, & consummatum inter fideles à solo Deo dissolvi potest, & matrimonium ratum tantum dissolvi potest au-

ctoritate summi Pontificis, & per ingressum religionis. *c. ex publico. de convers. conjug.* Cajet. *in opusc. tom. 1. tract. 28.* & hanc esse communem opinionem, tenet. Bellarm. *in 4. controver. gen. de monach. c. 38. post med. vers. altera solutio. l. 2. tom. 1.*

99 Undecimò, † defectus consensus, quia furiosus matrimonium contrahere non potest, cùm in eo consensus deficiat. *cap. neque furiosus. 37. q. 2. c. sicut. tenor. de reg. & c. dilectus. de sponsat* minusq; mente captus, quia caret intellectu, sine quo consensum præstare non potest, cùm similis sit furioso, *l. si furiosi. C. de nupt. & l. 2. C. de curat. furiosi.* Nihilominus furiosus, vel

100 mente captus † habens dilucida intervalla, si matrimonium contrahit, condit testamentum, vel alium celebrat contractum, solitis solemnitatibus servatis, valet, quòd agit, quia semper præsumitur factũ, & celebratum in sana mente, *l. furiosum, §. si verò. C. qui testam. fac. poss.* & ibi Jas. *n. 3. ver. intellige.* Corn. *consil. 216. n. 15. vol. 3.* Grammat. *decis. 73. num. 37. & 38.* Covar. *epit. de spons. c. 2. num. 7* & Mascard. *concl. 875. n. 13. de probat.*

101 Duodecimò, affinitas, † quæ est personarum proximitas ex coitu proveniens omni carens parentela, *utl. si non facilè. §. affines ff de grad. affin.* & gl. *in extravag. in arbor. affin.* & cum ea persona, cum qua per matrimonium inter consanguineos contractum, affinitas fuit contracta, usque ad quartum gradum matrimonium contrahi non potest, & contractum non tenet. *cap. non debet. §. prohibitio. de consang. & affin.* & ibi Abb. *num. 1.*

2 Decimotertiò, impotentia naturalis, †
1 si quis propter frigiditatem naturalem coire non potest, quia tunc impotentia unius impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. *c. quod autem. c. requisisti. & c. si quis. §. ecce. 33. q. 1. c quod sedẽ, & c. laudabilem, de frigid. & malef.* nisi ambo consentirent, & simul tanquam frater, & soror convivere vellent. *d. c. laudabilem, v. quod si ambo* & ibi gl. *de frig. & male.*

Decimoquartò, impotentia accidenta-
103 lis, † cum quis spada, vel gladio genitalia amisit, & spadones, castrati, Eunuchi, matrimonium contrahere non possunt, & cum ipsis contractum non tenet. ut reprobata gl. *in c. hi qui in verb. ex.* tenet Ab. qui de comuni testatur. *inc. 2. n. 5. de fri. & mal.*

Decimoquintò, impotentia propter ma-
104 leficium, † si est perpetua, matrimonium dirimit, sed cùm nunquam hæc eveniant, nisi justo Dei judicio permittente, & diabolo præparante, ut concubitus nonsequa-
105 tur, † prius conjuges hortandi sunt, quibus ista eveniunt, ut corde contrito Deo, & spiritu humiliati sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & profusis lacrymis, largioribus eleemosynis, & orationibus atque jejuniis, domino satisfaciant, ac per exorcismos, ac cætera ecclesiastica medicinæ munia, ministri ecclesiæ tales, quantùm dominus annuerit, ut sani fiant, procurare debent. *ut c. super sortiatis. 33. q. 1. & c. fin. post med. de frigid. & malef.*

106 Impotentia & frigiditas † ad effectum dissolutionis matrimonii probatur per inspectionem impotentiæ in muliere, si est arcta, adeò ut habilis reddi non possit, *ut cap. ex litteris, & d. c. fraternitatis*, & in viro, si probatur, quòd habeat membrum aridum, vel ex toto sectum, aut quid simile. *ut c. laudabilem* & ibi Abb. *n. 2. de frig. & malef.* alioquin si ex inspectione constare

onstare non potest de impedimento propter frigiditatem, aut maleficium, debent per triennium cohabitare, & dare operam carnali copulæ, & postmodum septima manu propinquiorum, & adhibito juramento, quòd nunquàm una caro fuerint effecti, matrimonium dissolvi potest, *d. c. laudabilem.* ubi Abb. *num.* 1. *& c. fin. in fin. de frig. & malef.* & si ambo confitentur impotentiam, non propterea matri-
107 monium dissolvi potest, quia † non statur eorum confessioni contra matrimonium, cum in fraudem hoc dicere possint. *c. super eo, de eo. qui. cogn. consang. ux. su.* & glo. *in cap.* 1. *in verb. probari. de frigid. & malef.*

Plura sunt etiam, quæ impediunt, sed non dirimunt matrimonium, ut conditiones, de quibus per Navar. *in c.* 22. *de sacr. matr. n.* 61. *cum plur. seq. par.* 3. quia si postmodum matrimonium sequatur, conditiones evanescunt, *c. de illis & c. per tuas.*
108 *de cond. appos.* & quamplures conditiones in sponsalibus appositæ, † ut conditiones turpes, aut impossibiles, favore matrimonii pro non adjectis habentur. *cap. fin. post med.* & ibi Abb. *num.* 2. *de cond. appos.* & conditio, si Deus voluerit, non facit sponsalia conditionalia, quia semper subintelli-
109 gitur. † Conditiones etiam quæ tacitæ insunt, nihil operantur. *l. conditiones quæ extranseum. ff. de cond. & demonst.* Abb, *in c.* 2, *num.* 1. *de sponsal.* nisi alter efficeretur deterioris conditionis persona ut in simili trad. Innoc. *de furioso cap: debitores. circ. fin. de jure jur.*

100 Interdictum superioris † impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. *cap.* 1. *de matr. contr. cont. interdict. eccles.* quòd procedit etiam si sponsalia de futuro fuerint contracta cum una & postmodum cum alia matrimonium per verba de præsenti contrahatur *cap. ex litteris. eod. tit.* nec tali casu matrimonium contractum, & consummatum per sponsalia, per verba de futuro, est annullandum, etiam quòd secundum fuerit lite pendente contractum. *c. tenor.* & ibi gl. *in ver. subarrhasset. de sent. & re jud. c. cum in Apostolica*, ubi Abb. *num.* 3. & Covar. *epit. ad* 4. *lib. decret. in* 2. *par. cap.* 35. §. *septimus. num.* 4.

111 Oriuntur etiam plures casus, † quibus constante matrimonio per divortium separatio inter conjuges, quo ad thorum, seu quo ad cohabitationem ad certum, incertumve tempus fieri potest Conc. Trid. *de sacram. matrim. can.* 8. *sess.* 24, judicio tamen Ecclesiæ, sine quo non tenet. *ut c. porrò. de divort. & c. sive.* §. *in hoc* 33. *q.* 2.

Non enim levibus, aut coloratis causis,
112 † vel eorum arbitrio conjuges divortium facere, & se invicem separare possunt. Surd. *in cons.* 364. *num.* 16. *lib.* 3. sed legitimis, & urgentibus tantùm divortium admitti debet: quia ab initio seculi est prohibitum, quod Moyses ob populi duritiem permisit. *Deuter. c.* 24. *Matth. c.* 19. & Bart. *in l. ad hæc. num* 2. *ff. de usur.* Inter infideles tamen etiam hodie divortium admittitur, & ita inter hebræos adhuc servatur, ut testatur Bald. *in la. si qua. l.* 2 *in fine. C. de secund. nupt.*

113 Primò, enim † inter fideles judicio Ecclesiæ permittitur divortium, propter fornicationem alterius conjugum. 1. *Corinth. c.* 7. *cap. idolatria*, 28. *q.* 1. glos. *in cap. ex conquestione in ver. non debuit: de restit. spol. cap. ex litteris de divort. & cap. plerunque. de donat. inter vir. & uxor.*

Secun-

114 Secundò †propter alterius conjugum infidelitatem, si conjux fidei suæ religionem corrumpere velit, & tunc fieri poterit separatio, sed licet separentur tamen semper conjuges erunt, cùm matrimonium eorum sit ratum, & consummatum. *ut cap. quievit.* & ibi gloss. 2. *& 3. de divort.* secus autem in matrimonio infidelium, quia si unus ipsorum ad fidem convertatur, altero recusante, poterit ad fidem conversus cum alia persona fideli matrimonium celebrare, *c. quanto. & c. gaudemus. eo. tit.* & hoc casu dissolvitur matrimonium.

115 Tertiò, † propter nimiam viri sævitiã, si aliter mulieri consuli non potest. *cap. litteras*, & ibi gloss. *fin. de restit. spol* & Rom. *in rubr. ff. soluto matrim. num. 21.*

116 Quartò, ob vitium sodomiticum, † si vir muliere contra naturam uti tentaverit, quia tunc à marito divertere potest. *cap. omnes causationes*, & ibi gloss. *in ver. Sodomita. & c. adulterii. 32. q. 7.* Abb. *in cap. maritis. in princ. de adult. & stup.* & Lambert. *in tract. de jur. part. in part. 1. lib. 2. q. 9. art. 18. in fin.* & aliis casibus admittitur divortium, de quibus per Rom. *in ead. rub. à n. 19. usque ad n. 26* Quæ omnia procedunt sive maritus præbuerit causam,

117 sive mulier, † quia vir, & uxor non ad imparia judicantur *cap. quæsivit.* ubi etiam gl. fin. *de divort.* & Abb. *in cap. tuæ. nu. 7 de procur.* licèt Card. Tolet. *in instruct. sacerdotum. c. 21. §. primus, in fin lib. 7* tenuerit, quod propter fornicationem viri, mulieri divortium non admittatur; cujus opinio est contra tex. *in cap. si quis uxorem, 32. quæst. 1. & cap. fin. ead. q. 5.*

Et quamvis per divortium conjuges separentur, semper tamen conjuges erunt,

118 † quia vinculum conjugii inter fideles semel habitum nunquam amittitur viventibus conjugibus, etiam separatis, *cap. interveniente, & cap. licite, 32. q. 7.* & gloss. *2. in dicto cap. quæsivit. de divor.*

119 Divortia autem † duobus modis intentantur, aut de facto, aut de jure, judicis auctoritate, de facto: cum mulier propria auctoritate à domo viri recedit. De jure cum causa coram judice expressa, legitima impetrata licentia, ex aliqua ex supradictis causis ad domum parentum, aut in aliam minimè suspectam se conferat. & quocun-

120 que casu sæpe quæri solet, † an alimenta, & sumptus litis uxori extra domum ipsius viri habitanti per eundem virum sint præstanda, de quibus per Afflict. *decis. 10. & 152.* Porc. *cons. 160.* & Surd. *de alimen. tit. 7. q. 16. & alios infra citandos.*

121 Primò casu, † an mulier, quæ à domo viri propria auctoritate discessit, nullam revera habebat causam in judicio deductam, nec probabilem, & de qua saltem aliqua fuerit fama, quæ judicem movere posset ad dubitandum de sævitia, aut de alia ex causis supra expressis: & tunc nec alimenta, nec sumptus litis mulieri extra domum habitanti sunt à viro præstanda, donec causam legitimam probaverit, ut post Io. de Imol. & Anna. *in cap. salubriter. in fin. de usuris.* consuluit Feret. *in cons. 97. volum. 1* & Porc. *cons. 160. etiam vol. 1. per tot.* immò, nisi habeat probationes in continenti paratas, sed dilationes expectet longiores, est testituenda marito. *ut c. litteras. § quod si. de rest. spol.* † Pro qualibet enim levi offensa non licet mulier discedere à marito, quia potest vir mulierem verberibus castigare, dummodo, non excedat modum. gl. fin *in cap. quemadmodum, de jure jur.* ubi etiam Abb. *n. 15.* &

post

illos Surd. *in 69. tract. de alimentis. tit. 7. q. 16. n. 8. & 9.* & hoc casu saltem præstita cautione arbitrio judicis, mulier est restituenda. Bal. *cons. 176. num. 2. volum. 1.* & Abb. *in cap. litteras. num. 7. de rest. spol.*

123 Aut enim mulier, † quæ propria auctoritate à viro discessit, habebat causam legitimam, de qua in vicinia, & apud judicem erat aliqualis fama, licet nondum fuisset probata, & tunc, dummodo constet de conjugio, & causa in facto sit dubio, sunt mulieri alimenta, & sumptus litis præstanda; & hanc opinionem tenet, & servat consilium Neapolitanum, ut testatur Aflict. *in decis. 10. n. 1. & 2.* quam reprobando Cin. *in l. 1. C. de alen. lib. & capell.* Tolos. *in decis. 77.* contrarium tenentes sequitur Surd. qui ita testatur fuisse judicatum à Sen. Casalen. *in tract. de alimen. quæst. 118 num. 4. & 5. tit. 1. & q. 18. num. 37. tit. 3.* & ita quando mulier est in possessione uxoratus declarat, & tenet etiam
124 Aufrer. *in addict: ad capell.* Tolos. *super d: q: 77, n: 2,* † Quòdque alimenta, & sumptus litis mulieri cum viro litiganti sint per eundem virum præstanda, tenet Innoc. *in in c: ex parte. de accus:* Guid: Pap: *quæst. 439, n: 4.* Boer: *decis: 325, n: 2,* Joan: Lop: *in cap: per vestras. §: 39, ampliat: 8, de donat. inter virum, & uxor.* Cefal. *in consil. 127, n: 6, & consil. 714. n. 5.* Asin. *in prax: judicial: §: 32, ampliat: 34: num: 1,* & Beincas: *de privileg. paupert: 2, special: num: 5:*
125 Quamvis enim † mulieri propria auctoritate à domo viri discedenti non sint sumptus litis, & alimenta præstanda, nisi constet de causa, ut tenet Feret: *dicto consil: 97. vol: 1,* Porc: cons: 160, & Surd: *de aliment: tit: 7, quæst: 16, n: 1. & 2,* cum aliis per ipsum ibi allegatis, dicta tamen opinio procedit, cum propria auctoritate, & sine causa recedit: Nam, cum sua culpa à marito discedit, non est alenda, & in his terminis loquitur Surd: *locis proximè citatis,* nec aliter procedunt per ipsum allegata. Sed
126 quando † à domo viri uxor recedit ob illius sævitiam, adulterium, aliamvè ob causam à jure approbatam, licet de causa legitima concludenter tunc non constet, dummodo pro muliere stet aliqua præsumptio, quæ judicis animum movere possit; illa sufficit, ut interim, lite pendente, sint mulieri alimenta præstanda. Et hanc opinionem post plures per ipsum allegatos, tenet Covar. *in lib. pract. quæst. q. 6. num. 6.* in terminis sequitur Menoch. *quæst. 36. num. 18. in tract. de præsumpt.* & Visil. *in annotat. super dicis. 10. Aflict. n. 3.*
127 Quæ quidem alimenta † debentur ante sententiam licet aliqui conati fuerint sustinere contrarium: & quòd ante sententiam debeantur, tenet, & servat Rot. *ut in decis. 2, de jud: in antiquior:* consilium Neapolitanum. ut per Aflict. *dicta decis: 10,* Parlamentum Parisien. ut testatur Rebuff. *in tractatu de sent: provis: art: 1,* gloss. 2. *n: 5,* & suprema tribunalia Regnorum Hispaniarum, ut per Covar. *ea: q: 6, num: 6, vers: & sane quidam.* quæ communem probant opinionem, ea sunt tamen alimenta præstanda, quatenus vir facere possit, deducto, ne egeat; per tex. & gloss. *in l. maritum: ff. solut: matr: & in l. unic. §. cum autem. C. de rei uxor: action:* Jas. *in l: non tantùm: num: 8, ff: de re judic:* & Surd. *in eo tract: de aliment: tit. 1, q: 78, num: 13.*
128 Pluries quæri solet, † cum pro restitutione facienda, ex judicis decreto, vir se obligat de muliere non offendenda, &

etiam cautionem præstat, si colaphis cædat mulierem, quæ ipsum injuriis afficit, aut aliàs cum eo male se gerit.

129 Et est distinguendum, † quia, si vir mulierem vulneravit, vel fregit ei brachia, aut caput, modum correctionis maritalis excedendo, tunc incurrit pœnam spreti præcepti, de non offendendo, si verò colaphis, aut verberibus moderatis ad correctionem mulierem pulsat, tunc maritus

130 pœnam non incurrit, † quia præceptum judicis de non offendendo, & cautio, quæ præstatur, subintelligitur, ne injuria mulierem offendat, cùm ipsam moderatè corrigere possit, & castigare. ut per Paris. *cons.* 54. *num.* 33. *& num.* 60. *vol.* 4. *cum aliis supra allegatis* fidejussio enim intelligi debet, quo ad excessum tantùm, non autem, quo ad correctionem à jure concessam: qua distinctione passim causas separationis fuisse terminatas, & pluries decisas testatur Tho. Trivis. *in decis.* 45. *in fin. lib.* 1. quæ procedunt quo ad dictas mulierculas.

131 Nobiles † verò matronæ Bononienses, aliæque civiles mulieres regulariter sunt pudicitiæ, & honestatis exemplum, maximaque Deo, Beatissimæq; Dei genitrici Mariæ pietate, ac divotione dicatæ, quæ si casu aliquo (quod rarò contigisse vidi) sub fidejussionis hujusmodi tutela apud viros suos vivunt, nec manu, nec lingua sunt offendendæ. arg. eorum, quæ tradit Covar. *in lib. var. resol. c.* 9. & Farinac. *in prax. crimin. c.* 20 *n.* 21. *&* 22. *par.* 1.

132 Quæri sæpius solet, † si seduxerit quis virginem, & cum ea carnalem copulam, habuerit, quid agendum? Et videtur, quòd illam desponsare, aut dotare teneatur, per text. *in c.* 1 *de adult.* & ibi gloss. & Innoc. *n.* 2. & Abb. *n.* 1. *&* 2. & ipsam desponsando tenetur etiam dotare, ut, aliquo casu matrimonio soluto, dos illa constituta redeat ad mulierem, quam lucrifaciat propter delictum viri, ut ibi Abb. *n.* 3. De jure autem civili pœna publicationis partis dimidiæ bonorum, aut corporis afflictiva, etiam usq; ad pœnam ultimi supplicii, est imposita, *ut in* §. *item lex Iulia infl. de publ. Iud.* quæ tamen pœna hodie non infligitur, ut per Bernon. *in tract. de concub. fol.* 110. *n.* 34. ubi de communi testatur quam sequitur Clar. *in* §. *stuprum dummodo non committ. cũ violentia n.* 2. *inf.*

133 Dos enim virgini † stupratæ à stupratore debetur in pœnam stupri, & ita lege divina cavetur *Exod. c.* 22. *Thes. decis.* 3. *n.* 2. & Masc. *lib.* 3. *de probat. conclus.* 1338. *n.* 6. Sed, an sit simpliciter verùm, quòd stuprans virginem teneatur illam dotare, potest dubitari, si non nubat, an sit dotan-

134 da, cum dos mulieri debeatur propter nuptias, & † dos sine matrimonio esse non possit. *l. fin. C. de donat. ant. nupt.* Bart. *in l.* 1. *n.* 5. *ff. pro dot.* & Abb. *in d. c.* 1. *n.* 7.

135 Dum enim mulier † non nubit, & matrimonii causa dos debeatur, cessante causa dotis, dos cessare debet, Cephal. *in cons.* 84. *n.* 11. *& cap. cum cessante. de appell.* & quòd, nisi secutis nuptiis, mulier defloratæ dotem petere non possit, tenet Borg. Cavalc. qui plura exempla deducit, per ipsum, & alios ita fuisse judicatum, & sententias executioni demandatas, *in repert. suarum decis. in verb. matrimonium. num.* 5. *& seq.* cujus opinionem non puto veram, quicquid alii, qui, sententiando illam secuti fuerunt, senserint. Et si exemplis uti licet, quòd mulieri defloratæ, etiam non secutis nuptiis, dos debeatur cõtra Th. Vineam

fuit

fuit de anno 1592. in Tribunali Metropolitano Taurinensi, à me sententiatum; quæ sententia à nuntio Apostolico tunc Taurini residente confirmata, & deinde exe-
136 cutioni demandata fuit, sed † cum ratio sit anima legis, Jason. *in l. qui quadringenta, num. 2. ff. ad Trebell.* opinio Borgn. non satis videtur fulcita rationibus, quam ipse fundat in doctrina Cephali & Capici, quos allegat, qui loquuntur in legato dotis, & relicto conditionali, quod est valde diversum à dote, quæ in pœnam delicti debetur, ex supra allegatis, & ex diversis non fit illatio, *l. Papinianus exuli ff. de minor.*

137 Cùm enim dos † debeatur in pœnam stupri culpa, & facto stuprantis, & mulieres defloratæ damnum patiantur, quod propterea, ut plurimum, non inveniunt viros, qui illas in uxores ducere velint, Fe-
141 † defloratæ verò, ut cum viro, quem ante defloratæ verò, ut cum viro, quem ante defloratæ verò, ut cum viro, quem ante

& Ambrosius. *lib. 1. de virginibus*, inquit, Nemo miretur, si angelis comparentur, quæ angelorum domino copulantur. Cyrillus *cathec. 12.* Non ignoremus castitatis gloriam, angelica enim est corona, & supra hominem hæc perfectio, Nazian. *in carmine de virginitate.*

Salve virginitas divino tradita dono,
Mater inoffensæ vitæ, bonamaximæ fundēs
Christi pars, & spiritibus sociata supernis.
Ignaris thalami.

Pluraque de virginitate tradit, & refert Bellarm. *in 4. controu. gener. tom. 1. de monach. cap. 28. lib. 2.*

DE IVRAMENTIS.

Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Ivramentum, ut sit licitum tres comites habere debet, justitiam, judicium, & veritatem.*
2 *Iuramentum, quid sit.*
3 *Iuramentum est duplex assertorium, & promissorium.*
4 *Iuramentum etiam tripliciter dividitur, in deliberatum, & solemnizatum, deliberatum, & non solemnizatum, & nec deliberatum, nec solemnizatum.*
5 *Iuramentum novem de causis efficitur licitum.*
6 *Iuramentum pluribus etiam de causis illicitum efficitur.*
7 *Iuramenta irritantur à Papa, qui solus à iuramento licito absolvere potest.*
8 *Iuramenta servorum à dominis possunt irritari.*
9 *Iuramenta uxoris à marito possunt irritari.*
10 *Iuramenta monachorum possunt Abbates, & alii eorum superiores irritare.*
11 *Episcopi à juramentis ante perjurii incursum, absolvere possunt.*
Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.
12 *Iuramenta sub pluribus, & diversis formis præstantur.*
13 *Iuramenti forma, quod Imperator Papæ præstare tenetur.*
14 *Iuramenti forma, quod reges Papæ præstare tenentur.*
15 *Iuramenti forma, sub qua Episcopi Papæ obedientiam præstant.*
16 *Episcopi Apostolorum limina singulis triennio visitare tenentur.*
17 *Episcopi possessiones ecclesiarum, de novo infeudare, aut alienare non possunt.*
18 *Vassalli juramentum sub qua forma præstetur.*
19 *Fœmina quandoque est capax feudi, & juramentum præstat fidelitatis.*
20 *Iuramentum fidei professionis, qui doctores præstare teneatur.*

21 *Fidei*

21 *Fidei professionem doctorandi emittere tenentur.*
22 *Episcopi, vicarij non recipientes à Doctoribus, & scholaribus fidei professionem, in graves censuras incurrunt.*
23 *Fidei professionis forma, quæ sit.*
24 *Fidei professionem ad cathedrales, & alias ecclesias assumendi, qui emittere teneantur.*
25 *Fidei professio à quibus intra duos menses præstari debeat.*
26 *Canonici fidei professionem non emittentes, non faciunt fructus suos.*
27 *Canonici fidei professionem non emittentes, fructus prebendæ amittunt.*
28 *Iuramentum, an sit licitum vel ne, cognitio spectat ad forum ecclesiasticum.*

SPONSALIA, de quibus proximè egimus, sæpè firmantur juramento, quare de juramento hic dicere opportunum censemus. Juramentum ideo,
1 ut sit licitum, † tres comites habere debet, judicium, iustitiam, & veritatem, hoc est, ut verum sit, quod juratur, sitque justum, & cum reverentia debita adeò fiat, non autem leviter, sed discretè, & ex causa necessaria, considerando locum, causam, tempus, & cæteras circumstantias, ut cum judicio non præcipitanter, & temerè feratur. *cap. & jurabunt, 22. quæst. 1.* Navarr. *in c. 12. num. 13. tom. 3.* & Graff. *decis. aur. c. 3.*
2 *num. 3. & 4. lib. 2. part. 2.* † est enim juramentum assertio, vel negatio de aliquo licito possibili, & honesto, sacræ rei attestatione firmato, Hostien. *in sum. num. 1. de*
3 *jureiur.* † & est duplex, assertorium, & promissorium, assertorium aliud de calumnia, & aliud de veritate dicenda; promissorium vero de faciendo, de persolvendo, de judicio sisti, & judicatum solvendo, & his similia, ut per eundem Hostien. §. *quot sunt species, numer. 3. eod. tit.*

4 Juramentum † dividitur etiam in deliberatum, & solemnizatum, deliberatum, & non solemnizatum, & nec deliberatum, nec solemnizatum. Deliberatum, & solemnizatum est, quando testes jurant ad sancta Dei Evangelia in præsentia judicis, vel aliquis præstat juramentum litis decisivum. Deliberatum, & non solemnizatum, quando quis in occulto jurat aliquid cum deliberatione, intendens illud per divinæ veritatis testimonium confirmare. Non deliberatum, nec solemnizatum est quando quis jurat in sermone, non attendens, quem invocet, & ad quid, sed quadam consuetudine. Turrecrem. *in c. habemus. num. 3. 22. qu. 1.* & Graff. *decis. 16. n. 1. lib. 2. par. 1.*

5 Licitum efficitur † juramentum novem de causis, septem, propter bonum introducendum, & duabus, propter malum amovendum. Primò, pro veritate confirmanda, *ut c. non est. 22. qu. 1. c. quanquam. 14. quæst. 2. & cap. fin. de jur.* Secundò, pro veritate declaranda, quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum *cap. licet. de testa.* Tertiò, pro pace confirmanda, *c. omne quod 21. quæst. 1.* Quartò, pro amicorum animis conciliandis. *eod. cap. omne. & cap. novit. de judic.* Quinto, pro fidelitate servanda, pro qua venerunt senes Israel ad regem, qui percussit cum eis fœdus coram dommo, *2. reg. cap. 5. & cap. significasti. de*

elect. Sextò, pro fide, pro obedientia, & pro unitate, sicut juraverunt viri Galilæi ad Iepte. *lud. cap. 11. & cap. significasti* §. *ajunt. vers. hoc. nimirum. de elect.* Septimò, pro consuetudine Ecclesiæ servanda, pro qua canonici cathedralium juramentum præstant, & filij Israel data lege juraverunt se domino servituros, *Exod. cap. 24.* Octavò, pro calumnia evitanda, ut, quando præstatur juramentum de calumnia, quod præstari potest in qualibet parte litis, tàm ante, quam post litis contestationem, *c. 1. de jur. calum. 6.* Nonò, pro infamia tollenda, quæ juramento, & testibus purgatur, ut extr. *de Purg. canon. per tot.* unde versus, Pax, & fama, fides, reverentia, cautio damni, Defectus veri, sibi poscunt magna caveri, gloss. *in cap. significasti. in verb. pro unitate. de elect. in cap. nullus, de jur. jur.* & Graff. *decis. aur. cap. 15. numer. 5. par. 1. lib. 2.*

6 Illicitum † juramentum pluribus modis dicitur, primò, ex persona jurantis, ut sunt impuberes, quorum juramenta non tenent, *cap. pueri, & cap. honestum, 22. quæst. 5. & l. qui juraſſe, ff. de jur. jur.* Secundò, est illicitum ex persona, cui juratur, ut cum clericus in manibus laici jurat, quod non licet, *cap. nullus, 22. quæst. 5.* Tertiò, ex causa turpi obligatoria ad hoc impellente, ut quando Herodes filiæ saltatrici juravit licet tolerabilius fuisset, promissum non facere, quam facere, quod turpe fuit, *cap. unusquisque. 22. quæst. 4. & c. innocens, §. unde vers. est enim, 22. ead. quæst. 4.* Quartò, ex modo est illicitum, ut quando temerè, vel indiscretè, aut sine necessitate juratur, ut fecit Iepte, qui cùm indiscretè juraſſet, se immolaturum, quod ei victori redeunti de prælio primitus occurrisset, filiam unicam, quæ ei primò præ gaudio illius victorioſi adventus occurrit, occidit, *lud. dicto c. 11. in fin. c. si non licet, §. sed hic excepto, 23. quæst. 5. dicto cap. unusquisque, & cap. ita ergo, ead. 22. quæst. 1.* Quintò, est illicitum ex tempore, ut si dominicis, vel aliis festis, & prohibitis diebus juretur, *ut c. decrevit, ead. 22. qu. 5.*

7 Irritatur † juramentum à pluribus, Primò, à Papa, cujus auctoritate penitus illicita juramenta irritantur. *cap. auctoritatem, 15. quæst. 6.* & subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium, à juramento fidelitatis absolvit, ut subditos magnorum Principum, contra quos ad aliam executionem deveniri non potest, per tex. *in cap. nos, ead. quæst. 6.* & solus Papa à juramento quoque licito absolvere potest *c. alius, ead. qu. 6.*

8 Secundò, † juramenta servorum possunt à dominis irritari, argum. *cap. si servus sciente, 54. dist.*

9 Tertiò, † juramentum uxoris, quia sui juris non est, à marito irritari potest, *cap. manifestum, 33. quæst. 5.* licet propriè jus irritavit horum juramentum, non ipsi irritant domini, aut viri, dum dicimus dominos posse irritare juramentum suorum servorum, & mariti suarum mulierum.

10 Quartò, † juramentum monachi à suo Abbate, *cap. monacho, 20 qu. 4.*

11 Quintò irritari potest † juramentum ab Episcopo, qui, quotiescunque ex parte recipientis juramentum habet iniquitatem, absolvere potest, *c. si vero & c. verum, de jurejur.* & Graff. *decis. aur. cap. 18. num. 33. par. 1. lib. 2.* & à simplici juramento ante incursum perjurii in pluribus casibus Episcopus absolvere potest, quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis,

cap.

cap. quanto, de jureiur. & gloss. *in cap. dilecti, in ver. juramenti. de major. & obed.*

12 Dividuntur † juramenta in multas, & varias formas, de quibus per Felyn. *in eod. cap. dilecti. numer.* 1. & præstatur juramentum, quandoque à supremis Principibus. Illud enim præstat futurus Imperator sub 13 forma sequenti. † Ego Romanorum Rex, annuente Domino futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque juro, coram Deo, & beato Petro, me de cætero protectorem, & defensorem fore summi Pontificis, & hujus S. R. E in omnibus necessitatibus, & utilitatibus suis, custodiendo, & conservando promissiones, honores, & jura ejus, quantùm divino suffultus adiutorio fuero, secundum scire, & posse meum, recta, & pura fide, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia, *ut in clem. uni post med. ver. Ego N. de jurejur.*

14 Præstatur † juramentum à Rege forma sequenti, Ego N. Deo annuente futurus Rex N. profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis ejus deinceps legem, justitiam, & pacem, Ecclesiæ Dei, populoque mihi subjecto, pro posse, & nosse facere, ac servare, salvo condigno misericordiæ Dei respectu, sicut in consilio fidelium meorum melius potero invenire, Pontificibus quoque Ecclesiarum Dei, condignum, & Canonicum honorem exhibere, atque ea, quæ ab Imperatoribus, & Regibus ecclesiis collata, & reddita sunt, inviolabiliter observare, Abbatibus, comitibus, & vasallis meis, congruum honorem secundum consilium fidelium meorum præstare, sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia, *in Pontificali Romano Clementis. VIII. jussu edito. fol. 128.*

15 Ab Episcopis † autem præstatur in forma sequenti. Ego N. electus ecclesiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro Apostolo, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ, & D. N. D. N. Papæ N. suisque successoribus canonicè intrantibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione, aut in eos violenter manus quomodolibet inferantur, vel injuriæ aliquæ inferantur, quovis quæsito colore, consilium verò, quod mihi credituri sunt per se, aut Nuncios suos, seu litteras ad eorum damnum me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum, & regalia Sancti Petri, adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo, juro; honores, privilegia, & auctoritatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Domini nostri Papæ, & successorum prædictorum conservare, defendere, augere, & promovere curabo, neque ero in consilio vel facto, seu tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel præjudicialia personarum juris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur, & si talia à quibuscunque tractari, vel procurari novero, impediam hoc pro posse, & quanto citius potero, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire; regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, sive dispositiones, reservationes, provisiones, & mandata Apostolica,

stolica, totis viribus observabo, & faciam ab aliis observari, hæreticos, schismaticos, & rebelles eidem Domino nostro, vel successoribus prædictis, pro posse persequar, & impugnabo, vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præ-
16 peditione, † Apostolorum limina singulis trienniis personaliter per me ipsum visitabo, & Domino nostro, ac successoribus præfatis rationem reddam de toto meo Pastorali officio, ac de rebus omnibus ad meæ ecclesiæ statum, ad cleri, & populi disciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei traditæ sunt, salutem quovis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica humiliter recipiam, &
17 quam diligentissimè exequar, quòd, si legitimo impedimento detentus fuero, prædicta omnia adimplebo per certum nuncium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio meo capituli, aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum, seu aliàs personatum habentem, aut his mihi deficientibus per diœcesanum sacerdotem, & clero deficiente, omnino per aliquem alium presbyterum secularem, vel regularem spectatæ probitatis, & religionis de supradictis omnibus plenè instructum, de hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad S.R.E. Cardinalem proponentem in congregatione sacri concilij, per supradictum
18 nuncium transmittendas, † Possessiones verò ad mensam meam pertinentes non vendam, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli ecclesiæ meæ, inconsulto Romano Pontifice, & si ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas, eo ipso incurrere volo, sic me Deus adjuvet & hæc S. Dei Evangelia, *ut in eo Pontific. fol. 79.*

18 Iuramentum † autem vasalli, quo fidelitas præstatur, in se habet, quod qui domino suo fidelitatem jurat, ea semper in memoria debet habere, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile, sed, quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat etiam id quod bonum est, ultra sex supradicta cõsilium etiam, & auxilium domino suo fidele præstare tenetur, si beneficiis dignus vult videri, & salvus esse de fidelitate jurata. *cap. de forma, 22 quæst. 5. cap. 1. de form. fidel. & cap. 1. de nov. form fidel. in us. feud.*

19 † Et, quia ardua quæstio, an, & quomodo fœmina sit capax feudi, & juramentum fidelitatis præstare possit, de qua per Iser. & Iac de S. Georg. *in tract. de feud.* fœmina tamen est capax. feudi, & ad præstandum homagium, vel fidelitatis sacramentum, admittitur etiam abbatissa, vel priorissa monialium pro feudo, quod monasterium suum tenet ab aliquo Principe, seu domino temporali. *cap. unic. §. verum quando. de stat. reg in 6.*

20 Et Pius IV. motu proprio statuit, & ordinavit, quòd nullus doctor, magister, regens vel alius cujuscumque artis, & facultatis professor, secularis, vel cujusvis ordinis regularis, in quibusvis studiorum generalium universitatibus, aut gymnasiis publicis aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris cathedram assequi, vel jam obtentam retinere, seu aliàs Theologiam canonicam, vel civilem censuram, medicinam, philosophiam, grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuscunquelocis etiam in ecclesiis, monasteriis, aut conventibus regularium quorumcunque publicè,

vel

vel private in quoquo modo profiteri, seu lectiones aliquas in facultatibus hujusmodi habere, vel exercere. † Neque doctores ipsi, vel alii superiores, ad alium gradum in eisdem facultatibus suscipiendum recipere, & admittere, neque doctores, magistri, & scholares ad electionem alicujus in rectorem, vel cancellarium universitatis, aut gymnasii procedere, nec ipsi scholares, vel alii gradus hujusmodi palam, vel privatim recipere valeant, nisi ante illorum receptionem, vel admissionem in Ordinarii loci, vel ejus in spiritualibus Vicarii manibus catholicam fidem, verbis iuxta formæ infrascriptæ tenorem conceptis, palàm, & solemniter profiteantur, *ut in litteris Apostolicis Pij IV. incipien. in sacrosancta B. Petri circa princ.* Et in
11 eventum † contraventionis Episcopi interdicti pœnam ab ingressu ecclesiæ, inferiores verò excommunicationis latæ sententiæ, privationisque omnium, & singulorum, dignitatum, beneficiorum, officiorum, & feudorum eo ipso pœnas incurrant, *ut in eisdem litteris*, §. *ac omnibus in Bullar. Rom. cap* 112. tenoris infrascripti.

12 Forma † autem dictæ professionis fidei hæc est. Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S.R.E. utitur; videlicet Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ visibilium omnium, & invisibilium, & in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigentium, & ex parte natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est, crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas; & ascendit in cœlum: sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis, & in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex patre filioque procedit; qui cum patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per prophetas; Et unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram scripturam juxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum patrum, accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè, & propriè sacramenta novæ legis à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet, baptismum, confirmationem, eucharistiam, pœnitentiam, extremam unctionem, ordinem, & matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his baptismum, confirmationem, & ordinem sine sacrilegio reiterari non posse, receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione reci-

pio. & admitto: Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis, & defunctis, atque in sanctissimo eucharistiæ sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, unà cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conversionem catholica Ecclesia transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantùm specie, totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi: constanter teneo, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari: similiter, & sanctos unà cum Christo regnantes venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter asserо, imagines Christi, ac deiparæ semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo: sanctam, Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem & magistram agnosco, Romanoque Pontifici beati Petri Apostolorum principis successori, ac Jesu Christi Vicario, veram obedientiam spondeo, ac juro; Cætera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis cõciliis, & præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses ab Ecclesia damnatas, & rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam usque ad extremum vitæ spiritum constantissime, Deo adiuvante, retinere, & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia, *ut in eodem cap 122.*

24 Omnesque † quos cathedralibus, & superioribus ecclesiis, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscunque beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus provideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros, spondere, & jurare tenentur, conc. Trid. *in c. 1. circ.* 25 *med. c. 12. de ref. sess. 24.* & Pius IV. † *in eod. Bull Rom. c. 114.* & ad minus infra duos menses à die adeptæ possessionis in manibus Episcopi, vel, eo impedito, coram generali ejus Vicario eandem tenentur orthodoxæ suæ fidei publicam facere profes-
26 sionem, † canonici verò, non solum coram Episcopo, sed etiam in capitulo idem facere tenentur, alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur. conc. Trid. *eod.*
27 *c 12. §. provisi autem*, † & fructus præbendæ tantùm hoc casu amittunt, qui sine auctoritate

ctoritate Papæ remitti non possunt. conc. Trid. *in decis. super eo c.12.* & in Bull. *c.112. & 114.* & quod teneantur fidei professionem emittere, fuit etiam super. *eod. cap. 12.* à sacra congreg. decisum, *sub tit. Vercellen.* 18 *& Cremonen.* & † ubicunque dubitatur, an juramentum sit licitum, vel illicitum, & ideò servandum, vel non servandum, ad Papam, & forum ecclesiasticum tantum cognitio spectat. *c. venerabilem, circa fi.* & ibi Inn. *n.6.* & Abb. *n.13. de elect.* & hæc breviter de juramentis mihi dixisse sufficiat.

DE VOTO, ET VOTI DISPENSATIONE.

Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Votum, quid sit.*
2 *Votorum plures sunt species.*
3 *Votum necessitatis, est illud, quod quis in baptismo emittit.*
4 *Votum voluntatis, est illud, quod quis voluntariè emittit.*
5 *Votum voluntarium est duplex, solemne, & simplex.*
6 *Votum simplex est duplex, tacitum, vel expressum.*
7 *Votum, iuramentum, pactum, consuetudo, & lex, quando servari non debeant.*
8 *Votum, ut sit validum, cõsiderata tantummodo persona voventis, tria requiruntur.*
9 *Votum vovere non potest Episcopus, per quod vinculum, inter ipsum & suam Ecclesiam dissolvatur.*
10 *Vovere non potest monachus sine consensu sui Abbatis.*
11 *Votum peregrinationis, clericus secularis sine consensu sui Episcopi emittere non potest.*
12 *Vir, & uxor, qua vovere non possint.*
13 *Impuberes, quando validè vovere possint, vel non possint.*
14 *Vovere non potest servus quidquam, quo servitium domini minuatur.*
15 *Voto nemo potest se firmiter obligare in his, in quibus alteri subijcitur, sine illius consensu.*
16 *Vota sub pœna peccati mortalis sunt servanda, & quàmprimum etiam implenda.*
17 *Votum metu factum, quando non obliget.*
18 *Matrimonium metu factum non tenet.*
19 *Puella meticulosè monasterium ingressa, cum habitus ante legitimam ætatem professionis gestatione, potest exire, & habitum dimittere.*
20 *Votum factum in minori ætate, non obligat adveniente pubertate, nisi ratificetur expressè.*
21 *Votum irritare possunt ij, in quorum potestate voventes existunt.*
22 *Obligatio semel extincta, nunquam revivisci.*

23 *Vota necessitatis irritari, aut commutari non possunt.*

24 *Votum propria auctoritate, in melius potest commutari.*

25 *Voti commutatio in aquale opus ex aliqua causa rationabili, & cum superioris auctoritate fieri debet.*

26 *Voti commutatio fieri debet habita ratione loci, temporis, & aliorum.*

27 *Voti commutatio quando expensarum itineris ratio est habenda, expensæ & labores in eundo tantum, non redeundo sunt considerandæ.*

28 *Votum factum intuitu certæ personæ, vel loci cnmmutari potest.*

29 *Legatum ad unum usum factum, regulariter Episcopus commutare non potest.*

30 *Missarum celebrandarum numerus quando, & quomodo reduci possit.*

31 *Commemoratio defunctorum in reductionem Missarum semper facienda.*

32 *Missarum celebrandarum numerus ab Episcopis, non autem ab inferioribus, reduci potest.*

33 *Missarum reductio, de quibus fieri possit.*

34 *Commutatio voluntatis defuncti super relictis ad usus pios ab inferiore Papâ fieri non potest.*

35 *Dispensare an possint Episcopi contra constitationem beneficij.*

36 *Missarum reductio difficiliùs permittitur, quam reductio eleemosynarum, & anniversariorum.*

37 *Missarum numerus pro quibus legatum ad illas celebrãdas nõ sufficit, reduci potest.*

38 *Commemorationibus pro animabus defunctorum faciendis, quomodo satisfieri possit.*

39 *Missarum reductiones inde bitè obtinentes, furtum committunt.*

40 *Restitutio Missarum injustè reductarum, quomodo fieri debeat.*

41 *Restitutio est in pristinum statum repositio.*

42 *Actus contra legem gestus, est nullus.*

43 *Missarum onera beneficijs imposita, quomodo probari possint.*

44 *Restitutio adversus præscriptionem quadragenariam Ecclesiæ datur.*

45 *Alleganti, onus probandi incumbit.*

46 *Missa, ob tenuitatem fructuum beneficiorum, an sint reducendæ.*

47 *Testatoris dispositio ad pium usum facta, pro lege est servanda.*

48 *Legata pecunia ad certum usum pium, quando Episcopus possit testatoris voluntatem commutare.*

49 *Commutare quando possit Episcopus legatum speciale, ecclesiæ factum.*

50 *Commutare quando possit Episcopus legatum pecuniæ, factum pro construendo monasterio.*

51 *Commutare quando possit Episcopus legatum factum pro fundanda ecclesia, vel oratorio in certo locõ.*

52 *Commutari, quando possit per Episcopum legatum, ad certum usum pium factum.*

53 *Dispensare potest Episcopus ab omnibus votis, in quibus non est ei facultas prohibita.*

54 *Dispensare non possunt Episcopi super quinque votis.*

55 *Dispensare non potest Episcopus super voto solemniter emisso, per sacri ordinis susceptionem.*

56 *Dispensare potest Papa, ut de monacho non monachum faciat.*

57 *Monachus ex dispensatione Apost. uxorem duxit, & filiam suscepit, quæ in regno successit.*

Seba-

58 *Sebastiani Portugalliæ Regis mors.*
59 *Regno Portugalliæ vacante prætendentes plures.*
60 *Philippus secundus Hispaniarum Rex, possessionem regni Portugalliæ nactus fuit.*
61 *Ducis Giciosæ mors in prælio.*
62 *Milites ordinis S. Ioannis Hierosolymitani tria vota substantialia emittunt.*
63 *Dispensatum fuit Apostolica auctoritate cum fratre ordinis Hierosolymit. ut pro publica utilitate matrimonium contrahere posset.*
64 *Frater ordinis Capuccinorum ob publicam utilitatem, ex sede Apostolica facultate dux exercitus efficitur.*
65 *Monachus causa majoris, & melioris boni, à Papa eximi potest à voto religionis.*
66 *Voti dispensatio, ut sit legitima, requiritur non solùm spiritualis potestas, sed etiam justa, & necessaria causa.*
67 *Voti vinculum, à vinculo juramenti non differt.*
68 *Dispensandi à voto causæ, quæ sint.*

1 VOto † plures obligantur, & quia voti vinculum, à vinculo juramenti non differt, ut infra demonstrabitur, post juramentum de quo feci, ad præcedētia continuando, hunc de voto est agendum. Votum autem est alicujus rei licitæ faciendæ, vel non faciendæ, cum deliberatione animi Deo facta pollicitatio, Hostien. *in sum. de vot. & voti redempt. n.* 1. & Bart. *in repet. l.* 1. *n.* 67. C. *de sacr.* 2 *sanct. Eccles.* Votorum plures sunt species, plures vovere possunt: pluribus ex casibus 6 votum emitti, irritari, redimi, commutari, & dispensari potest, ut per Host. *in sum. eod. tit.* Votorum species sunt duæ 3 † unum est necessitatis, & est illud, quod quis promittit in baptismo, ut abrenūcia- 7 re satanæ, & pompis ejus, tenere fidem, servare decalogum, & alia, sine quibus homo salvari non potest. *c. primum, & c. parvuli, de consecr. dist.* 4. & Host. *eod. tit. n.* 4 2. Alterum est votum † voluntatis, & dicitur illud, quod quis voluntariè emittit, & ad quod quis ante votum non tenebatur, sed post votum astringitur, & sunt ea, de quibus *psal.* 75. *vovete, & reddite domino Deo vestro, & c. magnè de vot. & voti redemp.*

Voluntarium † votum est duplex: alterum quidem solemne, & alterum simplex. Navar. *de secun. præcep. c.* 12. *nu.* 32. *vers.* 13. Solemne est, quod solennizatur per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, vel tacitè factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis. *cap.* 1. *de vot. in* 6. Simplex † votum est duplex, tacitum, vel expressum. tacitum quod sola mente deo fit, expressum, ubi verba, aut scriptura accedit. Sot. *in* 4. *sent. dist.* 38. *q.* 1. *art.* 1. *vers. ad solutionem.* & Graff. *deci. aur. c.* 21. *n.* 9. *par.* 1. *lib.* 2. ubicunque enim † vovens, vel promittens aliquid facere, quo facto, salus spiritualis, vel corporalis amitteretur, vel peccatū mortale incurreretur, non est votum servandum, neque juramentum, neque pactum, neque consuetudo, neque lex, neque præceptum, neque aliquod aliud vinculum fraternitatis *cap. inter cætera. cap. fin.* §. *& unde datur.* 12.

quæst. 4. c. quando, de jurejur. & Graff. *c. 21. num. 7.*

8 Ad voti validitatem † considerata tantummodo persona voventis, tria requiruntur, videlicet, rationis deliberatio, propositum voluntatis, & promissio, in qua voti ratio perficitur, quæ tria non multa indigent deliberatione, sed subitò fieri possunt. Sylvest. *in verb. juramentum, 4. n. 9.* quem sequitur, Graff. *eod. cap. num. 2.* sed non omnes habent potestatem vovendi, quia sex genera personarum vovere non possunt.

9 Primò, † Episcopus votum, per quod vinculum inter ipsum, & suam Ecclesiam contractum dissolvatur, emittere prohibetur, nec etiam aliud, per quod ecclesiæ suæ graviter præjudicetur, unde votum peregrinationis, per quod diu ab ecclesia sua abesse deberet, sine licentia Papæ emittere non potest, *cap. nisi cum pridem, in fin. de renunciat. cap. sicut nostris*, & ibi glos. *in verb. in damnum, de jurejuran. cap. magnæ, de vot. & vot. redem. & cap. licet, de regul.* emittere tamen potest votum abstinentiæ, & eleemosynæ, ac omne votum, per quod bonum præbeat exemplum, *d. c. magnæ*, Host. *in summ. de vot. §. quis vovere possit num. 7.* & Graff. *decis. aur. cap. 12. nu. 13. par. 2. lib. 2.*

10 Secundò, † monacho non licet vovere sine consensu sui Abbatis, & si voverit irritandum erit, *cap. voto. 20. quæst. 4.* & S. Th. *2. 2. quæst. 88. artic. 8.* similiter nec Abbates sine consensu suorum superiorum, Abb. *in cap. scripturæ, in fin. de vot.*

11 Tertiò, † nec clericus secularis votum peregrinationis sine sui Episcopi consensu emittere potest, sed votum continentiæ, & religionis eidem emittere licet, *cap. duæ sunt. 19. quæst. 2. cap. non oportet, de consecr. dist. 5.* Innoc. *in cap. scripturæ, num. 3.* & ibi Abb. *num. 9. de vot.* præsertim, si habet beneficium, quod personalem residentiam requirat, *cap. admonet*, ubi etiam glos. *in verb. in consulto de renunc.*

12 Quartò, † vir, & uxor non possunt vovere abstinentiam, vel peregrinationem, unus sine consensu alterius, excepto voto peregrinationis ultramarinæ, quod viri, & mulieres altero invito, si sunt potentes, facere possunt, Innoc. *in d. cap. scripturæ, n. 3. vers. vir autem*, & ibi Abb. *num. 8.*

13 Quintò, † vovere validè non possunt impuberes sine tutoris, vel patris auctoritate, *cap. 1. & 2. 20. quæst. 2.* nec pubes filiusfamilias, excepto voto religionis, quod liberè emittere potest, sine consensu patris, Hostien. *in sum. §. si quis vovere. num. 7. vers. sed nunquid, de vot.* sed ad professionē emittendam, hodie non sufficit pubertas, quia religionem nemo profiteri potest ante annum decimum sextum expletum. Conc. Trident. *cap. de reg. & monia. sess. 25.*

14 Sextò, † nec servus vovere potest quicquam, quo minuatur servitium domini, *cap. si servus 54. dist. cap. mulieres, & cap. relatum, de sentent. excomm.* & Innoc. *in dicto cap. scripturæ, num. 3.* & nemo potest

15 per votum † se firmiter obligare in his, in quibus alteri subjicitur, sine consensu sui superioris. *Num. cap. 30* Quod autem non possit quis per promissionem se firmiter obligare ad id, quod est in potestate alterius, sed ad id tantùm, quod est in sua potestate, quoniam qui est subjectus alteri, quantùm ad ea, in quibus est subjectus, non potest facere, quod vult, sed dependet à voluntate alterius, quapropter ea

ratione

tatione vovere non possit, tenet S. Th. *d. q. 88. art. 8.*

16 Vota, sub pœna peccati mortalis sunt servanda, & quamprimùm etiam implenda, S. Thom. *ead quæst. 88. art. 3.* & in propriis terminis, Sot. *de iust. & jur. lib. 7. q. 2. art. 1.* Votum autem non adimplere est contra Dei charitatem, & in genere peccatorum mortalium, Graff. *decis. aur. pr. eod. cap. 22.* sed votum † metu fa-17 ctum, ad quod minis quis compellatur, non obligat ventem, si talis sit metus, qui in constantem virum cadere possit, quod boni viri arbitrio est remittendum, *l. interpositas, in verb. cruciatum, ff. ex qui. cau. major.* Abb. *in cap. cum virum, num. 8. de regul.* glos. *in cap. cum dilectus, in ver. metus mortu, de hù, quæ vi met. ve. ca.* & major metus cadit in fœminam, quàm in virum propter fragilitatem sexus, gloss. *in cap. cum locum, in ver. metus*, & ibi Abb. *de spons.* & Paris. *cons. 26. num. 22* 64. *lib. 3.*

18 Nec † matrimonium metu contractum tenet, *dicto cap. cum locum, c. requisivit, & cap gemma eod. tit. de spons.* Ideò puella 19 meticulosè † monasterium ingressa cum habitus susceptione, & ante legitimam ætatem professionis gestatione potest exire, & habitum dimittere, quia cùm habitus probationis, qui defertur ante professionis emissionem, sit distinctus ab habitu professionis, per illius gestationem non inducitur aliqua ratificatio, quia ad hoc ut factum † in minori ætate obliget, adveni- 20 ente pubertate, requiritur, ut ratificetur expressè, vel saltem perseveret per totum annum decimumsextum, à Conc. Trid. præscriptum, *ut in dicto cap. 15* & per Ab. *in cap. significatum, num. 5. de reg.* & quantocunque tempore quis gestaverit habitum probationis patenter distiactum ab habitu professionis, non censetur emittere professionem, nec obligatur religioni in genere, neq; in specie, sed potest redire ad seculum. Innoc. Andr. *in fin.* Anchar. *n 5.* Abb. *n. 3. vers. secundo casu, de reg.* & Navar. *cons. 25. num. 3. de vot. lib. 3.*

21 Irritare votum † est ipsum infringere, & cassare, ut amplius ligandi vim nō habeat, & hoc possunt ij, in quorum potestate sunt voventes, ut pater, & eo deficiente mater, si est nutrix filiorum, & ipsi tutores, vel curatores, maritus, dominus, Abbas, & alii Prælati religiosorum, in iis, in quibus voventes eis subjiciuntur, *cap. puella, 20. q. 2. ca. manifestum, c. noluit, 35. quæst. 5* pro quibus canones irritarunt, & semel legitimè irrita, semper irrita manent, nec incipiunt obligare, post quàm illi liberantur à 22 subjectione irritantium, quia obligatio † semel extincta nunquam reviviscit, Sylve. qui hanc dicit communem, *in ver. religio. 2. quæst. 15. vers. sed si impubes, & ver. votum, 4. quæst. 2. vers. quintum*, & Graff. *decis. au. cap. 29. per tot. part. 1. lib. 2.*

23 Vota necessitatis, † quæ emittuntur in baptismi susceptione, nec irritari, neque commutari possunt, *ut in ca. sunt quædam*, junct. gloss. *in ver. debemus 17. quæst. 1.* Nā commutatio voti, vel redemptio exigit, ut id, in quod votum est commutandum, aut reducendum, æquè bonum sit, aut melius, quàm id, quod vovit. Navar. 24 *in Manual. cap. 12. num. 63.* Propria † auctoritate in melius votum commutari potest, quia propositum, aut promissum infringere non creditur, qui illud in melius com-

commutat, *cap. pervenit, de jurejuran.* Cajet. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12, & Graff *c.* 30. *par.* 1. *lib.* 1. *n.* 1. Et quæcunque vota simplicia in sæculo facta, sive personalia, sive realia, ingressu religionis extingui censentur. S. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 1.

25 Commutatio † voti in æquale opus fieri debet ex aliqua causa rationabili, & cum superioris auctoritate, *c.* 1. *x. de vot. & vot. redempt.* & Cajet. 1. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. quæ auctoritas requiritur etiam, quando dubitatur, an in æquale, vel melius commutetur, Sot. *lib.* 5. *quæst.* 4. *art.* 3, & Graff. *eadem quæstione* 30. *num.* 6. In voti commutatione † locus, tempus, labor, sumptus in itinere faciendi, præter illos, quos domi suæ feciſſet, corporis afflictio, & alia similia sunt subtiliter consideranda, ut in æquipollens possint comutari.

2 Quando † verò Iubilæi, aut privilegiorum vigore commutatio fieri potest, confessarius ad expensas, & labores in eundo tantùm, non autem in redeundo rationem habere debet, quia vovens solùm ire, non autem redire vovit, & his omnibus consideratis, confessarius debet in aliud pium opus dictas expensas, & labores commutare, & in tantam quantitatem pecuniæ puellæ nupturæ, vel in fabricam, aut reſtaurationem alicujus ecclesiæ, seu quid simile tradendam, convertere. Aut votum peregrinationis in aliud opus, in quo persona exerceatur, & fatigetur, ut in operibus corporalibus pro aliqua fabrica ecclesiastica, vigiliis, orationibus, & jejuniis. Ant. de Butr. *in cap. magnæ, num.* 6. *de vot. & vot. redempt.* & Graff. *eod. cap.* 30. *n.* 10.

28 Commutari † etiam potest votum factum intuitu certæ personæ, vel loci, vel de dando aliquid tali pauperi, vel tali ecclesiæ, quia est promissio facta Deo, S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. & cum Deo satisfiat per commutationem in æquale auctoritate Episcopi, absque consensu illius personæ, vel ecclesiæ (dummodo causa subsit ex parte voventis) fieri potest commutatio; Graff. *d. c.* 30. *num.* 12. & Navar. *de red. Eccle. q.* 1. *mon.* 60. *num.* 1. inquit, quòd à Papa potest commutari, sed puto, & ab Episcopo commutari posse, de consensu voventis, cum tali loco, vel personæ, nõ sit jus quæsitũ, quasi res devota sit sua, quia nec eis, nec aliquib⁹ pro eis acceptantibus, sed Deo sit facta pollicitatio. Graff. *cap.* 1. *num.* 11. & donans aliquid alicui, ut post aliquod tempus perveniat ad aliquam ecclesiam, potest illud onus remittere, donatario consentiente, non obstante quòd ecclesiæ sit quæsita utilis actio, Bar. *in l. qui Romæ, §. Flavius, nu.* 1. & ibi Jas. qui hanc dicit esse comm: opin. *n.* 14. *ff. de ver. obl.* & Navar. *eod. mon.* 60. *num.* 2.

29 An autem † possit Episcopus legatum ad unum usum factum in aliũ mutare. Regulariter non potest, sed requiritur sedis Apostolicæ auctoritas, Clem. *quia contingit*, ubi etiam glo. *in ver. sedis Apostolicæ, de relig. dom.* Felln. *in c. cum accessissent n.* 17. *in fin. de const.* & ibi Dec. *num.* 11. Covar. *in c. tua num.* 7. *de testam.*

30 Verum, † cùm in quibusdam ecclesiis sæpe contingat, vel tam magnũ Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis singulis diebus à testatoribus præscriptis nequeat satisfieri, vel eleemosynam hujusmodi pro illis celebrandis adeò tenuem esse, ut non facilè inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere, unde depereunt piæ testantium

stantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur; ideo sancta Tridentina synodus cupiens hæc ad pios usus relicta, quò plenius, & utilius potest impleri, facultatem dedit Episcopis, ut in synodo diœcesana, itemq; Abbatibus, & Generalibus ordinum, ut in suis capitulis generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque ecclesiarum utilitatem viderint expedire, ita tamen, ut † 31 eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ipsa ad pios usus reliquerunt, *ut in cap. 4. de refor. sess. 25.* & hic de pluribus dubitatur.

32 Primò, † an facultas Episcopis, Abbatibus, & ordinum Generalibus in præmissis concessa se extendat etiam ad inferiores, nempe Præpositos, Rectores, Priores, & alios collegiatarum aut aliarũ ecclesiarũ Superiores. At cùm sacrum concilium de inferioribus non loquatur, nec nos facultatem hujusmodi ad illos extendere debemus. Et quòd inferiores in ea facultate non comprehendantur, fuit à sacra congregatione declaratum *super eod. cap. 4. §. nec habere. vers. capitulis generalibus.*

33 Secundò, dubitatur, † an dictum decretum extendatur, & procedat tam in Missis testamento, vel legato sine titulo beneficii ecclesiastici relictis, quàm inillis, quæ ex fundatione, aut donatione ecclesiæ, seu altaris celebrari debent. Et, quamvis eadem ratio militare videatur, & ubi militat eadem ratio, idem jus statui debeat; à verbis tamen Concilii non est recedendum, quod cùm tantùmmodò disponat super onere Missarum, quæ ex variis defunctorum relictis in quibusdam ecclesiis sunt celebrandæ, & facultas sit restricta, ut ibi, statuere circa hæc, non possunt circa alia quidquam decernere, seu ordinare. Quòd autem ex dicto decreto. c. 4. non competat Episcopo facultas diminuendi onus à testatore impositum hæredibus pro certis Missis, & anniversariis celebrandis, eleemosynisque erogandis pauperibus, neque in oneribus similibus impositis beneficiatis in fundatione beneficiorum, etiam quòd fructus beneficiorum non sufficiant pro dictis oneribus supportandis, declaravit sacra congreg. *ee. c. 4. in decis. sub tit. Mediolan. & Ravennaten.* & melius *in §. ex hoc decreto, & §.* 34 *nec habere.* Cùm enim † agatur de commutatione voluntatis defunctorum mente fundatorum ad usus pios disponentium inferior Papâ, etiamsi sit sanctæ sedis Apostolicæ legatus alterare non potest. *cle. 2. ante med* & ibi gloss: *in verb. sedis Apostolicæ.* 1. & Abb. *n. 3. de relig. dom.* Felin. *in c. cum accessissent. n. 17. in fin. de constit.* & Graff. *decis. aur. par. 1. l. 2. c. 53. n. 11.*

Episcopi † enim non possunt dispensare contra constitutionem beneficii, vel ipsam immutare, aut contra eam venire, sine consensu patroni, ita quòd, si in institutione beneficii collatio est facienda presbytero, non potest Episcopus sine consensu patroni dispensare, ut non presbytero conferatur Innoc. *in c. fin. de cler. non resid.* & post. Ant. Abb. Imol & Dom. tenet Felin. *in d. c. cùm accessissent. n. 17. vers. & per hoc dictum, de const.* de consensu tamen patronorum possunt ex proxime allegatis, & deductis novissime per

doctiss. Cost. *in tract. de facti sci. & ignor Cont. 2. dist. 37. sub num. 8. & seq.* cùm
35 autem † non possit Episcopus dispensare contra constitutionem beneficii, multò minus super reductione numeri Missarum, quæ ubi eleemosynæ, Missæ, & anniversaria relicta reperiuntur, habens potestatem reducendi, potiùs eleemosynas, quàm Missas, vel anniversaria reducere debet, ut declaravit Sacra Congreg. *super eod. cap. 4. §. nec habet locum.*

Limitatur † tamen dicta conclusio in
37 legato facto de summa certa à testatore relicto pro certis Missis celebrandis, ut non procedat, si relicta pecunia, aut redditus annui legati non sufficiunt pro omnibus Missis celebrandis, licet appareat de expressa mente testatoris, qui certum Missarum numerum in perpetuum celebrandarum reliquit, numerus Missarum juxta vires legati est moderandus ex dispositione dicti *cap. 4. sess. 25. & ita super eod. c.* fuit à Sacra Congreg. declaratum, ut in decis. sub tit. Mediolanen ubi enim Missarum reductio fieri oportet, eorum semper defunctorum commemoratio fieri debet, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt, ut per Concil. Trid. *eod. c. 4. in fi* Et commemorationi † faciendæ juxta decretum di-
38 cti *cap. 4.* satisfit per intentionem applicationis Missarum, & per preces in secundo momento, & per collectas faciendas in Missis, ut declaravit Sacra Congreg. *super prædicto cap. 4: in decis. sub tit. Mediol. quæ incipit commemorationi faciendæ.*

Missarum autem † reductiones indebi-
39 tè obtinentes animas præcipuè defunctorum debitis suffragiis fraudant, & furtum committunt, ac ad restitutionem tenétur, ut inquit Graff. *decis. aur. par. 1. lib 2. cap. 45. num. 19.* & non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, *cap. peccatum, de reg. jur. in 6.*

40 Restitutio † hoc casu quando indebitè numerus Missarum fuit reductus dupliciter considerari debet, primò, ut Missæ reductæ non celebratæ celebrentur, secundò, quòd Ecclesia restituatur, ut Missæ ad minorem numerum reductæ ad priorem numerum juxta mentem, & dispositionem testatorum redigantur.

41 Restitutio † enim est in pristinum statum repositio, *l. quod si minor, §. restitutio, ff de minor.* & Bar. *in l. interdum, num. 3. ff. de cond. indeb.* In quo Præsules invigilare debent, non solùm, ne in futurum reductiones indebitè fiant, sed, ut, quæ contra mentem testatorum, aut consuetudinem approbatam auctoritate ordinaria favore titularium beneficiatorum aliàs reductæ fuerunt, ad pristinum numerum restituantur; quia reductiones contra mentem testatorum, & juris communis, ac Sacri Concilii Tridentini dispositionem factæ sunt nullæ, nullius roboris, ac momenti.

Actus enim gestus † contra legem est nul-
42 lus, *cap. in nomine Domini, in fin. de testib. c. vides,* & ibi gloss 10. *dist. cap. qui contra, de regu. jur. in 6:* Bar. *in l. non dubium, nu. 2. & 3. C. de leg.* & Felyn. *in d. cap. in nomine Domini, in prin.* & quod nullum est, impedimentum præstare nequit, quominus voluntas defunctorum exequatur: non enim præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, *c. non præstat,* & ibi gloss. *de reg. jur. in 6.*

Tertiò, † dubitatur, si non constat de
43 onere beneficii circa Missarum celebrationem, aut residentiam faciendam, cùm, ut plu-

ut plurimum, scripturæ antiquæ fuerint deperditæ, seu quandoque fraudulenter celatæ, cui incumbat onus probandi. & hoc casu recurrendum est ad probationes summariè sumendas in visitatione, vel extra, ex officio, vel ad Procuratoris mensæ Episcopalis instantiam, etiam parte non vocata, & constito quòd titularis, vel ejus
47 prædecessor celebraverit, seu celebrare fecerit Missam unam, vel plures singula hebdomada per aliquot annos, super illa consuetudine celebrandi, seu celebrari faciendi tot Missas, debet Episcopus ecclesiam manutenere in possessione, in qua existit, immò etiam, si aliquo tempore Missæ non
48 fuerint celebratæ, semper est restituenda, quia Ecclesia minori æquiparatur, *c. 1. de in integr. rest.* & Jas. *in l. legatum, n. 18, ff.*
44 *de leg.* 1. datur † etiam Ecclesiæ restitutio adversus præscriptionem quadragenariam, ut post alios tradit Covarr. qui de communi opinione testatur *in 3. par. relect. §. tertius, n. 4.* & beneficia non dotantur sine onere, ut communis experientia docet, & cum à communiter accidentibus præsumantur beneficia dotata cum onere Missarum in salutem animarum
49 fundatorum, quælibet levis probatio transfert onus probandi in negantem servitutem debitam, quia alleganti prædecessorem † non ex obligatione, sed ex de-
45 votione celebrasse, & celebrari fecisse, onus probandi incumbit, ex traditis per Cassad. *super Reg. Cancell. decis. 3. num. 2.*

Quartò, † dubitatur: dato, quòd fru-
26 ctus beneficii sint adeò tenues, quòd supportatis oneribus in Missis celebrandis, & paramentis manutenendis non supersint aliqui fructus pro Rectoris sustentatione, an Missæ sint reducendæ: cùm enim, rector sit titularis, videtur, quod partem fructuum ad sui sustentationem percipere debeat, qui enim servit altari, de altari vivere debet, *c. cùm secundùm, de præben.* & ibi Ab. *n. 2.* quod est verum, sed qui fructus percipere prætendit, & beneficio servitutem impositam reducere, potius detrahere, quàm servire beneficio videtur, dispositio † enim ad certum usum maximè pium facta pro lege est servanda, *auth. de nupt. §. disponat, col. 4 c. ultima voluntas,* & ibi gloss. *13. q. 2. c. tua nobu,* & ibi gl. *in ver. volunt. de test.* prædicta regula, quod Episcopus legatum ad unum usum factum in alium mutare non possit, fallit in pluribus.

Primò, enim † fallit dicta regula, si testator legavit pecuniam ad certum usum pium non ita necessarium, puta ad pingendam ecclesiam, quæ minatur ruinam, cui aliter provideri non potest, quia tunc Episcopus poterit pecuniam ad picturam faciendam non ita necessariò destinatam, in alium pium usum magis eidem ecclesiæ, populo, ac religioni necessarium commutare. *l. fin. ff. de oper. pub.* & Covar. *eod. num. 7. in fin.*

Secundò, † fallit in legato calicis, vel alterius vasis, aut panni facto ecclesiæ non indigenti speciei legatæ, sed alterius rei carentis, ut planetæ, albæ, pixidis, vel alterius paramenti, de quo aliter provideri non possit; quia tunc poterit Episcopus pecuniam in emendo calice, vel alio vase ad ecclesiam, quæ eo non indiget, destinato, ad alia eidem ecclesiæ necessaria emenda applicare, ex conjecturata mente testatoris, qui legando, si de ecclesiæ necessitate certioratus fuisset, verisimiliter ita disposuisset, arg. tex. *in l. generaliter, §. fi C. de instit. & l. cum avus. ff. de condit. & demonstr.*

50 Tertiò,† fallit in legato pecuniæ facto pro construendo monasterio, si pecunia à testatore relicta non sufficit ad monasterium construendum, quia tunc legatum in alium pium usum per Episcopum de consensu hæredis, & executoris testamentarii potest commutari, Innoc. *in cap. nos quidem, num. 1.* & ibi Abb. *num. 6. de test.* & Roma *cons.* 409.

51 Quartò,† fallit in legato facto de fundando monasterio, ecclesia, vel oratorio in certo loco, vel ubi prius erat, & destructum reperitur, restaurando, aut reædificando, si id eodem loco fundari, reædificari, aut restaurari non potest, quia tunc Episcopus cum consensu executoris testamentarii locum pro ædificatione potest commutare, Innoc. *in eod. cap. nos quidem, d. n.* 1. & ibi Abb. *num.* 13.

52 Quintò, fallit,† quando relictum ad pias causas non potest ad usum destinatum per testatorem exponi, & simpliciter concernit piam causam, & non personam, quia tunc ad alium usum pium per Episcopum de consensu hæredis converti debet, *cap. nos quidem de testam.* Zibarel. *in clem. 2 quæst. 3. de religio. dom.* Graff. *decis. aur. par.* 1. *lib.* 2 *cap.* 53. *num.* 11. *vers. hæc autem justa.* Bar. *in l. pater.* §. *Tusculanus ff. de leg.* 3. & Abb. *in d. c. nos quidem, n.* 14.

53 Dispensare autem possunt † Episcopi ab omnibus votis, in quibus eis facultas specialiter prohibita non reperitur gloss. *in in cap. at si clerici, in ver, minora. vers. alia est magis communis*, & ibi Innoc. *de jud.* gloss *in cap. ex multa, in verb. incumbit*, & ibi Abb. *num.* 10. *de vot.* & gloss. *in c. nuper, in ver. non retinuit de sent. excom.*

54 Prohibita †, est Episcopis facultas dispensandi super quinque votis, nempe super voto perpetuæ continentiæ, religionis, peregrinationis in Hierusalem, liminum Apostolorum Petri & Pauli, & S. Jacobi in Compostella, in quibus solus Papa, vel, qui ab ipso peculiarem facultatem habeat dispensare potest, *extravag. & si dominici gregis, 2. de penitent. & remiss.* Navar. *in cap.* 12 *num.* 75. *vers. secundò dicimus, tom.* 3. & Graff. *decis. aur. cap.* 31. *num.* 21. *par.* 1. *lib.* 2.

55 †Nec super voto solemniter emisso per sacri ordinis susceptionem potest quis dispensare, nisi solus Papa, qui in voto solemni per professionem facto, si gravissima aliqua necessitas immineat, dispensare

56 potest, † & de monacho potest facere non monachum, gloss. fin. *circa med. in c. cum ad monasterium.* & ibi Innoc. *num.* 4. & Abb. *num.* 21. *de stat. monach.* Paris. *cons.* 68. *num.* 148. *vol.* 4. Covar. *cap.* 2. *num.* 10. & 11. *de test.* Navar. *d. n.* 75. *vers. quartò dicimus*, & Graff. *eod. c.* 31. *n.* 22. & 23.

57 Quidam enim † Remigius monachus, & sacerdos, & de sanguine regio Aragonum, deficientibus aliis ejusdem sanguinis personis, cum dispensatione Apostolica duxit uxorem, ex qua suscepit Petronillam, quæ successit in Regno nupta Raymudo Comiti, & Marchioni, ex quibus ortæ fuerunt octo generationes illius domus Aragoniæ, ut post Io. Andr. *in reg. semel* & Petr. de Anch. *cons.* 335. trad. Feli. *in cap. si quando, n.* 5. *de rescrip.* ubi plures citat, hanc opinionem sequentes.

58 † Et mortuo in prælio de anno 1578. Sebastiano Rege Portugalliæ, nullis relictis legitimis descendentibus, vel agnatis ad Regni successionem vocatis, superstite:

siteHenrico Presbytero Cardinali septuagenario eius patruo, pro parte ejusdem Regni procerum fuit maximis cum precibus Gregorius Papa XIII. requisitus, ut cum eodem Cardinali pro matrimonio contrahendo vellet dispensare, maxima enim urgebat causa dispensationis, quoniam † plures prætendebant dictum Regnum ad ipsos spectare de jure. Nam Antonius à Portugallia dicti Sebastiani Regis prædefuncti ex illegitimo coitu natus frater consobrinus, favore etiam populi totius Regni fretus, Regnum ad ipsum præ ceteris spectare prætendebat. Philip. tunc Hispaniar. Rex hujus nominis II. ad se spectare proponebat, Emmanuel Philibertus Sabaudiæ, & Alexander Parmæ, & Placentiæ Duces, ad eorum quemlibet spectare, juribus per quemlibet ipsorum deductis, allegabant. Unde, non sine maxima sanguinis effusione Regnum hujusmodi, quieti, reddere, & cui de jure deberetur judicari posse probabiliter dubitari contingebat. Quapropter Papa secretò peritos consuluit, & præcipuè Bernardinum Bisciam Romanum, tunc temporis primatium advocatum, cum quo maxima amicitia eram conjunctus, qui casu bene discusso, post librorum revolutionem vivit in hanc sententiam, quam Papæ aperuit, & post ipsius Papæ obitum mihi retulit nempè, quòd causa esset legitima, & ardua dispensandi, ad evitandas cædes, rapinas, & alia mala, quæ ab exercitibus, qui à Philippo Rege, & Antonio à Portugallia parabantur, poterant exoriri, dummodo ex persona ejusdem Cardinalis cedes, & alia mala, quæ exercitus militum causare solent, verisimiliter possent evitari. Sed, quoniam Cardinalis erat in senectute, & decrepitate constitutus, qua stante spes prolis cessare videbatur, ex hac præcipue causa non fuit matrimonialis dispensatio concessa, quam alias Papa erat concessurus, ut concedere potuisset, ex supradeductis, & aliis allegatis per Felyn. *in d. cap. si quando eodem num. 5. per totum.* Et dictus Cardinalis, qui post obitum Sebastiani pacifice idem Regnum possedit, brevi tempore in decrepitate decessit, † quo vita functo, Philippus Rex, juribus exercitum conjungens, ejusdem Regni possessionem nactus fuit.

59 60

61 Demum mortuo Duce † Jojosæ in conflictu sine prole, superstitibus duobus fratribus, uno Priore Tholosæ Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & altero fratre presbytero Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum, pro publica utilitate, & quiete ejusdem Ducatus, licet fratres S. Joannis Hierosolymitani, † tria vota substantialia castitatis, paupertatis, & obedientiæ expresse, & solemniter emittant, ut in stab. ejusdem Religionis, *de recept. frat. c. 1.* nihilominus, ut populum ejusdem Ducatus regere, & ab incursu hæreticorum, tunc in maxima quantitate vicinorum tueri, & defendere, † ac posteros Deo favente habere posset; fuit ad effectum matrimonij contrahendi auctoritate Apostolica secum dispensatum, licet tamen, & ipse, matrimonio non contracto, decesserit, submersus in transitu cujusdam fluminis, dum pro patria, & fide pugnaret: & inde precibus ejusdem populi † fuit Apostolica auctoritate, eidem Fratri Ordinis S. Francisci Capuccinorum impertita licentia exeundi religionem, & pro Catholica Religione, & patriæ defensione exercitum ducendi, & bellandi, quod Ducis exercitus

62 63 64

minus pluribus annis, ut strenuum, & prudentem Ducem decet, exercuit, do nec patria in meliorem statum redacta, ad religionem ejusdem ordinis, quam semper coluerat, ut bonum decebat Christi militem, sub priori habitu, religione, ac obedientia clausträliter cum aliis ejusdem Ordinis Fratribus vivendo, se restituit, & 65 vivit hodie. Causa † autem melioris, & majoris boni, urgente necessitate, potest Papa eximere monachum à voto, & religione, ut ita exemptus uxorem ducere, & proprium patrimonium habere possit, ut declarat Covarr. *in cap. 2. num. 11. in fin. de testam* & Graff. *eodem cap. 31. num. 23. par. 1. lib. 2.*

66 In voti dispensatione † non solùm requiritur spiritualis potestas, sed etiam justa, & necessaria causa, aliàs ille, cum quo dispensatur, etiam per Papam, nunquàm esset tutus, quoad Deum, gloss. *in cap. non est voti, inver. adimplere, de vot.* Franc. *in cap. cum singula, §. prohibemus. de præb. in. 6.* Abb. *in cap extirpanda, § si verò, numer. 43. eod. tit.* Felyn. *in cap. 2. numer. 19. & 20. de spons.* & Graff. *dicto cap. 31. numer. 27. & 32.* & eadem requiruntur in juramento, † quia inter vinculum voti, & juramenti nulla datur differentia, ut post Ricar. *in 4. dist. 38. qu. 5. art. 2.* tenet Felyn. *eod. n. 19. in fin.* 67

68 Causæ † justæ dispensandi à voto sunt plures, ut si materia voti sit illicita vel inutilis, cùm vana opera non sint Deo grata. Quælibet causa reddens votum malum, si sit majoris boni impeditiva, ut in concionatore, qui vovit jejunare, & si votum servat, concionem ad populum habere non potest. Et si manifestum erit ex redditione voti, unum ex his sequi, videlicet, levitas in vovendo, imbecillitas voventis in exequendo, quod vovit, puta ad jejunandum vel peregrinandum, numerosa familia voventis, quæ absque notabili nocumento, domini absentiam tolerare non posset, necessitas & utilitas publica, ac etiam privata voventem non ligat S Thom. *22. qu. 88. artic 10.* Sot. *de just. & jur. lib. 7. qu. 4. art. 1. & fin.* Navar. *in c. 12. n. 76. in fin. & nu. 77. tom. 3.* & Graff. *eod. cap. 31. n. 34. & 35* apud quos de votorum materia fusiùs videri potest.

DE DECIMIS.

Cap. XII.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ quid sit.*
2 *Decimæ quo jure debeantur.*
3 *Testamenti veteris præcepta quædam judicialia, quædam moralia, & quædam cæremonialia.*
4 *Lege Evangelicâ lata, præcepta judicialia, & cæremonialia cessarunt.*
5 *Moralia præcepta veteris legis vim habent, & perpetuò habebunt.*
6 *Decimæ an de jure divino, vel positivo debeantur.*
7 *Consuetudo contra jus naturale, vel divinum non præscribitur.*
8 *Ecclesia, quando prædia cœperit habere.*

Constan-

9 Constantinus pluribus possessionibus Ecclesiam ditavit.

10 Decimæ pluribus in locis non persolvuntur, & quare.

11 Consuetudo, quòd de bonis ecclesiasticis decima non solvatur, valet.

Consuetudo, quòd de minutis decima non solvatur, valet.

13 Consuetudo, quòd de personalibus decima non solvatur valet.

14 Decimæ personales consuetudine præscribi possunt, quia non sunt de iure divino.

15 Ecclesiæ Dei ministrorum sustentatio debetur de jure naturali, & divino.

16 decimæ prædiales de omnibus terræ fructibus & proventibus debentur.

17 Decimæ prædiales debētur de jure divino.

18 Decimæ jure positivo persolvi mandantur.

19 Consuetudo legitimè præscripta, quòd decima non solvatur, est servanda.

20 Decima mista est, quæ de agnis, & aliorum fœtibus animalium debetur.

21 Decimæ personales de quibus persolvantur.

22 Decimarum causas, qui cognoscere possit.

23 Iurisdictio spiritualis, per laicum præscriptione acquiri non potest.

24 Decimarum causa quibus remedijs possint agitari.

25 Possidens tempora litis mota est manutenendus.

26 Possessio beneficij, & suorum prædiorum, quomodo acquiratur.

27 Spoliatus in primis, & ante omnia est restituendus.

28 Possessionis adipiscendæ remedium quomodo debeat intentari.

29 Possessionem retinendi remedium est summarijssimum.

30 Decimarum processus summariè fieri debet.

31 Decimarum successor in feudo antiquo ante Conc. Lauteranen. quomodo agere debeat.

32 Decimarum causa à præcepto inchoari potest.

33 Decimas solvere recusantes quibus pœnis sint plectendi.

34 Executio in causis judicialibus quomodo fieri debeat.

35 Excommunicatione nulla major pœna in Ecclesia Dei reperitur.

36 Excommunicatio, quando magis contemnatur, quàm formidetur.

37 Monitio canonica, excommunicationi quomodo præmitti debeat.

38 Excommunicari non possunt capitula, nec Communitates.

39 Communitates pro debito pecuniario interdici non possunt.

40 Processus in causa decimarum, quomodo fieri debeant.

41 Laicus infeudatus de decimis debitores decimarum per censuras ecclesiasticas compellere non potest.

42 Decimarum solutio regulariter fieri debet appellatione remota.

43 Appellatio à sententia lata super solutione pensionis non suspendit judicatum.

44 Appellatio, quando suspendat judicatum causa decimarum.

45 Decimarum quota non est de jure divino.

46 Consuetudo, 40 annorum spatio præscribitur in quota decimarum.

47 Appellatio in causa decimarum admittitur, ut in alijs causis.

48 Appellatio à sententia lata super decima leguminum, & aliorum minutorum est admittenda.

Appella-

49 Appellatio à sententia lata super solutione decimarum personalium suspendit judicatum.
50 Consuetudinem allegans ad illam probandam admitti debet.
51 Brachij secularis auxilium, quando invocari possit.
52 Decimam persolvere tenentur clerici, Iudæi, & Sarraceni.
53 Clerici, quando teneantur parocho facere oblationes.
54 Decimas prædiales clerici collegialiter viventes persolvere tenentur.
55 Decimas prædiales de prædijs dotalibus ecclesiarũ clerici persolvere tenentur.
56 Decimæ ab una ecclesia contra aliam præscribuntur.
56 Clerici parochialibus ecclesijs inservientes, etiam parochiali ad decimarum solutionem non tenentur.
58 Decimæ privilegio, & exemptione Papæ præscribi possunt.
59 Decimam an dominus agri, conductor, vel colonus solvere debeat.
60 Decima solvi debet de omnibus fructibus absque deductione impensæ.
61 Decima debetur etiam mutata facie agri, aut alterius prædij.
62 Privilegium super immunitate decimarum quando reale dicatur.
63 privilegia monialibus Ordin. Sanctæ Clarę concessa.
64 privilegio præsentes renunciare non possunt in successorum præjudicium.
65 Privilegium, ut infirmetur, lapsus 40. annorum requiritur.
66 Privilegium habens decretum irritans per non usum non dicitur amissum.
67 Iuspatronatus per exercitium unius alijs compatronis præservatur.
68 Exemptionis natura, qualis sit.
69 Monialibus Ord. S. Clarę an obstet, cap. nuper de decimis.
70 Societatis Iesu privilegia super exemptione decimarum.
71 Societas Iesu à solutione decimarum est exempta.
72 Decimæ prædiales de jure divino debentur.
73 Exemptionis privilegium Societati Iesu concessum comprehendit etiam colonos, & arrendatarios.
74 Exemptionis privilegium Societati Iesu concessum etiam extenditur ad bona acquirenda.
75 Odiosa aliquando late interpretantur.
76 Vniversalia, & generalia verba, quid operentur.
77 Dictio pro tempore, tempus futurum denotat.
78 Exemptio à decimis Societatis Iesu concessa, non fuit revocata.
79. Dispositiva ex proœmio declaratur.
80 Privilegium in dubio præsumi non debet revocatum.
81 Probatio exacta requiritur ad probandam revocationem privilegij.
82 Revocatio, de qua in Brevi Pij V. comprehendit tantùm privilegia communicativa.
83 Societas Iesu est exempta à Decimis Papalibus, & aliis oneribus.
84 Clausula sublata, &c. quid operetur.
85 Moniales, quæ sint exemptæ à decimis Papal.
86 Moniales pro quibus redditibus sint exemptæ à decimis Papalibus.
87 Fructus assignati monialibus pro alimentis, an sint à decimis exempti.

POST

POST tractatum de voto, quo erga Deum ad pie promissa præstanda religiosè tenemur, commode modò ad decimas, quæ ex jure divino ipsi Deo, ejusque Ecclesiæ eadem ferè ratione debentur, transeundem duxi: quarum quæstiones licèt à pluribus, & quidem copiosissimè tractatæ fuerint, de quibus per Rebuff. *in particulari suo tractatu*, Covarr. *in c.17.lib.5.var.resolut.* Alexan. Monet. qui de illis etiam tractatum edidit, & ultimo Azor. *in lib.7.instit. mor.cap.* 34 35.36. & 37. nihilominus super his pauca, & practicabiliora attingere decrevi, & omissis disputationibus, & verborum ponderatione ad illius diffinitionem me confero cum Hostien. qui in sum. de decim. & primit. ait, decima † est omnium bonorum mobilium licite quæsitorum pars decima, Deo data, constitutione divina debita; & Rebuff. *in d. tract. de decim. q. 4. in princip.* & decima proprie dicitur de decem partibus una, quando dicitur integra. Rot. *in novis. decis. 165. n. 3. par. 2.* quo autem jure debeatur, sæpius quæri solet.

2 Primò, quòd decimæ debeantur † lege naturali, patet de Abraham, & Jacob. *c. 1. § hinc itaque 13. qu. 1. c decimas Deo, 16. q. 7.* & Covar. *lib. 1. var. resolut. c. 16. nu. 2. vers. quartò juris naturalis.*

Secundò, jubentur dari lege divina *c. decimas à populo, c. revertimini, 16. quæstione 1.* Rebuff. *eodem tract. de decim. qu. 1. n. 9.* Monet. *eodem. c. 1. num. 5.* & Rot. *decis. 14. nu. 2. de jud. in nov.*

Tertiò, dari jubentur de jure canonico, *c. 1. cum pluribus sequentibus, 16. quæst. 7. c. commissum, & tot. tit. ext. de decim. & ubique in 6. & clem. eod. tit.* Monet. *eod. c. 1. numer. 18.* Conc. Trid. 12. *de refor. sess. 25.* Covar. *d. c. 17. num. 2. vers.* & præter hos, & Rot. *eod. num. 2.*

3 Sciendum est tamen, præceptorum † veteris testamenti quædam esse judicialia, quædam moralia, & quædam ceremonialia, ut per gloss. *in c. 1. de decim. in 6. & in cap. ult. 6. dist.* Judicialia pertinent ad justitiam hominibus exhibendam, jusque unicuique tribuendum, ex quibus leges veteris testamenti censentur, quarum observatio judicibus ipsis incumbebat, ut proximo redderetur, quod suum esse constaret, *Instit. de just. & jur. in princ.* paxque & concordia absque ullius injuria tutissimè custodiretur.

Moralia ad dictamen legis naturalis spectant, ut quilibet virtutes ipsas exerceat, nihilque agat ab ipso naturali jure alienum.

Cerimonialia verò de his agebant, quæ ad cultum divinum, ad reverentiam, honorem, & obsequium Deo exhibendum statuebantur, & Paul. *ad. Rom. c. 7.* scribit, dicens, *Itaque lex quidem sãcta, & mandatum sanctum, justum, & bonum*, quibus verbis, mandatum sanctum, ad ceremonialia: justum, ad judicialia: & bonum, retulit ad moralia, ut inquit, S. Thom. *par. 2. qu. 99. art. 4.* & Covar. *d. c. 17. n. 1.*

4 Præceptorum † eorundem judicialia & ceremonialia evangelica lege lata, omnino cessaverunt, vimque præceptorum amiserunt. Quoniam, antequam veniret fides, sub lege custodiebantur concluси in ea fide, quæ erat revelanda: adeò quòd lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificaremur, ac ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo, Paul. *ad Gal. c. 3.* iterum, quid dicit scriptura? ejice ancillam, & filium ejus, non enim erit hæres filius ancillæ

cillæ cum filio liberæ : itaque fratres non 6
sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate
Christus nos liberavit, c 4. ad eosdem & ita
scribens testatur manifestissimè, eijcien
dam esse legem veterem, quæ, tanquam
ancilla fuit legis Evangelicæ, unde alibi,
translato Sacerdotio necesse est, ut legis
quoque translatio fiat: idem Paul. ad Hebr.
c. 7. & Covar. eod. c. 17. nu. 1.

Moralia autem † veteris legis præcepta 3
adhuc vim habent, & perpetuò habebunt,
non ex auctoritate veteris legis, sed ex eo,
quòd sint à natura ipsa instituta, & à Chri-
sto Iesu in lege Evangelica eadem ratione,
qua, & naturalia debuerunt, & sunt, præ-
cepta, ut per Sot. lib. 2. de just. & jur. quæst.
5. artic. 4. concl. 2. cap. fin §. his itaque, 6. dist.
& Monet. eodem tract. cap. 1. nu. 8. Judicia-
lia præcepta veteris legis servari possunt, &
servantur, non tamen, tanquam ex veteri
lege, sed quia noviter lege humana sunt
constituta, ut eodem titulo. de injur. & c. 1.
de homicid. Ceremonialia verò, nec ser-
vari, nec lege lata iterum institui potest,
ut serventur, S. Thom. par. 2. quæst. 104.
ad 3. in solutione quæst. Idem, 2. 2. quæst. 104.
art. 3. & Covar. eodem num. 1. vers. hinc non
immeritò, nisi in his, quæ licet ceremonia-
lia essent, magis pertinebant ad devotio-
nem quandam, ac ritum sacrificiorum, &
eorum ornatum, quàm ad futuræ legis,
Christique nascituri præfigurationem,
quemadmodum sunt vestes sacerdotum,
altaria, thurificatio, decimarū & primitia-
rum solutio, oblationes, & alia similia, quæ
etiam per legem Evangelicam à Pontifici-
bus sunt statuta, ut in c. 1. de consecr. dist.
1. c. un. ex. de purific. poss. par. & post S Tho.
Joan Major, & alios, tenet Covar. eodem
vers. hinc in fin.

An autem decimæ † jure divino, vel po- 7
sitivo debeantur, maxima est quæstio, &
quòd debeantur jure divivo, probat San-
ctus Hieronym. super Malchiam relatus, in
c. revertimini, & S. August. in c. decimæ tri-
buta sunt, 16. quæst. c. Parochianos, c. tua, il.
1. & c in aliquibus, & fin. de decim. c. quadra-
gesima, in fin. de consecrat. dist. 5. gloss. 2. in
c. à nobis, & gloss. penult. in c. nuper, &
Hostien. in summ. num 9. & 11. eodem titulo
de decim. Rot. decis. 14. numer 2. de jud.
in nov. & decis. 1. num 1. de decim. in antiq.
& hanc opinionem esse communem, tenet
Franc. in c. 1. de decim. relat. per Covar. ei-
dem c. 12. num. 2. ver. & præter has, Rebuff.
in tract. de decim. c. 1. nu. 9. & Monet. eod.
c. num. 9.

Contrarium verò, quòd licet jure divino 8
sint institutæ, tamen, aut præceptum deci-
marum est ceremoniale, ut per Covar. eod.
c. 17. nu 1. vers. hinc nov. aut est judiciale, ut
per Monet. eodem c. 1. nu. 13. & tam cere-
monialia, quàm judicialia præcepta, nunc
vim legis non obtinent, S. Tho. 1. 2. q 104.
art. 3. S. Bonavent. in 4. sentent. dist. 3. art. 3.
qu. 2. Tiraq. de retract lign. in præfat nu. 8.
Covar. d. c. 17. n. 1. cum alijs supra, post prin-
cip. allegatis. & Monet. eod. c. 1 nu. 14. Ideo
si jure Pontificio fuerint indictæ, jure divi-
no inhærente, & præcepto Pontificio per-
solvi debent, ut probatur.

Primò, auctoritate text. in c. ad Apostoli- 9
cæ, c. exparte, 6. non est, c. extransmissa, c. ad
nobis, & ferè per tot. ex de decim c. statuto,
eodem titulo in 6. & clem. 1. eodem Co-
var. dicto cap. 17. numer. 2. vers. secundare-
rò, & Monet. dicto cap. 1. numer. 18. &
Conciliorum eadem Pontificia auctori-
tate factorum, ut per Concilium Mag.
ubi, admonemus, inquit, atque præcipi-
mus,

mus, ut decimas dari de omnibus non negligatis, quia Deus ipse sibi dari consuluit, & Conc. Trid. ubi ait, cùm decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadant, præcipit omnibus cujuscunque gradus, & conditionis, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum Cathedrali, aut quibuscunque aliis Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, persolvat, qui verò eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, *ut c. 12. de reform. sess 25. & cap. pervenit, de decim.*

7 Secundò, † non præscribitur consuetudo contra jus naturale, vel divinum, *cap. fin.* & ibi Abb. *de consuetud:* Innocent. *in rubric: num: 4,* Rot. *decis: 7, num: 3, eod: tit.* Covarr. *c: 17: numer: 8, ver: nam, & si posit,* & Rebuff. *de decim: quæst: 13, num: 40.* nec præscriberentur decimæ, si præcepto divino deberentur, quæ tamen in quota consuetudine præscribuntur, & in eorum solutione consuetudo est attendenda, *c: dilecti, c: cum sint homines*, & ibi gloss. *in ver: ad consuetudinem, c: ad Apost: in fin: cum aliquibus in fin:* & ibi gl. *fin de deci:* Covar. *eod: n: 8; ver: eas verò decimas,* Boer. *in consuetu: Bitur:* qui de communi opinione testatur, §. 12, tàm in prædialibus, quam personalibus. Rebuff. *in eod. tract: qu: 13, num. 46:* & Monet. *c: 5, nu: 87.*

8 Tertiò † moveor alio fundamento, nempe, quòd communi æstimatione in toto dominio Reipublicæ Christianæ, Ecclesia habet ferè decimam omnium bonorum stabilium, & si in uno dominio minus decima, in alio ultra decimam, & tempore Divi Petri, & Apostolorum Ecclesia non habebat prædia, sed bonorum ecclesiasticorum natura exordium habuit ab Apostolis, quibus illi fideles primi bonis venditis eorum pretium dabant, tanquam Christi Vicariis, ut ex eis fideles egeni alerentur Act. Apostol. *c. 2, 5. & 6.* & Baron. *Anna: Eccles: 57: num. 72, & par: 73, 1,* sed postea tempore procedente, rationabilibus de causis Episcopi Apostolorum successores, prædia, quæ à pijs viris donabantur, servabant, ut futuris clericorum, & pauperum necessitatibus providerent, *ut in cap: videntes, cap. Episcopus, & c. præcipimus, 12: quæst: 1, cum alijs suprà ductis, in c: 12, par. 1:*

9 Constantinus † enim ille magnus, alijque deinde imperatores, amplissimis dominiis in Judæa, Græca, Asia, Thracia Aphrica, & Italia, ac Insulis, possessionibus, & prædiis Ecclesiam ditarunt, *ut in c. Constantinus: 96: distinct, de plene supra, in c: 12. à nu. 3. usque ad nu. 10.* quibus ubi decimarum quota diminuta reperitur, præsumitur ex causa dominiorum, possessionum, & prædiorum Principum, & aliorum virorum largitione Ecclesiæ acquisitorum ita compositum fuisse, & valet compositio. *c: 3, c: veniens,* & Abb: *in c: dilecti, in fin: de transact:* Rebuff. *qu: 13. n: 26,* & Monet. *q: 5, nº 121, de decim.* Et hac de causa ferè de toto agro Bononiensi non solvuntur decimæ, quia olim illa Respub. assignavit Archiepiscopo pro decimis Castrum Centi, & Castr. Plebis. Archiepiscopus Taurinensis cum pluribus Communitatibus composuit, à quibus percipit annis singulis summarum conventam auctoritate Apostolica approbatam † loco decimarum, & sic ubique, ubi auctoritate Apostolica decimarum compositio facta fuit; ad formam transactionis persolvitur,

At, si de confirmatione Apostolica non constat, quando sumus in antiquis illam sufficit allegare, & famam probare, quia, ne propter difficultatem probandi rem adeò antiquam, pereat jus partis, præsumitur pro privilegio, ut post, Imol, Bald. Gard. & alios tenet Felyn. *in c. causam, quæ. num. 13. 14 de præscript.*

11 Consuetudo † autem, quòd de prædijs ecclesiasticis decima non solvatur à clericis, & quòd clerici eximantur à solutione decimarum tàm prædialium, quàm personalium etiam ratione bonorum patrimonialium valet. gloss. ult. *in c. in aliquibus in fin. de decim.* gloss. *in c. quia. cognovimus. 16. quæst. 3.* Felyn. *in dicto cap. causam, quæ, num. 1. in fin. de præscript.* Covar. *dicto cap 17. num 8. ver. primum hinc constat, & vers. secundò licet*, & Monet. *eodem cap. 5. num. 96 & 97* & etiam valet, & defenditur † consuetudo, quæ passim in toto 12 orbe terrarum viget, quòd de quibusdam fructibus nulla debeatur decima, nec portio, ut de minutis etiam mistis, nempè de fæno, herba, oleo, leguminibus, & de ijs, 15 quæ non proveniunt ex possessionibus, ut sunt decimæ caseorum, ovorum & animalium S. Thom. *in 2. 2. quæst. 87. art. 2 ad 3. in fin.* Astens. *in rubr. de decim. art. 4 in fin.* Paul. de Castr. *cons. 17. 2.* Covar. *lib. var. resolut. c. 17. nu. 8. vers septima*, Rebuff. *eadem qu. 13. nu. 51.* & Monet. *c. 5. num. 93. & 94. de decim.*

13 Attenditur etiam, † & valet consuetudo, quòd de personalibus decima non persolvatur, & licet. Innoc. *in cap. in aliquibus, in fin. de decim.* teneat indistincte, nullam consuetudinem eximere posse laicos à solutione decimarum, debet intelligi de prædialibus, cum à personalibus consuetudine præscripta possint laici se eximere à solutione decimarũ, quas qui solvant, pauci inveniuntur, alioquin infinitæ animæ torquerentur, ut tradit Host. *in sum. de decim. §. & utrum. quæst 7. post. med.* & Rebuff. *qu. 13. num 44. in fin. eod. tit.* & ratio, 14 quare personales † decimæ in totum consuetudine præscribi possunt, est, quia non sunt de jure divino, & ideò consuetudo excusat à solutione. Felyn. *in dicto c. causam, quæ, num. 1.* Henric. *in c. pervenit, de decim. colum. 5.* & id communi usu receptum esse tenet, Card. *in c. 1. de decim.* quem sequitur Covar. *eod. c. 17 num. 2. vers. & præterhas*, Rebuff *loco proxime citato*, & Monet. *eod. c. 5. nu. 92.*

Præmissa omnia procedunt, quando parochi, & alij beneficiati habent, unde commodè vivere possint, quia aliàs nulla consuetudo, aut præscriptio decimas non solvendi, aut aliàs nihil Ecclesiæ ministris subministrandi excusat à peccato, nec valet hujusmodi consuetudo, quando ministrans spirituali sustentari non potest, quia 15 sustentatio † ministrorum Ecclesiæ Dei debetur de iure naturali, & divino, Sot. de just. & ju. *quæst. 3. art. 1. lib. 9* Vasq. contra Ill. *cap. 89. nu. 8. & 9 lib. 2.* Covar. *d. c. 17. post. alios. quos citat. nu. 3.* & ita procedunt allegata per Rebuff. *in d. quæst. 13 nu. 40.* ut declarat Monet. *eo. cap. 5 n. 91. de decim.* & pro ministrorum sustentatione, quando fructus sunt exigui, ut debitis oneribus satisfacere nequeant, per primitiarum, aut decimarum assignationem, vel Parochorum symbola, ac collectas tantum redigi debet, quod pro rectorum, aut parochiæ necessitate decenter sufficiat, Concil. Trid. *d. cap. 13. ver. in parochialibus, sess 24. de reform.*

Vbi

16 Vbi verò consuetudo † non excusat, prædialis decima debetur de omnibus terræ fructibus, & proventibus, ut de omni frumento, & grano, etiam in palea, de fabis, & aliis leguminibus de nucibus, castaneis, olivis, pomis, & aliis arborum fructibus, de vino, canape, lino, croco, fœno quod in fasciculos redigitur, hortorum oleribus ad usum parochi lignorum, & pascuorum, de quibus per Host. *in sum. de decim. num. 5.* & non solùm de fructu, qui germinat, sed etiam de fructu, qui non germinat, qui proprie appellatur redditus, ut de molendino, de cujus fructibus decima debetur, non deductis sumptibus factis pro hujusmodi redditibus habendis, ut tenet Abbas *in cap. pastoralis, num. 2. de decim.*

Prædialis † verò debetur de jure divino 17 ex communi canonistarum sententia relata per Covar. *in lib. 1. var. resol.* His accedunt innumeræ Sanctorum Hieronymi, & Augustini, Rot. Rom. & Conciliorum Maguntin. & Trident. & tantorum Patrum in Spiritu sancto legitimè congregatorum auctoritates, à quibus solutionem decimarum Deo debitam esse, fuit pronunciatum, *ut suprà post principium, ver. primò auctoritate*, & quicquid teneat Covar. *loco proximo citato, & ibi in* 20 *ver. præterea*, quòd nec jure naturali, nec divino decimæ debeantur, est contra communem opinionem comprobatam à sacro concilio Tridentino novissime celebrato, quod expressis verbis decimarum solutionem debitam esse Deo pronunciavit, *ut in cap. 12. de reform. sess. 25.* quod quidem contrariâ interpretationem non 21 admittit sine Papæ auctoritate. Sed quòd integra decima pars fructuum, aut vigesima, vel trigesima debeatur id non cadit sub divino præcepto. Verum, quòd ali quid decimarum loco Deo offeratur, ut agnoscatur supremus rerum omnium Dominus, hoc jus divinum, & naturale præscribit. Azor. *lib. 7. institut. moral. cap.* 18 *37. sub ver. his positis*, & jure † positivo mandatur, ut persolvantur decimæ tanquam jure divino debitæ sub excommunicationis pœna, *ut cap. pervenit, & cap. in aliquibus de decim.*

Ubi autem consuetudo recepta est, & 19 legitimè † præscripta, quòd decima non solvatur, solvi non debet, sed in solutione facienda standum est consuetudini legitimè præscriptæ, quæ vim legis habet. Hinc intrat præsumptio, quòd olim Romani Pontifices remiserint decimas laicis quodammodo titulo permutationis, pro bonis ab ipsis ad ecclesiarum, & clericorum usus assignatis, ea lege, ut dotarent ecclesias, & necessaria vitæ subsidia clericis præberent, dummodò aliquid persolvatur, & clericis necessaria ministrentur; prout pluribus in locis fuerunt ecclesiæ ditatæ, & ubique de aliquibus bonis dotatæ, ut per Azor. *eod. lib. 7. cap. 37. ver. ex his multa.*

Mista decima † est, quæ de agnis, & ali- 20 orum fœtibus animalium debetur, ut per Hostiens. *in summ. num. 3. in ver. quod sint* solviturque etiam de lacte, caseo, lana, ovibus, & omnibus aliis fructibus animalium, etiam de cæra, & melle apum.

Personales † solvuntur de venatione, 21 piscatione, de captis in justo bello, stipendio militum, lucro Advocatorum, & Procuratorum, de lapidicinis, & auri, aliorum-

que metallorum fodinis, de molendinis, & furnis, mercede mercenariorum, ac de omni artificio, negotiatione, & luero, ac aliis; de quibus per Host. *in sum. de decim. eod. n. 5.* & copiosè Monet. *dicto capitulo quarto, eodem titulo, per totum.*

22 Quæri nunc potest, † an judex secularis cognoscere possit de causa decimarum; & est distinguendum, quia, aut agitur de quæstione facti tantùm, & non juris, ut de summario possessorio; & tunc judex secularis erit competens, non jure suo, sed favore ecclesiæ, cùm agatur de sola exequutione in favorem ecclesiæ. Feder. de Sen. *cons. 245. n. 3.* Felin. *in c. causam, n. 15. de præscript.* Rebuff. *quæst. 10. nun. 3.* & Monet. *q. 8. num. 13. de dec.* Secundò, erit competens judex secularis, quando agitur de facto, vel de furto decimarum, vel executione, Fed. *in d. cons. 245.* & Rebuff. *eod. n. 3.*

Tertiò, quando tantùm agitur an decimæ sint solutæ, quo casu poterunt clerici coram judice seculari laicos solutionem decimarum recusantes compellere, Covarr. *pract. quæst. c. 35. num. 21.* Rebuff. *eodem cap. 10. num. 4.* & Monet. *eod. c. 8. num. 5. de decim.* & quocunque casu non privativè ad judicem ecclesiasticum, sed erit in arbitrio clericorum, quem velint ecclesiasticum, vel secularem judicem adire, & erit locus præventioni, Feder. *eod. cons. 245.* ita quòd in dictis casibus ecclesiastici habebunt duos judices, Felin. *in d. cap. causam, num. 25.* & melius Covarr: *eodem num. 2.* quem sequitur Monet. *dicto cap. 8. num. 14.* Si verò de jure exigendi decimam tantùm agatur, illud jus in laicum cadere non potest, & qui tale jus sibi usurpat, sacrilegium committit: quia rem sacram sibi contra sacros canones, & jura sumit, & arrogat; decima enim est res spiritualis, & sacra, ut inquit Abb. *in cap. adhæc, num. 2. de decim.* & Azor. *eodem l. 7. cap. 34. sub vers. septimò quæritur*, & ideò ad judicem ecclesiasticum cognitio spectat. gloss. *in c. ex tenore, in ver. Ecclesiarum, de for. comp.* & Rebuff. *in dicto tract. de decim. quæst. 10. num. 2. & 35.* & jurisdictio † spiritualis per laicum, nec præscriptione acquiri potest, *cap. causam quæ, de præscript. cap. prohibemus, de decim.* & Azor. *dicto l. 7. institut. moral. cap. 36. vers. quarto quæritur.*

Decimarum causæ tribus remediis † possessoriis agitari possunt. 24

Primò remedio retinendæ, quando quis est in possessione illas percipiendi tempore, quo lis movetur, in qua est manutenendus, §. *quorum, vers. hodie, instit. de interd. cap. licèt causam, §. fin. vers. cum ergo, de probat.* Bart. *in l. 1. §. hujus autem, num. 1. ff ut possi.* & *in l. 1. C. eodem titulo*, Ruin. *consil. 106. num. 1. vol. 5.* Corn. *113. n. 1. vol. 1.* & hoc remedio retinendæ, vel interdicto, uti possidetis, statim quòd quis adeptus est beneficium, & inductus in possessionem, licèt adhuc nullas receperit decimas, agi potest ad decimas, in quarum possessione prædecessor existebat, quia per inductionem in possessionem beneficiatus efficitur † possessor omnium rerum & jurium suæ Ecclesiæ, Rebuff. *q. 9. num. 3. & 5.* & Monet. *quæst. 8. num. 30. & 31. de decim.* Nam in acquisitione possessionis non requiritur adeptio possessionis omnium prædiorum, & glebarum, *l. 3. in princip. ff. de acqu. poss.* sed in beneficialibus sufficit apprehendere possessionem bene-

beneficii per amplexum Altaris, & alios actus, quæ fiunt in Ecclesia, ac etiam per tactum annuli Ecclesiæ clausæ acquiritur possessio. Rot. *decis. 5. de caus. poss. & propriet. in antiqu. & decis. 8. de restit. spol. in antiquior.*

Secundò, potest agi remedio possessorio † recuperandæ possessionis, qua quis spoliatus libello concludere debet ad restitutionem, vel reintegrationem, *cap. reintegranda, 3. q. 1. cap. ad decimas, de restit. spol. in 6.* & Rebuff. *ea q. 9. num. 2.* & spoliatus antequam cognoscatur de dominio, est in primis, & ante omnia restituendus, *cap. reintegranda, 3. q. 1. cap. conquerente, & cap. fin. de restit. spol.* Bar. *in l. si quis ad se fundum, num. 2. C. ad l. Iul. de vi pub.* & Menoch. *cons. 2. num. 185. & 186. lib. 1.* 27

Tertiò; † agitur possessorio adipiscendæ, & tunc beneficiatus libello concludere debet se esse parochum talis loci, quapropter ratione oneris, curæ animarum decimas deberi, quarum percipiendi possessionem sibi tradi requirit, Rebuff. *q. 9. num. 1. &* Monet. *q. 8. num. 27. eo. tract. de deci.* & pluries causa decimarum est summaria, in qua procedi potest sine aliqua juris solennitate. 28

Primò, † enim, quando agitur possessorio retinendæ, quod est summarissimũ, quo probatis requisitis, ut possessione tempore litis motæ, non admittuntur probationes requirentes altiorem indaginem, sed datur beneficiato manutentio, *d. §. quorum, instit. de interdict. cum aliis supracitatis.* 29

Secundò, quando clerici, quibus constat decimas de jure deberi, agunt contra eos, qui ad solutionem pro certa decima, aut quota tenentur, ut est text. *in clem. dispendiosam*, & ibi gl. *in verb. decimis*; Card. *n. 28.* & Imol, *n. 7. de jud.* & Monet. *eod. tract. quæst. 8. n. 41. & 42. de decim.* 30

Tertiò, si agatur inter duas ecclesias de jure percipiendi decimas, quarum beneficiati prætendunt, quilibet decimas suæ ecclesiæ à tertio laico deberi, quia cum ecclesiasticis de jure † communi, & divino debeantur, semper habet locum dicta clem. dispendiosam, Rot. *decis. 14. per tot. de jud. in no.* glos. *in d. clem. in verb. decimis, vers. sed quid si non*, cum aliis, per Monet. deductis, *eod. cap. 5. num. 43.* 31

Quartò, procedit etiam dicta clemen. dispendiosam, inter laicos, quando fuerunt decimæ translatæ ante conc. Lateranen. & successor in feudo † antiquo decimarum agit coram domino directo ad earum exactionem, in quarum possessione erat ejus prædecessor, quia tunc; cùm causa decimarum sit de decimis antiquitùs de jure communi, & divino Ecclesiæ debitis, & hoc jus in vassallum tunc legitimè fuerit translatum, vassallus eodem privilegio gaudet *l. qui in jus ff. de reg. jur. cap. qui in jus, eod. tit. Card. in d. clem. 1. num. 21.* & Bened. Caputa *q. n. 17.* & in his casibus contra subditum ad decimas non solutas agendo incipi potest à præcepto † sub pœna pecuniaria, & in subsidiũ excomunicationis trina, vel una pro trina monitione præmissa; quatenus intra tot dies debeat reus tantam summam decimarum persolvisse, *cap. pervenit, de decim. c. sacro. de sent. excomm.* & gloss. *in d. clem. dispendiosam, in verb. præmoniti.* 32

Non tamen † sunt tolerandi, qui variis artibus decimas ecclesiis obvenientes subtrahere moliuntur, aut, qui ab aliis solvendas 33

vendas temere occupant, & in rem suam vertunt, cùm decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadant. Quapropter præcepit sancta Tridentina synodus omnibus cujuscunq; gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur in posterum cathedrali, aut quibuscunque aliis ecclesiis, vel personis quibus legitimè debentur integrè persoluant. Qui verò eas, aut subtrahunt, aut impediunt, sunt excommunicandi, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvi debent, conc. Trid. *c. 12. sess 25. de refor. c. pervenit, & c. in aliquibus, de dec.*

In causis tamen judicialibus omnes judices ecclesiastici cujuscunque dignitatis existant, quandocunque † executio realis, 34 vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis judicibus fieri poterit, debent, tam in procedendo, quàm diffiniendo à censuris ecclesiasticis, seu interdicto abstinere, sed licèt eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinen. contra quoscunque etiam laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quòd exactæ fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, 36 aut alienos executores faciendam, sive et iam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas diffinire. Sed si executio realis, vel personalis, advertus reos hac ratione fieri non poterit, sitq; erga judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone judex arbitrio suo, præter alias pœnas, ferire poterit, ut statuit conc. Trid. *cap. 3. de refor. cad. sess 25.* & ad formam *d. c.* quæ servanda est, & non nisi in subsidium, quando executio realis, vel personalis, propria auctoritate fieri non potest, excommunicationis sententia potest promulgari. Navar. *in cap. 27. num. 30 de excom.* Si verò excommunicatio lata à judice ecclesiastico, antequàm legitimè constet de impedimentis, vel perturbationibus, quibus prohibetur, facere executionem propria auctoritate realem, vel personalem, sit nulla, vel debeat ab eo revocari, vel licitè feratur, si ipse conscientiæ suæ judicio sentiat, verè adesse hujusmodi impedimenta, perturbationes vel difficultates Congre. Sacr. conc. sensit secundum communem sententiam, censurarum sententiam, & excommunicationem validam esse, ideo excommunicatum absolutione indigere, monendum tamen esse Episcopum, ut omni diligentia servetur forma tradita à concilio, *ut in decis. super eod. cap. 3. §. 2.* & est ratio, quia nulla major † pœna excommunicationis, in Ecclesia Dei reperitur, de spiritualibus inquam *c. corripiuntur, 24 q. 3.* & Abb. *in c. cum dilectus, n. 6. de hu, quæ vi metusve cau. fi.* Sobrie enim & magna circunspectione est promulganda cùm experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, † & perniciem potius parere, quam salutem, *ut in d. c. 3. in prin. sess. 25. & c. multi, in princ 2. quæst. 1.*

37 Quapropter monitio † canonica ac trina præmitti debet ante illius promulgationem, *cap. contingit*, & ibi gloss. *in verb. tertio, cap. sacros.* ubi gloss. *in verb. competenti, de sentent. excommunic.* & per aliquot dierum intervallum, *cap. constitutionem, §. statuimus, eod. tit. in 6.* & Felin.

& Felin. *in dicto cap. Sacros. num. 1. vers. immo requiruntur, eod. tit.* & sufficit, quòd unico actu una pro tribus fiat, cumaliquorum competentium dierum intervallo, gloss. *in ca. statuimus, in verb. monitionem, & dicto cap. constitutionem, §. statuimus*, & ibi gloss. *in verb. una. de sentent. excommunicat. in 6.* & Monet. *eod. cap. 8. num. 69.* Non enim subsistunt deducta per Rebuff. *in quæst. ultima num. 15. de decim.* quòd retinentes decimas sint ipso jure excommunicati, & singulis diebus Dominicis pro excommunicatis à Parochis veniant publicandi, ut benè animadvertit Monet. *eod. cap. 8. num. 65.* quia tàm antiqui Canones, quàm noviter Sactum Concilium Tridentinum disponunt, quòd decimas non solventes excommunicentur, ut in dicto *cap. 12. sess. 25.* cum aliis supra per Monet. *d. num. 65 66. 67. & 68.* deductis.

Si vero in prædictis casibus contra
38 communitatē, † vel capitulum agatur, non
potest in subsidium procedi ad excommu-41
nicationem, quia Universitates non excommunicantur, sed loco excommunicationis supponuntur interdicto, quando ex causa interdici possunt, *c. Rom. in fi. de sent. excommu. in 6.* sed pro debito † pecunia-
39 rio quacunque occasione, vel causa Civitates, Castra, Villæ, loca, territoria, vel universitates auctoritate ordinaria sine Sedis Apostolicæ speciali licentia, nec interdicto supponi possunt, *ut in extrav. com. cap proinde, §. præsenti, de sent. excom.* & Felin. *in cap. sane, 2. num. 3. de off. & pot. jud. deleg.*

Quando autem † agitur ad decimarum
40 solutionem contra universitatem, vel particularem personam, & liquidò non constat, an decima. vigesima, vel trigesima debeatur, sed dubitatur super quota tunc pro portione liquida, modo quo supra, summariè, & quo ad non liquidam juris ordine servato, admissis articulis, & probationibus desuper faciendis, servatis, servandis, erit procedendum, Bald. *in cons. 429. licèt judex n. 1. vers. qui autem gravatur, vol. 3.* & ita distinguit Ang. *in l. fin. in fi. C. ubi quis de cur. vel cohorta.* ubi autē dubitatur, an aliquis sit debitor, tunc non habet locum executio lite pendente, sed procedendum est causa cognita, quem sequitur Otasch. *decis. 80. n. 1. & 6. vers. quid dicendum*, pari modo si oriatur quæstio de decimis ecclesiasticis inter laicum prætendentem, se infeudatum ante concilium Lateranen. & alios laicos negantes totam, vel quotam, quia, donec laicus probaverit infeudationem legitimo tempore factam, & liquidam quotam, via ordinaria admissis legitimis probationibus procedere debet. gl. *in d. clem, dispendiosam, in verb. decim. in princ.* ad laicorum instantiam † pro præstatione decimarum nullus per censuram ecclesiasticam compelli potest, Rot. *decis. 14. in fin. de jud.* & est ratio differentiæ; quia debitæ de jure communi & divino, habent fundamentum indubitatū, quod non admittit exceptionem requirentē altiorem indaginem in contrarium, sed, quando prætenduntur jure speciali, ut pacto, pollicitatione, voto, vel infeudatione, tunc non proceditur summariè, quia non habet locum clem. dispendiosā, ut declarat gl. *eo verb. decimas*, & ibi Ioan. de Imol. *n. 4.* Card. *n. 19.* & sequitur Monet. *d. q. 8 n. 46. & 47.* sed actor suam intentionem concludenter probare tenetur, aliàs actore non probante, reus

absolvitur; *l. qui accusare, C. de eden.* Nam regulariter † subditi ad solutionem decimarum, appellatione remota, sunt cogendi, *c. ex multiplici, c. tua nobis, in fi.* & ibi Abb. *n. 8: de deci.* & glo. *in cl. dispendiosam, in verb. cæteri, de jud.* & procedit regula semper quando decima est certa, pro qua decem pro centenario solvuntur, vel ad rationem vigesimæ, vel trigesimæ, aut quinquagesimæ, secundum, loci consuetudinem, seu compositionem, & transactionem, ita quòd de certa quota legitimè constet, & tunc his casibus appella-
43 tio non admittitur † ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantùm, quò casu Signatura committit causam appellationis cum clausula, sine retardatione solutionis decimarum, quæ interim lite pendente semper persolvi debent. Marchesan. *in tract. Commiss. c. 4, n. 15, & 25. par. 2.* & Monet. *d. c. 8. n. 58.*

In simili etiam appellatio à sententia lata super solutione pensionis, auctoritate Apostolica reservatæ, regulariter non suspendit judicatum, quia in commissione apponitur dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis, ut per Gomes. *in comp. utr. sign. n. 86.* nisi ex ventre litterarum Apostolicarum oriatur conditio, quæ in primis est verificanda, ut oportuniori loco fusiùs deduxi; limitatur tamen dicta regula pluribus casibus.

44 Primò quando agens ad decimam † petit ad rationem decem pro centenario, vel alterius quotæ, cujus non est in possessione, nec eam sibi liquidò deberi probat, & reus excipiendo, opponit de consuetudine persolvendi duos fasciculos grani in agro pro quolibet modio terræ, aut aliam quotam: quia tunc appellatio non suspendit judicatum, quò ad dictos duos fasciculos, qui debentur liquidò partis confessione, sed quò ad reliquum appellatio suspendit judicatum, & pars liquidanda decidi debet per tres sententias conformes, quæ opinio glossæ & Innoc. *in c. in aliquibus* & Abb. *in c. tua nobis, n. 9. de deci.* quam sequitur Monet, *eod. c. 8. n. 58.* ubi, quòd laico alleganti consuetudinem, non admittitur appellatio, non est simpliciter vera, quia aut quis allegat se consuetudine omninò exemptum esse à decimarum solutione, quo casu procedit opinio præfata, aut vult probare consuetudinem solvendi duos fasciculos grani tantùm pro quolibet modio, vel quid simile, & tunc probatio consuetudinis est admittenda,
45 † quia, quò ad certam quantitatem, aut portionem, non jure divino, nec naturali, sed humano tantùm fuit in decimarum solutione inducta consuetudo, quæ est attendenda, *dicto c. in aliquibus*, § *fin cap. commissum, c. cum sint homines, c. dilecti, c. ad Apostolica, de deci.* Host. *in sum. versi. septimò quæritur, eo. tit.* & hanc esse communem opinionem testatur, Covar. *d. c. 17. n. 8. post prine. & vers. sextò pariter;*
46 quæ consuetudo † circa decimarum solutionem usu, & spatio 40. tantùm annorum legitimè præscripta censetur, *c. ult. de consuetu.* Parii. *cons. 25. n. 6. & 27. l. 4.* Ruin. *cons. 142. n. 12, vol. 5.* Covar. *eo. c. 17. n. 8. ver. decimo bus.*

47 Secundò, limitatur, quando reus † conventus ad solutionem decimarum allegat privilegium, aut compositionem super certa portione, ultrà quàm, si cogeretur solvere, gravaretur, & in causa decimarum admittitur appellatio, sicut in aliis causis, ubicunque aliquis gravatur, *gl. in c. tua nobis.*

nobis, *in verb. tributa*, & ibi Abb. *num. 9. vers. aut allegat. de decim.* Tiraq. *in tract. de privil. pi. cau. privil. 153.*

Limitatur tertiò regula, ut non procedat † in decimis leguminum, & aliorum 48 minutorum, ut de fœno, herba, olivis, & mistis, quæ non proveniunt ex possessionibus, ut sunt decimæ caseorum, ovorum, animalium, gallinarum, & canserum pro quibus valet consuetudo nihil solvendi, quæ ferè in toto orbe terrarum servatur. S. Th. *2. 2. q. 87. art. 2 ad 3. in fi.* & Covar. *d. c. 17. n. 8. vers. septimò eo.* cum aliis supracitatis, quæ juris ordine servato, est probanda, quo casu à quolibet gravamine per definitivam illato appellatio est admittenda, *c. ut debitus, de appell.*

Quartò limitatur, ut non procedat in 49 decimis † personalibus à quibus consuetudine præscripta laici eximuntur, Felin. *in c. causam, quæ n. 1. de præscript.* Covar. *eo. c. 17. n. 2. vers. & præter has, cum aliis supra allegatis.* Et regulariter; ubicunq; 50 oritur quæstio super consuetudine, † quæ juris effectum operetur; allegans debet admitti ad illam probandam, quia est facti, & servatis servandis probari debet *l. 1.* & ibi glo. *in ver, probatis*, & Bar. *n. 3. C. quæ sit long. consuet.* & contra pertinaces invocari potest brachium seculare, *c. postulasti, extra de homicid.* gloss. *in c. dispendiosam, in verb. coerceri*, & Monet. *eo. c. 2. n.* 51 57. quando non possunt † compelli per censuram Ecclesiasticam, ut per Rebuff. *ea. quæst. 15. num. 18* quia judex ecclesiasticus non debet petere brachium seculare, nisi interveniat contumacia condemnati, vel debitoris, & servata forma conc. Trid. *de qua in c. 3. de reform. sess. 25.*

52 Quæri sæpe † contingit, an clerici decimam persolvere teneantur, & est regulare, quòd teneantur, cùm enim clerici, ut plurimùm à parochis recipiant sacramenta, pro quorum administratione ad residentiam sunt obligati, ut parochi, qui residentiam, & sacramenta administrant, se valeant sustentare ad solutionem decimarum tenentur, *c. novum genus, de decimis.* Rebuf. *in tract. eodem titulo, quæst. 2. n. 7* & Azor. *eod. lib. 7. inst. moral. cap. 35. sub vers Septimò quæritur*, & etiam Judæi quibus sacramenta non ministrantur, de terris quas colunt, decimas persolvere tenentur, *cap. de terris, de decim.* Oldrad. *cons. 91.* & Rebuff. *eod. tract. quæst. 5 num. 11. & 12.*

53 Ampliatur dicta regula, † primò quòd non solùm teneantur clerici solvere decimas prædiales de bonis patrimonialibus, & ab ipsis acquisitis, *cap. novum genus*, & ibi gloss. fin. & Abb. *num. 4. vers. si verò clerici, de decim.* sed etiam tenentur facere oblationes in casibus, in quibus laici offerre debent, si audiunt divina in aliis ecclesiis, tanquam parochiani illarum ecclesiarum, *cap. alia*, junct. gloss. *in ver. si munus, 16. q. 1.* & Abb. *in d. cap, novum genus, num. 3.*

54 Secundò, † ampliatur in clericis collegialiter viventibus, qui etiam si non recipiant ecclesiastica sacramenta à parochis, sed sibi ipsi ad invicem subministrent, si tamen pro cultura tenent bubulcos, & famulos eorum sumptibus, quibus parochus ecclesiastica sacramenta subministrare teneatur, dicto casu, ratione residentiæ, quæ pro sacramentorum administratione ex debito facere tenentur, decimas prædiales parocho persolvere debent, in recompensationem. Naturali enim convenit

rationi, ut qui seminat spiritualia temporalia metat, *c. cum secundum, de præbend. Paul. ad Corinth. cap. 9.* & Rebuff. *ead. q. 2. num 7.*

55 Ampliatur tertiò, † quòd clerici teneantur solvere decimam, etiam de prædiis dotalibus ecclesiæ, quia licèt contrarium teneat, glos. *in cap. novum genus, in ver. à clericis, de decim. per text. in cap. quæsiti, 16. quæst. 1.* de qua facit mentionem Innocent. *in d. c. novum genus, n. 1.* & ibi Abb. *nu. 4.* contraria tamen opinio est verior, 58 quam amplectitur, gloss. *in cap. 1. in ver. ullo servitio,* & ibi Abb. qui testatur dictam gl. esse communiter receptam, *num. 4. de cens.* quem sequitur Rebuff. *in tract. de decim. q. 5. n. 19.* & ita sentit Azor. *lib. 7. instit. moral. c. 35. ver. quintò quæritur,* &59 est ratio, quia cum in jure non reperiatur, quòd ecclesia antiqua debeat privari decimis, propter constructionem novæ, non debemus interpretatione magistrorum generalem juris dispositionem alterare, ut inquit, Abb. *in eod. n. 4.* & quòd ecclesia parochialis propter novæ ecclesiæ constructionem, & dotationem non possit jure suo privari, probat text. *in c. Ecclesiæ antiquitùs, 16. q. 1. & cap. tributum, 23. q. 8* Abb. *in d. c. novum genus, n. 6. de decim.* & Rebuff. *eod. n. 14* & hæc procedunt, nisi ecclesia sit tuta præscriptione, 56 quia decimæ † ab ecclesia contra ecclesiam cum titulo, & bona fide, spatio quadraginta annorum præscribuntur, *cap. 1. de præscript. in 6.* & Rebuff. *ead. quæst. 13. n. 80. & num. 112.* & sine titulo illas præscribit spatio tanti temporis, cujus initii memoria in contrarium non existat, *eod. c. 1. in fin. de præscript.* & Rebuff. *ead. q. 13. n. 81.* & hæc procedunt quo ad decimam prædialem, quia personales ex universali consuetudine præscribuntur, Felin. *in cap. causam quæ, n. 1. de præscript. cum aliis supra allegatis.*

57 Limitatur primò, dicta regula, ut non procedat in clericis inservientibus parochialibus ecclesiis, quibus decimæ debentur, quia tunc ad illarum solutionem non tenentur, Sylvest. *in ver. decima q. 7.* & Azor. *eo. cap. 35 sub ver. quintò quæritur, circa fin.*

58 Secundò, † limitatur in ecclesiis regularibus, & aliis collegiatis, quæ sunt privilegiatæ, quia decimæ privilegio Papæ, & exemptione tolli possunt, *ut cap. à nobis,* & ibi gloss. *in ver. exemptus,* & Abb. *n. 4. de decim.* & Rebuffi *ead. q. 13. n. 103.*

59 Quæritur, † an dominus agri, vel conductor, decimam solvere debeat, in quo est distinguendum, quia, aut loquimur de conductore, qui locavit agrum certa pecunia, vel certis mensuris grani, ita, ut omnes fructus ad conductorem spectent, & tunc dominus non tenetur ad decimam ex pensione, quam percipit à conductore, quia eorum onus ad conductorem transit, eo quòd dominus agri propterea minorem pensionem exigit, & si fuit conventum de certis mensuris grani domino tradendis, antequàm illæ mensuræ pro pensione dentur, tota quantitas grani est decimanda, si verò agatur de colonis partiariis, qui partem fructuum percipiunt, & domini aliam partem, coloni pro ea parte, quam percipiunt, tenentur dare decimam, & eorum domini pro ea parte, quæ ipsos contingit, & ita distinguit, glo. *in cap. quæsti sunt, 16. q. 1. c. tua nobis,* & ibi gl. *in ver. sic, & dominus* & Ab. *n. 1. gloss. in c. cum non sit, in v. præced. de decim* & plenè Azor. *eo. l. 7.*

in-

instit. moral. c. 35. sub ver. quartò quæritur,
60 & debet solvi de omnibus † fructibus sine aliqua impensarum deductione, *cap. non est,* & d. gloss. *in cap. cum non sit,* & gl. *fin. in cap ex parte;* & Abb. *in cap pastoralis nu. 2. eod. tit.* quæ procedunt in decimis prædialibus, secus in personalibus, ut per gloss. fin. *in d. cap. non est, cap. pastoralis,* & ibi Abb. *nu. 1. 6. & 7. eod. tit.*

Debetur decima prædialis, etiam si do-
61 minus † conditionem rei suæ mutet, nempè, si in agro, qui arari, & grano seminari solebat, quis vineam plantaverit, vel agrum ad pratum reduxerit, aut in eo oriza seminaverit, seu in area, vel platea arbores serverit, vel domos extruxerit, sive ex vinea agrum ad seminandum fecerit, quæ omnia dominus facere potest, absque Ecclesiæ consensu, & si qualitate mutata prædia uberiores fructus reddant, major decima debetur, ut est text. *in c. commissum,* & ibi Abb. *nu. 2. de decim.* Covar. *pract. qu. c. 37. num. 5.* Rot *divers. decis. 17. num. 10. par. 2.* & Azor. qui testatur hanc esse communem sententiam, *in eo cap. 35. sub. ver. decimum quæritur.*

Quamvis enim privilegio Papæ & exemptione decimæ tolli possint, per text. *in cap. à nobis,* ubi etiam gloss. *de decim. cum aliis supra num. 58. deductis,* pluries tamen super privilegiis eximentibus à decimarum solutione solet dubitari. Quo casu verba privilegiorum sunt ponderanda, quia, si privilegium respicit terras, seu prædia, coloni colentes illas privilegio participant, estque transitivum ad colonos, & tunc
62 privilegium † dicitur reale, gloss. *in clem. 1. in verb. excolendæ, circa fin. de decim.* & ibi Cardin. Abb. Imol. Anchar. Vital. & alii idem Abb. *in cap. ex parte, num. 5. de decim. & consil. 9. dub. 2. lib. 1.* Rot *decis. 4 de privileg. in ant.* de communi testatur, Soc. *in cons. 268. ante numer. 1. lib. 2.* & post alios ibi allegat, idem tenet Rot. *divers decis 23. num. 6. par. 2.*

63 Moniales enim Ordinis S. Claræ † habent privilegia à Summis Pontificibus concessa, quod ipse de quibuscunque terris, & possessionibus suis quas per se, vel colonos, aut servitores suos excoli, aut cultivari faciebant, aut in posterum facerent, nullas decimas, & primitias parochialibus ecclesiis, & aliis persolverent, nec ipsæ, aut possessionum earundem coloni ad earum solutionem à quocunque cogi possent, & ideò favore earundem monialium, suorumque colonorum in causa Conchen, exemptionis decimarum, in Rota coram Orano.

Die 20. Januarij 1589. fuit resolutum monialium Beatæ Mariæ Conceptionis, Ordinis S. Claræ intentionem fundari in privilegiis per Summos Pontifices Abbatissis & monialibus ejusdem Ordinis Sanctæ Claræ concessis, in quibus habeatur, quòd ipsæ de quibuscunque terris, & possessionibus suis, quas per se, vel colonos, aut servitores excoli, & cultivari faciebant, aut in posterum facerent, nullas decimas, & primitias parochialibus Ecclesiis, & aliis persolverent, nec ipsæ, aut possessionum earundem coloni ad earum solutionem à quocunque cogi possint.

Neque verò laborandum est circa verificationem dicti privilegij, ex quo fuit concessum motu proprio, & concurrit cursus temporis, & illius observantia, prout, aliàs fuit dictum in una Lucana Decanatus coram Aldobrandino, & in alia Burgen. jurisdictionis coram Seraphino, & est de-

cis Caputaq 558.n.5. l.2. in qua habetur,
64 quòd præsentes † non possent renunciare
privilegio in præjudicium successorum; ex
hoc enim tollitur id, quod dicebatur de
non usu privilegij, ultrà quod cum à con-
cessione privilegij per Paulum III. non
65 sint lapsi † quadraginta anni; prout inter
alia requiritur, Boss in tit. de princip. n. 329.
& quando adesset temporis lapsus super-
sunt privilegia Pij V. & Papæ Gregorij
XIII. recentia, & cum illud privilegium
66 habeat decretum irritans, per non † usum
non dicitur amissum. Rot. *decis. 3. de privi-
leg. in antiq.* Hoc autem eo magis, quo fuit
universo ordini concessum, nam per usum
aliorum monasteriorum jus istarum moni-
alium censetur præservatum, non secus, at-
67 que juspatronatus, † quòd per exercitium
unius ex compatronis aliis præservatur,
Abb. *consil. 54. nu. 3. lib. 1.* Curt. *de jur. patr.
vers. competentes, nu. 42.* non obstat, quòd
in privilegio non fuerit facta mentio quasi
possessionum eorum, qui decimas perci-
68 piebant, nam satis est, quòd † natura ex-
emptionis hoc habet, ut deroget juri eo-
rum, qui illas percipiebant, Dec. *cons. 115.
nu. 2.* Cassad. *decis. 1. nu. 2. de privil.* & ex his
fuit resolutum monialibus exemptionem
competere, donec ex bonis monasterij ha-
beant singulæ vigintiquinque ducatos,
juxta privilegium Greg. XIII. inclusive, ni-
si obstet dispositio, *cap. nuper de decim.* de
quo particulariter videbitur.

69 An autem, cap. nuper, de † decim. ob-
stet monialibus dicti Ordinis, quin possint
privilegio exemptionis ipsis concesso gau-
dere, puto distinguendum, aut enim exem-
ptione gaudebant ante conc. generale sub
Innoc. anno. 1215. celebrato, de quo per
gloss. in eo cap. nuper, aut postea. Si ante
dictum concilium dicta exemptione gau-
debant, illis etiam hodie suffragatur, si
postea obtinuerunt privilegium, nisi fuerit,
d. c. specialiter derogatum, dicto privilegio
hodie gaudere non possunt, quia illi obstat
dictum *c. nuper*, ubi etiam Abb. *num. 1. de
decim.* & ideo † Societas Iesu ultrà privi-
70 legia obtenta à Paulo III & Pio IV. Ro-
manis Pontificibus, habuit etiam privile-
gium à Greg. Papa XIII. sub dat. Romæ
die 1 Jan. 1578. super exemptione decima-
rum cum derogatione, *d. c. nuper*, quæ re-
movet omnem difficultatem, ut fuit à Ro-
ta decisum ut in decisionibus infrascriptis.
Coram Bubalo Cartaginen. decimarum
20 Octobr. 1578. fuit resolutum per do-
71 minos privilegium fel. rec. Pij IV. † exime-
re Societatem Iesu à solutione decimarum
spiritualium, debitatum rectoribus paro-
chialium ecclesiarum de jure communi.
Nam quicquid sit de privilegio recolen.
mem. Pauli III. verba dicti privilegij Pij
III sunt adeò universalia, & prægnantia, ut
sine difficultate comprehendant etiam
istas decimas spirituales, eximit enim à qui-
buscunque decimis prædialibus, & perso-
nalibus sub quibus verbis non est dubium,
quin includantur etiam decimæ spiritua-
les, ut latè per Dec. *cons. 113. nu. 4 & seq.*
72 quia prædiales decimæ † appellantur, quæ
debentur parocho de jure divino. *c. tuano-
bis, & c. ex parte, de decim.* & satis constat
de enixa mente Papæ, nedum ex dictis ver-
bis universalibus, sed etiam ex derogatione
regulæ de non toll. jur. quæs. ex qua appa-
ret, quod voluit aliis præjudicare, ut per
Crot. *in cons. 49 nu. 16.* Cassad. *decis. 1 de
privil.* Beltram. *in cons. 7. n. 4 in 2. par. 3. lib.
& in cons. 15. col penul. & fin lib 6.*

Nec obstat decisio Put. *63. lib. 3* quia in
illo

illo casu non aderant verba ita prægnantia, & universalia, prout in isto privilegio, in quo fit expressa mentio de decimis prædialibus, prout etiam non obstant illa verba, etiam Papalibus, quia stant ampliativè, & sunt positiva ad tollendam illam difficultatem, an appellatione decimarum veniant decimæ impositæ à Papa, de qua per gloss. *in clem. dispendiosam, in verb. decimis*, ubi Doctor. de jud & visa est materia satis clara. Reservarunt tamen Domini videndum, an dicta privilegia extendantur ad colonos, & an sufficienter sit derogatum *c. nuper, de decimis*, & an comprehendant bona quærenda, & quia prætenditur pro parte capituli, quòd dicta privilegia sint revocata, quò ad istam exemptionem per Bullam fel recor. Pij V. poterit super hoc particulariter videri.

Coram eodem, Carthaginen. decimarum, Mercurij x. Decembris 1578. circa 73 primam partem dubij, Domini † concluserunt privilegium exemptionis decimarum concessum Ven. Collegio Societatis Iesu per fel. rec. Pij IV. comprehendere etiam colonos, & arrendatarios bonorum exemptorum, quia cùm privilegium non solùm concernat personas dicti Collegij; sed etiam res, & bona quæcunque, non est dubium, quin extendatur etiam ad colonos, & arrendatarios, ut per gloss. *in clem. 1. in verf. excolendas, de decim.* ubi Card. *q.* 22. & Vital. *nu.* 31. Rot. *decis.* 4. *de privil. in antiq.* Abb. *in c. ex parte, il.* 1. *n.* 4. *de decim.* Feret. *in conf.* 102. *nu.* 13;

Quò ad secundam partem, fuit etiam 74 resolutum, † quòd dictum privilegium exemptionis extenditur etiam ad bona, & prædia acquirenda post concessionem privilegij, & moti fuerunt:

Primò ex verbis generalibus privilegij, ibi, & bona quæcunque. Nam in materia 75 quantumcunque odiosa, & alteri præjudiciali, non excluditur lata interpretatio, & ex proprietate verborum proveniens, ut per Aret. *in l. cum lege post prin. per illum text. ff. de testam.* Calder. *in conf. 1. in prin. vers. sed posset responderi, de consangu. & affi.* Goz. *in l 2. numer. 165. C. de pact. inter empt. & vend.* Aym. *in l. 1. numer. 69 ff. de leg. 1.* & fuit resolutum coram Aldobrandino in una Pharen. pensionis, de anno præterito, & licet stantibus verbis indefinitis fortasse non comprehenderentur bona futura, ex not. *in cap. quia circa de privil.* (hoc enim casu posset reddi dubitabilis opinio, de qua per Nat. *in conf. 340. n. 3. lib. 2.*) cum tamen hic † habeamus verba 76 universalia, & geminata, comprehenduntur etiam bona futura, ex conf Dec. 113. & *aliis hic allegatis* per informantes pro Collegio.

Secundò, moverentur ex verbis d. privilegij in specie loquentibus de bonis futuris, ibi omnia, & singula, domos probationum, & Collegia ubilibet consistentia, præsentia, & futura, eorumque nempè præsentium, & futurorum Collegiorum personas, fructus, redditus, aliasque res, & bona quæcunq; à quibusvis decimis, &c. eximimus, ex quibus apparet, quòd Summus Pontifex voluit etiam eximere bona futura Collegiorum in futurum erigendorum, nec non, ibi, etiam bonorum ecclesiasticorũ secularium, & regularium quorumcunq; pro tempore unitorum, quæ respiciunt bona in futurum unienda, ex natura illius dictionis, pro tempore, † quæ denotat 77 tempus futurum, Bald. *in c. cum inter n. 7. de re jud.* Rebuff. super cõcord. *tit. de reg. ad*

prælat.

prælat. nomin. in facien. in ver. pro tempore existens, & hæc ratio fuit magis universalis.

Nec obstat, quòd privilegium de non solvendis decimis, cum sit alteri præjudiciale, debeat strictissimè interpretari, ut non extendatur ad bona futura, quia hoc non procedit, quando verba sunt universalia, & quando ex eis colligitur mens concedentis, qui voluit etiam eximere bona futura, ut supra dictum est, ad reliqua in contrarium adducta, placuerunt Dominis responsiones Doctorum informantium pro parte Collegij.

Coram eodem, Carthaginen. decimarum Lunæ 26 Januarii 1579. Dubitavi, an Breve fel. rec. Pij. V. revocet privilegia concessa clericis Societatis Iesu per Sanctæ memor. Paulum III. & Pium IV. super exemptione à decimis, & causa pluries per me proposita, tandem † Domini resolve-
78 runt per supradictum Breve non fuisse revocata privilegia. Movebantur, quia cum dicta privilegia Pauli. III. & Pij IV. sint concessa principaliter dictæ Societati, non autem per viam communicationis privilegiorum Mendicantium, non comprehenduntur sub revocatione Pij V. quæ solum revocant privilegia concessa aliis per viam communicationis cum privilegiis Ordinum Mendicantium: & hoc colligebant Domini ex pluribus verbis ipsius Brevis revocatorij.

Primò, ex procœmio, in quo Pius V. facit tantùm mentionem de privilegiis, & indultis, tam temporalibus, quam spiritualibus per ipsum Ordinibus Mendicantium concessis, deinde loquitur de eisdem privilegiis per eum ad varias regiones exten-
79 sis, & ampliatis, † dispositiva igitur ex ipso procœmio declarari debet, *l. fin.* & ibi Doct. *ff. de hæred instit.* ponderabant etiam ex ipso procœmio illa verba relativa, ibi, prout in diversis Apostolicis iteratis, & forsan pluribus vicibus, etiam in fundatione, etiam clericis Societatis Iesu, ut omnibus privilegiis Mendicantibus concessis, & concedendis, gaudeant concessis, & inversa attendentes, ubi asserit non fuisse intentionis suæ communicare privilegia Mendicantium aliis Ordinibus non Mendicantibus, in iis, quæ temporalitatem respiciunt.

Secundò, id colligebant ex verbis, dispositivè, *in vers. volumus*, ubi præcepit omnibus judicibus, ne deinceps canonicos, vel monachos, vel clericos de Iesu privilegiorum hujusmodi communicationem prætendentes, nisi super his, quæ specialitatem concernunt, audiant.

Tertiò, ex verbis appositis in clausulis derogatoriis, ibi, ac litteris nostris prædictis, quas ad hoc extendi minimè debere volumus, & declaramus; ex quibus omnibus clarè apparet illud breve editum fuisse ad effectum tantùm revocandi privilegia concessa aliis Ordinibus per viam communicationis privilegiorum Mendicantium, non autem, ut tolleret omnia privilegia concessa principaliter aliis Ordinibus, quæ temporalitatem respiciunt, quod etiam suadetur, quidato, quòd res esset du-
80 bia, † in dubio non debet præsumi privilegium esse revocatum per aliam concessionem posteriorem, ut per gl. 25. *qu. 2. in Sum. in vers. item in dubio, per l. si peculium, ff. de manu. testa. & l. cum hic status, ff. de donat. int. vir. & uxor. trad.* Feder. de Sen *consil. 233. prope fin. vers. item in dubio*, Rom *cons. 327. numer. 1.* Calder. *cons. 11. circa fin. vers.*

vers. præterea negare non potest, de privil. Card. *cons.* 52. *num.* 6. Dec. *cons.* 168. *col.* 3. *vers. & exhis conclusio*, Boer. *in tractat. de potest. leg. de lat. numer.* 44. & Bene Crot. *cons.* 371. *numer.* 17. *& sequ. & cons.* 380. *num.* 24. *& 25. lib.* 3. ubi firmat, revocationem privilegij non præsumi, nisi de 81 ea expresse constet, † & propterea exactam probationem requiri in probando revocationem privilegij, per ea, quæ trad. Bar. *in cap. super de renunc.* Non obstant in contrarium adducta pro parte capituli. Et primò, non obstant illa verba generalia apposita in dispositiva, ibi, necnon alia quæcunque &c. concessa, & communicata, & ampliata, &c. quia cum dicit concessa, debet intelligi de privilegiis concessis, ut in narrativa, videlicet, de concessis aliis Ordinibus, ut gaudeant omnibus privilegiis Mendicantibus concessis, & concedendis, quæ concessiones potuerunt esse in fundatione, & ante concessionem factam per Pium V. Ordinibus Mendicantium; ideoque illas revocat Et, quia in verbis præcedentibus revocaverat tantùm privilegia per ipsum communicata post concessionem privilegiorum Mendicantium, ideò subijcit illa verba, necnon alia quæcumque ad effectum, ut dicantur etiam revocata privilegia concessa aliis Ordinibus ante concessionem Mendicantium, ut gaudeant privilegiis Mendicantium concessis, & concedendis, prout supra in procemio dixerat, & hæc interpretatio coadiuvatur, quia illa generalitas est restricta illis verbis, illorumque confirmationes, exemptiones, & indulta similia concernentia privilegia hujusmodi.

Nam, dum dicit indulta similia, referuntur ad temporalitatem, dùm verò dicit privilegia hujusmodi, † habet relationem ad privilegia communicativa, quia dictio hujusmodi repetit omnia comprehensa in præcedentibus cum suis qualitatibus, glos. *in cap. Abbate. de elect. in 6.* Paris. *cons.* 52. *numer.* 32. *lib.* 3 *& cons.* 40. *num.* 50. *lib.* 4. & in summa sanctæ mem. Pius V. per illud Breve voluit tantumodò revocare omnia privilegia concessa alijs Ordinibus per viam communicationis privilegiorum Ordinum Mendicantium, sive dicta privilegia fuerint concessa per solum ipsum Pium V. post privilegia per ipsum concessa Mendicantibus, sive fuerint antea per Sedem Apostolicam concessa, & communicata etiam in fundatione.

Secundò, non obstat ratio, quæ videtur generalis, nempè quòd absurdum videatur Ordines non Mendicantes gaudere exemptione decimarum in præjudicium rectorum parochialium Ecclesiarum, quia ratio est restricta, in illis verbis, cum absurdum sit, eos, qui Mendicantes ex quatuor Ordinibus non sunt, sub Mendicantium hujusmodi colore, & sic per communicationem prætendunt exemptionem: non autem in illis Ordinibus, qui vigore privilegiorum ipsis principaliter concessorum exemptionem habent, prout sunt Collegium, & clerici Societatis Iesu, in casu de quo agitur.

83 Et universa societas † prædicta, omniaque, & singula illius domus etiam probationis & collegia ubilibet consistentia, præsentia, & futura, eorumque personæ, fructus, redditus, & proventus, etiam bonorum ecclesiasticorum, secularium, & regularium, quorumcunque illis pro tempore unitorum, aliæque res, & bona quæcunque, à quibusvis decimis etiam

Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus aliisque fructibus subsidijs etiam charitativis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, & aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, & Ducumvè instantiam, pro tempore impositis sunt exempta, *ut in eisdem privilegijs Pij IV. & litteris Gregorij XIII. vers. ac pro potiori, &c.* quibus eximuntur etiam à decimis Papalibus ad quorumvis instantiam impositis cum clausulis amplissimis, ac derogatorium derogatoriis, decreto irritanti, & clausula sublata, desuper additis, quæ removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi. *cap. si eo tempore de elect. in 6.* Cassad *super reg. cancell. decis. 12. num. 5. cum alijs supra. par. 1. cap. 14. numer. 1. 7. allegatis.*

85 Eadem exemptione † à decimis Papalibus gaudent etiam sorores quorumcunque monasteriorum, domorum, & regularium locorum monialium, & sororum quorumvis Cisterciensium, Præmostraten. S. Claræ, nec non S. Benedicti, & S. Augustini, ac tertij Ordinis S. Francisci, & aliorum quorumvis Ordinum, etiam sub cura, & regimine, ac secundum regularia instituta Fratrum Minorum, de observantia nuncupatorum, & Eremitarum ejusdem S. Augustini, degentium in Lombardia, & quibuscunque alijs Italiæ partibus confidentium, † non habentium redditus ultra summam quatuordecim ducatorum auri de camera, pro victu cujuslibet monialis, seu sororis, alios redditus non habentis, ut in litteris Pij IV. de quibus 87 in Bull. *fol. 659. cap. 10.* & est ratio † quia portio assignata monialibus, prout dicta portiuncula, ut miserrime vivant, non potest aliquam decimam pati. Gemin. *cons. 85 num. 26.* quem sequitur Rebuff. *consil. 124. col. 2. vers. item Bonifacius Octavus*, & regulariter omnes fructus, qui spectant ad locum, vel personas, quæ non cadunt in nomen beneficij, sunt liberi à solutione decimæ Papalis, quia in usus quotidianos personarum miserabilium expendi debent, ut inquit gloss. *in extravag. Io. 22 unica. in verb. solvere. circa fin. de elect.* & non solùm dictæ moniales sunt exemptæ à decimis, sed à quibuscunque oneribus in perpetuum, *ut in eisdem litteris Pij IV. motu proprio concessis.*

DE PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ sicut decimæ debentur, sed quantitas non est determinata.*
2 *Primitiæ animalium sunt unũ de ducentis.*
3 *Primitiæ dicuntur primi fructus, quos sibi Deus reservavit.*
4 *Primitiæ ter in anno Domino offerebantur.*
5 *Primitiæ, quare fuerint introductæ.*
6 *Primitiæ debentur de jure divino.*
7 *Primitiæ, ex qua causa olim offerebantur.*

Primiti

8 Primitiæ debentur præcepto judiciali, & figurali.
9 Primitiarum solutio consuetudine præscribi potest.
10 Moralia præcepta per Ecclesiam immutantur.
11 Parochiani quando ad primitiarum solutionem sint cogendi.
12 Oblationes sunt, quæ de propriis, & licitis rebus ecclesiæ offeruntur.
13 Oblationes, quando præcepto naturali, & divino debeantur.
14 Oblationes debentur, ubi viget consuetudo illas offerendi.
15 Consuetudo spatio decem annorum inducitur in oblationum præstatione.
16 Oblationes parocho indigenti debentur.
17 Oblationes in Missis solemnioribus fieri debent.
18 Oblationes testamento relictæ omnino fieri debent, & illas negantes pœnas incurrunt.
19 Oblationes sacerdotibus curam animarum exercentibus sunt tribuendæ.
20 Oblationes, quando Episcopis sint tribuendæ.
21 Oblationes, quando originem habuerint.
22 Oblationes, quando monachi, & alij regulares recipere possint.
23 Oblationes, & decimæ æquiparantur, suntque juris spiritualis, & sacræ.
24 Oblationes recipere non possunt laici in eorum oratorijs, quacunque consuetudine non obstante.
25 Oblationes ex qua causa laicis dari possunt.
26 Oblationes factæ imagini Deiparæ in muro privato, Ecclesiæ parochiali cedunt.
27 Oblationes, quæ confluunt, imaginibus, in locis, in quibus miracula aperiuntur, vel gratiæ obtinentur fabricæ cedunt.
28 Ecclesia divæ Mariæ in montibus Vebis, quando cœperit ædificari.
29 Ecclesia divæ Mariæ in agro Montis Regalis apud Vicum, quando fundari cœperit.
30 Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis, & bon. mem. Catarinæ Austriacæ conjugis devotio commendatur.
Io. Antonij Casirucj Montis Regalis Episcopi pietas, & vigilantia commendatur, ibid.
Caroli Argentarij Episcopi solertia commendatur, ibid.
31 Oblationes, quæ in aliena ecclesia celebranti fiunt, rectori ecclesiæ cedunt.
32 Oblationum tres sunt species.
33 Oblationes causa mortis relictæ solvere recusantes, sacrilegi, homicidæ, & negatores egentium esse dicuntur.
34 Parochiani, quando ad oblationes faciendas cogi possint.
35 Parochus ministerium spirituale parochianis etiam non offerentibus negare non potest.
36 Sacerdotibus, quando manibus sibi victum quærere liceat.
37 Episcopus, quando in laicos habet jurisdictionem.
38 Actor regulariter forum rei sequi debet.
39 Episcopus Parisiensis est Comes, & cognoscit causas civiles clericorum, & laicorum, activè, & passive.
40 Archiepiscopus Bononiensis est Princeps.
41 Clerici Bononienses in causis civilibus trahunt laicos ad forum ecclesiasticum.
42 Milites Hierosolymitani trahunt, & non trahuntur.

DECIMIS, de quibus proximè plura retulimus, æquiparantur primitiæ, ac cum illis ejusdem generis. ac juris sunt, ideò sub eadem obligatione
1 debentur, † *Hieron. super Malach. relat. in c. revertimini. 16 quæst. 1.* & quantitas primitiarum non est determinata. *cap. 1. vers. at verò primitiæ. ext. de decim.* & S. Thom. *2. 2. quæst. 86. art. 4.* sed, qui plus quadragesimam dabat partem, qui minus sexagesimam, & sic licitum erat dare inter 40. & 60. quantum quisque volebat, hæc erat in aridis, & liquidis, sed qui dabat
2 † primitias animalium dabat unum de ducentis. *Deuter. c. 14. & 18.* glo. *in c. Ecclesiæ. in verb. & primitias. 13. qu. 1.*

3 Primitæ dicuntur † primi fructus quos sibi Deus, tamquam omnium rerum Dominus retinuit, & quia omnia dat bona, in primitijs eum recognoscere debemus, Rebuff. *in tract. de decim. quæst. 1. nu. 18.* & fuerunt inventæ tempore Abel, qui obtulit de primogenitis gregis sui *Genes. c.*
4 4. & Rebuff *loco proxime citato* † ter autè in anno istæ primitiæ Domino offerebantur, in Paschate de novis granis, in Pentecoste de novis panibus, & in Septembri de vino, & aliis fructibus illius temporis, Romani. n. olim non prius degustare novas fruges, aut vina solebant, quam sacerdotes primitias libassent, ut ait Plin. *lib. 18. c. 2.* & Rebuff *eod. nu. 18.*

Introductæ fuerunt † primitiæ in signum rei jam factæ, scilicet liberationis ab Ægypto, per interfectionem primogenitorum, salutis primogenitis Israel, & etiam in signum rei faciendæ, ut scilicet initium operum nostrorum attribuamus Deo auctori omnium bonorum, erant etiam in signum futuri, id est recuperandæ cœlestis hæreditatis amissæ, quæ est propria primogenitorum. Astens. *lib. 6. art. 8. de dec.* deferebantur etiam in recognitionem divini beneficij, quasi aliquis profiteretur, se à Deo fructus terræ percipere, & ideo, se teneri ad aliquid hujusmodi Deo exhibendum *1. Para. c. ult.* & Graff *decis. aur. par. 2 lib. 2. c. 27. num. 3.*

6 Debentur † primitiæ de jure divino, id. est præcepto à Deo facto, ut tenet Rebuff. *ead. qu. 1 num. 22 fin.* & pertinet ad jus naturale, ut homo aliquid Deo ad ejus honorem exhibeat de bonis sibi à Deo concessis, ex qua causa † olim offerebantur in re-
7 cognitionem beneficij, quasi homo profiteretur, se fructus terræ à Deo accepisse, & ita offerebantur cum quadam professione, & erant quoddam oblationis genus. *Deut c 25.* & S. Thom. *ead. qu. 86. art. 4.* Sed non debentur præcepto naturali, quia aliud est deberi ex præcepto, & aliud jure naturali, quia naturaliter quilibet est obligatus benefacienti sibi ad antidota, ut benefacienti benefaciat Bart. *in l. ex hoc jure. nu. 11 ff. de just. & jur.* & solutionem primitiarum secundum determiuationem Ecclesiæ, esse in præcepto tempore moderno, determinat Ecclesia, & quòd secundum consuetudinem approbatam, & indigentiam ministrorum solvantur, tenet Graff *d. c 27. n. 4.* non est tamen præceptũ
8 † morale, nec naturale, sed quoddam præceptũ judiciale, & figurale ut primitiæ, id. est primi cujuslibet rei fructus dentur, & in his maximè cõsuetudo attenditur. Rebuff. *eod. nu. 22* & Graff. *loco, proximè citato.*

9 Laici † consuetudine legitimè præscripta, possunt à primitiarum solutione liberari, quia aut ex mente Rebuff. debebantur præcepto judiciali, & evangelica.

gelica lege lata judicialia præcepta omninò cessaverunt, vimque præceptorum amiserunt, ut per Covar. *cap.* 17. *num.* 1. *cum aliis supra cap. præcedenti. in princ. allegatu*, & cum cessaverit præceptum, vimque præcepti amiserit, valet consuetudo, ut de his primitiis nihil solvatur, & excusat à peccato, ut tenet Henr. Boic. *in cap.* 1. *de decim. relatus* à Rebuff. *d. quæst.* 1. *num.* 21. qui contrariam tenet opinionem, cui non assentior, præsertim stante universali & notoria consuetudine, quòd de primitiis nihil omnino pluribus in provinciis, & parum in aliquibus persolvatur, quæ à summis Pontificibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac aliis Prælatis, & timoratæ conscientiæ viris toleratur ex tacita quadam Summi Pontificis dispensatione. Quapropter, si est præceptum secundum determinationem Ecclesiæ, ut tenet Graff *cap.* 27. *num.* 4. cum scientia, patientia, & tolerantia Papæ, & Prælatorum contraria consuetudo fuit appobata, & † etiam ea, quæ sunt moralia hodie per Ecclesiam immutantur. *c. jejunium*, & ibi gloss. *in ver. jejunium*, 76. *dist.* sed, ubi viget consuetudo de omnibus, vel de aliquibus primitias persolvendi, tunc consuetudo est servanda, & Parochiani † sunt cogendi ad solutionem secundum consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum, S. Thom. *ead. quæst.* 86. *ar.* 4. *circa med.* & Graff. *eod. cap.* 27. *num.* 4. dari enim debent presbyteris parochis à populo. *cap. doctos, ac probos.* 16. *q.* 1. & Rebuff. *d. quæst.* 1. *num.* 19. *in fin.* & qui primitias jure, vel consuetudine legitima debitas, ubi, quando, & quibus debet, non soluit, peccat. Navar. *in cap.* 21. *num.* 32. *in fin. tom.* 1. & ubi primitiæ non solvuntur, tunc in earum locum oblationes succedunt. Rebuff. *ead. quæst.* 1. *num.* 15.

12 Oblationes † autem sunt, quæcunq; de propriis, & licitis rebus ecclesiæ offeruntur. *c. causa. de verb. signif.* & Rebuff. *ead. q.* 1. *n.* 23. & ex præcepto naturali † divino tenentur parochiani ad oblationes presbyteris ministrantibus spiritualia exhibendas, ubi ipsi presbyteri indigent, nec habent, unde possint sibi necessaria ministrare. Ab. *in c. causam n.* 2. *de verb. signif. & in c.* 3. *n.* 6. *de pign.* Rom. *cons.* 344. & Covar. *lib. var. resolut. c.* 17. *n.* 3. & pluribus casibus laici tenentur parocho facere oblationes.

14 Primò, † quando viget consuetudo, quia laudabiles consuetudines servare tenentur, *c. ad Apostol. §. quapropter. de simo. c. quamvis. de deci.* Ab. *in rubr. de Paroch. n.* 3. *vers. quartus casus.* Covar. *d. c.* 17. *n.* 3. & Rebuff. *ead. q.* 1. *n.* 24. & talis † consuetudo uti pia, atq; laudabilis inducitur spatio decem annorum. Abb. *in c. suam nobis. nu.* 9. *de simo.* Cassàd. *decis. un. n.* 5. *de consuet.* & Covar. *eod. c.* 17. *n.* 3.

16 Secundò, † quando parochus indiget, quia non tenetur suis stipendiis militare, sed qui altari servit, de altari vivere debet. *Paul.* 1. *ad Corint. cap.* 9. *cap. cum ex officii de præscript.* & Felin. *in cap. veniens*, 1. *nu.* 3. *de testam.*

17 Tertiò, † in Missis solemnioribus, quia omnis Christianus procurare debet ad Missarum solemnia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quòd Deus per Moysen dixit, non apparebis in conspectu meo vacuus, & in Sanctis Patribus liquidò apparet, quòd omnes Christiani offerre aliquid ex usu Sanctorum Patrum debent, quoniã ad ipsum prius est confugiendum, qui curare potest ani mæ

passiones, *cap. omnis Christianus. de consecr. dist. 2.* & Boich. *in cap. quamvis. de decim.*

18 Quartò,† quando ex testamento oblationes fieri debent, quia ultima voluntas defuncti modis omnibus est servanda. *cap. ultima. 13. quæst. 2.* & qui oblationes defunctorum retinent, & ecclesiis tradere demorantur, ut infideles ab ecclesia sunt abjiciendi, quia usque ad exinanitionem fidei pervenire certum est hanc pietatis divinæ exacerbationem: quia, & fideles de corpore recedentes votorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur, & hi tales, quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei, habendi sunt, *cap. qui oblationes. eod. q. 2.* & his quatuor casibus quòd oblationes sint in præcepto, tenet Abb. *in dict. rubr. de decim. num. 3.* Rebuff. *eod. n. 24.* S. Thom. *2. 2. quæst 86. art. 1.* & Graff. *decis. aur. cap. 27. n. 6. par. 2. lib. 2.* qui vero eas, quas populus dare debet, tenere contendit, vel extra parochialem ecclesiam dare vult, sine Episcopi consensu, vel ejus, cui hujusmodi officia commissa sunt, est communione privandus. *cap. statuimus. 16. quæst. 1.*

19 Pertinent oblationes † ad sacerdotes curam animarum exercentes, non solùm, ut eas in proprium usum convertant, sed etiam, ut fideliter dispensent partim expendendo in his, quæ ad divinum cultum pertinent, partim in proprium victum, & partim in usus pauperum. *1. Cor, cap. 9.* & S. Thom. *2. 2. q. 86. art. 2.* Spectat

20 etiam † Episcopo quando celebrat in aliqua Ecclesia suæ diœcesis, Afflict. *in constit. Neapol. lib. 1. in rubr. de decim. n. 32.* & debentur etiam Episcopis in re cognitionem superioritatis bonorum, & hæc est obligatio ex præcedenti conventione, ut cum datur fundus, ut certo tempore aliquid offeratur, de qua loquitur S. Tho. *d. q. 86. art. 1.* & Graff. *d. cap. 27. num. 6. ver. primò exprædicenti.*

21 Inceperunt † oblationes, quando principes Israel obtulerunt munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus, & alia magna munera, quæ Dominus jussit suscipi, & ea Levitis tradi. *Num. cap. 7.* & tempore Cain, & Abel. *Genes. cap. 4.* & Noe ædificavit altare Domino, ac tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. *Genes cap. 8. in fin.* & Rebuff. *ead. quæst. 1. num. 23.*

22 Monachi,† & alii regulares possunt etiam tripliciter oblationes recipere, vel, ut pauperes ex dispensatione parochorum, vel ut ministri altaris, aut tertiò ex debito, si Parochiæ sint eorum. S. Thom. *ead. q. 86. art. 2.* an autem laici in eorum oratoriis oblationes recipere possint, valere consuetudinem, quòd illas possint recipere, consuluit Dec. *cons. 148. reverende*, ejus tamen opinio pluribus fundamentis reprobatur.

23 Primò,† enim decimæ, & oblationes æquiparantur, *cap. quamvis, de decim.* & Rebuff. *d. quæst. 1. num. 26.* & sunt juris spiritualis, & sacræ, ut inquit, text. *in cap. inquirendum, in fin. de pecul. Cleri.* cujus Laici sunt incapaces, *cap. fin. 10. quæst. 1.* & Abb. *in cap. quamvis, num. 1. de decim.*

24 Secundò,† nec valet consuetudo, quæ possit allegari, ut laici in oratoriis recipiant oblationes, *cap. antiquos, 6. quia 6. sanctorum, & melius cap. fin.* ubi improbatur con-

consuetudo, qua laici prætendere possint ecclesiarum oblationes, *ead.* 10. *q.* 1. & Rebuff. *ead. q.* 1. *num.* 26. & consuetudo contra libertatem ecclesiasticam nō est servanda *cap. noverit, ext. de sent. excomm.* Bart. *in auth. hoc jus porrectum, num.* 18. *de sacrosanct. Eccles.* & Rot. *decis.* 3. *n.* 4. *de consuet. in antiq.* possunt † tamen ex causa dari laicis oblationes ad ecclesiæ reparationem, vel aliquem alium honestum usum, & ad tempus saluo jure ecclesiæ, ità quòd nullum jus per similem concessionem eisdem in præjudicium ecclesiæ acquiratur. Præpos. *in c. altare,* 1. *q.* 3. & Rebuff. *ead. q.* 1. *num.* 28. 29

26 Eadem † ratione, si fiant oblationes imagini depictæ in muro privato domus laicalis, dominus illius domus illas percipere non potest, quia regulariter cedunt ecclesiæ parochiali, & ita sæpe in facto interrogatus respondisse testatur Abb. *in c. pastoralis, num.* 2. *de his quæ fiā maj. part. cap.* & post. Ant. de Butr. idem Abb. *in rubr. de paroch. num.* 2. & Rebuff. *ead. q.* 2. *num.* 29.

27 Fallit † tamen regula, si in locis, in quibus aperiuntur miracula, vel magna movetur devotio, maximo cum concursu populi concurrant oblationes notabilis quantitatis, & valoris, ut de anno 1580. dum in 28 urbe agerem, † evenit, de imagine Divæ Mariæ depictæ in quadam domuncula ad usum fœnilis redacta, cui, & si fœnum plena domuncula réponeretur, tamen relatum fuit, quòd nunquam hærebat dictæ imagini, sed semper distans ab imagine reperiebatur, quo detecto, cœpit populus Romanus ad orandum in eodem loco confluere, & oblationes maximas deferre, quibus, & aliis eleemosynis ad partem à piis viris elargitis decens ecclesia in eodem loco sub titulo, S. Mariæ in montibus, fuit ædificata, quæ adhuc maxima in devotione, & veneratione habetur.

Quod quidem non modò omni memoria dignum, sed & maxima admiratione omni sæculo recolendum † anno 1595. in agro Montisregalis provinciæ Taurinensis ad Vici oppidulum etiam contigit. Ubi ad venerandam ejusdē Deiparæ Virginis imaginem, quadam rudi, vetustaque lateritia columna depictam, apertis, & ubique propagatis miraculis, tam copiosus populorum concursus undequaque accessit; ut plerunq; ne vallis illa quidem, in cujus medio stat sacra columna, supplicantium virorum, ac mulierum sodalitates, quæ à Provinciis non paucōrum dierum viam distantibus profectæ fuerant, vix capere posset. Primò urbs ipsa non tàm nobilissima, quàm religiosissima, visis certissimis cœlestium operationum indiciis, locum ipsum communibus, frequentissimisq; supplicationibus devotè, sanctèq; venerata fuit. Post, audita rei fama, à celeberrima Genuensium urbe, maritimisq; locis Ligustici maris tot confluxêre, quas vocant, confraternitates, tantaque puerorum, virginumque examina commearunt, ut omnes rem tantam suspicerent, divinumque opus maximè mirarentur. Unde factum fuit, ut ignobilis locus, & qui, (quantùm ad sacram columnam attinet, cui spinæ vepresque circùm inhærebant) derelictui habebatur, pauciss imis diebus factus sit celebratissimus, ac veneranda majestate, divinisque bonis, suprà, quàm credi possit, uberrimus. Ab Insubribus religiosa agmina, longum iter nihil pensi habentia,

habentia, faceis omnes induti, pio ordine procedebant; è Sabaudia, Burgundia, Galliaque Narbonensi non modò confratrum sancta sodalitia, sed & multi primatum comitatus ad venerabilem imaginem convenêre. Totos dies, totasque noctes universus urbis illius ager indefessis misericordiam à Deo implorantium vocibus ubique resonabat, precationum, supplicationumque cantus diu, ac noctu per proximos agros, ac colles (omnibus enim ad ædiculam præ nimia multitudine aditus minimè patebat) ad ipsa sydera ferebantur. Plangentium, divamque Virginem invocantium fletus ad ipsam supremi patris sedem penetrabat. Ibi dissidentium animi divino instinctu per se conciliabantur, veteres ibi simultates quisque sponte deponebat, offensæ, nullo cogente, nec hortante, invicem condonabantur. Qui capitales inimicitias, diraque odia diu mutuo exercuerant, prompto spiritu, contrito vultu, profusisque lacrymis sese in omnium conspectu amplexabantur: fera demum eorum corda, qui necdum sacram illam effigiem viderant percepto domi rerum nuncio, sic residebant, ut è tigribus agnos factos esse diceres: quamplures sicarii, aliique viarum obsessores, projectis armis omnibus, nudis pedibus, derecto capite, rosarii, aliavè corona solùm arrepta ad divam Virginem lugentes properabant, scelera sacramentali medicina ad confessarii pedes magna contritione purgaturi, claudi, cæci, muti, aliique corpore variè affecti ad pristinum statum fuere Virginis ope restituti. Mira ibi in horas, nedum in dies, ut plenius impressæ paginæ testantur, ipsis oculis cernebantur opera, manifestæq; etiam modò summi patris beatâ Virgine, (ut piè credendum est) intercedente operationes è cœlo ibi eluceſcunt. Nec hic, quod omnibus abundè notum est, addendum puto; quo studio, qua diligentia, quovè numero Pedemontanæ, Ligurumque gentes sacram vallem nudis pedibus frequentarint, ac ad tantum Virginis nomen precibus assidui fuerint: ipsi enim, quòd loci vicinitas cœlesti favore, ac beneficio commodius illis iter præberet, majori sanctitate, pietate, ac frequentia ad sacratissimum Virginis simulacrum maturabant, admissorũ remissionem solicitè postulantes. Nec satis illis erat semel Virginis iconem vidisse, semelque criminum veniam exorasse, sed iterũ, tertiò, ac plures fanum illud majori salutis aviditate denuò repetebant, nec illinc, quòd & aliis contingebat, sese divellere poterant. Non ibi deerant sacerdotum chori, non sancta monachorum collegia, qui ab urbe prædicta litaniam facientes identidem progrediebantur, hinc multiplex puerorum ac puellarum numerus, hinc matronarum, heroumque comitatus adventabat; undique tantæ, variæq; vivorum ex improviso aderant catervæ, ut plurimus quemq; stupor invaderet: Non pauci Episcopi pedestri itinere è suis cathedralibus illuc se miro devotionis exemplo conferebant. † Ipse Carolus Emmanuel admirandæ pietatis, religionisq; Dux optimus, ac fel. rec. Catarina Austriaca, cujus regii nominis memoriam, ac virtutũ splendorem nulla ævi unquam est deletura diuturnitas, augustissimi conjuges, semel, iterum, ac tertiò sacram ædem oblatis gemmis, aliisque donis ingentibus devoto, humilique spiritu visitarunt, ac, ut cumulatiore, memorandoq; beneficio tam pium

locum

locum decoratest, in commune omnium eò peregrinantium salutem à Clem. VIII. Summo Pontifice indulgentiarum diploma impetrarunt, basilicamque ibi latissimam (quæ modo admiranda mole, miraque structura consurgit) largita ad id multa pecuniæ copia, fundandam curarunt, adhibito urbis piæ memoriæ vigilantissimo Episcopo Io. Antonio Castruccio, qui, ingenti solennitate prima de more fundamenta regit, cui non minoris integritatis, ac solertiæ postea successit Carolus Argenterius Taurinensis. Adhæc ex tot donatiis, amplissimisque oblationibus, ac largitionibus cœnobia, hospitalia aliaq; diversoria peregrinis indies turmatim sacrum locum visentibus commoda, & opportuna, ipsorum principum jussu circùm ædificata fuere. Ibi conspiciuntur aurea, argenteaque oscilla innumera parietibus intus affixa, arte mira laboratæ vestes, pallæ, vexilla, infinitaque insigni valore votorum exempla. In sacrario cunctis adeuntibus benignè recluduntur ingentia Ducum, Principum, civitatum, confraternitatum, ac nobilium munera reposita, calices, cruces, candelabra, serta margaritis intertexta, coronæ, variaque alia ex auro, alia ex argento, non parvi numeri, nec exigui valoris oblata supellex, annuli, gemmæ, lapilli, pluries millena nummum excedentia conspectui depromuntur. Ea denique solo biennii spacio auri, & argenti vis tanta gemmarum, sacrarum vestium, vasorum, cereorum, aliarumque rerum ad divinum cultũ spectantium copia illic dicata, ac collocata fuit, ut major sit, quàm scripto referri queat. Quæ quidem omnia, ut ad rem, unde paulùm diverti, redeam, dictæ imagini ad extructionem fabricæ, non autem parochiali debentur, ex trad. per Ang. *in l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vindic: & in l. statue. ff. de usuf. quem sequitur* Felin. *in cap. dilectus, in Princip. ver. sed proprietates. de off. ord.*

31 Oblationes † verò, quæ celebranti in aliena ecclesia fiunt, cedunt Rectori ecclesiæ, & non celebranti, & quemadmodum relictum factum Episcopo ab extraneo videtur factum contemplatione ecclesiæ, ita oblationes factæ celebranti videntur factæ intuitu ecclesiæ, præsertim à parochianis, qui oblationes faciunt propter onera sacramentorum, *ca. omnis Christianus*, cum glo. *de consecr. dist. 1. cap. requisisti ex. de testam.* & Abb. *in cap. pastoralis, num. 2. de his, quæst. à maj. par. cap.* & etiam, quæ fiunt in capellis, seu altaribus fundatis intra parochiam debentur rectori parochiæ, *cap. ex transmissa de præscrip.* & Abb, *in rub. de paroch. num. 4.*

32 Oblationum † tres sunt species, una, quæ est donatio rei factæ inter vivos Deo uni ecclesiæ.

33 Secunda, facta † causa mortis, quæ ad instar legatorum est reducta.

Tertia, usualis, quam fideles faciunt ad altare, vel ad manum sacerdotis, quarum

Prima est voluntaria, quæ, si solùm est promissa, debetur.

Secunda adeò est debita, ut qui eam non soluerint sacrilegi, homicidæ & necatores egentium esse dicantur *c. nulli, & c. qui abstulerit. 12. q. 2. & c. qui oblationes, 13. q. 2.*

Tertia verò est voluntaria, & in consilio, non autem in præcepto. S. Thom. 2. 2. *quæst. 86. art. 1.* & Graff. *decis. aur. c.* 34 *27. n. 5. & 6. par. 2. lib. 2.* & ista† tertia vo-

luntaria efficitur etiam debita, quando propter ecclesiæ paupertatem non possunt parochi ex redditibus sustentari, quia, si parochiani non offerunt, hoc casu ab Episcopo, cujus officium est implorandum, cogi possunt per subtractionē sacramentorum ad offerendum, & circa oblationes, ad pias consuetudines conservandas. S. Thom. *eo. art.* 1. *q.* 86. Henr. Boich. *in cap. quamvis. n.* 7. *&* 8. *de decim.* Abb. *in rubr. de Paroch. num.* 3. Lap. *alleg.* 66. *alias* 67. *num.* 5. Felin. *in cap. veniens. il.* 1. *num.* 3. *de test.* Covar. *lib.* 1. *var. resolut. cap.* 27. *num.* 3. *&* Graff. *eod. c.* 27. *n.* 6.

35 Proprius tamen parochus † propria auctoritate laicis, etiam si à consuetis oblationibus diu cessaverint, ministerium spirituale negare non potest, Felin. Covar. & Graff. *locu supracitatis*, licet glo. *in d. cap. omnis Christianus* teneat, quòd parochus auctoritate propria possit hoc casu parochianis sacramenta subtrahere, & malè, quia ab omnibus reprobatur, ut ultra citatos ab aliis per Felin. *d. n.* 3. *vers. sed contra* allegat Navar. *in cons.* 2. *de decim.* & in simili videmus, quòd, licet doctoribus salarium non solvatur, non tamen studium interdici facere possunt, arg. tex. *in l.* 1. quem ita ponderat Bal. C, *de adv. fisc.* & Cepol. *in tract. de ædi lit. edic.* §. *ordinem fi emptor. num.* 3.

Et tanto minus sepulturâ Laicis ob non solutionem decimarum, aut cessationes à solitis oblationibus possunt denegare, quoniam sepulturam debitorum impedientes infamiæ notam, & alias pœnas incurrunt de quibus in Aut. *Item ex l. fin.* C. *de sepulcr. viol.* quæ leges civiles licet non ligent clericos; sat est quod valde impium noscitur, quo parochi nullo jure se munire possunt quo subtractionem sacramentorum, aut sepulturam negare suis parochianis possint; præmissis de causis per suos ordinarios debent, non autem sibi ipsis judicere, & debitores ad solutionem juris remediis, etiam usque ad enunciationis sententiam procedere, juxta sacr. conc. Trid. dispositionem, *ut in cap.* 12. §. *qui vero*, *sessione* 25. *de reform.*

36 Quid autem † si parochiani sint adeò pauperes, ut sacerdoti providere non possint, tunc parocho manibus suis victum sibi quærere licebit *cap. clericus victum* 91. *dist.* & Graff. *eod. cap.* 17. *num.* 6. *vers. quod si parochiani*, & iste erit casus singularis, quo clericus poterit aliquid negotiari, dummodo ad victum tantùm, non ad quæstum: non obstante *cap. secundùm institutа*, *&* tot. *tit. ne cler. vel mon. neg. sec. se immisc.* si verò parochiani consueverunt facere oblationes, & à consuetis desistere intendunt, tunc Episcopus illos ad illas faciendas juxta solitum cogere potest, & iste erit unus ex casibus quibus †

37 Episcopus habet jurisdictionem in laicos ad ipsos cogendum observare laudabilem consuetudinem Ecclesiæ, ut tenet Abb. *in ca. ad Apostolica, num.* 3. & Bar. *in l. privilegia, n.* 2. *&* 3. C. *de Sacrosanct. Eccl.*

38 Pluribus † etiam aliis de causis Episcopi jurisdictionem habent in laicos, de quibus per gl. & dd. *in c. cum sit generale, de for. comp.* & Innoc. *in c. licet n.* 3. *eod. tit.* Et quamvis in laicos reos regulariter nullam habeant jurisdictionem in rebus corporalibus, sed actor forum rei sequi debeat *ut cap. si clericus laicum, & d. cap. cum sit generale, eod. tit.* dicta tamen regula fallit ubicunque contraria viget consuetudo, gl. *in d. cap. si clericus, in fin.*

Primò

39 Primò † enim fallit in civitate Parisiensi, in qua clerici etiam in causis pecuniariis, sivè agant, sivè conveniantur, forum seculare adire non tenentur, sed eorum causæ cognoscuntur in foro ecclesiastico, *ut c. quod clericus*, ubi etiam gl. & ibi Abb. *num. 6. de for. comp.* & Bar. *in tract. diff. int. jus Canon. & jus Civil. num. 52.* Adducitur autem ratio, quia Episcopus Parisien. est etiam Comes, ut per gloss. & Bar. *locu proximè citatis.* Et nedum in Francia, sed etiam Aretii clerici trahunt, & non trahuntur, ut post Specul. *in tit. de cessio. actio. in prin. vers. quarto præsupponitur, num. 8.* testatur Caravit. super Ritu Mag. Cur. *Rit. 229. num. 2.*

40 Fallit † secundò in civitate Bononiæ, eadem, & majori ratione. Nam Archiepiscopus Bonon, non solùm est Comes, 41 sed etiam Princeps, & ideò, ubicunque † litigari contingit inter clericos, & laicos, etiam si inter plures collitigantes unus sit tantùm clericus, trahit, & non trahitur. Et ita viget immemorabilis consuetudo, quod, & ipse testari possum, ad quem, dum Vicariatus officium pro Alphonso Paleoto dictæ civitatis Archiepiscopo exercui, quàmplures civiles clericorum causæ activè, & passivè cum laicis vertentes delatæ fuerunt: Et licèt ex adverso aliæ personæ privilegiatæ, nempè regulares, viduæ, aut pupilli existant, clerici tamen trahunt, & non trahuntur, arg. text. *& not. in eod. cap. quod clericus, de for. comp.*

Fallit etiam regula, quòd actor forum 42 rei sequi † debeat, in militibus Ordinis Sancti Ioannis Jerosolymitani, qui habent privilegia, quòd in quibuscunque causis activè, seu passivè trahant, & non trahantur, ut in privilegiis Pij IV. de quibus *in Bull. cap. 14. §. nec non causas, pag. 671 propè fin.*

DE QVARTA FVNERALIVM

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *FVneralium quarta quando non obstantibus privilegiis cathedrali, seu parochiali ecclesiæ debeatur.*
2 *Canonica portio, quæ sit, & quibus debeatur.*
3 *Quartæ solutio, à quibus monasteriis non persolvatur.*
4 *Episcopi, an portionem oblationum habere debeant.*
5 *Cathedraticum in honorem cathedræ Episcopalis ultra procurationem persolvi debet.*
6 *Canonica portio, de quibus non debeatur.*
7 *Mortuorũ officia, quibus diebus fieri soleant.*

8 *Quarta ex legato fabricæ ecclesiæ facto, quando debeatur.*
9 *Quarta ex legato facto ad pias causas, quando debeatur.*
10 *Canonicæ portionis nomine quarta intelligitur.*
11 *Quarta legatorum parocho debetur, etiam ultra legatum particulare sibi factum.*
12 *Quarta funeralis, de quibus debeatur.*
13 *Quarta debetur de legato per testatorem viventem persoluto.*
14 *Quarta debetur etiam, quòd testator se mandet sepeliri cum habitu fratrum illius monasterii.*
15 *Quarta debetur de his, quæ testatores dant in infirmitate, de qua decedunt.*
16 *Quarta non debetur de legatis regularibus factis per eos, quia apud illos non sepeliuntur.*
17 *Quarta est in bonis ecclesiarum parochialium sicut falcidia in bonis hæredis.*
18 *Actor forum rei sequidebet.*
19 *Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, & etiam de jure canonico, & Cæsareo omnium piarum dispositionum sunt executores.*
20 *Episcopis quarta debetur de pluribus.*
21 *Quarta debetur Episcopis delegatis factis confraternitatibus laicorum.*
22 *Episcopi habent jus visitandi confraternitates laicorum.*
23 *Confraternitatibus laicorum excipientibus de privilegiis, quid agendum.*
24 *Administratores fabricæ confraternitatum singulis annis Ordinario rationem reddere tenentur.*
25 *Quarta legatorum, quare Episcopis à confraternitatibus debeatur.*
26 *Deo semel dicatum, non est ulteriùs ad usus humanos transferendum.*
27 *Ecclesia non consecrata gaudet eodem privilegio, quo & consecrata.*
28 *Quarta pars oblationum, an Episcopis debeatur.*
29 *Quarta oblationum debita, 40. annorum cursu præscribitur.*
30 *Exempti ad quartam Episcopo persolvendam, non tenentur.*
31 *Quarta exemptorum debetur Papæ.*
32 *Quarta duæ quandoque deducuntur.*
33 *Quartæ decimarum an Episcopis debeatur.*
34 *Ecclesia contra ecclesiam spatio 40. annorum præscribit.*
35 *Ecclesia contra ecclesiam à solutione quartæ decimarum oblationum, & legatorum quadragenaria præscriptione liberatur.*

DE CIMIS, ac primitiis, funeralium, quæ quarta dicitur, legitimè succedit, nam quemadmodum per eas Deum in suis ministris recognoscimus, ita in recognitionem Ecclesiæ suæ, quæ filios regenerat, ac ad Deum assiduè tàm pro vivis, quam pro defunctis intercedit, portio funeris quarta de jure debetur.

Decrevit sancta synodus quibuscunq; in locis jam ante annos quadraginta, quartam, quæ funeralium dicitur, cathedrali, aut † parochiali ecclesiæ persolvi solitam, si posteà fuerit ex quocunque privilegio aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscunque locis piis concessa, eandem posteà integro jure, & eadem portione, qua antea solebat, cathedrali, seu parochiali ecclesiæ

clesiæ persolvi, non obstan. concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscunque, conc. Trid. *c.3 de refor. sess.* 25. & regulariter de omnibus relictis factis ecclesiis solvitur Episcopo, & ecclesiæ parochiali canonica portio, Abb. *in c. ult. n.1. de testam.* Est enim
2 canonica † portio regulariter quarta, quæ tamen præscriptione fieri potest, ut loco quartæ portionis, quinta, vel sexta solvatur, & tunc titulus in hac præscriptione non est necessarius, cum jure canonico circa hanc portionem quartæ nulla sit certitudo; sed quandoq; major, & quandoque minor Episcopo solvatur, *cap: certificari, de sepult.* Abb. *in c. officij, n.2.* & ibi Covar. *n.1 de test.*

3 In monasterijs † autem fabricatis citra annos quadraginta, aut ijs, quæ vallata sunt privilegio Apost. *dictum cap.13. de reform.* non habet locum, quoad solutionem quartæ, ut à sacra congreg. fuit decisum *super eo. cap. ut in decis. sub tit. Tricaricen. Hirac. Tirason.* & quando regulares sunt in quasi possessione non solvendi quartam Episco-
6 po, aut parocho, eisdem Episcopo, & parocho incumbit onus probandi ante 40. annos elapsos solvi solitam ab eorum monasteriis, ut ibidem in *decis. sub tit. Terracinen.* quia alleganti onus probandi incumbit, Bart. *in l. si minorem, n.5. C. de in integr. restit.*

4 Tempore enim † primitivæ Ecclesiæ, cum Episcopi essent pauperes, statutum fuit, ut ipsi de oblationibus Matrici Ecclesiæ factis sumerent medietatem, *cap. antiquos, 10. qu.1.* procedente tempore ex parochialibus tantùm tertiam oblationum, decimarum, tributorum, & frugum haberent, *c de his. & c. decernimus, ead. qu.1. & c. constitutum, 16. qu.1.* Postmodum Gelasius Papa quartam Episcopis debere decrevit, *ut in c. vobis, c. confessio, & c. quatuor. 12. q.2.* sed hodie nec tertiam parochialium habebunt Episcopi, nisi ad fabricam reparandam, & velint etiam fabricam parochialium reparare, *c.1.2. & 3. 10. qu.3.* & gl. *in d. c. de his,* & contra dispositionem dictorum canonum, nunc ex generali consuetudine, Episcopi pro ecclesiarum reparatione, aut alia de causa nullam à parochis recipiunt portionem, sed tantum cathedraticum,
5 quod in honorem Cathedræ Episcopalis, 1. duos solidos pro qualibet Ecclesia præter procurationem moderatam petere possunt, gloss. *in sum. & c.1. & c. inter. cætera 10 qu.3.* parochos autem ad restaurationem Ecclesiarum, & alia ad cultum divinum necessaria in visitatione compellere possunt omni appellatione remota, conc. Trident. *c.7. circ. fin. de ref. sess.13.*

*Regula autem, quòd de relictis factis ecclesiis solvatur Episcopo, & parocho canonica portio, † fallit in plurib⁹, & primò, in his, quæ in ornamentis, vel pro cæteris, seu fabricæ luminarijs, anniversario, septimis, vigesimis, vel trigesimis, ac alijs quæ ad perpetuum divinum cultum ecclesijs legantur ut est text. & ibi Abb. *in c. ult. n.2. de test.* & benè Capic. *in decis. 23.*
7 *n.2. & seq.* † In officijs mortuorum alij tertium diem, alij septimum, alij trigesimum, & alij quadragesimum observare consueverunt, *Gen. c.50. Deut. c.34.* Ambr. *in lib. de obitu Theod. imp. relatus, in cap. quia alij, 13. qu.2.* & Abb. *d. nu.2.* præter anniversarium, quòd fit pro commemoratione animarum, & dicitur officium, quòd fit singulis annis, anno revoluto eadem die, qua ille, qui legavit sepultus, vel defunctus

fuit, Abb. *dicto numer. 2. vers. quintus casus.*

8 Quòd verò † de relicto fabricæ non debeatur quarta, procedit, quando ecclesia, cui legatum pro fabrica fit, indiget ædificiis, aut refectione parietum, secus enim, si his non indigeat, quia tunc ex legato fabricæ facto, ne fiat fraus, Episcopo, aut parochiali quarta detrahitur, ut tenet Covar: *in d. c. ult. nu. 4. vers. est tamen*, ubi existimat hanc magis communem esse, quæ tamen mihi non placet, sed veriorem puto, tali casu hoc legatum servandum fore in futuram parietum Ecclesiæ restaurationem quandoque necessariam, aut pro picturis faciendis, quæ fabricæ æquiparantur, ut inquit Bald. *in l. si quis ad declinandum, §. in omnibus n. 11. C de Episc. & cler.* aut in illius ampliationem, vel augmentum, per text. *in cap. vobis 12 qu. 7.* quem pro hac ultima opinione ponderant, & sequuntur Gofr. Card. & Barb. *in eod. c. ult. relati* ab eodem Covar. *d. nu. 4. vers. est tamen.*

9 Secundò, fallit, † in relictis aliis locis pijs, *d. c. ultim. post. med.* ut, quòd quotannis fiat solemnitas alicujus Sancti, vel, quòd in aliqua ecclesia constituatur præbenda, vel altare, aut pulpitum, vel aliud huiusmodi, ut ibi Innoc. *in princ. de testam.* sed, si legatum fiat simpliciter pio loco, non ad certum opus piùm illius loci, tunc regulariter pia loca tenentur ad canonicam portionem, Abb. *in eod. c. ult. num. 3.* & si fiat hospitali constructo auctoritate Episcopi, in quo habitent infirmi, etiam, si relictum fiat pauperibus ejusdem hospitalis, eidem quarta debetur: quia videtur testatorem habuisse respectum ad locum, non ad personas pauperes, secus verò, ubi relictum factum fuisset sine determinatione alicujus loci; quia tunc Episcopo nihil debetur, Abb. *in eo. c. officij, nu. 7. de test.* & canonica

10 † portionis nomine quarta intelligitur, Innoc. *in c. requisisti, nu. 3. ver. sed ubi non constat*, & ibi Abb. *num. 19.* & Covar. *in d. c. officij, num. 2. ver. contract. quidem, de test.* ac ita constituit, & ordinavit, Clem. V. per tex. *in Clem. dudum, §. verum nè parochialis de sepul.*

11 Parocho † autem debetur quarta legatorum, quæ relinquuntur ab aliqua persona ecclesiæ, in qua, omissa parochiali, se mandavit sepeliri, *c. 1. & 2. de sepult. c. ult.* & ibi Covar. *nu. 3. de testam.* sed quæritur, si testator legatum reliquit proprio parocho, & alibi elegit sibi sepulturam, an possit parochus relictum sibi factum ab hærede exigere, & præterea occcasione funeris quartam, aliàs sibi debitam accipere, *ut d. c. 1. & dicta clem. dudum, de sepult.* & videtur, quòd non, quia ecclesiæ parochiali debetur quarta ob ecclesiasticam sepulturam, aut in recompensationem onerum, quæ subijt administrando sacramenta parochianis suis, aut in satisfactionem injuriæ, quia relicta propria ecclesia elegit alibi sepulturam, sed utroque casu videtur sibi provisum per portionem propriè parochiali ecclesiæ relictam. Nam eligens alibi sepulturam debet relinquere ecclesiæ suæ quartam. Si verò reliquit certam portionem illi ecclesiæ præsumitur satisfeciſſe juri, quapropter non possit ab ecclesiastica sepultura aliud peti, nisi, ut suppleatur usque ad quartam. Fed. de Sen. *cons. 3.* quem sequitur Abb. qui ad contraria respondet, *in d. c officij n. 5. de testam.* & ratio deducitur, quia, ubicunque debitor reliquit aliquid suo creditori, videtur in dubio reliquisse animo compensandi eum debito, *l. si cum dotem, §. si Pater, ff. solut. matr.* & Abb.

& Abb. *eod. c. officij, nu.* 4. quæ sunt vera, & bene procedunt quando debitor necessarius testamento creditori relinquit, sed parochus non est creditor testatoris quia parocho debetur quarta portio ab ecclesia ex legatis, aut alias, ut infrà, relictis ab ipsa ecclesia, aut pio loco, non autem ab hærede testatoris, Abb. *in eod. cap. officij, num.* 4. *circa fin.* & ibi Covar. *num.* 1. *vers. hæc verò, de test.* & Bald. *in l. si quis ad declinandum, §. in omnibus num.* 2. C. *de Episc. & Cle.* & jura civilia intelligunt, quandò debitum legale à testatore legatario debetur, quòd tunc compensatio fiat, Craver. *cons.* 131. *nu.* 14. & Covar. *in d. cap. officij, nu.* 2. *vers. in secundò de testam.* secus autem, quando debitum legale non debetur à testante, sed ab alio, quamvis ex causa ipsius testatoris, sicuti quarta canonica portio, quæ non debetur à testatore, sed ab ecclesiis, quibus ipse testator legavit, quia tunc, si testator reliquisset parocho, non computaretur in quartam, cap. requisisti, extra de testam Jas. *interm. in auth. præter ea. num.* 2. C. *unde vir & uxor*, & ibi Dec. *n.* 13. cum aliis per Covar. allegatis, qui refert, hanc communem esse opinionem *in d. c. officij, nu.* 3. *circa fin. de testam.*

12 Quartam, non solùm † de sumptu funerali, qui fit in die depositionis, sed de obventionibus omnibus, tam funeralibus, quàm quibuscunque, & quomodocunque relictis distincte, vel indistinctè, ad quoscunque certos, vel determinatos usus, de quibus etiam quarta, sive canonica portio antiquitùs dari, sive exigi non consueverat, vel non debebatur de jure, ac de datis, vel qualitercunque donatis in morte, seu mortis articulo in infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque directè, vel indirectè, fratribus, vel alijs pro eisdem parochialibus, sacerdotibus, & ecclesiarum rectoribus, seu parochis, Clemens V. sua constitutione auctoritate Apostolica deberi, & ad illam omnes, ad quos spectaverit, integrè persolvendam teneri ordinavit, *ut in dict. clem. dudum, §. verùm nè, de sepult.*

13 Debetur † etiam quarta, si testator legatum soluit in vita, quia nihilominus videtur solvere, ut legatum: unde legatarius illud iterum post mortem petere non potest, gloss. *in eod. Clem. eo, §. verum in verb. datis*, & ibi Abb. *nu.* 5. præterea debetur,

14 † etiam si testator mandet cum habitu fratrum illius monasterij se sepeliri, quia si ad ipsorum religionem in ægritudine, in qua decessurus erat, transiret, quarta deberetur, *c. de his, de sepult.* gloss. *in d. §. verum in ver. decesserint*, & ibi Abb. *n.* 51, ac etiam de

15 his † quæ testatores relinquunt, vel dant in infirmitate, ea decedunt, vel dari mandant post mortem singularibus fratribus ad eorum commoditates, ut ad emptiones vestium, vel librorum, nulla de his in testamento facta mentione, gloss. *in eod. §. verum, in ver. indirectè*, & ibi Jas. *quæst.* 15. & Abb. *nu.* 52. & est ratio, quia id conventui quæritur, sicut per monachum monasterio, per servum Domino, & per filium patri, Instit. *per quas, pers. nob. acqu. in princ. l.* 1. *in fin. & l. ult. C. eod. tit. c. non dicatis*, 12. *q.* 1. *in fin.* 18 *quæst.* 1. & d. gloss. *in verb. indirectè*, quæ omnia procul dubio procedunt, quoad personas, quæ apud religiosos sepeliuntur.

16 Sed dubitatur, † an regulares teneantur ad quartam de his, quæ eisdem relinquuntur per eos, qui apud illos omninò

ninò non sepeliuntur, & omissa disputatione, ac varietate opinionum, ad illam quartam non tenentur, ut relatis opinionum diversitatibus tenet gloss. *in prædicto, §. verum, in vers. quartam*, quam sequitur ibi Iac. *qu.* 18. & Imol. Abb. *in c. officij, num. 6.* 17 *in fin.* & ibi Rave. *de test.* sed † quia sicut falcidia est in bonis hæredis, sic quarta parochis debita est in bonis ecclesiarum parochialium, propterea eam vendicare possunt, & inhiberi facere hæreditatibus, vel per fideicommissum gravatis, ne illam fratribus, sed ipsis parochis termino adveniente persolvant eandem, argum. text. *in l. hæres. in fin ff. ad Trebell.* & tenet gl. *in d. §. verùm, in verb. largiri*, & Abb. *in ead. clem. dudum, num. 54* & ita cauti advocati super modo procedendi parochos consulere debent, quia fratres, propter exemptionem, ad exhibendam quartam per Ordinarios locorum compelli non possunt, gl. *in ead. clem. §. ultra portionem, in verb. coerceri*, & ibi Abb. *num. 56.*

Quæritur nunc hoc casu quis erit judex competens ad inhibendum hæredi laico gravato de non solvendo regularibus legato, nisi prius parocho quarta debita fuerit soluta; & cum parochus sit actor contra laicum, videtur, quòd judicem secularem 18 adire debeat, quia † actor regulariter forum rei sequi debet, *c. si clericus laicum de for. comp.* vbi Doct. omnes, *cap. cum sit generale, eod. tit.* cum tamen parochialis ecclesia, cujus vice, & nomine parocho quarta debetur, sit causa pia pro cautela, ne legatarius persoluat integrum legatum, poterit Episcopus contra eundem legatarium, concedere inhibitionem, per d. glos. *in ver. largiti*, & Abb. *d. n. 54.* præsertim, quia pendet hæc inhibitio à pia 19 mente testatoris, & Ordinarji, † etiam tanquàm Sedis Apostolicæ delegati in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quàm inter vivos sunt exequutores, conc. Trid. *cap. 8. de reform. sess. 22.* & ibi Congr: Conc. *super eod. cap: in decis. sub. tit. Hispalen.* & non obstat, quòd, qui debeut persolvere aliquod legatum, sint officiales S. Officij Inquisitionis, & exempti à jurisdictione Ordinarij, vel professores in aliqua Universitate ratione litterarum conservatoriarum, quæ eximunt à jurisdictione ordinaria, non autem à delegata à sede Apostolica, ut hoc casu *super eod. cap. 8.* ab ead. Congreg. fuit decisum, *in decis. sub tit. Patau. & in §. consuet. etiam.* Sunt etiam piarum dispositionum executores de jure civili, *l. nulli, C. de Ep. & cl.* & de jure canonico, *ut c. nos quidem, c. si hæredes, c. tua nobis, c. Ioannes, de test. & cle. quia contingit, de relig. dom.* & Parochus ad libitum suum disponere potest de quarta, quam acquirit nomine mortuariorum, Bald. *in l. præses, ad fin. C. de transf.*

20 Alia quarta † debetur Episcopis de relictis, non solùm ecclesijs, sed etiam monasterijs, hospitalibus, & aliis pijs locis factis non exempris, *c. officij*, ubi Abb. *n. 1.* & Covar. *etiam num. 1. & c. requisisti*, ubi Innoc. *n. 1.* & etiam Abb. *nu. 9. de testam.*

21 Quæritur, nunquid debeatur † quarta Episcopis, ex his, quæ legantur confraternitatibus laicorum, quæ prætextu pietatis & devotionis sub regimine officialium ab ipsis electorum congregantur, & quòd hæc legata non sint locis pijs, sed personis, & ideo non debeantur, facit, text. *in cap. requisisti, de testam.* tenet Bald. *in l. si quis ad declinandum, §. in omnibus, nu. 9.*

nu.19.C.de Episc.& cler. Abb. *in d.c.officij.23 dict.cap.8.& cap.9.eadem sess.22.exequi. in fin.de test.& in cons.31.num.1.vers.tertiò induco,vol.1.* Fed.de Sen.*cens.*129.Calc. *cons.*21.& Covar.*in d.c.officij nu.*12. Contrariam verò opinionem,quod hæc quarta Episcopo debeatur,tenent *in eod.c. officij.* Anchar.& Barbat.*num.*7. Petr. de Perus. *late in tract.de quar.canon.*14.*qu.principali*;& post diligentem disputationem eandem opinionem sequitur Barb.*cons.*1.*nu:* 1.*vol.*4.quam communem esse testatur,& sequitur Covar .*eod num.*12. cui non ob 24 stant in contrarium adducta , quia cessat nunc primum , & præcipuum fundamentum,Abb. quòd confraternitates sint loca,& personæ exemptæ à jurisdictione Episcopi , cum sint illius jurisdictioni subjectæ,ut per conc.Trid.*c.*1.*de refor.sess.*22. & novissimè *per constit. Clem.*VIII.*sub die 7.Decembris* 1604.*editam.*

Nam admittitur,quod sint puri laici,& foro seculari subjecti,ut singuli , sed Epi-
21 scopi tanquam Sedis Apostolicæ † delegati habent jus visitandi easdem confraternitates laicorum , etiam quas scholas, sivè quocunquealio nomine vocant , non tamen , quæ sub immediata regum protectione sunt , sine eorum licentia,etiam,si eorum cura ad laicos pertineat , atque eædem confraternitates exemptionis privilegio sint munitæ,ac omnia,quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem , seu pauperes sustentandos instituta sunt , ipsi ex officio suo juxta sacrorum canonum statuta cognoscere, & exequi debent , non obstante quacunque consuetudine,etiam immemorabili privilegio,aut statuto, conc. Trid. 25
*d.cap.*8.*sess.*22. *de reform.* & debet Episcopus confraternitatibus visitationem inimare,& exactionem rationum , juxta

Si verò † confraternitates excipiant de privilegijs , aut de aliqua alia re , propter quam visitari se non posse prætendant ab Ordinario , tunc earum allegationes in facto ,& in jure ad sacram congregationem sunt transmittendæ,& interim est supersedendum , ut fuit ab eadem sacra congregatione decisum , *ut in decis. sub tit. Rubeu.& alia sub titulo Mediolanen.super eod. cap.*9.

Administratores autem † tam ecclesiastici quam laici , fabricæ cujusvis ecclesiæ etiam cathedralis , hospitalis,& confraternitatum , & hujusmodi piorum locorum singulis annis Ordinario rationem reddere tenentur, consuetudinibus,& privilegiis quibuscunque in contrarium sublatis,nisi secus in institutione,& ordinatione talis ecclesiæ , seu fabricæ expressè cautum esset:& si ex consuetudine , vel privilegio , aut constitutione aliqua loci,aliis ad id deputatis ratio reddenda esset , tunc, cum illis , & Ordinarius debet adhiberi, & aliter factæ liberationes administratoribus minimè suffragantur,concil. Trident. *cap.*9.*ead sess.*22. & administratores locorum piorum etiam exemptorum nemini alias rationem reddentes , Episcopo eam reddere debent, & si aliis reddere consueverunt , cum illis est etiam principaliter Episcopus adhibendus , congreg. conc. *super eodem cap.* 9. *sub titul. Mediolanen. Cremonen.*

Ideò , cum ex dispositione concilij hodie confraternitates subsint Episcopis ra-
25 tione oneris † Episcopalis , debent legata pro quarta Episcopis communicare, Abb. *in eod.cons.*31. *vers.nec obstat unum,* Cessat etiam secundum fundamentum,

quòd possint confraternitatum scholæ ad libitum constructoris dissolvi, *ut in eod. cons. 31. nu. 2.* quia, quicquid esset olim, hodie à communiter accidentibus omnes confraternitates habent oratoria, in quibus divina celebrantur, campanile, campanas, sacristiam cum paramentis, ac omnibus alijs ad usum ecclesiæ non parochialis necessarijs, & proprios capellanos pro celebratione Missarum, quapropter non possunt ad libitum constructoris dissolvi;

26 quia oratoria † sunt Deo dicata, & semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulteriùs transferendum, *c. quæ semel, 19. q. 3. c. adhæc, extra de relig. dom.* & ibi gloss. *in ver. mundanis*, & c. *semel Deo dicatum, de reg. jur. in 6.* Nec obstant quòd non sint consecrata, quia ecclesia †

27 non consecrata gaudet eodem privilegio, quo consecrata, & obsequijs divinis dicata, nullius sunt temerarijs ausibus prophananda, *cap. penul. ext. de imm. Eccles. & c. ult.* & ibi gloss. *in verf. non consecrata, de consec. Eccl. vel Alt.* Ex quibus post Covar. *loco suprà citato*, quòd de legatis confraternitatibus factis debeatur Episcopis de jure quarta, ut veræ & communi opinioni me subscribo, dummodò in contrarium non obstet præscripta consuetudo.

28 Videtur etiam Episcopis † debita quarta pars oblationum, *c. de his, cap. antiquos, 10. quæst. 1. cap. concesso, & cap. vobis, 12. quæst. 2.* Abb. *in cap. ult. circa fin. de testam.* & Covar. *in d. cap. officij, in princ.* sed dicta jura habebant locum, & servabantur antiquis temporibus, quando Episcopi erant pauperes, ut supra deduxi. Sed cum postea cœperint habere redditus competentes, fuerunt dicta jura reformata, ita quòd Episcopis nihil deberetur præter Cathedraticum, *cap. 1. 10. quæst. 3.* & gloss. *in d. c. de his, 10. qu. 1.*

29 Ideò quadragenaria † temporis præscriptione circa quartam oblationum clerici se tueri possunt, *cap. de quarta*, & ibi gl. *ext. de præscript.* & Abb. *in d. cons. 31. nu. 3. verf. itaque.* Debetur quarta Episcopalis solùm ab ecclesijs Episcopo subjectis, propter communionem, quæ est inter Episcopum, & ecclesiam sibi subjectam, (sed inter ecclesiam exemptam, & Episcopum communio cessat, & ratione oneris, quòd sustinet Episcopus circa curam ecclesiarum sibi subjectarum, quæ ratio etiam cessat in exemptis, vel in recognitionem

30 superioritatis, quæ paritet † in exemptis cessat, à quibus quarta Episcopo non debetur, Innoc. *in d. cap. officij in princ.* & ibi Abb. *n. 6.* Fed. de Sen. *in cons. 96.* Bal. *in l. si quis ad declinandum. §. in omnibus, num. 6. & nu. 11. C. de Episcopis, & cler.* idem Abb. *in cons. 37. n. 1. verf sed certè, par. 1.* & Felyn. *in d. cap. quarta, in princ. verf. & tenementi, de præscript.*

31 Quarta enim † exemptorum debetur Papæ, qui est Ordinarius, & Episcopus exemptorum, *c. auctoritate, de priv. in 6.* & Abb. *in d. c officij, num 8.* qui testatur hanc esse communem Doct. sententiam, quæ tamen quarta fuit per Constitutionem Papæ clem. V. parochis concessa, ut in d. cler. dudum, de sepult. Et cum Episcopi quartam ab ecclesijs sibi subjectis tantùm percipiant, parochialium rectores illam percipiunt jure parochialis à Regularibus exemptis, per d. clem. dudum de sepult cum aliis supra allegatis, quibus addo. Abb. *in dict. cons. 17. num. 2.* Nam etiam contingere potest, quòd ab unò, & eodem legato † duæ quartæ deducantur, ut quando

lega-

legatum relinquitur ecclesiæ seculari, in qua testator omissa ecclesia parochiali sibi elegit sepulturam, quoniam debetur ex eo quarta Episcopo, cui ecclesia subdita est, & alia quarta ecclesiæ parochiali, Abb. *in dict. cap. officij, num. 5. in fin. & in cap. certificari*, ubi, quòd tali casu prius est deducenda quarta parochialis Ecclesiæ, *numer. 11. de sepult.* & Covar. post alios, *quos citat in eo. cap. officij, numer. 8.*

33 Decimarum † Quarta etiam Episcopis à clericis debetur, *d. c. conquerente, de offic. ordin cap. de quarta*, ubi gl. *in vers. se posse*, Hostien & Ioann. Andr. *de præscr.* Rebuff. *in d. tract. de deci. qu. 3. num. 14.* & Monet. *quæst. 7. num. 14. eod. tit.* dummodo non sit præscripta, quia de quarta decimæ, & oblationis defunctorum clericus ab impetitione Episcopi quadragenaria temporis præscriptione se tueri potest. *d. c. de quarta & c. illud, de præscript.* Abb. qui hanc dicit communem opinionem *in dict. cons. 31. circa fin. par. 1. & in cons. 26. numer. 5. par. 2.*

Et pari modo regulares præscribunt quartam funeralium, & legatorum contra pa-34 rochos † spatio quadraginta annorum, quia Ecclesia se potest adversus ecclesiam quadragenaria temporis præscriptione tueri, *c. illud*, & glos. *in c. de quarta, in verb. quadragenaria, extra de præscript.* in rebus autem ecclesiasticis præscriptio est quadragenaria, *c. dilecto, c. ult. de consue. & c. Romana, de elect. c. cum ecclesia de caus. poss. & proprie. c. de quarta, & c. ad aures, de præscr.* etiam sine titulo, quo ad præscriptionem li-35 bertatis † non solvendi quartam decimarum, nec oblationum, aut legatorum: Sed si una ecclesia fundat suam intentionem in præscriptione quadragenaria percipiendi decimas in aliqua parochia, cum talis perceptio sit contra jus, titulus est necessarius, ad tantum temporis spatium, cujus initij memoria in contrarium non existat, *c. 1. de præscr. in 6. c. ad decimas. de restit. spol. eo. lib.* glos. *in c. ad aures, in ver. quadragenalia, extr. de præscr.* & Abb. *in d. cons. 26. num. 4. par. 2.*

DE CENSIBVS.

Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Census antiquus, quomodo creabatur.*
2 *Census antiquus à censu ad præscriptam formam constitutionis Pij V. differt.*
3 *Census antiquus constituebatur cum translatione utilis & directi dominij.*
4 *Dominum utile, & directum in censu novo non transfertur.*
5 *Census ad præscriptam formam constitutionis Pij V. super re immobili, & certis finibus designata constitui debet.*
6 *Confiniū expressio sit ad rei demonstrationē.*

7. Redditus annuus perpetuus pro re immobili habetur.
8 Obligari solùm potest in census reservatione res illa, quæ censui supponitur, & fidei jussores, eorumque bona.
9. Census super re alienari prohibita, imponi non potest.
10 census debitor liberatur pereunte re tota, super qua census constituitur, & pereunte parte pro parte liberatur.
11 Pactum, quòd si res emphyteutica in totum pereat, nihilominus emphyteuta ad pensionem teneatur, an valeat.
12 Census constituendus justo pretio emi debet.
13 Regionum mos varietatem inducit.
14 Census ad septem pro centenario legitimè emi possunt.
15 Pretium justum rerum in puncto indivisibili non consistit.
16 Pretium cujuscunque rei est triplex, supremum, infimum, & medium.
17 Pretium annui census in totum in pecunia numerata solvi debet.
18 Pecunia debita, quando in impositione census possit haberi pro numerata.
19 Census ad certum tempus constitui non potest.
20 Census venditor invitus ad redimendum cogi non potest.
21 Census venditor, quando ad redimendum cogi possit.
22 Censuali re pereunte, perit & census.
23 Rem perire, & in frugiferam fieri, paria sunt.
24 Census emptus per 300. super re valoris 500. qua solum reddit fructus debitos pro dictis 300. est legitimus.
25 Consuetudo Provinciæ, in justa census æstimatione est servanda.
26 Census venditus, an pro parte redimi possit.
27 Creditor, non tenetur invitus partem sui crediti recipere.
28 Census ex conventione partium pro parte redimi potest.
29 Exceptione casus fortuiti, an renunciari possit.
30 Emphyteutica bona alienans irrequisito domino, cadit à jure suo.
31 Censualis contractus, ab emphyteutico in pluribus differt.
32 Censum perpetuum annuum non solvens, non cadit à jure suo, secus autem emphyteuta.
33 Census emptor, in alienatione prædii censualis omnibus aliis est præferendus.
34 Litigiosi malis artibus utuntur.
35 Pauper primò seipsum, & familiam sustentare tenetur.
36 Potentes sunt difficilis conventionis.
37 Pœna conventionalis ob non solutionem, an debeatur.
38 Interesse lucri cessantis, quando debeatur.
39 Pacta nuda de jure canonico sunt servanda.
40 Obligatio de subeundis oneribus, quæ aliàs ex natura contractus minimè debentur. non tenet.
41 Onus rei impositum, rem sequitur, quocunque vadat.
42 Onera subire non tenetur emptor census ad formam constitutionis Pii V.
43 Ecclesia acquirens rem feudalem obligatur ad onera vassalli.
44 Census, & pensio, in temporalitate consistunt.
45 Pensionarius regulariter ad decimas, & alia onera concurrere tenetur.

46 Pa-

46 *Papa, est summus bonorum Ecclesiæ administrator.*

47 *Census ad formam constitutionis Pii V. est jus accipiendi de fructibus fundi pensionem.*

48 *Onera servitutis, & hypothecæ super suo fundo, quilibet apponere potest.*

49 *Census emptor, an pro rata ad onerum solutionem teneatur.*

50 *Onus reale à percipiente fructus, quando solvi debeat.*

51 *Consuetudo constitutionem interpretatur.*

52 *Consuetudo in onerum solutione habet vim legis.*

53 *Pacta contra substantiam contractus sunt nulla.*

54 *Possessiones prædiorum tenentur ad onerum solutionem.*
Res sequitur possidentem, & onera rem sequuntur, ibidem.

55 *Emptor census plura patitur incommoda considerabilia.*

56 *Pactum de retrovendendo, rem minoris valoris usque ad quartam partem pretii, & ultra efficit.*

57 *Gravatus in uno, in alio debet relevari.*

58 *Rei substantiæ maximæ æstimationis.*

59 *Census, fructum rei, super qua imponitur, excedere non debet.*

60 *Census novus, quando imponi non possit.*

61 *Censuum contractus, quando fœneraticii judicentur.*

62 *Usura tam jure naturali, quàm divino, est prohibita.*

63 *Usuræ crimen in quibus committatur.*

64 *Usuræ crimen est difficilis probationis.*

65 *Usurarius contractus, ut probetur, quæ requirantur.*

66 *Contractus usurarius probatur, & modicitate pretii & pacto de retrovendendo.*

67 *Usurarius, quis probatur tribus concurrentibus.*

68 *Usurarius, quomodo quis probari possit.*

69 *Malus in eodem genere mali, qui semel fuit malus, semper præsumitur.*

70 *Usurarum crimen de consuetudine est mixti fori, sed communi opinione, est mere ecclesiasticum.*

EADEM ferè est ratio censuum cum iis, quæ proximè brevi, qua visum fuit, via declaravimus, eorumque naturam nullo penè discrimine repræsentare videntur. Unde mihi non incongruum fuit de his hic pauca referre. Census igi-
1 tur perpetuus † Pontificio jure, est quidam contractus, quo habens plenum rei dominium illud alteri tradit, quoad ipsum dominium utile, pro centum aureis, ea pactione, ut perpetuò ex ea re sibi census conventus solvatur. Batr. *in l. 1. §. 1. nu. 4. de publican.* Imol. *in cap. 2. ad audientiam. colum. 2. de reb. eccl. non alien.* & Covar. *lib. 3. var. resol. c. 7. n. 1.* & hic est census antiquus, qui creabatur, cum ecclesia, vel alia persona privata habens prædium, vel domum, illius prædii, seu domus dominium utile, & directum alteri tradebat pro certo convento pretio, ea pactione, ut perpetuò sibi annuus census conventus solveretur, ut per gl. *in c. constitutus, in ver-*

juxta ratam, & ibi Abb. *n.* 20. *de relig. domib.* hic enim census † differt à constitutione, & reservatione census, qui pecunia emuntur ad præscriptum Pii V. *constit. de anno* 1569. 14. *Kal. Febr. edita de qua in Bul. Rom. c.* 80. qui est licitus, & etiam dudum Apostolica auctoritate approbatus, *ut in extravag. com. c.* 1. *& 2. de empt. & vend.* Covar. *d. c.* 7. *n.* 2. *vers. contrariam, & vers. sextò post variam, eod. L.* 3. & Gra. *decis. aur. c.* 118. *n.* 15. *L.* 2. *par.* 1.

3 In census quidem antiqui † reservatione transfertur utile, & directum dominium, ut per Molin. *in tract.* 2. *disput.* 381. *col.* 2. & alios supra allegatos. In censu †

4 verò novo ad formam dictæ constitutionis Pii V. nec utile, nec directum dominium rei, super qua census collocatur, ad emptorem transfertur, sed solùm jus accipiendi de fructibus illius pensionem, ut 8 per Covar. *eod. cap.* 7. *nu.* 2. *vers. non obstant*, Molin. *eod. tract. disput.* 372. *in fi. & 390. in princ.* & Tolet. *in instruct. sacerd. lib.* 5. *c.* 43. *vers. consignativus sub n.* 1. sed ad validitatem hujusmodi census plura requiruntur.

Primò, † quòd census constituatur su-

5 per re immobili, aut, quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, ac certis finibus designata, *ut in dict. constit. Pii V. post princip.* & Card. Tolet. *in eod. lib.* 5. *c.* 45: *vers. non tamen, n.* 3. expressio enim † confinium fit ad demonstrationem

6 rei. *l. forma ff. de cens.* Bart. *in l. Demonstratio. ff. de condit & demonstr.* & Cravet. *cons.* 293. *n.* 7. & de sui natura immobilis erit perpetuus annuus redditus, † qui licet propriè non sit res immobilis, habetur tamen pro re immobili. *Clem. exiui. §. cunq; annui redditus, ubi*, etiam gloss. *de verb. significat. & in c.* 2. junct. glo. *in verb. jura. de reb. Eccl. non alien. in* 6. quapropter ad formam ejusdem constitutionis posset annuus census constitui super alio annuo cēsu perpetuo, non autem redimibili, cum alioquin, censu redempto, pereat census in eo collocatus Molin. *eod. tract.* 2. *disput.* 389. *vers. utrum autem*: vel super jure gabellarum, aut aliis redditibus perpetuis, vel super redditibus emphiteuticis, vel feudalibus à domino directo, dummodo census imponendus non esset majoris quantitatis annui redditus bonorum feudalium, vel emphiteuticorum, quia licèt dicti redditus non sint propriè res immobiles, pro immobilibus tamen habentur. *dict. Clem. exiui §. cunque.* Navar. *in compend. de usur. tom. primo n.* 87. & Molin. *ead. disput. vers. quatenus autem.*

Secundò † illa sola res censui supposita, non alia bona, censui debet obligari ut in constit. ibi, rem censui suppositam. Generaliter enim super omnibus bonis, nullo certo prædio cum suis confinibus designato, nec etiam uno prædio designato, & super aliis omnibus bonis constitui non potest, sed unum, aut plura prædia sunt certis finibus designanda, ut per Navar. *eod. com. de usur. num.* 113. Poterit tamen licitè venditor census se, suaq; bona omnia obligare pro cautione, quòd fundus super quo census imponitur, est suus, & potest super illo imponere illum censum, quia ad id tenetur ratione evictionis, *ut toto tit. ff. & C. de evict. cap. fin. de emp.* & Navar. *in com. de usur. num.* 77. *& num.* 135. imo duos aut tres fidejussores adhibere, qui se, suaque bona mobilia, & immobilia obligent ad securitatem rei, & quòd res illa sit venditoris, & fructifera, ac capax ad

illius

illius census solutionem. Cardin. Tolet. *in instruct. sacerd. cap. 46. circ. princ.* & Navar. *in cons. 9. num. 3. lib. 3. par. 1. de cens.* quodque sit libera non supposita alicui fideicommisso purificato, vel purificando, quia super re alienari prohibita census imponi non potest, Foler. *in prax. censual. fol. 167. num. 41.* & Rot. *in noviss. par. 2. decis. 121 num. 5.* Ratio autem, qua Pius V. motus fuit ad statuendum, quod res esset certis finibus designata, fuit, ut illa perdita, vel pereunte periret, & census, qui, si super aliis etiam bonis non designatis constitueretur, non periret. Navar. *com. de usur. num. 86. & 310. tom. 1.* Graf. *decis. cap. 118. num. 21. part. 1. lib. 2.* & Molin. *ead. disput. circ. fin.* & si res, super qua, † seu quibus census constituitur pe-10 reat tota: debitor census liberatur, *lib. 1.* & ibi Jas. *num. 7. & 13. C. de jur. emphit.* & si pereat pro parte, vel infructuosa reddatur, census ad ratam perit, *ut in dict. constit. §. sicut etiam*: sed, quoniam † ardua est quæstio, an valeat pactum, quòd etiam si res emphiteutica in totum pereat, nihilominus emphiteuta teneatur ad pensionem; de qua post alios per Jas. *d. l. 1. n. 13.* Pius V. difficultatem hujusmodi removendo, pacta, & conventiones directè aut indirectè obligantes ad casus fortuitos, eos, qui alias ex natura contractus non tenerentur, nullo modo valere voluit, ac prohibuit, & ex natura contractus, re censuali perempta debitor census liberatur, *ut l. 1. C. de peric. & com. rei vend.*

11 Tertiò, † quòd justo pretio ematur, ut in ead. constit. ibi, justoque pretio, & tamen non reperitur à Pio V. in dicta constitutione, nec jure communi pretium justum annui census redimibilis taxatum, sed

13 secundum † varietatem regionum, varium esse, in Arragonia quinque, in Navarra sex, in Castella septem, ac aliquando amplius, in aliquot partibus Galliæ, & in Germania decem, & etiam Romæ. ut plurimes ipse vidi, & stipulationibus super censuum erectione interfui, ubi ad septem cum dimidio, & quandoque octo pro quolibet centenario emuntur, constituuntur. Et ita, si mos illius regionis habent, quòd octo, pro centenario emantur census, justum pretium reputabitur, ex sententia Navar. *in cons. 4. num. 2.* & Tolet. infra citandi, & in Urbe vidisse solvi novem pro centenario, testatur idem Navar. *in cons. 9. eod. num. 2. de cens. par. 1.* Justum autem pretium annui census perpetui esse sex annua pro centenario, tenet Paris. *in cons. 60. num. 29. lib. 1.* cum autem in Urbe, ut plurimùm, & communiter à personis timoratæ conscientiæ, emantur census ad septem pro centenario, & à sacra Rota, aliisque ministris justitiæ, in contradictorio judicio canonizentur, non sine verisimili Papæ, ac confessariorum scientia, & permissione ad septem pro centenario, ubi consuetudo non vigeat, quòd minori pretio ematur, legitimè constitui potest, Card. Tolet. *in instruction. sacerd. lib. 5. cap. 47. vers. secundò ut sint post med. sub num. 1.*

14 † Pius enim V. post editam dictam constitutionem quamplures census ad rationem novem, aut decem pro centenario, ante illius editionem constitutos in urbe ad partium instantiam juri quæsito derogando, ad septem, ac etiam octo pro quolibet centenario reduxit, ut est in curia Romana præsertim in tribunali Auditoris Cameræ notorium, ex quo colligitur

mens

mens ipsius conditoris, quòd census ad septem legitimè imponi possint, & scientia Papæ omne vitium purgat. Cassad. *decis. 2. desim. n. 4.* habetq; vim dispensationis, Felin. *in cap. cum vigesimum. num. 5. de* 17 *off. & potest jud. deleg.*

Justum † enim pretium rerum non 15 consistit in puncto individuo, sed in quadam mediocritate, quæ latitudinem habet per gradus, quemadmodum generaliter docet Aristot. *lib. 2. ethic. cap. 6.* adeo quòd cujusque rei pretium † est triplex, 16 supremum, infimum, & medium, nec potest dari casus, quo res præcisè centum valeat, nec plus, nec minus, quoniam centum valet pretio medio, pretio supremo centum, & quinque, & pretio infimo nonaginta quinque, iniquitas enim in 18 pretio consistit in excessu, vel diminutione justi pretii: quod ad mediocritatem pertinet, quæ cum latitudinem habeat, in pretium supremum, infimum, & medium, & in hoc triplici pretio iniquitas contingere nequeat, secundum Sot. *in 4. dist. 15. quæst. 2.* Navar. *in cap. qualitas, de pœnit. dist. 5. num. 45.* & Covar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 3. num. 1.* in hac varietate quinque, sex, septem, octo, novem, aut decem pro centenario, taxa septem, quæ magis communiter practicatur, & uti pretium medium, ubi minor non sit in usu, est admittenda, ut in mediocritate fundata, de qua per Alex. *in l. quod tess. si cert. pet.* Covar. *d. cap. 3. num. 1.* & Navar. *in manual. cap. 17. de usur. n. 239. tom. 3.* & ita fuit ultimo per Clem. Papa VIII. ad septem pro centenario, in statu ecclesiastico, favore Communitatum, Universitatum, civitatum, oppidorum, & locorum dicti status ecclesiastici

ære alieno onustorum annuus redditus census hujusmodi taxatus, ut in motu proprio ejusdem Papæ Clementis die prima Maij 1592. expedito.

Quartò, † quòd totum pretium simul 17 solvatur in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notario, ut ibi, tursus, &c. Propterea notarius, & testes videre debent solui pretium integrum in pecunia numerata, & non sufficit ostensio, aut traditio partis pecuniæ, etiam cum confessione vendentis censum, quòd receperit totum, *arg. l. 1. & ult. C. de dot. cau. non num.* quoniam dicta conditio fuit in constitutione apposita ad evitandas fraudes, quæ vix removeri possunt; ut per Navar. *eod. com. de usur. num. 88.*

Quid † auetm, si vendens censum de- 18 beat emptori centum antea ob aliquas causas recepta, & postea facta ostensione, & numeratione pecuniarum recipit illa centum in partem pretii, an emens, in foro conscientiæ possit tutò percipere censum ita constitutum, & solutum, est distinguendum, quia, aut illa centum debebantur ex legitima causa ab homine sagaci, qui in sui utilitatem illa exposuerat, & tunc censum integrum exigere potest, quia verè coram Deo pretium fuerat solutum, aut dicta centum fuerant data in pannis, & aliis mercibus, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios usus malos, & varios convertenda alicui juveni bona sua dilapidanti, qua de causa potissimum Pius V. motus fuit ad dictam conditionem in constitutione apponendam, & tunc census non erit legitimè creatus, & emptor tuta conscientia illum pro illis scutis malè consumptis exigere non potest, Navar. *eod. n. 88. vers.*

ik

est tamen quæst. & nu. 89. & Graff. *decis. aur. d. c. 118. nu. 21, vers. tertiaut. par. 1. lib. 2.*

19 Quinta † conditio est, quòd licèt census constitui posset ad certum tempus, ut usque ad annos quinque vel decem, aut ad vitam hominis, & contractus esset legitimus, & licitus ex sententia Inn, *in cap. in civitate, vers. item sivè certus, de usur.* in censu antiquo hoc erat permissum, sed post dictam constitutionem Pij V. census licitè fieri non potest ad tempus, sed perpetuò constitui, & assignari 23
20 debet, ita quòd † venditor nullo unquàm tempore invitus ad redimendum cogi possit. *ut in ead. const. ibi, ab invito,* Cov. *lib. 3. var. resol. c. 9. n. 4.* Nau. *in d. com. de usur. n. 78. & n. 97. in fin.* & Graff. 21 *decis. 118. n. 22. par. 1. lib. 2.* Nil † debitor census denunciaret emptori censum redimere, & pretium illius restituere velle, quia tali casu, lapsis duobus mensibus, & pretio redemptionis non restituto, 24
potest debitor denunciator cogi ab emptore intra annum ad redimendum, quo tamen anno elapso, non potest postea cogi ad redimendum, nec repelli à redemptione, eò quòd semel, aut pluries denunciaverit, se velle redimere, si intra annum à denunciatione non cogatur id facere. Navar. *in eo. com. de usur. nu. 95. gloss 13.* Nec potest apponi conditio, quominus quandocunque census, ut post decennium, & non antea à venditore redimi possit, quia tunc emptor constituitur omnino certus de lucro ultra sortem, de fructibus eo tempore percipiendis, quo res vendita redimi non potest, contra mentem Apostolicarum constitutionum, Bal. *cons. 487. lia. 1. & cons.* 174. *lib. 3.* Graff. *ea decis. 118. numer.* 23.

Sexta † conditio est, quòd re censuali pereunte, pereat census in totum, vel in parte, ut ibi, re in totum, vel in parte pereunte, & quod re perempta, super qua impositus est census, perimi debeat census, probat Gemin. *in l. 2. comment. 2. num. 63.* C. *de pac. interempt. & vendit.* & Rot. *divers. par. 1. decis. 757. num. 2.* & non solùm pereunt census perempta re, super qua fuerunt impositi, sed etiam pars eorum pro rata partis peremptæ, & hoc casu paria † sunt, rem perire, vel infrugiferam fieri, quia utroque casu census perit. Navar. *eod. com. num. 95. glos. 12,* & videtur, quòd tantùm reddere debeat, quantùm sit census, alioquin non satis diceretur frugifera, juxtà materiam subjectam, juxtà quàm verba sunt intelligenda, *l. si vno, in princ. ff. loc. c. intelligentia. de verb. signif.* & Navar. *eod. comm. n. 85. vers. octava quòd res.*

Quæritur † si super prædio, vel domo valoris quingentorum constituatur, & vendatur census annuus viginti scutorũ pretio scutorum trecentorum, & domus, vel prædium deductis deducendis, non reddat fructus ultra dicta scuta viginti, nut quid census erit legitimus? ex fundo enim communi æstimatione valoris scutorum 500. nihil percipit, sed in solutione census venditi pretio scutorum 300. omnea fructus exponuntur, & videtur, censum legitimè, & ad mentem constitutionis impositum, quæ nihil aliud mandat, quàm ut res, super qua census imponitur, sit fructifera & hæc erit fructifera, pro census solutione, ut per Navar. *eod. num. 85. ver octova quòd.* & non est necessaria inquisitio de valore prædij

censurarii, sed satis est, quòd illud sit res immobilis, & verè quotannis reddere possit tantam, vel majorem quantitatem redditum, quàm sit census impositus, ut consuluit idem Navar. *cons: 9, numer: 1, decens. par: 1,* & Card Tolet. *eod: lib: 5, c: 47, vers. secundò, ut sint, post med.*

25 Quantùm † verò ad censuum justam æstimationem, observanda est Provinciæ consuetudo, ipsaque communis hominum æstimatio, quæ cuilibet rei justum pretium definire solet *l. pretia ff: ad l. falc.* Sylvestr, *in verb: vsura: 2: q: 12: ver: 1.* Navar: *d: conf. 9. n. 2.* Covar. *lib. var. resol. c, 9. lib. 3. n. 6. vers. ex quibus &* Graff. *dict. decis. 118. n, 25.* Et communi vsu videmus, quòd valoris pretii prædiorum, nec redditum eorundē, dummodò tantùm reddant, quantùm sufficiat ad census solutionem, non sit diligens inquisitio, & & communis provinciæ vsus est attendendus, ex supra deductis.

Aliam ponit conditionē Navar. *eod. com. de vsur. n. 85. vers. quinta, quòd, & nu. 95.* quòd census in toto, vel parte redimi potest, quæ non legitur in Pii V. constit. Et in extrau. Mart. V. & Calixti III. de *empt. & vend.* habetur, † quòd venditoribus

26 data fuerat facultas, atque gratia, quòd ipsum annuum censum in toto, vel in parte pro eadem summa, quàm ab ipsis emptoribus receperat, quandocunque vellent, liberè extinguere, & redimere possent, & si ita inter contrahentes fuerat conventum, conventio erat servanda. Sed hodie non puto, opinionem Navar. veram, cùm sit expresè contra formam, eiusdem constit. quòd pro parte redimi possit, sed pro eodem pretio, *vt ibi in eod. constitut. §. sicut etiam,* & Card. Tolet. *de instruct. sacerd. lib. 5. cap. 45. in fin.*

27 Creditor † enim non tenetur invitus dividere creditum, & partem recipere, *l. tutor. §, lucius: ff: de usur: & fruct:* & Bart. *in l. quidam. n. 2. ff. si cert. pet.* puto tamen, quòd pacto inter partes convento, legitimè & non contra formam constitutio-

28 nis posset apponi conditio, † & facultas censum in toto, vel parte redimendi, quia non repugnat constitutioni; & contractus ex conventione legem accipiunt. Bar. *in l. si ut certò §. nunc videndum. ff. commod.* pluresque alias conditiones ponit Navar *in eo, com. de vsur,* gl. 2. *sub numer 90. cum pluribus seqq.* & Greg. de Valent, *tom. 3. disput. 5. quæst. 22. de cens. punct. 7, vers. dico tertiò,* quæ sonant potius in pactum & non invalidant contractus, sed pro non adjectis habentur, quia nullius sunt momenti; ut in constitutione, ibi, nullo modò valere voluimus, & ibi, irrita fiat, & nulla; plura enim pacta, si apponantur in census constitutione, sunt nulla, quæ tamen non invalidant contractum.

29 Exceptioni † casus fortuiti, nisi eius, qui venit ex natura contractus, renunciari non potest, & facta non tenet, contra regulam *sed & si. §. quæsitum. ff. si quis caut.* Navar. *eod. com. de vsu. d. n. 90.* & tenet idem Navar. quòd constituens census obligari non debet, de non alienanda re censui suppositā, sine consensu eius, qui censum acquisivit, quia auferret liberam facultatem de rebus suis disponendi contra naturalem æquitatem, quia rerum suarum quilibet est moderator, & arbiter.

In

In alienatione autem res censualis cum suo onere transit, & dicta conditio contractui emphiteutico convenit, cum † bona emphiteutica irrequisito domino
30 alienans cadat à jure suo, glo. *in l. fin. in verb. cadat*, & ibi Bart. C. *de jur. emphit.* & Ias. *in l. 2. n 15. eod. tit.* & contractus censualis † in hoc est eiusdem naturæ, cu-
31 jus est contractus emphiteuticus, sed tamen in pluribus differt.

32 Primò, quia obligatus ad annuum perpetuum censum, si non soluerit per † mille annos, non cadit à jure contractus *c. constitutus* vbi gl. *in ver. juxta ratam. extra de relig. dom.* Ias. *in l. 2. num.* 41. C. *de jur: emphit* Bar. *in l.* 1 § 1 *ff. de publ.* & Covar. *c. 7 num.* 1. *vers. nam. etsi. lib.* 3. *var. resol.* emphiteuta verò cessans solvere pensionem ecclesiæ biennio & privatis triennio, cadit à jure suo. *c. vlt. ext. de loca. l.* 2. C. *de sacr. san. Eccles.* & Covar. *eo. n.* 1, *vers. ex hac. verò.*

33 Secundò † emptor census, in alienatione prædii, super quo est census impositus, omnibus aliis emere volentibus est præferendus; prævia denunciatione vnius mensis & quidquid aliter senserit Navar. *eo. com. de vsur. n.* 92. ubi inquit, quòd suâ sententiâ justè potuisset hæc conditio omitti; salva tanti viri auctoritate, meo judicio dicta conditio maximam habet justitiam, & æquitatem, quoniam emens censum, vel sibi non bene consulit, aut vult esse certus qualitatis vendentis, quia, si est litigiosus, aut nihil aliud possidet, quàm, prædium, quod censui supponere intendit, quòd aliis anterioribus creditoribus posset esse obligatum, aut aliàs sit tam malæ conditionis, ut vix aliquis secum de emptione, aut venditione tractare velit, nam, qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit; *l. qui cum alio. ff. de reg. jur.* ne is, à quo quis emit censum, vendat prædium viro, quo mediante detrimentum patiatur; jure merito omnibus aliis præferri debet, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, & quidquid contra teneat Navar, poterit venditor census obligari ad denunciandum emptori census conditionem, quibus res censui supposita sit vendenda, & ad expectandum per mensem, dominumque census, omnibus aliis præferendum ad formam dictæ constitutionis. § *vbi autem* arg text: *in l: non dubium C. de leg.* sed ex natura contractus emphiteutici regulariter non tenetur venditor ad denunciandum, & dominum directum præferendum.

34 Pluribus † enim modis in venditione prædii censui supposiri potest creditor census detrimentum pati. Primò si vendatur personæ litigiosæ, aut aliàs malæ conditionis, cum litigiosi vel adulationibus animos Principũ sibi concilient, vel detrahendo fratribus suis infamiæ notam ingerant, vel inter fratres discordiam seminando seditionem nunquã facere cessent, *c: hoc habet: §: ecce quare: 46: dist.*

35 Secundò, † si vendatur pauperi, quia primò se ipsum, & familiã suam paterfamilias sustentare tenetur. *l: præses: C: de servit:* & qui non habet, dare non potest. *l: nemo plus juris: ff: de reg: jur: l: traditio: ff: de acq: rer: dom: c: nuper. §: nos autem: ext: de donat: inter vir: & vxor:*

36 Tertiò, † vendendo potentiori, quoniã

satis est notum per totum orbem, quòd, ut plurimum potentes creditoribus satisfaciunt, quando illis magis videtur commodum. Quapropter videmus, quòd regaliter lite beneficiali pendente, non potest alter collitigans potentiorem in jure suo subrogare. Gomes. *in reg. de subrog. collitig. q.* 1. *n.* 2. & recipiens patrocinium potentioris punitur in amissione
41 causæ, Isa. *in l.* 1. *n.* C. *ne lic. pot. patroc.*

37 Tertiò principaliter, † licèt regulariter obligatus ad certam quantitatem certa die sub pœna solvendam, si non soluit, ad pœnam teneatur; *c. suum ext. de pœn. & l. stipulatio ista* §. *alteri ff. de verb. oblig.* tamen propter moram solvendi censum, etiam quòd pœna apponatur, obstat dicta constitutio, ne debeatur. *ut in ead. constitut.* §. *pact. continentia.*

38 Quartò † quamvis debeatur interesse lucri cessantis, præsertim, si conventio de illud incurrendo præcedat. *c. conquestus.* junct. glo. *de vsur. & l.* 3. *ff. de eo, quòd cert. loc.* per d. constitutionem tamen est prohibitum in contractu censuali dictum interesse, quapropter exigi non
39 potest, & licèt pacta † quantumcunque nuda de jure canonico sint servanda *cap.* 1. *ext. de pact.* & naturalis æquitas suadeat, quòd pacta serventur. *l.* 1. *l. legitimæ, & l. juris gentium ff. eod. tit.* obligationes tamen solvendi certas impensas, & salaria, impensas juramento partis liquidandas, quæ olim, ut plurimùm in emptione censuum præstabantur, hodie non tenent, Navar. *eo. com. n.* 93. *vers. secundum, & vers. tertium.*

40 Quintò, † nec tenet obligatio de subeundis oneribus, quæ aliàs ex natura contractus non debentur, *ut in ea: const. ibi, sicut etiam, &c.* & quia regulariter in censuum emptione, & venditione venditor census promittit censum de semestri in semestre, & in fine cujuslibet semestris solvere liberè, & sine aliqua exceptione, quatenus dicta verba importarent aliquam immunitatem esset nullius momenti, ut concessa contra naturam
41 contractus, quia † onus impositum rei sequitur rem, quocunque vadat. *clem.* junct. glo. *in ver. solita, de cens. l. rescripto,* §: *sciendum ff. de numer. & honor.* & Cravet. *cons.* 117. *nu.* 5. *par.* 2. Emptor enim census percipit pensionem ex re, super qua est imposita; & ideò pro rata onera subire tenetur, cùm sit naturæ consonum, illos non recusare onera, qui rerum commoda consequuntur. *ea. clem.* 1. *in princ. c. qui sentit. de reg. jur. in* 6. neque enim ferendus est is qui lucrum amplectitur, ut onus ei annexum contemnat. *l. vnic.* §. *pro secundo. in fin. C. de cad. tol.* & in terminis census ad formam constitut. Pii V. impositi, ea tributa, quæ imponuntur ratione bonorum cujusque aut pro quantitate reddituum prædiorum, ex quibus tributa exiguntur partim spectare ad dominum prædii, & partim ad dominum census, pro quantitate juris, quod ad fructus eius prædii habet, tenet Mol. *in tract.* 2. *disput.* 391. *cla.* 7. *ante med.* &
42 Rapic. in dialog. *de vsur. fol.* 74. Quibus tamen † non obstantibus emptor census ad formam constit. Pii V. non tenetur concurrere ad onerum solutionem, quia vnicuique licet ex arbitrio, onus rei suæ injungere, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandata C. mand. l. sed etsi lege.* §. *consuluit. ff. de petit.*

petit. her. Quapropter pater potest omnia sua bona vendere, & projicere in mare non obstante præjudicio liberorum. glo. *in l. 1. in ver. ex duabus. circ. med. C. de inoff. donat.* & Cravet. *d. cons. 217. n. 1. & 2.* & supra in contrarium deducta procedunt, & habent locum in contractu censuali antiquo, in quo transfertur dominium directum, & utile, ut supra in principio deduxi, hoc enim casu is, in quem fuit translatum dominium, tenetur ad onera, quia cum illa res sit allibrata, & catastrata, cum onere suo transit in quemlibet singularem successorem. *l. cum fundo ff. de servit. rust. prad. l. 3. C. de servit.* Bart. *in l. fi ff. de nov. op. nunciat.* Crau. *co. cons. nu. 3.* & Gab. *cons. 47. num. 6. vol. 1.* quemadmodum si ecclesia † acquirat rem feudalem, obligatur ad onera vassalli, quia transit res ad ecclesiam cum onerere feudi. Inn. *in cap. verum. n. 2. de for. comp.* Bart. *in l. placet. n. 3.* Iaf. *nu. 21. in 2. lect. C. de sacr. san. Eccles.* & Cravet. *cod. cons. 217. n. 5.* sed valet † argumentum à censu hujusmodi ad pensionem, quia quemadmodum census, ita & pensio in temporalitate consistit. Gomes. *in reg. de infirm. resig. q. 16. numer. 2.* Pet. Benint. *decis. 49. numer. 6.* & Put. *decis. 202. numer. 3. lib. 3.*

45 Ideo licet † pensio imposita super beneficio, regulariter pro rata ad decimas, & alia onera concurrere debeat, cum sit pars fructuum. Put. *decis. 5. lib. 1.* plerumque tamen reservatur libera, immunis, & exempta ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinarijs, impositis, & imponendis, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Du-

cum, & aliorum quacunque ac quavis occasione, vel causa. etiam pro expeditione contra Turcas, etiam, quòd in in decimarum impositione caveretur expresiè, quòd pensionarii quicunque pro rata contribuere tenerentur, quo casu debetur libera, cum † Papa sit semmus bonorum Ecclesiæ administrator. 46 Innoc. *in cap. novit. de sent, excom.* Abb. *in cap. constitutus. num. 13. de relig. domib.* & Navar. *de spol. Cler. §. 9. num. 2. tom. 1.* & de illis arbitrio suo disponere possit. Abb. *in cap. magnæ. num. 17. de vot. & vot. redemp.* & cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter. *l. in re mandatæ C. mand.* Abb. *cons. 26. in prin. part. 1.* cum aliis supra deductis. 47 emptor † enim census non emit rem, neque annuum redditum rei; sed tantùm jus exigendi pensionem super illo fundo impositam, dominio nihilominus apud venditorem permanente, Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 42. vers. quarta particula. de cens.* & Molin. *in tract. 2. disput. 390. 5. claus. in princ.* Ideo non est contra naturam contractus, quòd quis vendat hunc censum, firmis remanentibus omnibus oneribus super fundo, super quo potest quis apponere onus servitutis, & hypothecæ, illud obligando pro solvendis collectis, quia istud erit aliud onus separatum, & ad- 48 ditum aliis oneribus, † & cùm liceat propriam rem alienare, à fortiori super ea permittitur oneris impositio *cap. cui licèt, de regul. jur in 6.* & Iaf. *in l. in actionibus numer. 13. 14. & 15. ff. de in lit. jur.* & census integrè persolui debent, ad formam, & rationem dictorum septem pro centenario,

nario, vel secundum locorum consuetudinẽ etiam octo minusve taxatam sine ali-51 cujus oneris deductione, vel solutione.

49 Non † obstant, quæ in contrarium deducuntur, quòd emptor census ad solutionem onerum teneatur, non autem venditor, per regulam, qui sentit commodum, sentire debet incommodum, & è contra, *cap: qui sentit*, & ibi gl: *si de reg: jur: in 6.* solutio enim onerum ad eum pertinet, qui fructus percipit, etiam si alius sit in registro æstimi descriptus, & catastratus, Bar: *in l: omnes*, C. *fin. cens.* 50 *vel: reliq:* & onus † reale à percipiente fructus solui debet, ut in terminis pensionis tenet Gig, *in tract: de pens: quæst: 43. numer. 2. & quæst: 90. numer: 1.* In terminis autem census. Virg. Boc. *super dicta constitutione Pii V: par. 1. num: 71. & par: 2. num: 49.* Rol: Cavag: *super decr.* Montifer: *tit: 2. decis. 72. quæst. 4. illat num. 1.* & *seq.* Panig. Ep. Ast. *in decret synod* 11: Bonavent. Rapic. *in, Dialeg: de vsur. fol: 94.* & Molin. *super allega:* quia Bart. loquitur in venditione fundi, in qua transfertur vtrumque dominium, pro quo emptor fundi tenetur illud nomine proprio in onus venditoris facere catastrare, 53 & onera persolvere, sed in hac venditione juris percipiendi censum sine translatione dominii, emptor non tenetur illud jus catastrare, nec à tempore, quo constit. Pij V. fuit edita, reperietur, ut puto, in tota Italia fuisse census hujusmodi catastratos, nec allibratos; & ideò quicquid scripserint, Virg. Boc. & alii supracitati, eorum opiniones non sunt approbatæ, nec vsu receptæ, quia tam ante, quàm post eorum scripta, & tam ante, quàm post dictam constit. Pii V. in tota Italia emptores censuum cum pacto retrovendendi illos semper liberos ab omnibus oneribus perceperunt, †ipræsertim etiam in Vrbe viri timoratæ conscientiæ, non sine verisimili Papæ scientia, & tolerantia, & hæc consvetudo vniversalis interpretata fuit dictam constit. *Bar, in l: de quib: numer: 5: de leg.*

52 Consvetudo † enim in onerum solutione habet vim legis, & est attendenda, gloss. *fin. in l. 3. C. de anno & tribut. lib:* 1. & ibi Bart. *in fin:* Rebuff: *num.* 1. idem Bart: *in l:* 1. C: *de aur: coron: eod: lib:* 10. Rol: à Val *col.* 79 *. num:* 15. *& numer:* 17. *vol:* 4. Nat: *cons:* 409: *numer:* 4. Soc. Iun: *cons:* 49, *numer:* 16, *volum:* 1, *cons:* 75, *num:* 16, *vol,* 4. Ruin *cons:* 202. *in fin: vol:* 1, & Purput *in l.* 1, *num,* 65, C: *de pact:* Ideò, ubi viget consuetudo, quòd census exigantur liberi sine aliquo onere, consuetudo est attendenda, ut in simili tenet Rolan. à Val: *cons:* 32. *numer:* 8, *cum seq: vol:* 1, & Cardin Tolet *in inst: sac: lib:* 5: *cap:* 47, *vers: cum tamen*, quæ limitatur non procedere, nec habere locum, quando consuetudo secularium est contra privilegia clericorum, quia tunc non ligat clericos, ut deduxi supra *in cap:* 14, *numer:* 34, *par:* 1,

53 Constitutio † Pii V. annullat pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de jure, & ex natura contractus non spectarent, *ut in eâd: const:* §: *sicut, etiam,* & Gregor. de Valen *tom: 3: disput: 5: q:* 22. *de cens: punct:* 7 *fin:* sunt enim nulla pacta contra substantiã contractus. *l: cum precario. ff: deprecar:* & Augus: *in cons:* 16, n. 1, *lib:* 2. Sed non repugnat naturæ cõtractus, quòd, qui habet pẽnes se vtile, & directum dominiũ rei, super qua census est impositus, sine alicujus dominii translatione, solvat æstimũ, ad

quòd

quòd proprietas est allibrata, & catastrata ex supra deductis, nec in venditione census ad formam ejusdem constitutionis apponitur pactum, quòd vendens teneatur ad onera, sed venditur cum pacto redimendi quandocunque, qui remanet dominus fundi cum vtili, & directo dominio, non solvit onera contra naturam contractus nec contra formam constitutionis Pij V. Navarr. *in cons. ult. num*: 2. *lib*: 3. *par*:2. *de censib*: quia possessores
54 prædiorum † tenentur ad onerum solutionem, *l: fin*: C: *sine cen*: *vel reliq*. Bart. *in l*: 5 *t. in princip*: C: *de ann*: *& trib*: *&* Crav. *in cons*: 145. *nu*: 21. *par*: 1. Cùm enim nec fructus, nec res transeat in emptorem, nec onus rei, vel fructuum debet in illum transire, sed apud venditorem, & possidentem remanere, quia res sequitur possidentem, & onera sequuntur rem,
57 *clem*: 1. & ibi etiam glo: *de cens*: *l: rescripto*, §: *sciendum ff*: *de muner*: *& honor*. & post plures alios, quos citat Cravet. *in cons*: 217: *num*: 5. & in terminis census, ita fuit decisum à Senatu Pedamontano, de anno 1601. attenta præsertim in hoc casu consvetudine, quæ est servanda ex supra deductis.

55 Licèt † enim à communiter accidentibus videatur, quòd redditus bonorum stabilium non ascendant, deductis oneribus, ad septem pro centenario, non potest dari certa taxa, quàm, nec Papa in dicta constitutione dare voluit, quia fructus bonorum non consistunt in puncto indivisibili, ut supra deduxi, & emptor census plura patitur incommoda contra naturam contractuũ, emptionum aliorum bonorum stabilium, quia, & si in maximam labitur neces-
59 sitatem, non potest pretium census repetere, & licet possit censum alteri personæ vendere, pluries tamen non reperiuntur emptores, vel longè minoris vendere cogitur, & prædiorum pretia, ut experientia docet, ferè semper augentur, vltra alia corporis, & animi commoda, quæ domini prædiorum percipere solent, & venditor quandocunque pecuniam restituere, & censum redimere potest, quæ incommoda maximæ sunt æstimationis, † adeò quòd propterea pactum de retro-
56 vendendo rem minoris valoris efficit, Abb, *in cap*: *ad nostram num*: 9. *in fin*: *de empt*: *& vend*: & quartam, vel ampliorem pretii partem per tale pactum minui, tenet Navar. *in c*: 17. *numer*: 248. & Graff. *decis*: *aur*: *par* 1. *lib*. 2: *c*: 1.7. *numer*: 2. & est † juri consonum, quòd gravatus in
57 vno, in alio relevetur Bar: *in l*: *eum qui numer*: 1, *ff*: *de jurejurand*.

58 Præmissis igitur † consideratis super fundo valoris mille, annui verò redditus quinquaginta, qui respondeant ad quinque pro centenario poterit imponi census cum pacto de retrovendendo ad rationem septem, quia illa quinque minus valent emptori, qui non emit nisi censũ, non autem, rei substantiã, ex quo dat minus pro eis, quàm valeant venditori, qui simul habet dominium rei. Card: Tolet *in instruct*: *sacerd*. *lib*: 5. *c*. 47. *vers*. *secundò ut sint*, *circa fin*: quia pactum de retrovendendo rem minoris valoris efficit etiam vsq; ad quartam, vel ampliorem partem pretii, ut tenent Navar. & Graff. *supra citati*, si verò fundus totus non reddit vltra quindecim, non poterit super eo imponi census annuus viginti † quia census,
59 fructus, qui percipiuntur ex prædio,

exce-

excedere non potest, & si excederet esset 73 vsura, vel saltem injustitia, & illud plus obnoxium restitutioni, ut post Io. de Lign. firmat. Sylvest. *in verf. vsura 2. numer. 12. sub. verf. quantum*, & in his terminis loquuntur alii pro communi opinione scribentes, quòd fructus prædii non 60 possunt esse minoris redditus census, impositi & super prædio, † super quo annuus census est impositus omnes fructus absorbens, novus censui imponi non potest. Card. Tolet. *in instruct. sacerdot. lib. 5. cap. 45. verf. secundum.*

61 Contractus † enim census sub alia, quàm supradicta forma celebrati fœneratitij judicantur, *ut in ea. constit. pij V.* & de qua per Navar. *in comment. de vsur: numer: 84: circ: fin:* census enim creari debet, ut perpetuò redimi possit, & pluribus modis census vsurarii constituuntur.

Primò, enim pacta, quòd post triennium redimi non possint, sunt contra formam dictæ constitutionis & vsuraria Card. Tol. *in instr. sacerd: eod: lib: 5: cap: 48 verf: solet tertium in fin:*

Secundò, census impositus super re immobili cum pacto, quòd si res incapax inveniatur, censeatur positus super omnibus bonis constituentis, vsurarius præsumitur. Navar. *in comm de vsur. numer: 86, & numer: 125, & in conf: 10: numer: 1. lib: 3: de empt: & vend: par: 1.*

62 Vsura † enim omnis, tam jure naturali, quàm divino est prohibita, ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum &c. *Psal: 71: Deut: c: 23, & Ezech: c: 18: & cap: 22:* mutuum date nihil inde sperantes: *Luc: c. 6. c. plerique. 14. q. quia in omnibus: cap. quam pernicioſum. extra de vsu:* & Navar. *in com. de vsur numer. 8.*

Licèt † autem vsura regulariter non committatur nisi in mutuo vero, vel ficto, & ex conventione partium. Abb. *in consi. 62. num: 4: verf. venio ad aliud* Dec *in l. 3. §. creditum in 3. not. ff. si. certum pet:* & Cravet: *conf. 145. numer: 6.* est tamen vsura quidquid amplius accipitur ob solutionis dilationem, aut datur minus ob anticipationē, in omnib⁹ contractibus. etiā innominatis, de quib⁹, *in l. naturalis: ff. de præscript. ver.* & in pluribus, de quibus per Navarr. *eod: comment. de vsur. n. 26.*

64 Crimen † autem vsurarium est difficilis probationis, quia contractus vsurarii clandestine, & occulte fieri consueverunt, ut inquit text: *in clem vnic: §. caterum, de vsur.* ideò admittit lex probationem possibilem secundum naturam rei, & subjectam materiam Alex. *conf. 54. colum. 1. lib. 6.* & Cravet. *in conf. 73. num: 7.* 65 & ad probandum † contractum vsurarium, licèt quamplures doctores teneant tria requiri, nempe modicitatem pretij, pactum de retrovendendo, & quòd emens sit solitus fœnerari, ut post Bal. *in cap. 1. num. 8. pe feu: dat. in vic. leg. com:* & plures alios tenentes hanc esse communem opinionem, quos refert Crau: *in conf. 156. numer. 2.* & Sol: *super decret. antiq. de pact. int. empt. & vendit super gloss 1. partis* Contrariam tamen opinionem, quod duo sufficiant ad probandum aliquem vsurarium, videlicet, modicitas pretii, & pactum de retrovendendo, inquit Dec. *in conf. 692.* esse sequendam, tanquam saluti tutiorem, & eam tenet Rot: ut per Cassad. *decis. 1. numer. 1. & per tot. de vsur:* quam opinionem sequitur, & tenet Senatus Neapol. *ut in decis. 40. col. 9. adsi. & decis. 65.* & Senatus Pedemi

dem. ut post Corn. Roma Paul. de Castr. Cale. Guid. Pap. Gemi. Mattheſil. quos citat, teſtatur Crav. *dict. conſ. 156. num. 4.* & quamvis d. opinio, quàm tenent tria ſuprema tribunalia, nempe, Rota, Sen. Nea. Senatus Pedemontanus, videatur ſequenda, puto nihilominus eſſe diſtingendum,

66† quia, aut agitur civiliter ad reprobandum contractum, tanquam uſurarium, ad effectum, ut fructus excomputentur in ſortem principalem, aut criminaliter ad condemnandum creditorem, uti uſurarium.

Primò caſu puto, opinionem, quam tenet Rota, Senatus Neapolitanus, & Pedemontanus, quòd modicitas pretii, & pactum de retrovendendo ſufficiant, eſſe ſequendam, quia cùm ob pretii modicitatem emptor teneatur ad reſtitutionem, non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, *cap. peccatum, de reg. jur. in 6.*

Secundò vero caſu ad criminaliter judicandum hominem uſurarium, credo,

67 tutiorem eſſe opinionem, † quòd tria requirantur, nempe, modicitas pretii, pactum de retrovendendo, & quòd emptor ſit ſolitus fœnerari ex ſupra allegatis, quia valde eſſet rigoroſum, quòd ex unico contractu, in quem quis ſine culpa inadvertenter quandoque incidere poſſet; judicaretur uſurarius, quod crimen eſt graviſſimum, odia enim reſtringi, & favores convenit ampliari, *cap. odia, de reg. jur. in 6.*

68 Probatur † tamen quis uſurarius per poſſibiles probationes, & conjecturas, etiam leves, ex ſupra deductis, & ad probandum contractum uſurarium ſufficiunt dictæ duæ conjecturæ, ſeu veriſimilitudines, etiam ad condemnandum eum, qui uſuras conſuevit exercere, ut probat tex. *in cap. illo vos, §. reſpondemus, de pign.* Calcan. *conſil. 26. col. 9.* Corn. *conſ. 23. col. 1.* & Crav. *d. conſ. 73. num. 7, verſ. quinimò*, & ad probandum aliquem uſuratium ſimpliciter ſufficiunt teſtes ſingulares, Abb. *in conſ. 113. num. 3 verſ. non obſtat, quod lib. 2.* & Crav. qui plures alios citat *in eod. conſ. 73. num. 32.* De facili autem contra uſurarios eſt præſumendum, quia peſſimum genus hominum, & ſic præſumi, expedit eorum animabus, ut inquit Caſſad. *in dict. deciſ. 1. num. 1. in fin. de uſur.* Nam in

69 eodem genere malitiæ ſemel malus, † ſemper præſumitur malus, ut in terminis Bald. *in dicto cap. 1, num. 8.* & hoc crimen ex conſuetudine, eſt miſti fori. Quod verius, ut tenuerunt, Burſat. *in conſ. 90. num. 37. lib. 1.* Bonacoſ. *in lib. 1. com. opin. verſ. uſura eſt crimen*, ubi de communi opinione teſtatur, & poſt quamplures alios Farinac. *in prax. crim. quæſt. 8. ſub num. 140.* † licèt communis opinio habeatur, quòd ſit merè eccleſiaſticum, & quòd uſurarius non poſſit puniri per laicum, poſt Socin. *in conſ. 290.* Dec. *conſ. 170.* Grat. *conſil. 39.* & alios, quos citat, teſtatur Gabr. *concluſ. 20. num. 3. lib. 7. com. concluſ.*

* * *
* *

DE VISITATIONE.

Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 Visitationum scopus, quisnam sit.
2 Visitationi, quæ loca sint Ordinariis subjecta.
3 Visitare possunt Ordinarii ecclesias parochiales subjectas religioni S. Ioannis Hierosolymitani, & quomodo.
4 Vicarios, in beneficiis curatis subjectis regularibus, quando Ordinarij deputare possint, & qualiter.
5 Vicarius perpetuus parochialium quanta portio assignari debeat.
6 Eleemosynæ altaris non sunt computandæ in valore beneficiorum, nec funeralium, neque aliæ similes.
7 Distributiones quotidianæ non computantur in valore beneficiorum.
8 Vicarius perpetuus quæ portio assignanda, & quæ congrua dicatur.
9 Portio congrua coram Ordinario peti debet, & etiam coram capitulo, Sede vacante.
10 Vi cartæ perpetuæ ex qua causa, ut plurimum, fieri soleant.
11 Vniones perpetuæ, quæ examinari debeant, & quæ dissolvi possint.
12 Subreptio, & obreptio, quomodo differant.
13 Vniones debent fieri vocatis iis, quorum interest.
Clausula vocatis vocandis, quid operetur, ibid.
14 Vniri non potest ecclesia libera ecclesiæ jurispatronatus, nisi cum alternativa.
15 Episcopus potest beneficia transferre, & ecclesias omnes, tam parochiales, quàm alias dirutas, aut nimia egestate laborantes, profanare.
16 Vicarius Episcopi omnia potest, quæ pertinent ad jurisdictionem Episcopi, cujus vices gerit.
17 Ecclesia parochialis jurispatronatus, quæ collabitur, an possit uniri ecclesiæ non curatæ ut in illa erigatur in parochialē.
Crux debet erigi, ubi est ecclesia diruta, & profanata, ibidem.
18 Patronus non efficitur ecclesiæ, dotem modicum donans.
19 Patroni unius parochialis possunt compelli ad præbendam congruam sustentationem.
20 Beneficium unitum perdit nomen beneficii.
21 Appellatio non admittitur in causis visitationis ab interlocutoria, secus à sententia definitiva, quatamen appellatio non suspendit executionem, nec carceratus interim est relaxandus.
22 Vniones parochialium, & aliorum beneficiorum, Episcopi possunt juxta formam juris facere, sed quando sit unio duarum collegiatarum ab Episcopo debet

debet fieri cum consensu capituli ecclesiæ cathedralis.

13 Seminario Episcopi uniones beneficiorum facere possunt, fallit tamen in pluribus.

14 Seminario, quando fiunt hujusmodi beneficiorum uniones, debent fieri cum consensu duorum de capitulo, ac duorum de clero.

25 Potestatem habens à lege, vel ab homine aliquid faciendi cum alterius consilio, quando teneatur illud sequi.

26 Visitari possunt ab Episcopis hospitalia, collegia, & confraternitates laicorum, montes pietatis, & omnia pia loca, & num. seq.

27 Visitari non possunt ab Episcopis hospitalia, eremitoria, & confraternitates Religionis Hierosolymitanæ, nisi in iis, quæ sacramentorum administrationem concernunt.

28 Visitari possunt ecclesiæ, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur ab Ordinario viciniori.

29 Archidiaconi, Decani, & alii inferiores visitare possunt, item & capitulum, & quibus conditionibus.

30 Visitare possunt Episcopi capitula cathedralium, & aliarum majorum ecclesiarum, illarumque personas personaliter, vel per Vicarium generalem, aut visitatorem, si ipsi Episcopi fuerint legitimè impediti.

31 Visitari debent monasteria virorum & eorum personæ à visitatoribus regularibus.

32 Visitatio celerrimè debet fieri, quæ celeritas, visitatorum arbitrio relinquitur.

33 Visitator nihil potest accipere, præter victualia, nec familia sua etiam prætextu officii, nec sui munus, etiam oblatum, alias pœnam incurrunt.

34 Victualia in visitatione à quibus præstari debeant.

35 Visitare iterum potest Episcopus ecclesias visitatas ab inferioribus.

36 Visitare potest Episcopus beneficia subdita Abbati, habenti quasi Episcopalem jurisdictionem cumulativè.

37 Visitatoribus secundum locorum mediocritatem honesta mensa paranda.

38 Visitatores, quanto comitatu olim procedebant, & quantis evectionibus.

39 Visitantibus quis numerus equorum, & personarum fuerit definitus in Concil. Mediolan.

40 Visitantibus Episcopis, & iis in inferioribus visitatoribus circa numerum equorum, & personarum præfiniendarum sententia auctoris.

41 Victualium appellatione veniunt cibi frugales, non sumptuosi.

42 Prælatis ignominiosum est affluere deliciis, epulis, atque lasciviis.

43 Visitantibus Episcopis egenis, eorumve Vicariis, sunt necessaria congruè subministranda, ut equi, vestes, familia, & alia opportuna, ultra victualia.

44 Visitantes Episcopi divites, quibus debeant esse contenti.

45 Consuetudo habet vim legis.

46 Impensæ, quæ, vel ad ædificationem, vel ad ornatum ecclesiarum ab Episcopo in visitatione præscribuntur, ad quos spectent.

47 Redditus parochialis ecclesiæ, quales, &

quanti sint, ab Episcopo in visitatione præcipuè sunt examinandi.

48 Parochiales ecclesiæ, quæ pensionem sustinere possint.

49 Parochis certa pecuniæ summa, à conc. Trid. pro eorum victu est constituta.

50 Redditus parochialis ecclesiæ annui ad duorum victum saltem esse debent.

51 Parochi ad ecclesiarum suarum reparationem aliquando cogi possunt.

52 Clerici vivere debent de patrimonio Iesu Christi.

53 Parochus, quando non impensis pro sua ecclesia ad certam portionem concurrere teneatur.

54 Redditus, ratione loci, vel personæ majores parocho interdum debentur.

55 Clausula in reservationibus pensionum à Summis Pontificibus apponi solita, quid declaret.

56 Verbum, liberi, in reservationibus pensionum, quid operetur.

57 Parochus, quando in reparatione suæ ecclesiæ ad tertiam sumptus partem teneatur.

58 Parochiales ecclesias Universitatum impensis fabricari solent.

59 Constantinus primus fabricam Templi Divi Petri instituit.

60 Constantinus cunctis jus ecclesias ædificandi concessit.

61 Ecclesiarum numerus ab Imperatoribus, & Principibus fuit auctus.

62 Ecclesiæ, quæ per aliquem erigitur, dos est constituenda.

63 Alimenta parocho minimè sunt minuenda.

64 Visitator in actu visitationis summarias informationes sumere debet.

65 Redditus parochialis tenuissimi liberant parochum ad concurrentiam impensarum.

66 Consuetudo pia, qua laici solent sumptus aliquos in necessariis ecclesiæ facere, maximè est servanda.

67 Parochorum indigentiæ quomodo conc. Trident. providerit.

68 Iurispatronatus ecclesiæ, si diruta fuerit, à quibus sit restituenda, & qui ad impensas concurrere debeant.

69 Parochiani jurispatronatus ecclesiæ habentes, quando ad ædificationem, & restaurationem suæ ecclesiæ teneantur.

70 Accessorium sequitur naturam sui principalis.

71 Parochiales, etiam jurispatronatus, propriis fructibus & proventibus sunt reficiendæ.

72 Patronus parochianus multis gaudet præeminentijs.

73 Parochialium ædificationes, & restaurationes per solidum, & libram fieri debent.

74 Extraordinaria onera, quæ ordinariis, & merè realibus æquiparantur.

75 Collectæ non ad personarum numerum, sed ad cujusque patrimonii quantitatem fieri debent.

76 Ius idem viget, ubi eadem ratio militat.

77 Pauperes, ne graventur, maxima est habenda ratio.

78 Divites multis commodis, ac honoribus fruuntur.

79 Magnates, quia cæteris præeminent, largiores in operibus piis esse debent.

80 Theodosii Imperatoris humilitas in ecclesijs.

Epi-

EPiscoporum censuræ maximè manent obnoxia, illorumque correctioni præsertim subijciuntur ea, de quibus, quæ communiora, ac vtiliora visa fuêre notavimus. eorum. n. sunt præcipuè partes exactè disquirere, ne in hujusmodi, sicut & in aliis rebus, legitimus iustitiæ ordo turbetur. Ideò de visitatione nonnulla hic loci assumenda commodum judicavimus. Visitationum † omnium præcipuus scopus esse debet, sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere; populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, & cætera, prout locus, tempus, & occasio fert ex visitantium prudentia, ad fidelium fructum constituere, concil. Trident, *in cap. 3. §: visitationum autem, de reform: sess. 24. cap. 1. §. Florentinum 85. dist. & cap. 1. §. sanè, de censib. in 6*

2 Visitari † debent ab Ordinarijs locorum annis singulis beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus collegiatis, seu alijs ecclesiijs vel monasteriis beneficijs, seu collegijs aut pijs locis quibuscunque perpetuò unita, & annexa reperiuntur: & solicitè providendum est, ut peridoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinarijs pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videatur, ab 3 eis, cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori arbitrio ipsorum ordinariorum, portione, etiam super certa resignanda ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, privilegijs, exemptionibus, & inhibitionibus non obstantibus, *cap. 7. de reform. sess. 7.* & quascunque parochiales ecclesias, tam sæculares, quàm regulares, & exemptas, & etiam militiarum & membra curam animarum habentia illis vnita possunt visitare, *cap. 8. sess. 7.* & sacra congreg. conc. *in decis. manuscript. super eodem cap. 7. sub tit. Portugalliæ §. licet ordinarij, & §. possunt etiam tum.* Et parochiales nullius diœcesis, quas Episcopus, cujus cathedralis est proximior, tanquàm Sedis Apostolicæ delegatus, debet visitare, privilegijs, & consuetudinibus quibuscunque etiam immemorabilibus non obstantibus, *cap. 8. de refor. sess. 21. & cap. 9. de reform. sess 24.* & sacra congreg. conc. *in eisdem decisionibus manuscript. super d. cap 8. sess. 21. sub tit. Veronen. §. licet monasterium, ac Taurinen §. Ecclesiæ ubi, & Augusten. §. si Abbates.*

Easdemque ecclesias quomodolibet exemptas, auctoritate Apostolica visitare tenentur, & opportunis remedijs providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur, & cura animarum, si qua illis immineat, alijsque debitis obsequijs minimè defraudentur, quibuscunque non obstantibus, *ut eod. c. 8. de reform. sess. 7. & cap. 8. de refor. sess. 21. cap. decernimus, 10. quæst. 1. & c. debis, extra de eccl. ædific.* pro ecclesiarum restauratione possunt ab Ordinarijs fructus sequestrari, ut ecclesiæ reparentur, etiam, si illæ † essent militiarum Sancti Joannis Hierosolymitani, *ut in eisdem decis. super eo, cap. 8. sess. 21. sub tit. Polen. §. fructus ecclesiarum* in quibus dumtaxat habent jurisdictionem in concernentibus curam animarum, & sacramentorum administrationem, ut defectus calicum, & decentia

paramentorum ad decorem administrationis sacramentorum provideatur, nec potest mandare, ut ecclesia, vel sacristia ejusdem ordinis reficiatur, *ut in decis. sub dicto c. 8. sess. 21. sub tit. Tranen. §. in Ecclesia, & sub tit. Cæsaraugustan §. Archiepiscopus potest*; sed sequestrum super fructibus apponere valet, pro tuitione ecclesiæ, cui superiores ejusdem ordinis debent postea de ejsdem providere, seu provideri facere.

In quibus autem beneficiis regularibus regularis observantia viget, Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum regularium superiores juxtà eorum regularia instituta debitam vivendi rationem observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, & moderentur, monere debent. Quòd, si admoniti intra sex menses, eos non visitaverint, vel correxerint, tunc ijdem Episcopi, etiam, ut delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possunt, & corrigere, prout ipsi superiores possent juxta eorum instituta, quibuscunque appellationibus, privilegiis & exemptionibus remotis, *ut in eo. cap. 8. post. med. sess. 21.*

4 Non tamen propterea licet † episcopis superiores regulares privare decimis, aut jure conferendi, vel præsentandi, sed debent providere curæ animarum & deputationi Vicariorum idoneorum, cum congruæ portionis fructuum assignatione, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequiis minimè defraudentur, & appellationibus, privilegiis, & exemptionibus quibuscunque minimè suffragantibus, *ut cap. 5. post. med. cap. 7 sess. 7. cap. 1. in fin. de reform. sess. 6:* & congreg. concil. *super cap. 8. de reform. sess. 21. §. si abbates.*

5 Congrua verò † portio Vicariis perpetuis esse debet, non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & alijs obventionibus communiter percipi solitis, nisi Vicariis temporariis solitùm fuisset plus assignari; & sive in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo, seu alia re stabili, portio hujusmodi constitui debet, ut fuit à Pio V. taxatum in sua constitutione *in Bul. cap. 46* & talis debet esse, ut Vicarius perpetuus commodè vivere possit, *cap. de monachis, de præb & clem. 1. de iurepatr.*

6 Et licet † dicta portio legatur imposita etiam super emolumentis, & aliis obventionibus, etiam incertis, communiter percipi solitis, in illis tamen centum non sunt computandæ eleemosinæ altaris, funeralium, & aliæ similes, sed illa incerta, quæ habent quandam certitudinem, ut sunt decimæ frumenti, vini, aliique fructus, emolumenta, & obventiones, quæ penes titularem sunt incerta, quantùm ex illis percipere possit; non autem super illis incertis, quæ Vicarius postea ex suo labore, & officio percipit, quia illa non includuntur in portione centum, vel quinquaginta ad minus, quæ assignantur ex fructibus beneficij, quia jus de his non considerat, nec in congrua portione solent computari, ut per Rebuff. *in tract. congr. port. numer 83. 85. & 86.* De† distributionibus autem quotidianis, quòd non computentur in valore beneficij, tenet Rot. *dec. 8. de præb. in nov. decis. ult. de præben. in antiqu.* Oldrad. *cons. 118. ex virtute*

tute, & Felyn. *in cap. ad aures numer. 14. de rescript.*

8 Vicariis † perpetuis congrua portio fructuum debet assignari, ut animarum cura nullatenus negligatur, nec beneficia ipsa debitis defraudentur obsequiis. *clem. 1. de præb.* concil. Trident. *cap. 16. de refor. sess 25.* & Rebuff *eod. tract. cong. portio. numer. 24.* si verò minor sit, saltem usque ad summam quinquaginta scutorum annuorum est augenda, *ut in dict. constit. pij V.* portio autem, ut sit congrua, debet esse conveniens, & competens, ut Vicarius inde commodè vivere possit, glo. *in c. vnic. §. sanè in verb. absque penu-*12 *ria, de stat. regul. in 6.* & Rebuff. *in eod. tract. numer. 6. in fin.* Peti autem debet hæc

9 congrua † portio coram Ordinariis locorum, quibus spectat tueri ecclesias, ut in pristino statu conserventur. *c. de monachis. de præb. cap: fin. §. ubi autem, de decim. in 6.* & etiam capitulum, vacante Sede Episcopali, de hac congrua portione poterit judicare, quia hoc est jurisdictionis quod ad capitulum, Sede vacante, transit. *c. 1. ne sede vac: gl: in extrav. execrabilis. §. statuimus. in ver. ordinario de præb.* & Rebuff. *eodem tract. numer. 55. & 47.* qui de congrua portione optimè, & copiosè scripsit.

10 Vicariæ † perpetuæ, ut plurimùm. fiunt ex causa vnionum parochialium ecclesiarum, quæ cathedralibus, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegijs aut pijs locis perpetuò vniuntur. *c. 7. de reform. sess. 7.* & perpetuæ † vniones à

11 quadraginta annis citra factæ ab Ordinariis, tanquàm à Sede Apostolica delegatis, examinari debent, & quæ per subreptionem, vel obreptionem fuerunt obtentæ, irritæ sunt declarandæ, quæ autem à dicto tempore citra fuerunt concessæ, nondum tamen in toto, vel in parte effectum sortitæ, & quæ in futurum fient, nisi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus causis coram loci Ordinario, vocatis quorum interest, vocandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ sunt præsumendæ. *cap: 9. sess: 7. c: 13. § in unionibus verò. sess. 24. & cap: 6. circ: fin: sess: 25: de refor.* unio enim etiam ex causa facta, potest dissolui, si tempore procedente est ecclesiæ vnitæ multum damnosa. Abb. *in cap: 1. num: 3 ne sed. vac.*

Subreptio † autem & obreptio differunt, quia subreptio procedit, quando quis in impetratione tacet litteras à parte adversa obtentas, de quibus non facit mentionem, ut si quis beneficium jam alteri beneficio vnitum tacita priori vnione alteri ecclesiæ obtineat vniri. gloss. fin, *in cap. ad audientiam il: 2. in vers. potest dici. de rescrip.* Obreptitiæ verò dicuntur litteræ quando per alicujus operam factum est, quòd impetratæ litteræ effugiant plenam intelligentiam Papæ, vel alterius superioris concedentis, aut ejus, qui necessitate juris vocandus est Innoc. *in c. cum dilecta numer. 3: de rescript.*

13 Vniones † ut sint validæ, fieri debent vocatis, quorum interest, & dicta verba, quorum interest, *ut in dict. cap. 6.* habent vim clausulæ: vocatis vocandis, quæ facit semper exequutorem mistum, etiam si aliàs esset merus, cùm dicta clausula sit tanti roboris, ut semper faciat, quod pars audiatur ordine judiciali servato, *ca. exhibita* junct. gl. *1: de jud:* & Felin. *in c. de cætero numer: 10: de re: jud:* Ideo si beneficium juris patronatus vniatur sine consensu patro-

tronorum, unio est nulla Caputaq. *decis. 346. par. 3.* quia possessio, vel res ecclesiæ duri non possunt sine defensore. glos. *in clem. fin. in ver. defensor de reb. eccles. non alien.* & ibi Abb.

14 Nec † potest uniri parochialis libera, parochiali jurispatronatus, etiam cum consensu patronorum, nisi patroni renuncient juripatronatus, ne ecclesia libera uniatur servæ, nisi cum alternativa, ut una vice conferatur ecclesia ad præsentationem patronorum, & altera liberè, ut congreg. conc. declaravit, *super cap. 9. §. Congregatio censuit parochialem, sess. 25 de reform.*

15 Episcopi † tamen, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, transferre possunt beneficia simplicia; etiam jurispatronatus, ex ecclesiis, quæ vetustate, vel aliàs collapsæ sunt, & ob eorum inopiam nequeunt restaurari, vocatis ijs quorum interest, in matrices, aut aliàs ecclesias locorum eorundem, seu vicinorum eorum arbitrio, atque in eisdem ecclesiis erigere altaria, vel capellas transferre, cum omnibus emolumentis & oneribus, prioribus ecclesiis impositis. Parochiales verò ecclesias, etiamsi jurispatronatus sint, ita collapsas, ut ex fructibus, & proventibus quibuscunque ad easdem ecclesias quomodocunque pertinentibus reficiantur, & instaurentur, procurare tenentur, qui si non fuerint sufficientes omnes patroni, & alij, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum, parochiani, omnibus remediis opportunis, ad prædicta sunt cogendi quacunque appellatione, exemptione, & contradictione remota; quòd si nimia egestate, omnes laborent ad matrices, seu viciniores ecclesias transferri, & tam dictæ parochiales, quàm aliæ ecclesiæ dirutæ in prophanos usus non sordidos, erecta tamen cruce converti debent, concil. Trident. *cap. 7. de refor. sess. 21.* & sacra congr. conc. *super eod. cap. in princ.*

16 Quæ omnia † potest etiam Vicarius, dummodo habeat speciale mandatum, ut per eandem congreg. *super eod c. 7. in ver. transfratur*, quia Vicarius omnia potest quæ pertinent ad jurisdictionem illius, cujus Vices gerit *l. 1. C. de off. ei. qui ger. vic. alt. c. ult. 91. dist. c. 1. 9. dist.* & gl. *in c. penul. de off. Vic.*

17 Si verò † parochiani habent aliam ecclesiam non curatam, in qua per modum provisionis munia parochialia obeantur, & parochialis sit jurispatronatus, & adeò diruta, inopiâque laborans, ut reparari nequeat, an uniri possit ecclesiæ non parochiali cum suis redditibus, ad effectum, quò illa in parochialem erigatur: est distinguendum, quòd, aut accedit consensus patronorum, & tunc auctoritate ordinaria potest uniri: quia consentienti non fit injuria; aut patroni dissentiunt, & tunc est procedendum, vocatis, quorum interest, ex dispositione dicti *cap. 7. sess. 21.* sed tali casu præcipuè si redditus parochialis sunt tenues, ad amputandas lites, & ne frivolis oppositionibus interim animarum cultus detrimentum patiatur; Visitator poterit suis decretis in visitatione, ecclesiam, in qua munia parochialia obeuntur, in parochialem erigere, eique redditus, si quos habet, aut fabricæ ipsius ecclesiæ sint adscripti, pro cura animarum sustinenda applicare, parochialemque dirutam profanare, seu profanandam, & cruce ibi, ubi est ecclesia vetus, erigendam esse, decernere, & ordinare, nisi

nisi intra quatuor menses, aut aliud tempus in decretis eiusdem visitationis præfigendum, eâdem ecclesiam restauraverint, quibus elapsis, ex nunc, prout ex tunc, & è contra declarare etiam redditus ejusdem veteris ecclesiæ profanandæ in sustentationem parochi assignandos, & transferendos, ac per ipsum nunc, alios parochos pro tempore existentes liberè percipiendos, & levandos fore, & esse, decernendo copiâ eorundem decretorum valvis seu parietibus ejusdē parochialis dirutæ affigendam, omnes afficere, ac si singulis personaliter præsentata foret, illamque affigi mandare, & illis non comparentibus, nihilque, quod relevet deducentibus, termino præfixo elapso, poterit visitator in exequutionem suorum decretorum ecclesiam profanare, lapides ecclesiæ destructæ, ligna trabes, & alia similia vendere, ad vsum tamen, & commodum novæ parochialis erectæ, & quòd tali casu possit ecclesia profanari, etiamsi juris patronatus existat, probat text. *in eod. c. 7. circa fin sess. 21.*

18 Quinimò ecclesia, quæ est tenuis redditus, non dicitur juris patronatus, cùm patronus ecclesiæ, nemo efficiatur propter rem modicam datam ecclesiæ, nisi tantùm dederit, quod sufficiat ad necessaria ministrorum, & ad luminaria, *cap. nemo, de consecr. dist.*, 1. gloss. *in cap. quicunque, il. 2, 16. quæst. 7.* Abb. *in cons: 106. numer. 2. vers. præterea, & secundò, vol. 2.* & Ias. *in auth. præterea, numer. 5. C. vnde vir, & vxor.* Vn-19 de tales † patroni parochialis possunt compelli ad præbendam congruam sustentationem parocho, vel ad patiendum illam aliæ ecclesiæ vniri, & ita fuit à sacra congregatione decisum *sup eod. cap. 5. sess. 21. de reformat. §. patroni vnius.*

Et quia Ordinarius sine consensu patroni non potest regulariter beneficium juris patronatus vnire, ut supra, in vers. vniones ut sint, illa regula hoc casu fallit, si parochialis est exigui redditus, & sic diruta, ut in ea non celebretur, aut aliàs 20 restaurari non possit, quia † tunc deficiente ecclesia, quæ constituit corpus juris patronatus, perdit nomen beneficii, ut dicitur de beneficio vnito, Felin. *in cap. nostra num. 30. vers: & istis adde. de rescript:* Gomes. *in reg. de anna. quæst. 25. numer. 2.* & Rot. *decis. 11. in princ. de reb. Eccles. non alien in antiq.* quo casu redditus illius beneficii qui titulo carent, possunt per visitatorem ad aliam ecclesiam transferri, quia, qua commodiori Episcopo videbitur ratione, tot fructus sunt redigendi, quot pro rectoris, aut parochiæ necessitate decenter sufficiant, conc, Trid. *in c. 13. vers. in parochialibus. sess. 24. de refor.*

Episcopi † ut aptiùs quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus, & potestatem habent etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, juxta canonū sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ, vtilitate necessaria videbūtur. Nec ex his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, exequutionem eorum, quæ ab his decreta, mandata, aut judicata fuerint, quoquomodo impedire, aut suspendere potest, conc. Trid. *cap. 1. §: cum igitur rei, sess. 13. cap. 1. §. cum igitur*

quo. sess 22. & c.10. sess. 24. de refor. & ita super eodem c. 1. sess. 13. per sacram congreg. fuit decisum ut in decis. sub. tit. Nicotren. & licèt à sententia definitiva in causa correctionis, visitationis, & indebitæ carcerationis admittatur appellatio, non tamen suspendit exequutionem, nec carceratus interim est relaxandus, ut in eisdem decis. super eodem cap. in princ. & sub tit. Brundusin. quæ non procedunt, nec habent locum, quando agitur de privatione beneficii, præsertim juris ordine servato, ut in decis. super eo. cap. 10, ead. sess, 24. sub titulo de appellat. à visit. multis in locis.

22 Vniones† etiam perpetuas quarumcunq; ecclesiarū parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum, curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter eorum paupertatem, etiam si dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercunque affecta, Episcopi etiam tanquàm Sedis Apostolicæ delegati, facere possunt, concil. Trid. cap. 5. de refor. sess. 21. cap. sicut vnire. de excess: prælat. & cap. & temporis, 16. q. 1. congreg. concil. super eod. cap. 5. sub tit Montisfalisci, & sub. tit. Fulginaten. Novarien. & quando iuxta formam juris, ut in d. cap. 5. fiunt vniones duarum collegiatarum consensus capituli accedere debet, cle. si vna, dereb. Eccles. non alienand. & ibi Abb. numer. 2. & congregatione concilii super eod. cap. 5. in princ. & sub tit. Aquilan.

23 Seminario† puerorum, etiam extra visitationem Ordinarius beneficia simplicia cuiuscunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nuncupatas, etiam ante vacationem sine cultus divini & illa obtinentium præjudicio, eidem collegio applicare, & incorporare potest, quæ locum habeant, etiamsi beneficia sint reservata, vel affecta. Nec per resignationes ipsorum, beneficiorum, vniones, & applicationes suspendi possunt, vel modo aliquo impediri, sed omnino, quacunque vacatione, etiam si in Romana curia effectum suum sortiantur. quacunque constitutione non obstante. ut in c. 18. post med. vers. nec non beneficia. sess. 23. reform. & unione vigore d. c. facta, adeò sunt validæ, ut superfluum sit petere confirmationem à Sede Apostolica, quæ si peteretur, regulariter concedi non solet, ut fuit à sacra congreg. decisum, super d. c. 18. in ver. de beneficiis vnitis: non tamen possunt simplicia beneficia ad collationem inferiorum spectantia per Episcopum vniri, ut ead. congreg. ibi. sub. tit. Imolen. Nec regularia, ibi, sub tit. Tauricen. Casalen: Nec canonicatus, ibidem, sub tit. Papien. minusque beneficia juris patronatus etiam ecclesiastici possunt vniri, ut ibi sub tit: Gandaven. Nec beneficia Sedi Apostolicæ reservata post illorū vacationem vniri possunt. ibid. sub tit. Camerac. Nec præterea vacantia in mense reservato, ut ibi sub tit. Aquilan. 2.

24 Fieri autem† debent collegio seminarii vniones servata forma ejusdem c. 18. cum consilio duorum de capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur, acduorum de clero civitatis quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius verò ad clerum pertineat. ut ibidem ante med. vers. ijdem Episcopi, & fiunt regulariter in synodo diœcesana, in qua capitulum cum toto clero reperitur congregatum, sed, si extra synodum fieret, deputatio aliàs legitima, esset valida, quia non requiritur

neces-

necessatiò, quòd in synodo fiat, & cum concilium hoc non disponat, nec nos dicere debemus, tamen in vnionibus prædictis, seu decimarum impositionibus favore seminarii faciendis ex dispositione ejusdem *c.* 18. præsentia, & consensus eorundem quatuor deputatorum requiritur. *ut in eod. c. vers. ijdem Episcopi. & §. fin.* quia, quando † datur alicui potestas à 25 lege, & ab eadem adijcitur, quòd faciat cum consilio alterius, illud de necessitate requiritur. *l. impuberibus ff. de suspect. tut.* & Bart. *in l. Titium. numer.* 3. *ff. de admin. & peric. tut.* alias factum contra dispositionem *d. c.* 18. est inutile ipso jure Bart. *in l. non dubium. numer.* 21. *vers. quandoque lex. C. de leg.* & ibi Ias. *numer:* 54. & quandoque disputare audivi de validitate, aut invaliditate vnionum seminario factarum, defectu præsentiæ deputatorum, & pro nullis reputari, ad quod animadvertere debent Ordinarii, ad evitandam nullitatem vnionum. Et de unionibus hæc pauca mihi obiter dixisse sufficiat, cum adsint tractatus integri super materia vnionum ex quibus vberiores fructus quis percipere poterit.

26 Regrediendo † igitur ad visitationem, à qua aliquantulum digressus sum Episcopi vltra parochiales, & vniones, de quibus *c. 7. sess 7. cum aliis supra allegatis*, tanquam sedis Apostolicæ delegati, hospitalia, collegia quæcunque, & confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocunque alio nomine eas vocent, visitare possunt, exceptis ijs, quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia. *conc. Trid. c.* 8. *de reform. sess.* 22. *& clem. quia contingit. de relig. dom. & congreg.* conc. *super eod. cap. sub tit. Mediolanen.* Et licet hospitalia administrentur à laicis, & sint sub protectione Ducum, si aliàs erant ecclesiastica, ab Ordinariis visitari, & Episcopi in eis exequi possunt, quæ in eo *cap.* 8. continentur, ut fuit ab eadem congregatione decisum *super dict. cap. sub tit. Engubin.* Et si loca pia in eorum fundatione fuerunt exempta ab Ordinario, eadem gaudent exemptione, cui per conc. non fuit derogatum, ut ibi sub titulo Hispalen. Nam per 27 dictam † facultatem concessam Episcopis visitandi hospitalia, & alia loca pia, non excluduntur judices seculares, quin hujusmodi etiam visitare possint, si hoc eis aliàs legitime competit, ut ibidem sub tit. Feretran. non tamen potest Episcopus visitare hospitalia, eremitoria, & confraternitates Religionis Hierosolymitanæ, nisi in ijs, quæ sacramentorum administrationem concernunt, ut ibi sub tit. Cæsaraugustan. & Pius V. *in Bull cap.* 139. Montispietatis loca sive charitatis, piaque loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem exemptionis privilegio sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos, instituta sunt, Episcopi ex officio suo, juxta sacrorum canonum statuta visitare, cognoscere, & executioni demandare debent, quacunque consuetudine, etiam immemorabili statuto, aut privilegio non obstantibus *ut dict. c. 8. post med. cap. tua, & cap. Ioannes. de testam.*

28 Visitari † etiam possunt ecclesiæ, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur ab Episcopo, cujus cathedralis ecclesia est proximior, tanquam sedis Apostolicæ

delegato, si constet, quòd proximior existat, alioquin ab eo, qui semel in concilio Provinciali à Prælato loci illius electus fuerit. *cap. 9. de reform. sess. 24.* poteritque Episcopus vicinior, in visitatione eius, qui est nullius diœcesis, illum, si non residet, vel si indiscretas licentias non residendi suis subditis concesserit, monere, ut plebem sibi commissam vnus quisque salutaribus verbis pascat. *cap. 2. vers. id verò sess. 5. de reform.* & congreg. conc. *super eod. cap. 9. in ver. ecclesiam est proximior. & super dic. cap 2. sub tit: Marsicam.* Licetque Episcopo in actu visitationis ecclesiæ exemptæ, exquirere ab illius ecclesiæ clericis, titulos beneficiorum, & dimissorialium, quarum virtute fuerint ordinati, nisi aliàs in visitatione idem Episcopus exquisiverit, & viderit ut per eandem congreg. conc. *super eod. cap. 13. de reform. sess. 24. in ver. congregatio censuit licuisse Archiepiscopo.*

29 Inferiores † autem, ut Archidiaconi, Decani, & alii in iis ecclesiis, in quibus hactenus visitationem exercere legitimè consueverunt, debent assumpto notario de consensu Episcopi per seipsos tantùm ibidem visitare. visitatores etiam à capitulo deputandi, ub capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopis sunt approbandi, nec ideò Episcopus, vel eo impedito ejus visitator, easdem ecclesias seorsum ab his visitate prohibetur; & ipsi Archidiaconi, aliique inferiores visitationis factæ intra mensem rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta ei exhibere tenentur, quacunque consuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis: quibuscunque non obstant. conc. Trid. *cap. 2. §. Archidiaconi autem sess. 24. de reform.* & potest Episcopus præstituere terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit ecclesiis, quas visitaverit. congreg. conc. *super eod. c. 3. §. an Episcopus.* Quiverò deputati sunt visitatores à capitulo, sunt ab Ordinario approbandi, etiam ubi soli capitulo absque Episcopo competit facultas visitandi. congreg. ejusdem conc. *super. eo. cap. 3. §. an verò visitatores, & ibi sub. tit. Salmantin.*

Visitare † possunt Episcopi etiam au- 30 ctoritate Apostolica capitula cathedralium, & aliarum majorum ecclesiarum, illarumque personas, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantùm suos obligant auctores, non autem successores, non obstantibus per se ipsos solos, vel illis, quibus sibi videbitur, adjunctis, juxtà canonicas sanctiones toties, quoties opus fuerit, ac corrigere, & emendare, conc. Trid. *in c: 4. sess. 6. in prin. & post. med sess. 25. de reform:* & qui vult visitare, ex dispositione dicti *cap. 4.* debet id personaliter agere: si verò ex alis decretis concilii, potest Episcopus id facere per suum Vicarium, vel visitatorem, dummodò sit ipse legitimè impeditus, etiamsi de visitandis exemptis ageretur. quia *dic: c: 4.* tollit exemptiones. congr. conc. *super eod: c: 4 §: qui visitare.* eique nulla consuetudo, aut privilegium obstat, *ut ibi super eod: cap: in princ:* & decretum dicti *cap: 4,* non solùm comprehendit capitula exempta, sed etiam omnia alia prætendentia, se posse tueri adversus visitationem, sive vigore consuetudinum, sive sententiarum, sive juramentorum, sive

con-

concordiarum, quæ tantùm suos obligant auctores, non autem successores, quominus ab Episcopis visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica possint, & valeant, ut de voto Rotæ fuit ab eadem facta congreg. decisum, *ut in declarat. super. eod. c. 4. §. congregatio censuit. de voto*, & ita potest etiam visitare res, & bona, rerumque & bonorum capitularium administratores. *ut ibidem. § præsuppositio.*

31 Visitatores † regulares à capitulis generalibus electi eamdem habent auctoritatem in suæ congregationis monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alij præsides, ac visitatores in cœteros habent ordines, tenenturque suæ congregationis monasteria frequenter visitare, illorum reformationi incumbere, & ea observare, quæ sacris canonibus, & in sacro concil. Trid. sunt decreta, *ut cap. 8. sess. 25. de regul. & monial.* debentque omnes, &
32 singuli, ad † quos visitatio spectat, paterna charitate, Christianoque zelo munus amplecti, modestoque esse equitatu & famulatu contenti, ac studere, quàm celerrimè (debita tamen cum diligentia) visitationem ipsam absolvere. conc. Trid. *in d. c. 3 circ. med sess. 24. de reform.* & licèt celerrimè à visitatoribus visitatio sit adimplenda, concilium tamen certum terminum præfigere noluit, hoc visitatorum arbitrio relinquendo. sacr. congreg. *eodem cap. 3. sub tit. Gadicen.*

33 Interim verò † visitatores cavere debent, ne inutilibus sumptibus, cuiquam graves, & onerosive sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quidquàm procurationis causa, pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id quod ex relictis pijs jure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcunque sit, etiam qualitercunque offeratur, accipiant, quacunque consuetudine etiam immemorabili non obstante, exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantùm necessitate, & non ultra, erunt ministranda *c. 1. §. procurationes, de cens. in 6.* contrafacientes in acceptatione etiam sponte oblatorum ad dupli restitutionem intra mensem tenentur, quo elapso, & non facta restitutione, suspensionis, & alias pœnas incurrunt. *ut in cap. exigit. de cens. in 6.* & conc. Trid. *eod. cap. 3. §. quod, si quisquam, & vers. interimque c. cavendum c. inter cætera. 10. qu. 3. c. cum Apostolus. ext. de cens. & c. exigit. eod. tit. in 6.* pro visitatione autem nihil unquam quis accipere potest, præter victualia, *ut in decis. super eodem c. 3. sub. tit. Marsican.* nisi constitutione antiqua caveretur, quòd ex omnibus legatis certum quid pro Episcopo detrahatur, quo casu potest Episcopus, etiam in visitatione, taxam hujusmodi exigere, quòd ad legata pia. congreg. *super eod. c. 3 sub tit. Cæsaraugustana*, & ubi adest immemorabilis consuetudo, quod ab oppidis visitatis tribuantur victualia, & hospitia, à clericis verò certum quid in pecunia, si communitates non conquerantur, servanda est consuetudo. *ut in dictis decis. super eodem cap. 3. sub tit. Cæsaraugustan.* ubi autem est consuetudo, quòd pro visitatione aliquid solvatur, est in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere consuetum, potius victualia subministrare, & possunt visitari, modò pecuniam, modò victualia, quotannis præbendo variare, non tamen quò ad partem, ut pars in victualibus, pars in pecunia exolvatur, *ut in decis. super eodem cap. 3. sub. tit.*

Mediolan. Oxonien. & in fin. ibi, die 13. *Augusti* 1591.

34 Victualia † verò, sive procurationes à visitatis tantùm præstari debent: quòd, si consuetudo sit, ut à communitatibus præstentur, ea servanda est, si autem laici visitationem procurare solent, ea etiam consuetudo servari debet, quandiu ipsi voluerint, sed, si recusarent, non sunt cogendi, *ut in decis. super pra cap.* 3. *sub tit. Vintimillien.*

35 Potestque † Episcopus iterum visitare ecclesias visitatas ab inferioribus, non tamen punire punitos ab eis; nec ab inferioribus visitatoribus absoluti innocentiam suam iterum demonstrare tenentur, *ut in decis. ibi sub tit. Buscoducen.*

36 Potest etiam † Episcopus visitare cumulativè, quò ad omnia beneficia subdita Abbati habenti quasi Episcopalem jurisdictionem, ut ibi *sub tit. Castri Durantis*, & cogere Præpositum exemptum solitum visitare, ad visitandum quolibet anno per se ipsum, & intra mensem rationem reddere, dictaque testium eidem Episcopo exhibere, exemptione non obstante, ut ibidem in decis. sub tit. Cremonen. & per villas eiens, ut sacramentum confirmationis tan-

37 tùm conferat, prandia enormiter † fieri permittere non debet, sed secundum mediocritatem uniuscujusque loci convivium debet præparari, ne eo prætextu pauperibus damna incutiantur, *ut cap. fin post med.* 10. *quæst.* 3. Minorique quo possunt equitatu, & famulatu debent visitatores esse contenti, *ut in eod. cap.* 3. *circa medium.* Et

38 monium † contra Episcopos visitantes 39 constat antiquitus plures querimonias fuisse delatas, *ut in cap. cavendum, & cap. inter cætera, eadem quæst.* 3. qui quinquagenarium numerum evectionum excedebant, ut in eodem *cap. inter cætera*, §. *cùm verè*, & ibi gloss. *in ver. quinquagenarium, & in extravag. benedicti, quæ incipit, vas electionis, de censib.*

Propterea fuit postea numerus præfinitus, & statutum, quòd Archiepiscopi visitantes pro diversitate Provinciarum, & facultatibus ecclesiarum, 40. vel 50. evectionum numerum. Episcopi autem 20. vel 30. Cardinales 25. sed non loquitur de Cardinalibus. S. R. E. nunquam excederent, Archidiaconi 5. vel 7. ad summum, Decani, idest Archipresbyteri rurales, ut hodie Vicarij Foranei sub Episcopis duobus equis cõtenti esse deberent nec cum canibus, venatoribus & avibus, sed ita procedere debent, ut non quæ sunt sua, sed, quæ Iesu Christi quærere videantur, non sumptuosas epulas appetere, sed cum gratiarum actione, quod honestè, ac competenter illis fuerit ministratum recipere debent, *cap. cum Apostolus*, §. *quo circa de cens.* ne contra eos dicatur, quòd vix cautela diversorum coquorum eos potest satiare, unde ex nimia ingurgitatione os olet, ut ibi per glos. *in verb. sumptuosa.* Et dictus numerus secundum tolerantiam, est ad summum statutus, in illis locis in quibus ampliores sunt redditus, & juxta ecclesiæ facultates potest observari. In pauperibus autem locis tantus numerus haberi non debet: ne ex tolerantia majorum minores meritò doleant se gravari, *ut eodem cap. cum Apostolus*, §. *sanè*, & ibi Abb. *num* 3.

In concilio † autem primo Provinciali Mediolanen. à sanctæ memoriæ Carolo Cardinali Borromeo celebrato, auctoritate Apostolica confirmato, numerus fuit præ-

præscriptus, ne Episcopi comitatum habeant nisi necessarium, in quo plures omninò non sint quindecim hominibus & jumentis duodecim, & quòd si plures duxerint, suis sumptibus alant, *ut eo. Conc. 1. de visit.* qui comitatus fuit reformatus, ne deinceps plures quam homines decem, & jumenta septem ad summum, secum in visitando conducat, supputata hoc numero Episcopi jam persona, *ut in conc. Provinc. 4. eodem tit. de visit.* Episcopis gradu inferiores in visitatione longè pauciores homines, & jumenta habere debeant, *ut ibid. dicto conc. 4. eod. tit.*

40 Inferioribus † autem visitationibus regulariter tria jumenta sufficere debent, quorum unum visitatori, aliud secretario, & reliquum clerico, seu famulo, qui vestes, & pannos lineos, quæ necessaria sint, secum deferat, præter eum, qui pedester visitatorem sequi, eique inservire debeat: nisi concionatoris, confessarijvè officio, in eadem visitatione uti vellet, quo casu quartum jumentum esset addendum. Et dum primò ad oppidum Lucernæ, aliaque loca vicina in diœcesi Taurinensi pro bon. mem. Hieronymum tunc Archiepiscopo, & S. R. E. Cardinali Ruvere, ac demùm in Vercellen. diœcesi, quàm totam visitavi, uti vicarius generalis visitatoris officio fũgerer, eodem numero trium semper fui contentus, & sufficere expertus sum.

41 Interdum † enim quæri contingit, quid veniat victualium appellatione, & non sumptuosæ epulæ comprehendũtur, *c. cùm Apostolus, vers. nec sumptuosas, de cens.* sed frugales, moderatæque pro temporis tantùm necessitate, sunt ministrandæ, concil. Trident, *cap. 3. post med. sess. 24. de reform.* Prælati vero, qui † delicijs affluunt, & inter epulas, atque lascivias pudicitiam servare se credunt, ut propheticus sermo describit, eijciendi sunt de spaciosis domibus, lautisque conviviis, & multo labore epulis conquisitis: & si vis scire, quo eijciendi sunt propter malas cogitationes, & opera sua, Evangelium lege, in tenebras, scilicèt, exteriores, ubi erit fletus, & stridor dentium. An non confusio, & ignominia est, Iesum crucifixum, pauperem, & esurientem fartis prædicare corporibus, & jejuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre. Si in Apostolorum loco sumus, non solùm sermonem eorum imitemur, sed etiam conversationem, & abstinentiam, Sanct. Hieron. *relatus in cap. Ecclesiæ principes 35. dist.*

43 Si autem † Episcopi, eorumvè Vicarij indiguerint, necessaria congruè sunt illis subministranda, ut equi, vestes, familia, & alia opportuna, præter victualia, sicut pararent sibi ipsis, si visitarent, *cap. si Episcopus*, ubi gloss. *in ver. providere de off. ord. in 6.* quam gl. opinionem videtur approbare Innoc. *in c. procurationes. de cens.* Et hæc opinio in terminis, gloss. est vera, quia episcopo pauperi, ut quam plures reperiuntur, non sunt deneganda necessaria ad visitationem, cum secundum Apostolum non sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur, *Paul. 2. ad Corinth. c. 9. & d. c. si Episcopus, de off. ord.*

44 Si verò † Episcopus est dives, tunc victualibus tantùm sibi, equisque ministrandis, ut in eadem extravag. benedicti, in ver hujusmodi, sine equorum vecturis debet esse contentus cum equorum vecturæ, & alia

& alia necessaria indigentibus solùm debeantur ; ex supra allegatis , nisi aliter se haberet consuetudo, quæ est servanda , *ut in dict. decis. super cap 3. de refor. sess 24 sub tit. Vintimillien.* Quia consuetudo † pro lege habetur, *cap. consuetudo , distinctione* 1. & Bart. *in l. 1. denique , num. 1. ff. de aqua plu arc.*

46 Frequens † est quæstio in actu visitationis, & post publicationem decretorum in visitatione factorum, qui ad impensas pro ecclesiis, oratoriis, capellis, & altaribus fabricandis, vel restaurandis, aliisque juxta formam decretorum in visitatione factorum, ad ecclesiarum cultum , & ornatum parandis teneantur: & est distinguendum, quia juxta qualitatem , & statum beneficiorum diversimodè debet statui , & ordinari.

47 Si enim † quæritur de parochialibus, quarum præsertim causa plures oriuntur difficultates; officium visitatoris hoc casu præcipuum erit , de investiganda veritate valoris reddituum parochialis ecclesiæ, qui aut sunt certi , nempè, consistentes in prædiis cultis, & fructiferis , seu pensionibus prædiorum, & domorum; vel sunt incerti, ut qui consistunt in decimis , aut primitiis , quæ non habent certam quoram taxatam, quid & quantum parochiani parocho persolvere teneantur, vel sunt omninò incerti consistentes in oblationibus, & eleemosynis penitus incertis.

48 Primò casu, † cùm super parochialium ecclesiarum fructibus , qui non excedunt summam ducatorum centum , pensiones annuæ reservari minimè possint, obstante decreto sacri concilij Tridentini, *cap. 23. de reform. sess 24* sequitur , † quòd sacrum 49 concilium quòd novit, quæ parochis sint necessaria ad eorum congruam sustentationem, dictam summam taxaverit , pro necessariis eorum alimentis , & indumentis ; nec cum minori annuo redditu decenter vivere possunt ; cum quidlibet parochus saltem unum clericum illi inservientem habere debeat , & propterea 50 quodlibet † beneficium præsumatur esse annui redditus pro vita duorum , *cap. ut quisque*, junct. glos. *in verb. clericum, de vit. & honest. cler.* & Felyn. *in cap. ad aures. numer. 4. vers. tertia conclusio, de rescript.*

51 Licèt † enim, qui parochiales ecclesias obtinent , ad reparationem ecclesiarum cogi possint: hoc procedit, cum de redditibus, quæ sunt ipsius ecclesiæ : eis supersunt ultra necessariam sustentationem , quòd tunc conferre teneantur , ut probat text. *in cap. de his, de eccles. ædific. & reparan.* aliàs non , quia clerici † vivere debent de patrimonio Iesu Christi , cujus obsequio deputantur , *c. cum secundùm de præben.*

52 Quando verò † parochialium fructus excedunt dictam summam centum ducatorum, tunc si agitur de fabrica totius, vel majoris partis ecclesiæ, seu domus canonicalis , partes visitatoris erunt in condemnando parochum ad concurrendum cum parochianis, pro illa portione ad quã arbitrio boni viri erit condemnandus, non autem in tota illa quantitate pecuniarum, quæ excedet summam centum ducatorum , quia non ita strictè est illa summa perstringenda , quin etiam pro qualitate 54 loci , & personæ † majores redditus parocho debeantur , & illi ducati centum rectori liberi remanere debent , ut est † de 55 mente Pontificum, qui in reservationibus pensio-

pensionum, apponunt clausulam, quòd ducati centum remaneant liberi pro rectore, & illud verbum, † liberi, habet latam
56 significationem, quòd sint integri sine diminutione deductis oneribus, & expensis in illis recolligendis gloss. *in cap. gravis. in ver. fructus, de restit. spol. l. 1.* & ibi Paul. de Castr. *C. de fruct. & lit. expens.* Bald. *in cons. 53. in fin. volum. 1.* & computantur respectu utilitatis, quæ habetur in apportatis in absentia. Staphil. *de grat. expectat. numer. 64. & 65.*

Si autem † agatur de reparatione ec-
57 clesiæ parochialis, quæ pauca indigeat restauratione, nempè, incrustatione, dealbatione, in aliqua muri parte restauratione, & his similibus, careatque paramentis, & aliis ad ornatum, & usum altaris, vel sacristiæ necessariis, tunc parochus usque ad tertiam partem sumptus, qui erunt subministrandi, taxari poterit, & condemnari, vel eidem parocho portio calices, paramenta, mappas, corporalia, & purificatoria comparanda concernens, poterit assignari. Quamvis enim parochus ex paro-
58 chiali percipiat ultra ducatos centum, non propterea parochiani à fabrica, & restauratione parochialium sunt exempti, sed regulariter ipsi totum, vel partem contribuere tenentur; & à viris pijs secularibus præcipuè † parochiales ecclesiæ, impensa Universitatum fabricantur. *c. futuram. §. ab illo 12. qu 1. cap. nemo Ecclesiam, & c. si quis de consecr. dist. 1.*

Nam † Constantinus primus fabricam
59 templi primæ Sedis Beati Petri instituit, adeò ut sedem imperialem relinqueret Beato Petro, successoribusque suis profuturam, licentiamque per universum orbem, † sub suo degentibus Imperio fabricandi ecclesias concederet, *ut dicto cap. futuram.*

Quapropter † ecclesiarum numerus
61 fuit postea ab Imperatoribus, aliisque principibus, ac pijs viris auctus, & quotidie Deo benedicente augetur. *auth. ut de term. fit num. cler. colum. 1.* quando verò ec-
62 clesia † per aliquem ædificatur, debet tanta dos ei constitui, ut presbyteri, & alii ecclesiæ inservientes possint sustentari, luminaria haberi, hospites recipi, & jura Episcopalia persolvi, ut inquit Bart. *in dict. auth. nu. 1. auth. ut nul. fabric. orat. dom. col. 5. & facit text. in c. 2. §. ubi autem. de decim. in 6. & c. 1. de præb. eod. lib.*

Cum enim, † qui altari servit, de altari
63 vivere debeat. *cap. ex his. 12. qu. 1. & c. cum secundum. de præben.* non sunt parochialium Ecclesiarum Rectoribus alimenta, ad eorum statum necessaria, minuenda, quia, os bovi trituranti non est alligandum. *Deut. cap. 25 c. ecclesias. vers. item non alligabis. 13. quæst. 1. & c. extirpandæ vers. cum igitur de præb.*

Secundò casu, † quando redditus pa-
64 rochialis constituunt tantum in decimis, & primitiis, ex quibus parochus non recipit certum, & determinatum redditum singulis annis, informationes summariæ à viris non suspectis in actu visitationis sunt sumendæ: & anno fertili cum sterili, per quinquennium tunc proximè elapsum, calculato, ut redditus ecclesiastici calculari, & communiter æstimari solent, ut post Bar. Abb. Felyn. & alios, *quos citat*, tenet Gomes. *in reg. de val. exprim quæst. ult.* si redditus parochialis annis singulis summam centum ducatorum excedunt, tunc parochus modo, quo supra concur-

rere debet, quia, ubi est eadem ratio, idem jus statui debet, *cap. translato*, & ibi glos. *fin. de constit.*

65 Tertiò casu, † si fructus parochialis sunt adeò tenues, ut non excedant annuum redditum decem, aut viginti scutorum, ut quàmplures pluribus in locis reperiuntur, & parochus nullos alios redditus percipiat, quam incertas altaris, & alias oblationes, quæ arbitrio fiunt, & quibus parochus malè vestitus, vix pane siliginis, aut alterius misturæ deterioris conditionis victitare potest, ut pluribus in locis in montanis diœcesis Vercellen. vidi, tunc parochus in nihilo concurrere debet, ex supra in primo casu allegatis sed, parochiani omnia onera subire tenentur: & ubi-

66 cunque † viget talis pia consuetudo, quod parochiani omnia onera, tam concernentia fabricam, quam ornatum altaris, ceram, oleumque in lampade ardendum, & alia subministranda subeant, ut pluribus in locis vidit illa est servanda. Host & alij *in c. 1. de Eccl. adific.* quia consuetudo habet vim legis *l. 1. § denique. vers. sane enim, &* ibi Bart. *n. 1 ff. de aq. qua pluvia. arc.*

67 Sacrum † concilium Tridentinum indigentiæ parochorum cupiens providere, ut congruè sustentari valeant, decrevit, quòd Episcopi curent, ut si per beneficiorum unionem fieri non possit, per primitiarum, vel decimarum assignationem, aut per parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiore eis videbitur ratione tantùm redigatur, quod pro rectoris, & parochi necessitate decenter sufficiat. *ut in c. 13 sess 24. de ref.* quo fit, ut cum parochis indigentibus provideri voluerit, ultrà vires gravari non possint.

68 Quæri † etiam solet, quando parochiales ecclesiæ sunt juris patronatus, quis teneatur ad fabricæ constructionem, & restaurationem, si vetustate, aut alio casu collabantur, & est distinguendum, quia, aut ecclesia habet fabricam cum redditibus particularibus, & sufficientibus, ut pluribus in locis habent ecclesiæ cathedrales, & collegiatæ, & tunc ex redditibus fabricæ ecclesiæ sunt ædificandæ, & restaurandæ *ut in c. unio, ubi etiam* gl. 10. *qu. 3.* & Lamber. *de jur. pat. art. 2. 7. qu. princ. lib. 3. n. 7.* aut nulla adest portio fabricæ assignata, & ecclesia habet amplos & sufficientes redditus, pro rectoris sustentatione, & ecclesiæ ædificatione, aut restauratione, & tunc, nisi contraria vigeat consuetudo, de redditibus ejusdem parochialis erit ecclesia restauranda, *ut cap. de hiis, de eccles. ædific.* concurrentibus etiam aliis beneficiatis in eadem ecclesia existentibus, ut per Lambert. *eod. n. 7. vers. aut sumus.*

69 Si verò rectori † deductis sumptibus ad sui sustentationem necessariis, de quibus supra, non supersunt redditus, cum quibus ecclesiam possit restaurare, se illius restaurationi concurrere, tunc, si est juris patronatus parochianorum, tenentur ipsi parochiani ad illius ædificationem, & restaurationem, tam in corpore, quàm in membris, ut in fabrica, cãpanilis, sacristiæ, & domus canonicalis, in locis, in quibus aliàs non fuerunt fabricæ, aut reperiuntur vetustate collapsæ, quia domus canonicalis, campanile, & sacristia veniunt accessoriè ad ipsam ecclesiam, & † accessorium sequitur naturam sui principalis. *c. si super gratia. de off. del. in 6. c. accessorium de reg. jur. eo lib.* Pau de citad. *in termino de jure patr. in 6. par. art. 5. quæst. 3.* & Lambert. *eodem tit.*

Eccle-

71 Ecclesiæ † autem, quæ sunt juris patronatus unius familiæ, vel personæ, deficientibus redditibus, quibus possint à rectoribus restaurari; quæritur, an patroni in solidum, vel pro certa parte, ad earum restaurationem teneantur, & tenet Lambert. clarum esse, quòd non, quia ex prima fundatione, constructione, & dotatione acquisitum est jus patronatus, *ut c. nobis. de jure patr.* Fecit enim, quod debuit, & habuit, quod à jure inductum est, scilicet jus patronatus, nec ad aliud tenetur, ut inquit Lambert. *de jurepatr. lib. 3. art. 2. qu. 7. princip. num. 5.* sacrum tamen concilium Trid decrevit parochiales ecclesias, etiam 73 si juris patronatus sint, refici, & instaurari ex fructibus, & proventibus quibuscunque ad easdem ecclesias quomodocunque pertinentibus, qui si sufficientes non fuerint, patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis cogi mandavit, omnia appellatione, exemptione, & contradictione remota. *ut in c. 7. §. Parochiales verò sess. 21.*

72 Patronus autem † parochianis, quòd ex dotatione, fundatione, & constitutione 74 juspatronatus, ac illius fructus, qui in præsentatione consistunt, acquisivit. *c. consultationibus de jurepatron* & Lambert. *eo. tit. lib. 1. par. 1. art. 9. qu. 8. princip. nu. 12.* ultra honorantias primi loci, quo in sessionibus, & processionibus gaudet, & quòd præ 75 aliis honoretur. *dict. cap. nobis. § fin. de jur. patr.* & Lambert. *1. quæst princ. lib. 3. n. 9. 10. & 11. eod. tit.* tenetur ad restaurationem concurrere.

Pluries enim quæri solet in novæ parochialis ecclesiæ constructione, vel amplia- tione, aut restauratione, an per capita personarum, vel capita domorum, seu per solidum, & libram impensa sit dividenda, & quòd per capita onus impensæ distribui debeat, dicendum videtur, quia, cùm ecclesia omnibus æqualiter inserviat, & non sit acceptio personarū. *ca. nec quemquam. circa med. de consecr. dist. 4.* nec minorem locum in ea teneat pauper, quàm dives; sed æqualiter possideant, tam rusticus, quam nobilis, ita, & æqualiter concurrere debent. Bal. *in l. omnium* C. *de vect.* Et omissis aliis, quæ adduci possent, puto, quod, non per capita hominū, nec per capita domorum, sed, quòd † ad solidum, & libram ædificationes, & restaurationes parochialium ecclesiarum, ubi ex redditibus ecclesiasticis fieri non possunt, sint faciendæ. Cùm enim ædificationes, & restaurationes ecclesiarum parochialium fiant ad publicam utilitatem, & ad publicum usum omnium consecrentur Bar. *in l. sacrilegi, nu. 2. ff. ad l. Iuliam pecul.* ad constructionem operis publici incolæ pro rata sui æstimi conferre debent. *l. omnes provinciarum &* ibi Salic. C. *de oper. publ. facien. l. propter.* & ibi Bal. *n. 12.* C. *qui bon. ced poss.*

Hæc autem, † onera extraordinaria, quæ pro necessitate, & utilitate publica inducuntur, ordinariis, & merè realibus æquiparantur. *l. omnes omninò.* C. *de Annon & tribut. lib. 10. l. munera.* C. *de muner. patr. eodem lib.* & Oschas. *decis. 95. numer. 44.* ideo pauperes, † & divites secundùm quantitatem patrimonij, non secundùm numerum personarum collectas pati debent. l. ubi gloss. *in verb. inopes,* & ibi Bar. *nu. 8.* C. *de apoc. publ. lib. 10.* idem Bar. *in l. 4. §. actor. ff. de re. iudic.* Affict. *super constit. Neap. de contum.*

Vniversit. numer. 9. cum alijs supra allegatis.

Præmissa etiam procedunt, ubicunque parochiales ecclesiæ nullos redditus, vel adeò tenues habent, ut parochi certa annua, vel menstrua pecuniæ summa à parochianis conducantur, quia collectæ pari modo per solidum, & libram juxta cujusque patrimonij, & illius allibrationis quantitatem, sunt imponendæ. Cum
76 † enim eadem ratio militet, idē jus statui debet. *l. illud ff ad l. Aquil.* Crav. *cons.* 183. *n.* 3.

77 Maxima † autem oriretur injustitia, si in dictis casibus per capita hominum, vel capita domorum collectæ essent persolvendæ, quia ut plurimùm pauperes nihil possidentes, & ex eorum labore, & industria tantùm viventes, sunt prole onusti, ita quòd si per capita hominum, pauperrimi, qui numero multi sunt, in majori pecuniarum summa concurrere cogerentur, & gravius onus sustinerent, quam ditiores: si verò per capita domorum, tantùm miserabiles persolverent, quantùm divites, & opulenti; & tamen pauperes, quorum nota est paupertas, ut hi, qui dietim laborant pro victu quærendo, nihil conferre debent, ut inquit Bald. *in l. etiã n.* 28. *C. exerc. rei jud.*

78 Inter pauperes † enim, & divites etiam rusticos, maxima habetur differentia. Divites enim sunt de Consilio, administrant bona communia, habent inter se officia, prærogativas, honorantias, ditiores baldachinum ferunt, habent particulares sepulturas & sedilia in decentioribus locis ecclesiæ: & pauperes verò stant in locis à choro remotioribus, sepeliuntur in cœmiterio extra ecclesiam, & non participant de honoribus, quibus divites gaudent. In distributione candelarum quæ singulis annis fit in solemnitate festivitatis Purificationis B. Mariæ, divitibus majores distribuuntur, & ideò, qui honoribus, & commoditatibus præcellunt, congruum est, ut majori gravamine onerentur, argum. text. *in l. secundum naturam, ff. de regul. juris, & cap. qui sentit, eod. tit. in 6.*

79 Magnates verò † ac locorum primates, quò cæteris potestate præeminent, ac dignitate præfulgent, eò in divinorum operum sumptibus ad pauperum subiectorum levamen largiores, ac munificentiores esse debent, illi enim inter cætera, variis gaudēt honoribus, à subditis tanquam Reipublicæ columina venerantur, ad eorum nutum populus universus obtemperat. Et sicut etiam ad ipsorum habitationem decentiores ac honoratiores civitatis ædes assignantur; ita & in templis, & ecclesiis, ubi ad divina peragenda convenitur, supremas in populo sedes non ipsi solùm sed & tota illorum
80 familia obtinet. † At hic haud prætermittam, quod alicubi non satis laude dignum fieri solet. Ubi locorum domini, & qui nobilitate, aut magistratus honore præcellunt sedes sibi in ipso Ecclesiæ choro habere prætendunt, easque nulla loci, qui Dei sacerdotibus rem divinam facientibus tantùm dicatus est, ratione habita, ibi constituere non dubitant, antiquorum Imperatorum vestigia, minimè, ut æquum esset, æmulantes. Theodosius enim (ut alios memorandæ pietatis, ac sanctitatis taceam) Junior Imperator templum ingressurus sacra altaria munerum tantum offerendorum gratia accedebat, quibus oblatis, ad extimum communeque atrium mox se recipiebat, ut testat. Baron. *in lib. ann. Eccles. tom. 5. ann. 413. pag. 158. in fin.*

Finis Secundæ Partis.

10.

IO. FRANCISCI LEONIS EPOREDIENSIS V. I. D. EPISCOPI THELESINI.

THESAURI FORI ECCLESIASTICI.

Pars Tertia.

DE MALA BENEFICIORVM COLLATIONE.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia ecclesiastica sine canonica institutione licitè obtineri non possunt.*
2 *Beneficiorum collatores nihil pro collatione accipere possunt.*
3 *Beneficiorum possessionem tradentes, quando simoniæ pœnam incurrunt.*
4 *Fructus canonicatuum prò traditione possessionis, quando dimidia fabricæ ecclesiæ, vel sacristiæ debeatur.*
5 *Fructus canonicatuum pro possessione tradenda indebitè percipientes, quam pœnam incurrant.*
6 *Fructus canonicatuum ex consuetudine hæredibus spectare possunt.*
7 *Beneficia omni pacto, & conventione cessante debent obtineri.*
8 *Simonia manu, lingua, & obsequio committi potest.*
9 *Simonia pro ingressu religionis, quomodo committi possit.*
10 *Simonia commissæ mediatores excommunicationis pœnam incurrunt.*
11 *Simoniacus celebrans irregularitatis pœnam incurrit.*

12 Simoniacè beneficium impetrans est illo privatus ipso jure, & inhabilis ad illud, & alia obtinenda.

13 Beneficium simoniacè obtentum possidens ad omnium fructuum perceptorum restitutionem tenetur.

14 Simonia est, triplex, realis conventionalis & mentalis.

15 Simonia est crimen gravissimum.

16 Confidentia pluribus modis committitur.

17 Beneficia in confidentiam retinentes, plures pœnas incurrunt.

18 Confidentia octo conjecturis probatur.

19 Beneficia per resignationem vacantia consanguineis conferentes, & illa impetrantes, quam pœnam incurrant.

20 Collatio facta à Papa consanguineo resignantis est valida.

21 Possessionem beneficij vigore supplicationis acquirens, graves pœnas incurrit.

22 Beneficium unum, uni est conferendum, & ad summum duo.

23 Parochus aliam parochialem impetrans, prima vacat ipso jure.

24 Parochiales duas retinens graves pœnas incurrit.

25 Beneficia duo quando auctoritate ordinaria conferri possint.

26 Beneficia plura quàm duo, auctoritate ordinaria obtinens, quas pœnas incurrat.

27 Parochiales ecclesiæ vacantes per concursum sunt conferendæ.

28 Parochiales ecclesiæ sine concursu collatæ, nullum tribuunt titulum possidendi.

29 Collatoribus beneficiorum non currit tempus ad conferendum nisi à die scientiæ.

30 Ordinario collatore negligente, ad quem cursus haberi debebat.

31 Appellatur ab Ordinario ad metropolitanum à gravamine in concursu illato.

32 Parochiales per obitum, aut resignationem vacantes à quibuscunque Papæ inferioribus sine concursu conferri non possunt.

33 Decretum irritans omnia in contrarium gesta annullat ipso jure.

34 Parochialem obtinens sine concursu dicitur intrusus, & non facit fructus suos.

35 Fructus beneficiorum indebitè percipiens, pœnam inhabilitatis incurrit.

36 Rehabilitas ob malam fructuum perceptionem datur mediante fructuum compositione.

37 Dispensatio ab irregularitate, & absolutio ab excommunicatione, quomodo detur.

38 Beneficia viventium non sunt impetranda.

39 Intrudens se in beneficio viventis, plures pœnas incurrit.

40 Filij presbyterorum ex fornicatione ad quævis parentum beneficia non admittuntur:

41 Examini se pro alijs in beneficiorum collatione suppouentes, quibus pœnis plectantur.

42 Collationes beneficiorum personis hæresis, aut apostasiæ, seu proprio, seu cognationis vitio contaminatis factæ, sunt nullæ.

PLU-

PLURA de ijs, quæ ad Episcopos, parochosque pertineant, & quæ circa ecclesias præstanda sint, hactenus discussimus. Cæterùm, quia in beneficiorum collatione, si quid peccatur, maximũ admittitur piaculum, multaque inde, tanquàm ex male jacto fundamento, ecclesiarum, sacrarumque rerum oritur pernicies, de hac re nonnulla digna, quæ notentur, adducam.

1 Beneficia ecclesiastica † non possunt licitè sine canonica collatione obtineri, *cap. 1. de reg. jur. in 6.* & Dom. *in cap. non potest, de præb.* Vnde pluribus ex causis, tam collatores, quàm provisi pœnas incurrunt. 6

2 Primò, † collatores beneficiorum nihil pro collationibus, aut institutionibus, vel confirmationibus accipere possunt, alioquin tam dantes, quàm recipientes, simoniæ pœnam incurrunt, *cap. presbyter, cap. quos constiterit, 1. q. cap. sanctum, 7 quæst. 1. cap. tuanos, cap. in tantùm, in fin. de simon.* & conc. Trid. *cap. 14. de refor. sess 24.* Eandemque pœnam incurrunt, eligentes, nominantes, † præsentantes, & possessionem tradentes cathedralis ecclesiæ, vel beneficii, canonicatuum, præbendarum, vel partis proventuum, seu distributionum quotidianarum, *cap. non satis, cap. cum Ecclesia, de sim. c. cum super, de confess. &* conc Trid *c. 14.* Nec fructus primi anni, vel quidquam aliud pro possessione tradenda percipi potest, etiam vigore statuti jurati ab habente auctoritatem facti nisi † statuo caveatur, quòd dicti fructus fabricæ ecclesiæ aut sacristiæ, vel alio pio loco applicentur, quo casu dimidia fabricæ, sacristiæ aut pio loco, & alia 5 dimidia beneficiato debetur: † contrafacientes verò capitula interdicto ecclesiastico subijciuntur, & singulares personæ sententiam excommunicationis incurrunt, à qua nisi in mortis articulo, præterquam à Romano Pontifice absolutionis beneficium obtinere non possunt, ut in constitut. Pii V. *incip. Durum nimis, , &c. in Bull. Roman. cap. 106.* qua attenta, cujusuis statuti prætextu, etiam ex urgente causa facti pro bono ecclesiæ, non potest canonicus novus cogi aliquid solvere pro debitis antiquis suæ ecclesiæ, etiã pro reparatione, aut melioratione factis, ut per sacram congregationem fuit decisum *super eodem cap. 14, de ref. sess. 24. ut in decis. sub. tit. Mediol.*

Sed, si in aliqua ecclesia sit consuetudo, ut duobus primis annis, † quibus quis fuit canonicus, fructus canonicatus sint hæredum antecessoris, dictus casus non comprehenditur in dicto decreto concil. nec constit Pii. V. *ut super eodem. cap. 14. in dec. 2. sub tit. Mediolanen.*

Pro beneficijs † obtinendis omnis pactio omnisque conventio debet omninò cessare, *cap. fin. de pact. c. tuanos, de simon. & cap. quam pio, in fin. 1. quæst. 2.* ita, quòd pro pinguiori & dignioti beneficio medio favore tertij obtinendo, non potest quis promittere de dimittendo, vel renunciando minorem, vel minus dignum. Nec etiam inter partes, aut alias personas, licet favor non requireretur pro obtinendo beneficio, potest sine scientia, atque consensu Pontificis promitti de alio beneficio alteri renunciando, vel reservationi pensionis consentiendo absque incursu simoniæ, *cap. quæsitum de rer. perm.* Tolet. *in instruct. sacerd. cap. 5. post med. l. 5.* qua etiam committitur in jure ad beneficium competente cessionalem,

To-

8 Tolet. *cap. 90. numer. 2. vers. tertio dicto lib. 5.* † Quia simonia manu, lingua & obsequio committitur. gl. *in auth. quom. po. Episc. §. 1. in ver. pecuniis col. 3. cap. sunt nonnulli, 1. quæst. 1. cap. cum essent, & cap. ex diligenti, de simon.*

9 Nec pro †ingressu religionis quidquam ab ingrediente recipi potest, *d. cap. non satis* & pactione interveniente, transigentes simoniæ pœnam incurrunt, *cap. præterea, de trans. & d. cap. tua nos,* & qui, quomodolibet dando, vel recipiendo, simoniam

10 committunt, † aut, quòd illa fiat, mediatores existunt, aut procurant, excommunicationis sententiam incurrunt, à qua non nisi à Romano Pontifice possunt absolui, præterquam in mortis articulo constituti, *cap. 2. §. statuens, in extr. com. de sim.* & Navar. *cons. 34. numer. 2. eod. tit.* & Graff. *decis. aur. cap. 98. numer. 1. par. 1. lib. 2.*

11 Simoniacus † autem celebrans, tanquàm excommunicatus, irregularis efficitur, Borgas. *de regul: par. 1. quæst. 7. num. 31.* Abb. *in cap. 2. numer. 7. de cler. excomm. min.* Navar. *cap: 27. numer: 244: tom. 3.* &

12 Graff. *d. cap. 98. numer. 1.* † Et simoniacus beneficium simoniacè obtentum non acquirit, sed est illo privatus ipso jure, inhabilisque ad illud, & alia in posterum obtinenda, Pius V. *in constit. cum primùm §. & ut simoniacè, in Bull. Ro. cap. 5.* & Navar. *cap. 23. numer. 105. vers. porrò, de simon. d. tom. 3.* Nec solùm est privatus ipso jure, & aliàs pœnas supra expressas in-

13 currit, † sed tenetur etiam ad restitutionem omnium fructuum per ipsum perceptorum, ut ibi Navar. *& extravag. com. 2. §. per electiones, de simo. &* Pii V. *eo. §. & ut simoniacè* quæ pœnæ locum sibi vendicant in simonia reali, de qua in locis supracitatis. Collatores verò simoniaci cujuscunque gradus existant, pœnis à jure statutis sunt puniendi, *ut in eod. §. & ut simoniacè, vers. qui verò:*

14 Simonia † tres habet species, quarum una est realis, altera conventionalis, tertia mentalis, de quibus, & earum pœnis, ac quando in pœnam non incurritur, omnes Scribentes & præsertim Navar. *d. cap. 23. à num: 94. usque ad numer.* 100. Tolet. *in cap. 93 per tot. eo. lib. 5* Diaz *pract. crim. c. 92. per tot. & in annot. sub lit* D. & Graff. *in decis. aur. cap. 96. 97. & 98. par. 1. lib. 2.*

15 diffusè tractarunt, † & omnia crimina, ad comparationem simoniacæ hæresis, quasi pro nihilo reputantur, *cap. tanta, de simo. cap. cito, §: qui ergo, 1. quæst. 1. cap. fin. 1. quæst. 7. &* Rebuff. *practica. benefic. de simon. in resignan. numer. 12. par. 2.*

16 Secundò, † acquirens beneficium per confidentiam, quæ pluribus modis committitur, nempè, cum ipsa beneficia jure retinere nequeuntes, vel ne cogantur ad residentiam, vel ad sacros ordines suscipiendos, ac habitum, ac tonsuram deferre, ut ad bellum proficiscantur, ac inimicos occidant, vel ut alieno nomine lites agant, aut defendant, seu propter crimina incapaces, ut purgato delicto, vel absolutione consequuta, illa repetant, eadem in alios deponunt, & plerunque fructus ipsorum administrant, aut, quibus ipsis statuunt sæpe laicis, & inhabilibus, & quandoque senes, vel infirmi, ut beneficia in domibus suis perpetuent, illa renunciant in alios, in quos confidunt, qui, vel profanam familiam resignantium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa infantibus, vel nascituris, donec ad legitimam

per-

prævenerint ætatem, asserveni, facto interdum circuitu retrocessionis cum fructuum reservatione, vel incapaces, aut alijs beneficijs incompatibilibus onusti, aut merè laici beneficia ecclesiastica alijs conferri procurant, ut de illis postmodum ad eorum libitum disponatur, fructus etiam illorum percipientes. Ordinarij etiam, & alij collatores, ac etiam patroni laici, qui curant beneficia deponi, ut fructus, seu pensiones capiant eorundem, & alijs faciant ministrari, & beneficia conferri, aut pensiones, & fructus reservari: Si quis, quacunque auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud qualecunque beneficium ecclesiasticum ex resignatione, vel cessione cujuscunque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, etiam sola dimittentis intentione, receperit, ut illa, vel illud eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars, alii, aut aliis concedantur, vel pensiones ex iisdem persolvantur, aut si collator conferat beneficium ecclesiasticum quovismodo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, ut posteà in alterum arbitrio collatoris, seu alterius relinquat, aut remittat, seu pensionem illi, vel illis, quem, vel quos collator, aut cedens, vel alius per se, vel alium scripto, aut verbo jusserit, seu significaverit, persolvat: vel si à patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, aut electori id fieri contingat, in quovis dictorum casuum confidentiæ pravitas erit contracta, *ut per const. Pij V. intollerabilis, §. quare nos. in Bull. Roma, cap. 87.* & Diaz *pract. crim. eo. c. 92. in annot. vers. nec circa.*

17 Navar. *dict. c. 23. numer.* 110.

† Qui vero beneficia quæcunque, fructus, pensiones, aliasvè res, intercedente hoc confidentiæ vitio, receperint, & retinent, omnibus, & singulis alijs dignitatibus, administrationibus, & beneficijs obtentis, fructibusque, & pensionibus, & aliis rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ curiæ, & alijs officijs temporalibus, privationis, & inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda pœnam incurrunt, & in subsidium, excommunicationis sententia innodantur, à qua, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolutionis beneficium obtinere non possunt, *ut eadem constitut. in fin. sub eodem num.* 110, & ibi per eundem Navarr. *vers. nota decimò. & vers. undecimò quod subn.* 111.

Nam dicta confidentia † octo conjecturis probatur, ut per eundem Nava. *eo. numer* 110. *vers. septimò nota*, dicitur etiam simonia conventionalis, confidentia beneficialis, ut per Graff. *dict. cap. 96. numer. 28. par. 1. lib. 2.*

19 Tertiò, † beneficia per resignationem vacantia consanguineis, affinibus, vel familiaribus auctoritate ordinaria conferri non possunt, aliàs de hujusmodi beneficiis sic provisi carent titulo, qui vires, & effectum habere non potest, & contrafacientes, tam collatores, quàm provisi in eo, in quo delinquunt, puniuntur, quia à jure conferendi suspensionis pœnam ipso facto incurrunt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & taliter provisi titulo carent, & alias pœnas incurrunt, *ut in constitut. pii V. quanta Ecclesia. §. cæterum, & §. qui verò, in Bull. cap. 58.* Auctoritate tamen Apostolica per resignationem beneficia consanguineis, affinibus, & familiaribus resignantium conferuntur, † quia dicta constitutio non habet locum in provisionibus

Apostolicis, sed tantùm in auctoritate ordinaria factis, ad tollendam suspicionem fraudis, ut ibi legitur, quæ in Papa cessat, cum ipse sit dominus omnium beneficiorum, & de illis arbitrio suo disponere possit, & eidem (dummodò non sit contra fidem) omnia liceant, & suis constitutionibus non ligetur, Abb. *in cap. magnæ numer.* 17. *de vot. & vot. redempt.*

21 Quartò, † auctoritate Apostolica provisi non sine vigore litterarum Apostolicarum titulum, & possessionem acquirere possunt, & eorundem beneficiorum possessionem supplicationis vigore apprehendentes fructus, quos ex illis pro tempore accipiunt, non faciunt suos, sed ad beneficia in eisdem supplicationibus expressa, obtinenda, perpetuò inhabiles ipso facto efficiuntur, & ad fructuum ex illis perceptorum restitutionem in utroque foro tenentur, *ut in extravag. Pauli* III. *cum nobis*, §. *nec non partes*, *in eodem Bull. cap.* 5.

22 Quintò, † plura beneficia habere non licet, sed vnum tantùm beneficium ecclesiasticum singulis est conferendum, quòd si ad vitam ejus, cui confertur, non sufficiat, licitum erit, ut aliud simpiex sufficiens (dummodum vtrumque personalem residentiam non requirat) eidem conferatur, concil. Trid. *cap.* 17. *de reformat. sess.* 24. *cap. vnio*, 10. *q.* 3. *c.* 1. 2. *&* 3 21. *q.* 1. *cap. sanctorum*, 70. *distinct.* Diaz. *pract. crimin. cap.* 48. *n.* 5. & Ioan. de Lig. *in tract. de plu. benef. col.* 2. Propterea parochialem
23 ecclesiam obtinens; † si ei alia parochialis auctoritate ordinaria conferatur, habita secundæ parochialis pacifica possessione, prima vacat ipso jure, *c. de multa*, & ibi Abb. *numer.* 1. *&* 16. *de præb.* Staphil. *in tractat. de grat. expect. tit. de qualit. & stat. benef. num.* 2. *&* 40. & Diaz *ubi supra, circa fin.* Si † verò cum secunda parochiali, aut alio beneficio curam animarum annexam habenti primum parochialem quis retinere præsumit, incurrit pœnam, quòd utraque est ipso jure privatus, & inhabilis ad sacros ordines, & alia beneficia obtinenda, *extravag. execrabilis*, §. *qui verò deinceps*, & ibi glos. *in verb. ipso jure, de præb. & dignit. conc.* Trid. *in cap.* 4. *de reform. sess.* 7. & Mandos. *in addit. ad Lap. alleg.* 48. *in ver. ipso jure.*

25 Habenti † simplex beneficium, quod ad vnius non sufficiat sustentationem, poterit Ordinarius aliud beneficium conferre, ex dispositione conc. *eod. c.* 17. non autem plura, quàm duo, etiam quòd tenuis sint redditus, nec ad vnius sufficiant sustentationem, ut à sacra congregat. Card. *super declaratione decretorum eiusdem conc.* Trident. fuit super eodem *cap.* 19. decisum, *ut in decis. sub tit. Ravennaten. & alia sub tit.*
26 *Veronen.* † Plura autem beneficia simplicia ultra duo auctoritate ordinaria obtinens, quia illa possidet contra ejusdem sacri concil. Trid. dispositionem, & sic sine titulo, dicitur intrusus, & non facit fructus suos, sed illos, uti fur, restituere tenetur, ut post plures citatos, tenet Graff. *decis. aur. cap.* 97. *numer.* 48. *par.* 1. & incidit in pœnam, quòd poterit tunc aliis ultra duo jure privari, & etiam ultra unum si illud ad sustentationem sufficiat, quia cætera sine Papæ dispensatione absque mortali peccato retinere non valet. *cap. conquerente*, & ibi Abb. *numer.* 2. *de cler. non residen.* Navar. *cap.* 25. *numer.* 127. & Graff. *d. cap.* 97. *numer.* 17.

Sex-

27 Sextò, † parochiales ecclesiæ per obitum, aut per resignationem simplicem vacantes, ordinaria auctoritate per concursum, prævio examine coram Episcopo, seu ejus Vicario & examinatorib. synodalibus tribus, non paucioribus & parimodo à S. R. E. Card. etiam vigore indulti sunt conferendæ, concil. Trident, *cap. 18. de reformat. sess. 24.* & Pius V. in conferendis, *in Bull. constit. 32.* Provisi † etiam de parochialibus, non præcedente concursu, & dicto examine, nullum acquirunt titulum possidendi, nec coloratum, sed ut prius ante collationem vacabant, adhuc vacare noscuntur, & Sedis Apostolicæ, seu ijs, quibus jus conferendi eas præterquam Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis juxta dictum decretum concilij habere debent, competit, sunt reservatæ, *ut in ead. const. §. nos ad quorum, in fin.* Nam S. R. E. Cardinales, qui vigore indulti conferunt, ut plurimùm sunt 31
in curia Romana, & pro aliis sanctæ Sedis Apostolicæ negotiis in aliis Regnis aut Provinciis Legati. Vnde quæri potest, nunquid, & ipsi formam examinis per concursum coram Episcopo, seu Vicario residen. & tribus saltem examinatoribus servare debeant, cùm possit dubitari, quòd negligentia Episcoporum in non publicando concursu, si induceretur devolutio ad 32
Sedem Apostolicam sine eorum culpa, illis posset præjudicare, sed ad illius formam servandam ipsi pari modo teneri declarantur, cum in dicto decreto conc. Trid. *paulò post princ. & d. constitut 32. eod. §. nos ad quorum*, sint ad eandem formam servandam expressè comprehensi, nec negligen-
29 tia † Episcoporum illis potest præjudicare, quia collatoribus beneficiorum non currit tempus, nisi à die scientiæ vacationis, *c. licèt, de suppl. negl. prælat, c. quia diversitatem, in fi. de conces. præb.* Rebuff *devol. n. 10.* Rot. *decis. 7. n. 4. de præb. in antiq.* & tunc negligente Ordinario, in cujus diœcesi indultum quis habet conferendi, illum familiaribus litteris requirere potest de publicando concursu, & concurrentibus examinandis attestationeque & approbatione illius, quem magis idoneum Ordinarius judicavit, ut fieri debet, transmissa, sic approbato, est parochialis à Cardinali eidem magis idoneo judicato, & non alteri conferenda, *dict. cap. 18. §. peracto, & eadem constit. 32. §. ut autem*

Recusante † autem Ordinario, vel negligente prædicta executioni debitè demandare, vltrà quod cogi posset à Cardinalib. sacræ congregationis Ordinariorum & aliis modis legitimis, posset etiam ad metropolitanum, quoad Episcopos, haberi recursus, † ut in simili, à gravamine ab Ordinario in concursu illato appellatur ad Metropol. & à Metropolitano ad Ordinarium viciniorem, vel Sedem Apost. ubi coram judice appellationis, & ejus examinatoribus examinatur. Sed appellatio hujusmodi habet locum tantùm ad effectum devolutivum, non autē suspensivum, quia non suspendit judicatum, *ut in eadem constitut eodem §. ut autem.* † Parochiales quoque omnes per obitum, aut resignationem, non tamen ex causa permutationis, quomodolibet vacantes, exceptis his, quæ juris patronatus laicorum existunt, & quæ a Papa per devolutionem, resignationem, aut aliam causam sibi benè visam conferuntur ab aliis quibuscunque collatoribus, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Sedis Apostolicæ legatis,

per concursum, prævio dicto examine, ab examinatoribus faciendo, sunt conferendæ, aliàs collationes sunt nullæ, & nullum tribuunt titulum coloratum, *ut in dict. constit. §. nos, ad quorum, quæ habent decretum irritans, circa fin. ibi si secus, &c.*

† Quod decretum omnia in contrarium gesta annullat ipso jure, *cap. si eo tempore, de elect. in 6. cap. quodam*, cum gloss. *de præb. eod. lib.* Et cum parochialis tunc tunc vacet, ut prius, taliter provisus † caret ipso jure titulo, quem nunquam habuit, & dicitur intrusus, glos. *in verb. sed dumtaxat, in cap. nisi cum pridem, §. propter, de renunc.* & Felin. *in cap. in nostra, num. 13. vers. & in effectu, eodem tit. & in cap. veniens, numer. 2. vers. primo si de accus.* & uti vacans, ut prius, potest jure impetrari, & hic est unus modus vacandi propter formam sacri concilij, & dict. constitut. minimè servatam, & percipiendo fructus beneficii sine concursu impetrati, illos injustè percipit, & tanquam intrusus non facit illos suos, Cassac. *de caus. poss. & propr. decis. 1. n. 2. &* Graff. *d. cap. 97. n. 48.*

Fructus † autem indebitè percipiens incurrit pœnam inhabilitatis ad quæcunque beneficia obtinenda, *cap. cum jam dudum*, & ibi Abb. *n. 4. de præb. & dign.* & Rebuff. *de dispens. cum reg. fac. nu. 6.* Vndeindiget rehabilitatione, † quæ non datur nisi in Dataria, facta de fructibus indebitè perceptis compositione, qua facta conceditur nova provisio cum dispensatione † ab irregularitate, quâ fructus indebitè percipiens contraxit, & absolutione ab excommunicatione, quam quis irregularis celebrando incurrit: & hic est stylus Datariæ, & Cancellariæ, de quo per Rebuff. *ubi supra, n. 67.* & ante novam provisionem ob indebitam fructuum perceptionem, & irregularitatem contractam poterunt in odium irregularis beneficia, uti vacantia impetrari.

Beneficia † viventium non sunt impetranda, quia contra similes impetrantes omnes leges divinæ & humanæ insurgunt, *l. stipulatio, hoc modo, ff. de verb. oblig. l. fin. C. de pact. cap. 2. de concess. præbend.* & Gomes. *de impetr. benef. Viu. quæst. 1. num. 2.* Propterea quilibet Papa in principio sui Pontificatus inter alias constituit regulam, qua ordinatur, ut si quis supplicaverit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicujus tunc viventis vacante, provideri, & postea per obitum ejus vacet, provisio, & quævis dispositio dicto supplicanti per obitum hujusmodi de novo faciendæ nullius sint roboris, vel momenti, adeò quòd supplicans de beneficio viventis sibi provideri pœnam inhabilitatis ad aliud post illius obitum impetrandum incurrit ipso facto, *ut in regul. Clem.* VIII. *reg. 20.* Gomes. *super eod. reg. q. 3. n. 2.* si quis autem in beneficio viventis se intrudit ecclesiastica communione est privandus, ab eodem beneficio repellendus, & ad illud obtinendum in futurum inhabilis efficitur, *c. 1. de concess. præb.* & Diaz *pract crim. q. 45.*

Presbyterorum † filii ex fornicatione nati, ecclesias cathedrales etiam metropolitanas, ac monasteria, quibus eorum patres præfuerunt seu illa, & illas dignitates etiam majores, & principales, personatus, administrationes, & officia, etiam curata, & elective, & alia quæcunque beneficia eccl. cum cura, & sine cura secularia, & quorumvis ordinum regularia, quæ

pres-

presbyteri, & clerici, ac religiosi eorum patres in titulum vel commendam, aut administrationem ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo unquam tempore quoquo modo obtinere possunt, nec cum eis super hoc præsumitur dispensatum, ut statuit Clem. VIII. *in litteris, de quibus in Bull. Rom. c. 26, in eod. Bull. pag. 339.*

41 Beneficiorum † obtinendorum occasione se pro aliis in examine supponens, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro aliis, cum oblatione alicujus pensionis annuæ, aut cum spe pensionem annuam, aut aliud quantumvis modicum, temporale commodum ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter, animo & intentione, ut postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum, & benemeritorum, cum simili pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procuraverit, cujuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existat, etiam si Episcopali, vel alia majori dignitate ecclesiastica præfulgeat, inhabilitatis ad illa, & alia inposterum obtinenda pœnam eo ipso absque alia desuper facienda declaratione incurrit, præter excommunicationis anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, qua innodantur, *ut in litteris Paul. Papæ IV. de quibus in Bull. Roma. c. 33. §. nos præmissis.*

42 Collationes ¶ beneficiorum sunt etiam nullæ in illis personis, quæ propter genus, aut hæresim, aut à fide apostasiam, sive proprio, sive stirpis, sive cognatorum vitio, contaminari, per canonicas factiones, aut statuta à Sede Apostolica firmata, aut Apostolica privilegia ab ecclesiis prohibentur, ita quòd provisiones eisdem quacunque auctoritate factæ vires, & effectum habere non possunt, sed Sedi Apostolicæ sunt expresse reservata, & affecta, *ut in litteris Gregor. Papæ XIII. de quibus in Bull. Rom. cap. 68.*

DE POENA NON RESIDENTIVM. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Residere tenentur parochi sub pœna privationis.*
2 *Beneficia simplicia, an personalem residentiam requirant.*
3 *Vagabundi beneficijs simplicibus possunt iure privari.*
4 *Residere tenentur Episcopi, alioquin pœnas incurrunt.*
5 *Episcopi residere negligentes, quando Papæ sint denunciandi.*
6 *Episcopus diu à sua residentia sine legitima causa absens, potest jure privari.*
7 *Abesse non possunt Episcopi ultra trimestre singulis annis.*
8 *Abesse quando possint Episcopi à residentia.*

9 *Parochi ultra bimestre abesse non possunt, & neque per id tempus absque licentia scriptis obtenta.*

10 *Episcopi à residentia ultra duos menses parochos dispensare non possunt.*

11 *Abesse non possunt canonici à residentia ultra tres menses.*

12 *Residentia debita quando debeat publicari.*

13 *Absens ex causa, quomodo beneficio debeat providere.*

14 *Absens elapso termino licentiæ sibi concessæ, quomodo beneficio privari possit.*

15 *Parochi sine causa, & licentia non residentes, quam pœnam incurrant.*

16 *Fructus, in quibus ob non residentiam quis condemnatur, fabricæ ecclesiæ sunt applicandi.*

17 *Residentia præcipuè debetur in parochiali.*

18 *Parochi ad residentiam in domo parochiali sunt cogendi, & ea deficiente, in domo parochiali propinqua.*

19 *Canonici ultra tres menses non residentes qua pœna sint puniendi.*

20 *Absentes sine legitima causa, si distributiones quotidianas percipiunt, ad illarum restitutionem tenentur.*

21 *Canonici quomodo per tres menses abesse possint.*

22 *Canonici, gaudentes privilegio trium mensium absentiæ, distributiones quotidianas amittunt.*

23 *Canonici missi ad limina Apostolorum, vel ad eadem limina Episcopos comitantes distributiones quotidianas non amittunt.*

24 *Distributiones quotidianas quando non amittant canonici, inservientes clerici Parochialibus canonicatibus annexis.*

25 *Distributiones quotidianæ pluribus casibus non amittuntur.*

26 *Distributiones quotidianas non amittunt absentes à choro pro utilitate ecclesiæ.*

27 *Distributiones quotidianas non amittunt infirmi, & senio confecti.*

28 *Distributiones non amittunt, Episcopi in visitatione inservientes.*

29 *Absentes in Apostolicæ Sedis, aut Episcopi servitio fructus præbendarum integrè percipere possunt.*

30 *Residere negligentes ultra pœnas privationis fructuum, aliis etiam pœnis plecti possunt.*

31 *Residere recusantes, ac extra residentiam decedentes pœnam incurrunt, quòd eorum bona spolio Cameræ Apostolicæ cedunt.*

32 *Parochi epidimiæ tempore ad residentiam, & ad ecclesiastica sacramenta administranda tenentur.*

33 *Absentes ultra tres menses, quomodo sint movendi.*

1 BENEFICIA † curam animarum habentia, aut aliàs personalem residentiam requirentia obtinentes, ob non residentiam, pœnam privationis incurrunt *c. conquerente.* & ibi Innoc. & Abb. *num. 1. de cler. non resid. & cap. inter*
2 *quatuor. eod. tit.* † Simplicia autem beneficia de jure communi requirebant etiam residentiam personalem, ut trad. Abb. *inc. quia nonnulli n. 6. & n. 7. eo tit.* sed contraria hodie viget consuetudo, quæ habet vim legis, quod beneficia simplicia residentiam non requirant personalem, ut ibi Abb. Navar. *de hor. can. c 44. n. 1.* & Graff. *decis. aur. par. 1. lib 2. c. 97. n. 59.* nihilominus etiam quòd beneficia non requirant residen-

residentiam, si clerici vagantur, ob delictum vagationis, servatis de iure servandis, legitimo contra ipsos formato processu, possunt illis jure privari gl. *ut in c. non oportet. de consecr. dist* 5. Innoc. *in c. ex tua devotionis. n.* 4. & Abb. *nu.* 14 *de cler. non resid.* Corset *in sing. in verb. vagabundus*, & Diaz, *pract. crim. c.* 53. *nu.* 4.

4 Episcopi † autem, qui propriæ salutis immemores, terrena cœlestibus, ac divinis humana præferentes, in diversis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium solicitudine, ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupati: si quis ipsorum, sex mensibus continuis, extra suam diœcesim, legitimo impedimento, seu justis, & rationabili- 7 bus causis cessantibus, morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ ecclesiæ, seu pauperibus loci, per superiorem ecclesiasticum applicandorum pœnam ipse jure incurrit: quòd si per alios sex menses in hujusmodi abstentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittit: † & 8 crescente contumacia, ut severiori sacrorum canonum censuræ subijciatur, metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, metropolitanum verò absentem, suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus ecclesiæ eo ipso incurrenda, intra tres menses per litteras, seu nuncium Romano Pontifici denunciare tenetur, quin in ipso absentes, prout cujusque major, aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctor animadvertere, & ecclesiis ipsis de pastoribus utilioribus providere possit, sicut in Domino noverit salubriter expedire, conc. Trid. *c.* 1. § *ac nihilominus*, & § *si quis. de reform. sess.* 6. & ante concil. Tridentinum etiam ad residentiam tenebantur. *cap. pervenit. & cap.* 1. & 2. *de cler. non resid.* ad quam per concil. Trident. *in cap.* 1. *de reform. sess.* 23. inquit Navar. Episcopos, & Parochos jure divino teneri: *ut in cap.* 25. *numer.* 121. *circa. med. ver. secundò. prædictum concilium.*

6 Episcopus enim † diu à sua residentia absens jure privari potest. *c.* 2. & *c qualiter. de cler. non resid.* præcipue autem Dominici adventus, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi diebus Episcopi à residentia abesse non possunt *c. si quis in clero.* 7. *q.* 1. nec quadragesimali tempore. concil. Trid. *in c.* 1. *circ. med. de refor. sess.* 23. † Nec ultra trimestre singulis annis, sive continuum, sivè interruptum, (quòd etiam æqua ex causa, & absque ullo gregis detrimento fieri debet) nunquam abesse possunt; quod quidem temporis spacium conceditur, cum Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, & evidens ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas exposcit; quæ causæ à dicto concilio uti legitimæ fuerunt approbatæ *eod. c.* 1. §. *nam cum sess.* 23. *c. ad supplicationem de renunc. c. relatum. c. de cœtero. c. inter quatuor*, & *c. tuæ, de cler. non resid.* & *c. quorundam.* 74. *dist.*

Abesse † cupientes licitas causas, à Papa, aut à Metropolitano, vel Metropolitano absente, à suffraganeo Episcopo antiquiore residente, qui ejusdem Metropolitani abstentiam approbare debebit, ut inscriptis approbentur, debent obtinere: nisi cum abstentia inciderit propter aliquod munus, & reipublicæ officium Episcopatibus adjunctum, cujus, quoniam causæ sunt notoriæ & interdum repentinæ, non

non erit necesse illud Metropolitano renunciare, ad quem tamen cum concilio Provinciæ spectabit judicare de licentiis à se vel suffraganeo datis, & videre, ne quis eo jure abutatur, & ut pœnis canonicis er-
9 rantes puniantur. *eod. c. 1. §. nam cùm* † Parochis autem sine licentia in scriptis habita, quæ gratis, & nisi ex gravi causa, ultra bimestre concedi non debet, & idoneo
14 Vicario ab Ordinario approbato, qui parochiali ecclesiæ interim inserviat, cum debita mercedis assignatione deputato, abesse non licet. *eo. cap. 1. §. eadem omninò. ver. discendendi. sess. 23. & cap. 2. in fin. sess. 6.*
10 *de reform.* † Nec aliter Ordinarij habent facultatem quavis ratione à residentia dispensandi. congreg. conc. *super eo. cap. 2. in decis. sub tit. Pistorien.* Causâ enim studiorum dispensatio à residentia concedi non potest, cùm hodie per concil. Tridentin. non admittantur ad parochiales, nisi qui per concursum magis idonei sunt judicati, ut per sacram congr. sub die 22. Februarij 1590. fuit decisum, *ut in decis. super eo.*
11 *cap. 1. §. congregatio censuit* † dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones in cathedralibus, aut collegiatis ecclesiis obtinentes ultrà tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse non possunt, salvis tamen earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitij tempus requirunt, *cap. 12. §. hortatur. de refor. sess. 24.*
12 † decreta autem à concil. Tridentin. edita super residentia in concil. Provin. & synod. diœcesana debent publicari & frequenter omnium auribus, mentibusque infigi, ut in posterum, Deo iuvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur. *eo. cap. 1.*
13 *in fin. sess. 23* † Ex his enim causis nec potest quis abesse, nisi provisо, quòd interim de absentium beneficiatoribus fructibus ita provideatur, quòd propter absentiam ecclesia nullum patiatur damnum in divinis. *cap. 2 in fin. de reform. sess. 6. & practic. cap. 1. sess. 25. cap. cum ex eodem §. porrò. de elect. in 6. & cap. beneficium de regul. eodem lib.*

14 Elapso termino † licentiæ concessæ, aut contra non residentes licentia non petita, nec impetrata per edictũ publicum, servatis legitimis processibus, Ordinarius procedere potest, quacunque exemptione, & inhibitione etiam vigore Eugenianæ constitutionis non obstante. *dict. cap. 2. sess. 6. & cap 11 sess 24. de reform.* usque ad privationem inclusivè, dum tamen præcesserint trina edicta publica, & lapsi sint sex menses juxtà *cap. ex tuæ. de cler. non resid.* Congreg. Conc. *super cap. 1. in ver. privationem. de reform sess 23.*

16 Parochi † autem, qui sine causa & licentia absunt, mortalis peccati reatum incurrunt, & pro rata temporis absentia fructus suos non faciunt, qui fabricæ ecclesiarum, aut in pauperum usus à superioribus sunt erogandi. *dict. cap. 1. §. si quis autem, sess. 23.* ac præterea moniti, nisi redierint, possunt jure privari. *cap. inter quatuor. & cap. fin. de cler. non resid. cum alijs supra allegatis.* Fructus autem † prædicti per ordinarium fabricæ ecclesiæ parochialis debent applicari, etiam si non indigeat, nec pauperes intra ejus limites reperiantur, cùm tamen indies possit indigere, saltem quo ad paramenta, & alia ad ecclesiæ ornatum necessaria. congregat. concil. *super eodem cap. 1. sess. 23. in*
17 *verb. fructus non residentium.* Et † cùm prima, & præcipua debeat esse cura animarum

marum & ad residendum in ecclesia parochiali, & ibi in divinis deserviendum, debitoque eorum officio fungendum teneri, & obligatos esse, ac id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios tanquam Sedis Apostolicæ delegatos sub sententiis, & censuris Ecclesiasticis, & pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam privationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum pœnis, quacunque appellatione remota, & quamvis alia habeat beneficia personalem residentiam requirentia, cogi & compelli possunt, ac debent, *ut in const. Pij. V: cupientes, & cap. 1. in Bull. cap. 64.*

18 † Et sunt cogendi ad habitandum in domo ecclesiæ, vel si ecclesia domum non habeat in propinquiore intra limites parochiæ, alias tenetur ad restitutionem fructuum, *de quibus in eodem cap. 1. sess 23.* & ita censuit congreg. concil. *super eodem cap. §. cong. censuit.*

19 Dignitates, & † canonicatus in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis obtinentes, & ultra tres menses contra conc. Trid. dispositionem non residentes, primo anno dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, & residentiæ suos fecissent, sunt privandi; de distributionibus

20 quotidianis † absentes adeo sunt privandi, ut si quis de eisdem quicquam percipere præsumit, excepta infirmitatis, aut alia justa, & rationabili corporali necessitate, aut ecclesiæ evidenti utilitate debeat excusari, eosdem fructus non faciat suos, sed ad omnium sic perceptorum restitutionem teneatur, *c. unic. de cler. & resid. in 6.* conc. Trid. *cap. 12. de reform. sess. 24.* & pluribus de causis canonici à residentia excusantur.

21 Primò, † enim legis permissione, qua per tres menses abesse possunt, conc. Trid. *in dict. c. 1. §. quoniam autem, sess 23. de refor.* non tamen canonici omnes, vel maxima eorum pars possunt abesse eodem tempore, ne ecclesia suo debito servitio destituatur, sed tantùm ea quota pars canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & capituli. congreg. conc. *super eod. c. 12. in*

22 *ver. tres menses*, † Et licet impunè abesse possent, distributiones tamen non percipiunt, sed illas amittunt, congr. conc. *super d. c. 12. in decis. sub tit. Mediolanen. Gadicen.* Quæ illæ temporibus vacationum esse debent pro canonicis, qui servire volunt, *ut in eisdem declarat, sub verb. tres menses, §. & distributiones.*

23 Secundò, † canonici missi ab eorum Episcopis ad limina Apostocorum eorum nomine, vel, comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, qui ex decreto Sixti Papæ V. distributiones quotidianas lucrantur, ut testatur congreg. concil. *in declarat. super eodem c. 12. in verb. fructuum, §. canonici.*

24 Tertiò, † lucrantur etiam distributiones quotidianas, qui curam animarum exercent, quæ illi ecclesiæ imminet, dum tamen sunt in actu administrandi sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam, quia, tanquam præsentes in choro habentur, ut per eandem sacr. congreg fuit declaratum *super eod. c. 12. in ver. recipiant.*

25 Quartò, † qui ex causa legitima comprehensa *in cap. unic. de cler. non resid. in 6.* ab Episcopo excusatur à residentia chori sine consensu capituli, de cujus interesse agitur, sive sit canonicus, sive capellanus, *ut in declarat. super eodem cap. 12.*

in dec. sub tit. Veronen. & alia sub tit. Mediolanen. erit enim causa legitima, si deficientibus tunc aliis Missis, dum divina officia in choro recitantur, canonico concedatur, ut dimisso choro fidelibus Missam celebret, vel fidelium confessiones audiat, aut alia sacramenta ecclesiastica in casu necessitatis ministret, quia præmissa concernunt evidentem ecclesiæ utilitatem, quibus casibus distributiones quotidianæ legitimè percipiuntur. *dict. c. unic. §. qui vero. de cleric. non resident.* Quod-
26 que absentes † pro utilitate ecclesiæ distributiones quotidianas non amittant, fuit etiam decisum per eandem sacr. congreg. *super dict. c. 12. in decis. sub tit. Tudertin. quæ incipit, absentes pro utilitate*, & ideò bene, & jure Gregor. XIII. sanctæ mem. Carolo Borromeo Archi Episcopo Mediol. ac omnibus Episcopis, & ecclesiis ejusdem provinciæ perpetuò concessit, & indulsit, quòd, quicunque canonici metropolitanæ, cathedralisvè ecclesiæ, aut dignitatem in ea obtinentes, aliique chori officiis adstricti, Archiepiscopo, vel Episcopo, in civitate etiam extra ecclesiam metropolitanam, vel cathedralem consecranti, vel reconcilianti ecclesias, cœmiteriavè, aut sacros ordines, aut confirmationis sacramentum, aut sanctissimam Eucharistiam frequenti populo ministranti, aut alia Pontificalia munera exercenti, ejus jussu astiterint, ministraverint, vel inservierint, quique Archiepiscopi, vel Episcopi jussu in metropolitana cathedrali, aut collegiata ecclesia sua curata in sacramentorum pœnitentiæ, aut sanctissimæ Eucharistiæ administratione operam, ministeriumvè præstiterint, dum in ea occupatione versantur in ipsa ecclesia, ita præsentes in choro censeantur, ut distributionum quarumcunque æquè participes sint atque illi, qui missarum solemniis, & horis, canonicisque officiis in choro interfunt, quodque præfato Archiepiscopo, & cuilibet Episcopo dictæ Provinciæ liceat, quandocunque sibi videbitur, permittere, & ordinare, ut aliquot ex canonicis, dignitatesvè obtinentibus, ac aliis choris officio astrictis Missæ sacrum, sivè ex sua solùm devotione, sivè ex onere susceptо, vel sibi impositо, aut eleemosynæ nomine celebraturis, illud in sua quisque ecclesia, in qua choro astricti sunt, quo tempore divina officia in choro aguntur, tam festis, quàm ferialibus diebus, paragere liceat; & nihilominus, quod ad distributiones capiendas attinet, præsentes in choro censeantur. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ecclesiarum statutis, ac consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, *ut in litteris sub annulo Piscatoris die 20. Octobris. 1579. expeditis, in synodo diœcesana prima Cæsaris Speciani Episcopi Cremonensis impressis.*

27 Quintò, † distributiones percipiunt infirmi, & senio confecti, qui residere non possunt, si aliàs residere consueverunt, & debentur etiam detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam, ex trad. per Io. Andr. *in eod. c. unic. de cler. non resid.* & congreg. concilij *super eod. c. 12. in decis. sub tit. Ravennaten.*

28 Sextò, † duo canonici, qui inserviunt Episcopo in visitatione, absentes dici non debent, sed præsentes, ipsi enim cum Episcopo profuo, & ipsius ecclesiæ servitio commorantur, *cap. de cætero*, & ibi gloss. *1. & cap. ad audientiam, §. decernimus, ubi*

ubi etiam gl. fin. & Abb. *nu. 1. de cleric. non resid.* non tamen percipiunt victualia, quæ non consueverunt absentibus exhiberi, sed præsentibus tantùm dantur, *ut in eod. c. de cætero, in fine, & ibi* glo. fin. congreg. conc. *super eod. c. 12. in decis. subtit. Tudertin. Ravennat.* & etiam canonici, pœnitentiarius, & theologus, ac alij, *de quibus supra in cap. dispens.*

29 Si verò † in Apostolicæ Sedis, aut Episcopi servitio duo canonici fuerint, fructus præbendarum integrè percipere possunt, quia absentes dici non debent, ita quòd, quo ad præbendam, pœnam incurrant, sed præsentes, qui pro Episcopi, aut suæ ecclesiæ servitio commorantur, *c. ad audientiam, de cler. non resid. & ibi* Abb. *numer. 3.*

30 Contra † non residentes ultra pœnas privationis fructuum, debet præterea etiam per edictum publicum, quando ad ipsos citatio pervenire non potest, servatis de jure servandis, ad suspensionis, & excommunicationis sententiam, ac dignitatum, canonicatuum, parochialium, & aliorum beneficiorum residentiam requirentium personalem privationem procedi, *cap. ex tuæ devotionis* & ibi Abb. *numer. 10. eodem tit.* & ultra prædictas pœnas Pius Quartus motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibuscunque ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quovis modo obtinentibus, & quibuscunque beneficiatis curam animarum habentibus, qui juxta decreti super residentia in concilio præfato promulgati tenorem, personalem in suis ecclesiis residentiam facere tenentur, ultra pœnas in d. decret. conc. contentas, etiam sub privationis ecclesiarum suarum, & aliis arbitrariis pœnis juxta formam, & tenorem dicti decreti residere mandavit, ac statuit, ordinavitque

31 † quòd deinceps omnia, & singula mobilia, & immobilia etiam in urbe, vel ejus districtu existentia, & se moventia, res, & bona, jura, & actiones cujuscunque qualitatis, & valoris, ac ubicunque locorum consistant, ad Patriarchas, & primates Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscunque, etiam quavis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia fulgentes, ecclesias præfatas in titulum, vel commendam, sive administrationem, aut alio quovis nomine obtinentes, & alios quoscunque beneficiatos curam animarum habentes, qui extra prædictas ecclesias, ac diœceses etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & juxta decretum, & formam concilij hujusmodi non residentes decesserint, pertinentia, & per illos quarumcunque suarum ecclesiarum, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, reddituum, & proventuum ecclesiasticorum, pensionumque annuarum, ipsis super similibus fructibus, redditibus, & proventibus reservatorum, & assignatorum occasione quæsita, etiam si facultatem specialem, de illis, aut eorum parte testandi, & aliàs liberè disponendi, à quibuscunque Romanis Pontificibus cum quibusvis clausulis, & irritantibus decretis obtinuerint, tanquam spolia, ad Cameram Apostolicam legitimo jure pertineant. Ita quòd Thesaurario, seu Commissario generali, & ejusdem Cameræ deputatis in eventū decessus beneficiatorum,

solitum inventarium super rebus, & bonis prædictis conficere, illaque prout de reliquis clericorum spoliis fieri solet, ad pro tempore existentem Thesaurarium dictæ Cameræ Apostolicæ, nulla cujusvis desuper licentia requisita, redigi mandavit, *ut in eisdem Pij IV. constit. 115. quæ incipit in suprema militantis.* Quid verò importet verbum, residere, qui residere teneantur, & quæ sint causæ justæ non residendi, trad. Graff. *decis. aur. c. 97. num. 57 59. 60. 61. & 62. par. 1. lib. 2. c. 15. nu. 6. & 7. par. 2. lib. 3.* 32 *pract. crim. c. 53 per totum.* Epidimiæ † quoque tempore parochi ad residentiam, & sacramenta administranda omninò sunt obligati. congreg. concil *super c. 1. de refor.* 33 *sess. 23. sub tit. Mediolanen.* Et † canonici absentes ultra tres menses non sunt citandi, aut monendi ad residentiam, sed ad allegandum causam legitimam absentiæ, & quare non debeant puniri, *ut in decis. super eo. 12. sess. 24. sub tit. Vercellen. quæ incipit canonici absentes.*

DE SPOLIIS CLERICORVM.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 Episcopi bona propria, quæ ante assumptionem ad Episcopatum habebant testamento, relinquere possunt.

2 Clericorum spolia olim habebant ecclesiæ, cui beneficiati inserviebant.

3 Ecclesia an succedat in pœnam, qua plectitur interficiens presbyterum.

4 Iuria secundum temporum varietatem varie processerunt.

5 Spolia clericorum ad Cameram Apostolicam spectant.

6 Spolia ecclesiastica, quæ dicantur.

7 Bonorum ecclesiasticorum omnium administratio spectat ad Papam.

8 Bonorum ecclesiasticorum quatuor sunt species.

9 Spoliorum ecclesiasticorum nomine sacramenta venire non possunt.

10 Paramenta, ornamenta, & vasa sacra non cadunt in spolium.

11 Scamna, mensæ, dolia, & hu similia in spolio non includuntur.

12 Patrimonialia, & causa donationis, vel successionis quæsita, non cadunt sub spolio.

13 Clericus ab intestato, & sine legitimis successoribus decedentibus, bona ecclesiis, quibus præfuerunt incorporantur.

14 Bona acquisita ratione clericalis ordinis, vel officij, sunt quasi patrimonialia, & non faciunt spolium.

15 Bona acquisita ratione ordinis clericalis à quæsitu ex redditibus ecclesiasticis differunt.

16 Bona acquisita de his, quæ beneficiarius parcius vivendo servavit, non cadunt in spolium.

Bona

17 Bona acquisita alios litteras docendo, non cadunt in spolium.

18 Bona donata per clericum intervivos, qua non faciant spolium.

19 Obligatio antidotalu, quando locum habeat.

20 Bona acquisita beneficiario, qui non habet reditus vltra summam ducatorum triginta, non cadunt sub spolio.

21 Præsumitur in meliorem partem, quando factum potest sapere delictum, & non delictum.

22 Bona per clericum acquisita, quando de redditibus ecclesiasticis acquisita præsumantur.

23 Præsumptio magis in jure fundata, contrariam præsumptionem edidit.

24 Reus in excipiendo, quando ejus exceptionem probare teneatur.

25 Hæres beneficiarij & possessor bonorum non est possessione privandus, donec constet bona cadere sub spolio.

26 Bona ex redditibus ecclesiæ à beneficiario empta, & alicui ecclesiæ aut piis locis ipso vivente sine fraude tradita, non cadunt sub spolio.

27 Distributiones quotidianæ non faciunt spolium.

28 Bona Romanam curiam sequentium, qua non faciant spolium.

29 Illegitimi quorum bonorum sint incapaces.

30 Testandi facultas, non condito testamento regulariter minimè prodest.

31 Testandi facultatem solus Papa tribuere potest.

32 Bonorum ecclesiasticorum dominium est Dei.

33 Negotiatio est duplex, licita, & illicita.

34 Negotiatio ecclesiasticis est illicita.

35 Negotiantur illicitè ecclesiastici possessiones conducendo.

36 Ordinari prohibentur cupidi.

37 Negotiatio necessitatis causa clericis est permissa.

38 Clerici causas criminales, aut civiles secularium suscipere non possunt.

39 Clericis officium procuratoris exercere non licet.

40 Clerici pluribus modis bona minus legitimè acquirunt.

41 Episcopis servitus principum secularium est interdicta.

42 Fructus omnium beneficiorum generaliter vel specialiter Sedi Apostolicæ reservatorum à die vacationis usque ad diem provisionis cadunt sub spolio.

43 Fructus beneficiorum non reservatorum, nec affectorum, à die vacationis citra non ad cameram, nec ad hæredes, sed successori debentur.

44 Decretum irritans, & clausula, sublata, &c. quid operetur.

45 Fructus beneficiorum juris patronatus non cadunt sub spolio.

46 Fructus beneficiorum vacantium ad collationem Ordinariorum non cadunt sub spolio.

47 Bona clericorum, qui dum viverent, scandalosè se gerebant, an veniant in spolio.

48 Actiones descendentes ex quasi delicto, non transeunt ad hæredes.

49 Probandi onus quando camera Apostolicæ incumbat.

50 Spolium committitur ob non residentiam in pœnam non residentiæ.

51 Apostatarum extra claustra degentium bona, camera Apostolicæ sunt applicata.

52 *Ordinis fratrum Humiliatorum extinctio*

53 *Fratribus extincti ordines Humiliatorum, alimentorum assignatio.*

54 *Reservata sunt omnia beneficia extincti, ordinis Humiliatorum.*

55 *Fratres extincti ordinis Humiliatorum an comprehendantur sub constitutionibus contra Apostatas editis.*

56 *Fratrum extincti ordinis Humiliatorum bona, quando ad cameram Apostolicam spectent.*

57 *Fratres ordinis Humiliatorum, an de bonis per ipsos acquisitis disponere possint*

QUOMODO bona ecclesiastica4 dividi, distribui, & dispensari debeant, fuit supra tractatum. Sed, quia Gregorius III. super expositione sibi facta decrevit, † quod Episcopus condito 1 testamento hoc solùm, quod eum ante 5 Episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit, relinquere possit, quicquid verò ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse constaret, vel in Episcopatus ordine Episcopum acquisiviſſe, in eisdem ecclesiæ dominio conservaretur, *cap. 1. ext. de testam.* cùm Episcopis, & aliis ecclesiasticis viris decedentibus super eorundem bonis sæpius graves lites soleant exoriri; ipsis defunctis, quibus bona devolvantur, infra demonstrabitur.

2 Episcopis † enim decedentibus, de jure communi eorum bona, præsertim post consecrationem acquisita, penes earum ecclesias debent remanere, *cap. cum in officiis, eod. tit. cap. sicubi. & cap. quicunque. 12. quæst. 5.* & etiam in pœnalibus succedit ecclesia; quia pœnæ, † qua inter- 3 ficiens presbyterum est plectendus, pars ecclesiæ, cui præfuit, & alia pars pro ejus anima est distribuenda, *cap. presbyteri, ext. de pœn.* postea tempore procedente conservari debebat successoribus, vel in ecclesiarum utilitatem converti, *cap. quia sæpe, de elect. in 6. cap. præsenti, eod. lib.* & Navar *in comm. de spol. cleric.* §. 10. *numer.* 1. & 2.

Sed, quoniam † secundum temporum diversitatem jura variè processerunt, ut trad. Abb. *in q. 4. ante fin.* Romani Pontifices pro tempore existentes bonorum Episcoporum, & beneficiatorum decedentium, diversorum spoliorum, † ut ad cameram Apostolicam spectantium, & pertinentium, collectores, vel exactores in variis Provinciis, & locis deputarunt, & constituerunt; qui de illis, tanquam de rebus ad cameram præfatam spectantibus donando, & transigendo, ac alias diversimode disposuerunt, *ut per extravag. Paul. III. circa princip. de anno 1552. editam, in Bull. Rom. cap.* 31. & per Navar. *comm. de spol. cler.* §. 5. *post princ.* ubi idem Paul. motu proprio, testatur ab antiquissimo tempore citrà, dicta spolia cameræ Apostolicæ nomine exacta, & inter jura ipsius cameræ connumerata fuisse; ubi ad amputandas difficultates, quæ in medium afferebantur, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaravit, res, & bona, spolia nuncupata, & in quibuscunque regnis, & dominiis tam citrà, quam ultra montes, & maria consistentia. quæ pro tempore post obitum Prælatorum, & personarum quantumcunque, & quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui, vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate,

aut,

aut ultra quantitatem, de qua facultatem habuerunt, condito, decesserunt & decedent, ad cameram Apostolicam, non ad alios, etiam in quibusvis aliis ecclesiis, monasteriis, cæterisque beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura secularibus, & 9 quorumvis ordinum regularibus, spectare, illaque, tanquam ad ipsam cameram spectantia perpetuò colligi ac recuperari posse, & debere, *ut in ead. extravag. Paul. III. ibi motu proprio eod. Bull Rom pag. 420. eod. cap. 32.*

6 Spolia † enim hoc casu sunt bona ab ecclesiastica persona quæsita, immediate, vel mediate ex bonis ecclesiasticis, quæ non fuerunt ante mortem eius justè impensa, nec facta jure patrimonialia, nec quæsita alii irrevocabiliter, vel, quæ sunt ex illicita ejus negotiatione comparata, eorundemque beneficiorum fructus, seu reditus debiti, & inexacti. Navar. *dict. comment. de spol. cleric.* §. 1. *num.* 2. quæ spolia, ut bene refert Paul. *in d. extravag.* antiquis temporibus à camera Apostolica recipiebantur, ut per Rot. *decis. 41. in princip. de probat. in antiq.* Calder. *decis. 1. de pecul. cler.* Guid. Pap. *decis.* 110. Boer. *decis.* 224. & alios quos citat Navar. *in eod. commen. de spol. cler.* §. 9 *num.* 1 *vers. tertio*; ex quibus satis constat de reservatione † 7 facta à Papa, cui omnium bonorum ecclesiasticorum spectat administratio, etiam de jure divino. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 1: Innoc. *in cap. noverit, num.* 2. *de sent. excom.* Card. *in cap. perpendimus, numer.* 12. *eod. tit.* & Navar. *in d. comment.* §. 9. *num.* 2.

8 Bonorum † ecclesiasticorum quatuor sunt species, scilicet, sacramenta, vasa sacra, ornamenta sacra, & bona ecclesiastica deputata pro hominum sacrorum sustentatione. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 99. *art.* 3. *& quolib.* 6. *art.* 12. *&* 2. 2. *quæst.* 135. *art.* 4. & Navar. *de red. eccles. mon.* 18. *num.* 1. & 2. *quæst.* 1.

Quorum prima, † videlicet, sacramenta, uti spolia, cameræ Apostolicæ applicari non possunt, cùm sacramentum sit invisibilis gratiæ visibilis forma, cujus similitudinem gerit, & causa existit *cap. sacrificium, de consecrat. dist.* 2. & Graff. *decis. aur. cap.* 1. *num.* 4 *par.* 2. *lib.* 1. Vnde in bonis nostris sacramenta esse non possint, Nullius autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. Quod enim divini juris est, id nullius in bonis est, §. *nullius. instit. de rer. divis.* Nec ultima species, quia bona ecclesiastica pro clericorum sustentatione deputata non cadunt in spolio, *ut tot. tit. de reb. eccles. non alien.* Et, cùm dubitaretur, nunquid vasa sacra, & ornamenta sacra secundæ, & tertiæ speciei venerint in spolium, Pius V. sancto zelo ductus, quò abusibus, scandalisque provideret, & beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet saluti consuleret, quænam sub spolio cadant, motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sua perpetuò valitura constitutione statuit, & ordinavit, ac decernendo declaravit.

10 Primò, † quòd omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, nec non missalia, & gradualia, ac cantus firmi, & musicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, etiam auri, & argenti ac quæcunq; alia bona per quoscunq; prælatos, & alios quoscunque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorumvis ordinum regularia, quomodo-

modolibet obtinentes, ad usum, & cultum divinum, etiam in eorum privatis ædibus, & capellis, vel oratoriis distinata, tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta spoliorum appellatione non veniant, sed eadem ad ecclesias, quibus defuncti præfuerunt, spectare, & pertinere decrevit, *ut in ead. constitut. Pii V. sub dat. Romæ anno 1567. in Bull. Rom. cap. 44.* & per Navar. *in §. 8. num 2. de spol. cleric.*

11 Secundò, † nec cadunt in spolio, quæcunque scamna, cathedræ arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam marmoreæ mensæ & tapulæ, ac quæcunq; dolia, seu vasa vinaria vacua, & alia similia supellectilia domestica, *ut idem Pius V. statuit in ead. constitut. §. in super* Et similium appellatione, omnia alia lignaminum mobilia cujuscunque qualitatis existentia comprehensa censentur, & hæc expresse sunt exclusa, & ecclesiis incorporata, per dictam Pij V. constitutionem, ibi, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur, quæ significant sententiam juris, gloss. *in cap. in pœnis, de regul. jur. in 6.* Felin. *post alios, quos citat. in cap. Rodulphus, num. 28. de rescript.* & Navar. *ead. comment. de spol. cleric. §. 8. numer. 5.*

12 Tertiò, † præter exempta per dictam constitutionem, sunt etiam à numero spoliorum exempta omnia bona patrimonialia, vel causa donationis, successionis, seu legatorum, aut ex fructibus eorundem bonorum patrimonialiũ, & donationum, vel successionum acquisita, de quibus beneficiati liberè testamento, donatione, vel quocunque alio modo, & titulo disponere possunt, *cap. quia nos, & cap. relatum il 2. de testament. cap. 1. de succss. ab intestat.* Innoc. *in cap. cum in officiis, num. 2. vers. si autem, eod. titul.* Bald. *in auth. licentiam, C de episc. & cler.* Alexand. *in cons. 101. num 2. lib. 7.* Corn. *cons. 314. num. 2 vol. 3. & in cons. 79: num. 3. vers. tamen secus est in aliunde quæsitis, &c. volum. 4.* Navarr. *eodem. com. de spol: clericor. in princip: nu: 2. vers: dixi.* Quæsita ex bonis ecclesiasticis, Ab intestato autem decedentibus, dicta bona ad consanguineos, qui eis legitime succedunt devolvuntur, Rot. *decis. 41. num: 2. de probat. in antiq.* quæ conclusio procedit etiam in Episcopo patrimonium habente, quòd bona hæreditaria præsumantur potius quæsita ex redditibus patrimonialibus Episcopi, quàm ecclesiæ, ut tenuit Rota, quæ plures allegat. *in par. 3. divers. lib. 3. 3. decis. 582. num....* quibus† 13 sine legitimis successoribus decedentibus, ecclesiis, quibus defuncti præfuerunt, incorporantur, *ut in authen. de eccles. tit: §. interdiximus, vers: si quis autem Episcopus, colum. 9. cap: final: 12. quæst: 5.* gloss. fin. *in cap requisiti, ext: de testament: & in cap: 1. de succss: ab intest:* & Innoc. *in d. cap. cùm in officiis, num. 5.*

Quartò, † bona quasi patrimonialia, 14 quæ sunt quæsita ratione clericalis ordinis, vel officii, alia ratione, quàm juris percipiendi fructus beneficiales, ut quæ sacerdotes pro eleemosyna recipiunt, Missas celebrando, capellanos agendo, prædicatoris, confessarijvè munera, aut alios spirituales actus exercendo, & Vicarij generalis aut aliud officium ecclesiasticum temporale administrando, *cap. quia nos.* & ibi Innoc. *de testam cap: relatum. §. cæterum. eod. tit.* & post Abb. Hostiens. Card. & Franc. tenet Navar. *in d.*

tract. de red. eccles. quæst. 1. mon. 19. n. 1.

18 Septimò, † donata in vita saltem, quæ juste donantur, loco eorum, quæ de proprio pro expeditione Bullarum Episcopatuum, vel aliorum beneficiorum; & in paramentis ecclesiasticis, ac mobilibus, in paranda domo ante fructuum beneficiorum perceptionem exponuntur, quæ procul dubio exposita non fuerunt ex redditibus ecclesiasticis, & tunc loco eorum, quæ ecclesiæ acquiruntur, ac sub spolio cadunt, beneficiarius poterit tantundem tuta conscientia, & legitimè in vita donare, *cap. injustum, §. item, & cap. seq. 12. quæst. 2.* Navar. *eod. com. de spol. cleric. §. 6. numer. 2. ante vers. tertio noto. & titul. de reddit. eccles. quæst. 1. mon. 27. numer. 3. circa fin.* eademque ratione, titulo donationis possunt legitimè sacerdotes fratribus, aut aliis consanguineis rusticis, aut aliàs pauperibus donare, qui (ut ferè fit) labore, sudore industria, ac expensis fratrum, vel parentum rusticorum laborantium in scholis ad

19 ediscendum, † donec ordinem sacerdotalem suscipiant, manutenentur, quia ad antidora sunt obligati, & donant ad extinctionem debiti præcedentis.

Ratio autem differentiæ, † quòd reddi-

15 tus beneficiorum cadunt sub spolio, non autem quæsita ratione ordinis clericalis, ea est, quòd bona beneficiorum habent onus dandi superflua pauperibus, & ratione ordinis quæsita tribuuntur eis sine vllo onere, Navar, *eod. mon. 19. in fin.* sunt namque eorum propria, ut inquit B. Thom. *2. 2. quæst 185. art. 7. &* post Oldr. & alios plures citatos Pegn. *super Direct. Inquisitor. par. 3. lib. 3. Schol. 154. §. postremo quædam.*

16 Quintò, † beneficiati de his, quæ de suo honesto victu parciùs vivendo servant, licitè disponere possunt, quia eo modo sua quasi industria, & labore quæsita censentur patrimonialia, quæ propterea in spolio venire non possunt, ut sensit, S. Thom. *2. 2. quæst. 185. art. 7.* Major *in 4. dist. 24. quæst. 17.* probant Adria. *in 4. de rest quæst. 12. &* Sot. *lib. 5 o. quæst. 4. art. 3 de just. & jur.* quos sequitur aprobando, te-

nendo, & firmando, dictam conclusionem Navar. *d. tract. de redden. eccles. mon. 36. numer. 2. tom. 1.*

17 Sextò, † quæsita, alios litteras docendo publicè, vel privatè legendo (dummodo sine præjudicio residentiæ, quo ad beneficiatos obligatos ad residentiam personalem) quæ dicuntur etiam quasi patrimonialia, & præsertim, si ob tenuitatem beneficiorum, ac necessitatem, vel inopiam insurgentem hæc officia exerceantur, *l. legatis, §. si ex officio,* & ibi gloss. *in ver. officium,* & Bart. *numer. 2. de leg. 3.* & Innoc *in cap. cum in officiis, numer. 4. de testam.* quia ex legitimo artificio quæsita dicuntur, *d. cap. relatum, §. cæterum, cum aliis supra allegatis.*

20 Octavò, † nullum spolium cameræ fieri, nec quidquam à quibusvis spoliorum cameræ collectoribus, vel subcollectoribus exigi, vel percipi potest per obitum eorum, qui dum viverent, vnum, vel plura beneficia ecclesiastica obtinebant, cujus vel quorum omnium fructus, redditus, & proventus, vna computati triginta ducatorum auri de camera, secundùm communem æstimationem, valorem annuum non excedebant, aut, qui pensiones annuas super quibusvis fructibus ecclesiasticis vsque ad dictum valorem annuatim, & non vltra, perceperint, *ut in d. constit.*

Pij V. in Bull. Rom. cap. 43. & in d. com. de spol. clericor. §. 8. num. 1. vers. præterea, & num. 7. Quia cùm ex similibus beneficiis, & redditibus vix possit quis propter eorum tenuitatem sustentari, si quis, non excedens dictos annuos redditus, nihilominus post obitum relinquat bona acquisita, pecunias, aut mobilia, præsumuntur acquisita ratione ordinis clericalis, officij ecclesiastici, aut alterius legitimi exercitij,

21 † quia, quando factum potest se habere ad delictum, & non delictum, præsumitur in meliorem partem, Bart. in l. non solùm, §. sed. ut probari, ff: de nov. oper. nunci. Abb. in cap auditis. & ibi. Felin. num. 33. de præscrip. & in cap. in præsentia, num. 13. vers. sed ultrà. de probat. & Gabr. in cons. 275. num. 2. vol. 1.

22 Nec obstat, † quòd res, quas clericus post clericatum acquisivit, præsumantur de redditibus ecclesiæ acquisita, ut per Innoc. eod. cap. cùm in officiis, num. 3. de testam, quia Innocentius loquitur, & ejus dicta procedunt in bonis à Prælatis defunctis relictis, qui amplos redditus habebebant. Sed hoc casu, quo beneficiati, juri novo per dictam constitutionem inducto, habent legem certam, & favorabilem, qua non excedentes annuum redditum ecclesiasticum triginta ducatorum non faciunt spolium, si acquirunt, præsumuntur legitimè acquisiviſſe, ut sensit Innocentius in d. cap. cum in officiis. num. 3. ver. quidam tamen.

23 Et hæc † præsumptio in jure, & majori veri similitudine fundata contrariam præsumptionem excludit, cap. quia, & cap. litteras, ext: de præsumptionibus, & ibi Innoc. eod. num. 3.

Cùm enim fundamentum intentionis cameræ consistat in illicitis, quæ præten-24 duntur ab ecclesiastico gestis, illud probare tenetur, cum † etiam reus in excipiendo efficiatur actor, & ejus exceptionem probare teneatur, l. 1. ff. de excep, Felin. in cap. auditis, num. 33. de præscript.

Maximè, si hæres reperiatur in possessione, quia tunc non est privandus, donec 25 probetur bona cadere sub spolio, & cameræ onus probandi incumbit, cap. nulli junct gloss. 12. quæst. 5. gloss. in cap sint manifestè. in ver. probatur, in fin. ead. cau. quæst. 1. & Paul. de Castr. in l si quis presbyter. n. 4. C. de episc. & cler.

16 Nonò, † nec cadunt sub spolio, quæ beneficiatus, dum viveret, emit ex redditibus ecclesiasticis pro sua ecclesia, vel ei, aut aliis ecclesiis vel locis piis tradidit sine fraude: ut si quis fundaret beneficium ecclesiasticum, & emeret redditus pro dotandis amore Dei puellis, aut ad alia opera pia erogaret, dummodo, ipso vivente, dominium fuerit translatum: quia tali casu tempore mortis ecclesia, seu alia loca pia habent dominium, & possessionem, & tunc beneficiatus est eisdem bonis exutus, quæ propterea non vacant, nec in spolio cadere possunt Navar d. com. de spol. cleric. §. 1. nu. 4. & §. 6. nu. 2. junct. vers. tertiò noto.

Decimò, † nec fit spolium de distri-27 tionibus quotidianis, quia efficiuntur bona propria clericorum, & uti quæstu ratione laboris, & legitimi servitii, de illis ecclesiastici disponere possunt Gemin in cap. præsenti, de offic. ord. in 6. Dec. in cons. 280. colum. 1. Covar. in cap. cum in officiis, numer. 4. de test. Redo. in tract. de spol. eccles. quæst. 1. numer. 27. vers. ulte-

vlterius canones permittunt, & Pariſ. *qui de communi teſtatur in conſ. 33. col. 2. vol. 4.*

28 Undecimò, † non cadunt ſub ſpolio bona à quibuſcunque Vrbis incolis, ſeu curiam Romanam ſequentibus, mobilia, immobilia, ſe moventia, pecuniæ, iocalia ſive monilia, actiones, res, & jura, quæcunque ab eiſdem incolis, & curiam Romanam ſequentibus in dicta Urbe, & eius diſtrictu conſiſtentibus empta, aut aliàs quovis modo quæſita, ſi eos in dicta curia, ſeu eius diſtrictu decedere contigerit, de quibus teſtamento, aut alio titulo diſponi poteſt, & decedentibus ab inteſtato proximiores agnati ſuccedunt, *ut in extravagante* Pauli III. *ſub dat. Romæ 1549. ſexto Idus Martij vt per Nauarrm. eodem comment. §. 6. n. 1.* quam extravagantem noviſſime Paulus Papa Quintus innovavit.

29 Sed, † quia dictæ extravag. vigore fuerat conceſſa facultas teſtandi in favorem propriorum filiorum illegitimorum, ſeu ſpuriorum, ac de jure incapacium, ſeu aliàs prohibitorum, Pius V. ſex cauſis adductis facultates teſtandi, aut quovis alio modo diſponendi de acquiſitis ex bonis eccleſiaſticis, ac de aliis rebus etiam proprio labore partis ad commodum illegitimorum, etiam legitimatorum, & habilitationes illegitimis ad ſuccedendum in bonis feudalibus, & emphiteuticis eccleſiaſticis conceſſas revocavit. *ut in conſtit. ſub dat. Romæ anno 1570 ſexto Kal. Februarii, in Bull. Rom. cap. 120.* Ac demum revocationem ampliando, illam procedere voluit, etiam quò ad bona patrimonialia eccleſiaſticorum, in quibus illegitimi, aut aliàs de jure incapaces nec hæredes inſtitui, nec ſuccedere poſſe decrevit; *ut in litteris ſub annulo piſcatoris expeditis dat. Romæ die ſeptimo Martij 1572. in eodem Bull. ap. 152.*

30 Vltimò, † non cadunt ſub ſpolio bona eccleſiaſticorum decedentium, condito teſtamento, modò legitima facultate teſtandi ſuffulti, quæ tamen non ſuffragatur, ſi qui illam obtinuit, non teſtetur arg. *l. hac conſultiſſima, & l. ex imperfecto, C. de teſtamen.* & Navar. *d. com. §. 7. num. 6.* niſi in eadem facultate caveatur, quòd etiam ab inteſtato proximiores in gradu ſuccedant; quia tunc contra cameram Apoſtolicam lata interpretatio eſt facienda argum. text. *in l. 3 ff. de conſt princ* quem ſequitur Bart. *in l. ſi quando. num. 1. C. de inof. teſtament.*

31 Et † ſolus Papa facultatem teſtandi concedere poteſt, Navar. *eod. com. §. 9 n. 3.* quia ipſi ſoli, uti vniverſali bonorum eccleſiæ adminiſtratori, eſt immediatè à Deo commiſſa bonorum omnium eccleſiaſticorum adminiſtratio, & omnium † bonorum eccleſiaſticorum dominum eſſe DominiNoſtri JESU CHRiSTI, non ſolùm ea ratione generali; Domini eſt terra, & plenitudo eius, ſed etiam ſpeciali cenſura, & diſpoſitione hominum, licet ſuperflua, fuerit, & hoc eſſe certum, & de fide, tenet Nava. *in tract. de reddit eccleſ. quæſt. 1. mon. 40. num. 8. & in d. com. de ſpol. cler, §. 9. num.* 4. & quocunque caſu hæc omnia procedunt duobus concurrentibus, vno in abſtinendo, videlicet, ab illicita negotiatione, & aliis à ſacris canonibus prohibitis, & altero in faciendo, nempè reſidendo, ſi ipſi habeant beneficia perſonalem reſidentiam requirentia, ex alibi allegatis.

33 Negotiatio † enim est duplex, licita, & illicita; licitè negotiari licet, antequam quis sit ecclesiasticus, sed mutato statu laicali in ecclesiasticum negotiari non licet, *cap. fornicari, & cap. eijciens, 88. dist.*

34 † Nam negotiatio ecclesiasticis est interdicta, *cap. decrevit, cap. consequens, cap. Episcopus. cap. perlatum: & cap. negotiatorem, ead. dist.* quia difficile est, inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum, *cap. qualitas, de pœnit. dist. 5* .& pluribus modis ecclesiastici illicitè negotiantur.

Primò, † possessiones conducendo, *ut* 35 *cap. fin. 87. dist. & d, cap. decrevit.* quia semper intelligitur causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas probetur, gloss. *in eod. cap. decrevit, in ver. conducere* est enim cupiditas mater vsurarum, *c. virum, 47. dist.*

Quapropter cupidi ordinari prohibentur; 36 quia tales de facili deviant à vero, *dict cap. virum, & cap. dilectissimi, 8. quæst. 2.*

Sed, quando † negotiatio non fit lucri 37 causa, sed, ut necessitati subveniatur, non est clericis prohibita, ex traditis per Abb. *in cap. secundum, num. 1. ne cler. vel mon.* & Navar. *eod commen. de spol. cleric. §. 7. num. 5. vers. quæ omnia.*

Secundò † nec causas criminales, aut 38 civiles secularium suscipere, aut pro illis coram judicibus secularibus advocare possunt, *d. cap. fin.* & gloss. *in cap. 1. 15. quæst. 2. cap. 1.* & ibi Abb. *num. 5. ne cler. vel mon. neg sec. se immisc. & cap. 1. ext. de postul.*

Tertiò, † nec officium procuratoris 39 exercere, quod ars nuncupatur, *cap. qui Episcopi, in fin. 1. quæst. 3. d. cap. 1. ne cler. vel. mon.* & gloss. *in cap. 1. in ver. artem, eod. tit. in 6.* & hæc procedunt regulariter, quò ad lites coram judicibus secularibus, cessante necessitate, sed coram judicibus ecclesiasticis possunt omnes advocare, licèt, si sunt in sacris, salarium petere non possunt, *cap. observandum, & d.* gloss. *in cap. 1. 15. quæst. 2. &* etiam pro se ipso, pro ecclesia, & si necessitas imminet, pro personis conjunctis aut miserabilibus, potest quis advocare, & procurare, *cap. 1. & cap. fin. ext. de postul. cap. 1.* & ibi Abb. *num. 5. ne cler. vel mon.*

Quartò † acquisita ex artificio, vel ser- 40 vitio per modos ecclesiasticis personis per sacros canones prohibitos, etiam aliter, quam per illegitimam negotiationem, ut toto tit. *ne cler. vel mon. & de cler. venat.* & ex arte medica, & chirurgia, vel alia eis prohibita, atque ex obsequiis indecenter Regibus, Principibus, & aliis secularibus personis contra statuta canonum exhibitis, ut per eundem Navar. *eod. commen. de spol. cler. §. 7. num. 5.*

Episcopis enim, † ne minus dignè loco 41 cedant, aut Regum ministris, regulis, & Baronibus, personaliter inserviant, per sacr. concil. Trident. cum antiquorum canonum renovatione fuit expressè interdictum *ut c 17 de reform. sess 25* &ideò quidquid pro similibus obsequiis Principum largione acquirunt spolio cedit.

Sub spolio † etiam cadunt omnes fru- 42 ctus, redditus, & proventus, ac jura, obventiones, & emolumenta quæcunque quomodolibet, & qualitercunque nuncupata omnium, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, & monasteriorum etiam con-

consistorialium, tam per constitutiones Apostolicas, quàm cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu aliàs quomodolibet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter Sedis Apostolicæ reservatorum, seu affectorum à die vacationis beneficiorum pro rata temporis, usque ad diem provisionis, *ut in litteris Pij IV. dat. Romæ sub annulo piscatoris die 7. Decembru 1560. in Bull. Rom. cap. 29.* & Navar. *eodem tract. de spol. cler. §. 7. num. 2. vers. primo not.* quæ loquuntur de beneficiis in Regno Neapolitano, & illius Provinciis per obitum, & aliàs quovis modo, præterquàm per cessum, illa obtinentium pro tempore vacantium, quæ postmodum per alias ejusdem Pij IV. litteras fuerunt ampliatæ, non solum in Regno Neapolitano, sed per totam Italiam, *ut in eisdem litteris sub annulo piscatoris, die 25. Aprilis 1560. expeditis, in eodem Bull. cap. 36.*

Ideò cum generaliter omnes fructus beneficiorum reservatorum, & affectorum à die vacationis usque ad diem provisionis fiat cameræ Apostolicæ, consequens est,

43† quòd dicti fructus beneficiorum non reservatorum non exacti tempore vacationis obvenientes non sint Sedi Apostolicæ reservati; ut per Navar. *eodem §. 7. num. 3.* sed sint illius, cui spectant de jure, & jure canonico spectant successoribus beneficiatis. Nullus enim quorumcunque beneficiatorum, sivè ex testamento, sive ab intestato decedentium fructus, &c. pecunias, & aliàs res per beneficiatos defunctos relictos, & ante illorum obitum non exactos, etiam si pro tempore ante

46 obitum hujusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies beneficiatis viventibus advenerit; & per ipsos beneficiatos non steterit, quominus illos exegerint, quinimo, omnem pro illorum exactione necessariam diligentiam etiam judicialiter agendo fecerint, quoquomodo exigere, aut etiam sponte oblatos percipere potest; sed successoribus in beneficiis debentur, *ut in c. fin.* ubi etiam gloss. *in ver. reservari in addit. de off. ord. in 6.* Baron. *in cons. 138 num. 67 & 9. volum. 1. & in Motu proprio Iulij Papæ III. die 6. Iulij anni 1550. in Cancellaria Apostolica publicato, in eodem Bull. Rom. c. 9. pag. 504. §. nos attendentes, & §. volentes* & ita in curia Romana pluries servari, & judicatum vidi, nec aliter

44 judicari potest, quia dictus † Motus proprius habet decretum irritans, &c. & clausulam, *sublata &c.* quæ removet aliter judicandi, vel interpretandi facultatem, *cap. si eo tempore. de elect. in 6.* cum aliis alias allegatis, & infinitas lites tollit, quæ inter hæredes, & successores in beneficiis oriri solebant, quibus, ut plurimùm laici in præjudicium successorum beneficiatorum fructus, & pecunias non exactas os bovi trituranti alligando exigebant, ut bene animadvertit, & quibus motus fuit Jul. III. *in dict. const. de qua hic meminimus.*

45 Fructus † beneficiorum juris patronatus tempore vacationis non cadunt in spolio, quia beneficia juris patronatus non comprehenduntur sub reservationibus generalibus, vel specialibus. Felyn. *in tract. quan. lit. Apo. noc. par nu. 11. vers. limita secundo,* & Covar. *pract. quæst. c. 36. numer. 1. vers. ex quibus.*

46 Secundò, † nec fructus beneficiorum vacantium in mensibus Ordinariis collatoribus de jure spectantibus, aut aliàs vi-

gore alternativæ ipsis concessis, in quibus cessat reservatio ; quia, cùm constitutio spoliorum sit limitata pro fructibus beneficiorum reservatorum, non potest extendi ad non reservata, quia limitata causa limitatum parit effectum *l. cancellaverat ff. de his quæ in test. del.* & Menoch. *cons.* 24. *num.* 19. *lib.* 1 Spolium enim est odiosum, & in odiosis non fit extensio, *c. odia de reg. jur. in 6.*

47 An autem bona † decedentium beneficiatorum, qui, dum in humanis agerent, aleatorum, concubinariorum, sanguinolentorum, tabernariorum, venatorum, aut alias lascivam, & damnatam vitam agebant, veniant in spolio, stante, quòd acquisita per modos ecclesiasticis per sacros canones prohibitos cedunt spolio ex allegatis suprà, sub num. 40. est distinguendum, quò ad patrimonialia, aut ex donatione, testamento, vel ab intestato acquisita non venire; quia cùm prædicta sint prohibita, & criminosa, mortua persona, extinguitur
48 actio ; † quoniam actiones descendentes ex quasi delicto non transeunt ad hæredes. Bart. *in l. si filius familias judex, num.* 1. *ff. de judic.* Et pari modo, si beneficiatus habet amplos redditus bonorum stabilium laicalium, & tenues ecclesiasticos non excedentes summam triginta ducatorum. Quia, si bona acquisita relinquit, præsumuntur ex redditibus bonorum laicalium quæsita, cum à communiter accidentibus aleatores, concubinarij, tabernas frequentantes, venatores, aut aliàs vitam malè, & contra sacros canones ducentes, bona non acquirant, sed consumant ; quapropter præsumuntur licitè, & non illicitè acquisita.

49 Unde † cameræ alleganti contrarium onus probandi incumbit, quia præsumptio transfert onus probandi in adversarium, *l. generaliter*, § *si petitum. ff. de fideicommiss. liber.* & Menoch. *cons.* 54. *num.* 6. *lib.* 1.

50 Ob non residentiam † Pius IV. sua constitutione perpetuò valitura statuit, & ordinavit, quòd omnia, & singula bona mobilia, immobilia, & se moventia, res bona, jura, & actiones cujuscunque qualitatis, & valoris ac ubicunque locorum consistentia, ad quoscunque ecclesiasticos, quavis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia, extra residentiam decedentes, pertinentia, etiam si facultatem specialem de illis, aut eorum parte testandi, & aliàs liberè disponendi obtinuerunt, ac de bonis, & rebus hujusmodi dispositurint, tanquam spolia ad cameram Apostolicam legitimè pertinere, *ut in eadem constitutione sub datò Romæ* 1564. *septimò Kal. Decembris, in eadem Bull. Rom. c.* 115. clausula, sublata, & decreto irritanti, de superadjectis, & in pœnam non residentium, ultra alias pœnas contra non residentes, à sacro concilio Tridentino inflictas, *ut in c.* 1. *& 2. de reform. sess* 6.

51 Apostatarum † etiam Regularium extra claustra degentium bona quæcunque per dictos regulares extra claustra ecclesiarum, monasteriorum, domorum, & quorumcunque regularium locorum degentes, quocunque jure, & actione, sive ea causa testati, sive intestati acquisita, & in posterum acquirenda, vel ad eos delata in quibusvis Provinciis, dominiis, Regnis, & locis consistentibus, nisi ijdem, ad quos illa spectarent, sufficienti essent testandi, aut de illis disponendi facultate suffulti, eaque legitimè usi fuissent, ad cameram Apostoli-

postolicam pleno jure pertinere, & spectare, ac bona quæcunque eorundem sub spoliorum nomine comprehensa, per ipsam cameram, ejusque nomine à quibuscunque illa, quandoque occupantibus, & detinentibus recuperari ac vendicari posse, ac juxta Pauli Papæ III. & aliorum Pontificum litteras eadem camera Apostolica in hujusmodi bonis spolia nuncupatis verè, & universaliter succedere Greg. Papa XIII. Apostolica auctoritate declaravit, *ut in litteris ejusdem Gregorij sub die 21. Januarij 1577. expeditis, de quibus in Bull. Rom. c. 44.*

Et Pius V. de sanct. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consensu, & de potestatis plenitudine, † extinxit, & abolevit ordinem fratrum Humiliatorum, & officium Præpositi generalis, ac provincialium, & quæcunque alia ministeria ordinis sic suppressi, nec non omnia, & quæcunque statuta, consuetudines, & decreta ejusdem, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quacunque firmitate munita, privavitque Generalem, ac cæteros omnes Præpositos, & fratres, omnibus Præposituris, dignitatibus, administrationibus, officiis, & beneficiis ecclesiasticis, cum cura & sine cura, necnon domibus, conventibus, locis, & bonis, immobilibus, mobilibus, & se moventibus ubicunque gentium constitutis, sacra quoque, & communi supellectile, ac ipsorum omnium usufructu, administratione, ac possessione spirituali, & temporali, ac etiam jure, & actione, sive per statuta Apostolica, sive aliàs quomodolibet pertinente, ac eis abstulit omnimodam facultatem, usum, & auctoritatem, generalia, provincialia, & alia capitula de cætero celebrandi, *ut in constit. ejusdem Pij V. de qua in Bull. Roman. c. 122.* & idem Pius præposituris, ac aliis ejusdem extincti ordinis dignitatibus, & beneficiis aliis ecclesijs, & pijs locis unitis, ac aliàs de illis dispositio, 53 † fratribus ejusdem extincti ordinis pro singulorum eorundem fratrum alimentis pensionem annuam liberam immunem, & exemptam scutorum quadraginta auri annis singulis percipiendam, eorum vita durante, super eorumdem beneficiorum fructibus distribuit, & auctoritate Apostolica assignavit, † ac omnia beneficia 54 ejusdem ordinis sic suppressit Sedi Apostolicæ duntaxat specialiter, & expressè in perpetuum reservavit, *ut in litteris, de quibus in Bull. Roman. ejusdem Pij V. c. 123.* Et, quoniam quampluribus dicti extincti ordinis fratribus fuit postea Apostolica, aut alia auctoritate de aliis beneficiis provisum;

55 Quæritur, & numquid bona eorundem decedentium, post ejusdem ordinis extinctionem ex redditibus ecclesiasticis acquisita, cadant sub eodem spolio, sub quo cadunt alia bona per apostatas extra eorum ordines & religionis acquisita: & ratio dubitandi oritur, quia, cùm ipsi postmodum extra claustra, & obedientiam religionis vixerint, videtur, quòd sub constitutione ejusdem Gregorij XIII. & aliorum Pontificum contra apostatas editas comprehendantur; at tamen, cùm dicta constitutio Gregorij Papæ XIII. *de qua in Bull. c. 44.* & aliorum Pontificum suorum prædecessorum contra apostatas editæ expressis verbis comprehendant regulares professos extra claustra suorum regularium locorum, etiam de licentia suorum superiorum degentes, *ut in d. con-*

stit.

stit. 44. *in proœm.* quod denotat causam finalem, *ut l. fin. ff. de hæred. inst.* & Jas. *in l. si pacto, quo pœnam, nu.* 14. *C. de pact.* Puto distinguendum, quia aut dicti fratres extincti ordinis habebant monasteria cum claustris, aut alias domus pro eorum habitatione, & communi vita, loca claustri assignatas, *ut in dict. Bull. Pij V, §. hanc autem.*

56 Et † hoc casu, qui aliò se transtulerunt sine legitima Sedis Apostolicæ licentia speciali, sub constitutionibus contra apostatas editis comprehenduntur, & bona eorundem extra loca pro eorum residentia assignata postea acquisita, post eorum obitum ad cameram Apostolicam spectant, quia loca, de quibus in eod. §. *hanc autem*, loco monasteriorum, & claustrorum fuerunt subrogata, & subrogatus sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur, *l. eum, §. qui injuriarum. ff si quis, caut. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ il. 1. junct.* gloss. *ut lit. pendent.* & Bart. *in l. 1. §. hi quibus, nu. 2. ff de leg. 3.*

Si verò Apostolica auctoritate de aliis beneficiis præcipuè personalem residentiam requirentibus fuerint provisi, & à vinculo communis vitæ, & habitus gestationis soluti, tunc sub dictis constitutionibus contra apostatas editis non censentur comprehensi, quia, cùm ordo Humiliatorum penitus fuerit extinctus, nec fratres habeant monasteria; provisiones contra apostatas factæ, cessante dicta subrogatione, non comprehendunt fratres ordinum suppressorum, & extinctorum, argum. *text. sacr. conc. in c. 11. de reform. sess. 14. & cap. 19. de regul. & monial. sess 25.*

Hoc enim casu inter alios clericos seculares sunt connumerandi, quò ad bona per ipsos acquisita post ordinis Humiliatorum extinctionem, & cessante facultate testandi, eorum bona ad Cameram Apostolicam spoliorum nomine devolvuntur.

57 Si autem habent facultatem † particularem, & specialem testandi, aut in facultatibus generalibus, quæ pluribus in locis clero media compositione cum camera Apostolica facta, fuerunt concessæ, incorporati reperiuntur, non video rationem diversitatis, quare eadem facultate gaudere non debeant. Cùm enim, & sit eadem ratio, idem jus statui debet. Grav. *cons.* 183. *numer.* 3. & de eisdem bonis testamento, aut alias disponere valent, quemadmodum clerici seculares disponere possunt, *ex supra à numer.* 12. *usque ad num.* 13. *allegatis.*

DE PROHIBITIONIBVS, ET POENIS. Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Clericis negotiari est prohibitum, & quare, & quam pœnam contravenientes incurrant.*

2 *Mediatores clerici illicitorum contractuum esse non possunt.*

3 *Mediatores contractuum usurariorum usura*

suras reddere tenentur, ac si ipsi accepissent.

4 Tabellionatus officium clerici exercere nequeunt, & quare.

5 Tabellionatus officium est vile, & tabellio dicitur servus publicus.

6 Clericus, si efficiatur tabellio, non perdit privilegium clericatus, nec beneficium.

7 Clericus, quibus casibus officium tabellionatus exercere possit.

8 Clericus non potest esse fideijussor, tamen si fideijubeat remanet obligatus.

9 Sanguinis judicium clericus exercere non potest, & nu. 13. & nu. 20.

10 Episcopi Principibus inservire prohibentur.

Episcopi dignitatem suam conservare debent, ibidem.

11 Clerici, vel prælati possunt esse consiliarij Principum secularium.

Iurisdictio Papæ est distincta à jurisdictione Imperij, ibidem.

12 Principes seculares adhibentes sibi consiliarios ecclesiasticos optimè faciunt.

13 Episcopatus, & presbyteratus officium, quàm sit grave

14 Clericus auctoritatem, vel consilium præstans in causa ultimi supplicij efficitur irregularis.

15 Venatio clericis est prohibita, & quare.

16 Histriones sunt infames.

17 Clericus histrionicam artem exercens, qua pœna sit mulctandus.

Clerici, an propter venationem possint à judicibus secularibus puniri, ibidem.

18 Clerici publicè macellariorum, & tabernariorum officium exercentes, qua pœna puniantur.

19 Advocati, vel procuratoris officium, an, & quando clerici exercere possint.

20 Clericus, cui ecclesia non sufficit, ex artificio, & opere rurali, potest sibi victum quærere.

21 Advocati dicuntur defendere rempublicam, sicut milites armatæ militiæ.

22 Clerici, à quibus alijs rebus se abstinere debeant.

Ebrietas, quid producat, ibidem.

23 Mulieres, aut concubinæ cum clericis habitare prohibentur.

24 Concubinarijs quæ pœnæ sint inflictæ, & numeris. seqq.

25 Clericus cum muliere in peccato perseverans, qua pœna sit plectendus.

26 Ordinarij locorum in principio sui regiminis debent publicare edictum contra concubinarios.

27 Ordinarij possunt edicta publicare, & proponere.

28 Fornicatione simplici clericus non est deponendus, sed est pœna arbitraria puniendus, nisi fornicatio sit scandalosa.

Fornicarij regnum Dei non possidebunt, ibidem.

29 Sodomitæ clerici, quibus, & qualibus pœnis puniri debeant.

30 Episcopi pro quolibet delicto statim non debent fulminare.

31 Adulter clericus, qua pœna sit mulctandus.

32 Spiritualem filiam cognoscens deponendus venit, secus autem, si reus non est convictus per testes.

33 Confitenti, an, & quando minuatur pœna.

34 Commatrem cognoscens est deponendus.

35 Virginem stuprans est deponendus.

36 Monialem stuprans est deponendus.

37 Monialem corrumpens triplex peccatum committit, & cum ea matrimonium contrahens, efficitur inhabilis ad cum alia contrahendum.

38 Homicidiarius non amittit beneficium ipso jure, sed est privandus per sententiam.

39 Beneficiatus, quando agitur ad privationem, potest renunciare, antequam privetur.

40 Periurus est etiam deponendus.

41 Sacrilegus item, & num. 48.

42 Sacrilegium, quid sit, & unde dicatur.

43 Sacrilegium, quot modis committatur, & num. 48.

44 Percutiens clericum est excommunicatus, & à nemine potest absolvi, praterquam à Romano Pontifice, item, & mandans percuti, præbens auxilium, favorem, &c.

45 Excommunicatio non fertur, nisi propter culpam mortalem.

46 Clericorum appellatione, qui veniant.

47 Monachi etiam appellatione, qui veniant.

48 Ecclesiasticis injuriam violenter inferens, de jure civili capitaliter punitur.

49 Monialem carnaliter clericus cognoscens, sacrilegium committit, laicus verò est excommunicandus, & de jure civili capite plectendus.

50 Sacrilegium committit, qui locum sacrum, vel illius cœmeterium vigilat destruendo, devastando, vel occupando, aut ejus immunitates effringendo.

51 Benedictio duplex, altera constitutiva sacri, altera invocativa.

52 Dicata res semel Deo, non est ad usus humanos transferenda.

53 Consecrata benedictione constitutiva sacri, nullus Prælatus profanare potest, antequam desinant esse talia.

54 Ecclesiam infringens gravi pœna punitur.

55 Sacrilegium committitur, auferendo sacrum de sacro, & non sacrum de sacro, sivè sacrum de sacro.

56 Clericus ministrans in ordine, quem non habet, est deponendus.

57 Laicus Missam celebrans, aut in aliquo ex ordinibus sacris ministrans, falsarii pœna punitur.

58 Laicos se Episcopum falsò profitenti mors inflicta.

Laicus, vel non presbyter Missam celebrans, vel pœnitentia sacramentum administrans, qua pœna plectendus.

59 Missam non jejunus celebrans pœnam excommunicationis incurrit.

60 Ebrius non præmissa digestione celebrans, est beneficio privandus.

61 Excommunicatus majori excommunicatione, suspensus vel interdictus Missam celebrans depositionis pœnam incurrit.

62 Missam unam tantum regulariter, una die sacerdos debet celebrare.

63 Misse plures una die in quibus casibus possint ab uno sacerdote celebrari.

64 Misse tres, qua in die Nativitatis Domini celebrantur, quid significent.

Sacer-

Sacerdos quando iterum in uno die celebrare potest.

65 Missa super altari consecrato celebrari debet.

66 Missam super altari non consecrato celebrans arbitrio Ordinarij est puniendus.

67 Missam celebrans sine aqua, & igne, aut in pane fermentato, & calice indecenti, est deponendus.

68 Missam celebrans sine paramentis sacerdotalibus, qua pœna sit plectendus.

69 Horas recitare omittens ex oblivione, mortaliter non peccat.

70 Missam latenter celebrans sine paramentis solitis ob metum hæreticorum, non peccat.

71 Missa, an sine duorum præsentia possit celebrari.

72 Missa in loco privato celebrari non debet.

73 Sacerdos maxima cum attentione, & diligentia Missam celebrare debet.

74 Sacerdos qui per negligentiam aliquid de sanguine in terram cadere finit, quid præstare teneatur.

75 Missa omne aliud opus superat in sanctitate.

76 Sacerdos super rebus aptis ad sortilegia celebrans, ut quis mortis periculum incurrat, est deponendus.

77 Sacerdos superstitiosus est deponendus.

78 Sacerdos celebrans, & non sumens corpus, & sanguinem Domini, pœnam suspensionis à communione per annum incurrit.

79 Civitates, quæ Episcopos necare præsumunt, in posterum Episcopalis dignitatis carere debent.

80 Missa cum omni munditia debet celebrari, & cum immunditia celebrans mortaliter peccat.

81 Missam matutinis non solutis celebrans, quando mortaliter peccet.

82 Officium divinum omnes beneficiati recitare tenentur.

83 Officium divinum, legitimo cessante impedimento, recitare omittens, non facit fructus & mortaliter peccat.

84 Horas canonicas recitare omittens pro rata omissionis fructuum partem amittit.

85 Officium divinum recitare tenentur omnes sacris ordinibus initiati.

86 Officium divinum lege naturali, & divina debet recitari.

87 Officium Romanum recitare non tenentur milites regulares.

88 Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam milites regulares loco horarum recitare tenentur, aliàs mortaliter peccant.

89 Horæ sunt septem, sicut septem dona Spiritus sancti.

90 Horas canonicas officij Beatæ Mariæ pensionarij recitare tenentur.

91 Pensionarij ad officij Romani recitationem obligati non tenentur etiam recitare officium Beatæ Mariæ.

92 Laici pensionarij ad horas canonicas recitandas non tenentur.

93 Clerici regulariter torqueri possunt.

94 Tortura in clericis mitior esse debet, quàm in laicis.

95 Clerici omnibus laicis digniores.

96 Laici publicè, & solemniter pœnitentes, quid facere teneantur.

97 Clerici ad solemnem pœnitentiam non adiguntur.

97 Clerici regnum in Deo habent, quod clericalu tonsura designat.
99 Sacerdotes sunt regum, Principum, fideliumque patres, ac magistri.
100 Clerici maximè à laicis differunt.
101 Doctores, advocati, & milites an torqueri possint.
102 Sacerdotes habent privilegium fori à Deo.
103 Clerici, an torqueri possint.
104 Consuetudo est legum interpres.
105 Clericis laicis privilegiatis inferiores esse non possunt.
106 Clerici, quando torqueri possint.
107 Copia judiciorum ante torturam, an reo danda.
108 Statutum Vrbis, extra Vrbem non extenditur.
109 Dictio semper, quid importet.
110 Condemnari nemo potest nisi prius datis defensionibus, etiam parte non petente.
111 Torqueri, quando possit reus, etiam denegatis defensionibus petitis.
112 Iudæi pœnis ecclesiasticis subjiciuntur.
113 Iudæi nutrices, aut alios Christianos illis servientes habere non possunt.
114 Iudæi de præcepto festis diebus in publico labore, seu laborari facere non possunt.
115 Iudæi cum Christianis ludere, aut comedere non possunt.
116 Iudæorum libri rationum, quando contra Christianos fidem faciant.
117 Iudæi mercaturam frumenti, aut aliarum rerum, usui humano necessariarum facere nequeunt.
118 Iudæi, & alij infideles medici, Christianos ægrotos curare non possunt.
119 Medicati à medicis hebræis, vel infidelibus, si decesserint, carere debent sacramentis, & ecclesiastica sepultura.
120 Iudæi signum patens glauci coloris deferre tenentur.
121 Iudæi, an dispensari possint à delatione signi glauci coloris.
122 Iudæi statuta locorum, in quibus habitant, observare tenentur.
123 Iudæi puniuntur juxta formam juris, & locorum constitutionem.
124 Iudæi, Thalmud scripta, blasphemijs, & erroribus plena, semper amplexi fuerunt, & quare.
125 Thalmud, & alij hebræorum libri pluries prohibiti.
126 Revocatio facultatum legendi libros Thalmud, & alios prohibitos.
127 Prohibitio retinendi Thalmud, & alios libros prohibitos sub gravibus pœnis.
128 Thalmud, & alij libri prohibiti hebræorum sunt diligentissimè perquirendi, & illos habentes graviter puniendi.
129 Iudæorum voracitas in usuris exturquendis, quæ,
130 Iudæorum scelera, & flagitia quamplura.
131 Iudæorum expulsio à statu Ecclesiastico.
132 Iudei in Vrbe Roma, Avinionensi, & Anconitana habitare possunt.
133 Iudæi edicta, & constitutiones præcipuè Pontificum, & alias Apostolicas servare tenentur.
134 Iudæis licentia contra constitutiones Apostolicas non sunt concedenda.
135 Iudæi filijs effectis Christianis alimenta præstare tenentur.
136 Iudæi filijs ad Christi fidem conversis legitimam dare tenentur.

ECCLE-

ECCLESIASTICÆ personæ negotiorum causa plures pœnas incurrunt: &, quia supra de spoliis clericorum egimus, quæ in genere pœnarum versantur, non absonum est, ut de aliis pœnis nunc agamus.

1 Primò enim † lucri causa clericis est negotiari prohibitum, *cap. secundùm institutа, ne cleric. vel mon.* Nam qui Deo inserviunt, & annexi sunt clero, accedere non 6 debent ad actiones, seu administrationes, vel ad procurationes domorum secularium, cùm nemo militans Deo negotiis secularibus se debeat implicare, *cap. credo. cum seq 21 quæst 3.* & si occasione administrationis propter pecuniariam causam deprehenduntur in fraude, subeunt pœnam, quòd eis ab Ecclesia subveniri non debet, *cap. sacerdotibus.* & ibi gloss. final. *in fin.* & Abb. *num. 1, ne cler. vel. mon.* gloss. *in cap. quanta, in ver principium, de off. ord.* 7 & Diaz. *pract. crim. cap 57 alias 50. n. 1.*

2 Secundò, † clerici illicitorum contractuum mediatores esse non possunt, cum mediator, criminis ipsum delictum committere dicatur, *cap. 1. de testi. in 6.*

3 Et clericus mediator † in contractibus usuratiis usuras restituere tenetur, gloss. *in l. si sciente ff de purric.* Mediator autē ut quis simoniacè ordinetur, à proprio gradu decidit, *cap. si quis Episcopus. §. si quis verò, 1. quæst. 1.* infamiæque pœnam incurrit, gloss. *1. in d. cap. 1. de testi. & cap. fin. cum ibi allegat per gloss in ver. percellantur, 1. quæst. 3.*

4 Tertiò, tabellionatus † officium clerici in sacris constituti exercere non debent, & contrafacientes per beneficiorum subtractionem, appellatione postpositâ, ab officio hujusmodi sunt interdicendi, *cap. sicut, ne cler. vel mon.* & ibi Abb. *n. 2.* quia illud officium extraneum est officio clericorum, præsertim in ordine sacro constitutorum.

Est enim officium † vile, cum tabellio dicatur servus publicus: & seculare, quia dicitur servus à serviendo omnibus; & ideò decurionibus est prohibitum, *l universos decuriones. C. de decur. lib. 10.* gloss. *in d. cap. sicut*, & ibi Abb *num. 5.*

Estque officium clerico † interdicendum; tamen clericatus, vel beneficium per supervenientiam tabellionatus non perditur ipso facto, sicut, nec per clericatum perditur officium tabellionatus, *d. cap. sicut*, ubi etiam Abb: *num. 3. & cap. officium, §. ad conscribendas, de hæret. in 6.* Possunt nihilominus clerici tam seculares, quàm regulares, etiam in sacris ordinibus constituti, qui ante ordinum susceptionem officium susceperant, tabellionatus illud in causis † hæresis exercere, *d. §. ad conscribendas*, & Abb. *in d. cap. sicut. num. 6.* & etiam in foro ecclesiastico præsertim in Urbe, ut sunt Protonotarii, qui Papæ notarii dicuntur, & notarij curiæ Auditoris Cameræ, & Cameræ Apostolicæ, ac sacræ Rotæ, qui omnes eiusdem Papæ sunt notarii, à quo fuerunt tribunalia prædicta erecta. Nam tam laicis, quàm clericis etiam beneficiatis titulo oneroso officia notariatus hujusmodi ad vitam conceduntur, propterea licitè exercere, & notarii quoque episcoporum esse possunt, ut post Joan. Andr. Philipp & Goff tenet Abb, *in d. cap sicut, n. 6.* Quandoque etiam vrgente jurisdictionis ecclesiæ necessitate, & oppressione, cum pluries acciderit, quòd aliqui magistratus immemores salutis æternæ verbo,

facto, aut signis, excommunicationis, aliasque sententias censuras, & pœnas ecclesiasticas etiam in Bulla cœnæ Domini contentas contemnendo, prohibent, ne laici ecclesiasticæ inserviant jurisdictioni; quapropter ecclesiarum Prælati clericis, etiam in sacris, & presbyteratus ordinibus constitutis in procutatoris fiscalis, & notariatus officio uti coguntur, & ipsi deservire tenentur, quicquid agunt, est validum. Bart. *in l. vniversos, num. 2. C. de decur. lib.* 10. & Rom. *cons.* 409. *numer. 7. & 8.* prout, licet clericus † à fidejussione prohibitus, *cap. te quidem.* 11. *quæst.* 1. tamen fidejubendo tenet fidejussio. gloss. *in d. cap. quidem, in fin.*

9 Quartò, † sacerdotes à Christo ad ministerium salutis sunt electi, & propterea à Regum, aut aliorum Principum, ubi sanguinis sententia præparatur, judices esse non possunt: & si quis sacerdotum discussor in alienis periculis extiterit, fit reus effusi sanguinis apud CHRISTUM, & depositionis pœnam incurrit, *cap. sæpe principes.* 23. *quæst.* 8. *cap. cler. vel, mon.* & ibi Abb. *num:* 1.

10 Nec Episcopi Principibus debent inservire, sed se à Principum servitute abstinere, & tam in ecclesia, quàm foris suum gradum, & ordinem præ oculis habere, ac ubique, se patres, & pastores esse noscere debent. Concil. Trident. *cap.* 17. *sess.* 25. *de reform. cap, Valentinianus,* 63. *dist. cap. duo sunt, & cap. si Imperator.* 96. *dist.*

11 Possunt † tamen Prælati, & clerici esse consiliarii Principum secularium, Abb. *in d. cap. clericis, numer.* 10. & ita in plurimis Regum, & Principum curiis servatur, & optima quidem ratione: nam cùm regia potestas sit longè inferior ordine sacerdotali, *d. cap. duo sunt, cap. si Imperator, in fine.* licet ministeria Papæ, & Imperatoris sint distincta; *auth. quom opor. opt. eod. cap. duo sunt. & cap. solita. de maior. & obed.* in concernentibus tamen animarum salutem, de quibus ubique tractatur, piè agunt † Imperator, Reges, & 12 Principes, qui inter alios, etiam Præsules ecclesiasticos sibi consiliarios adhibent, cum Imperatores Christiani subdere debeant executiones suas ecclesiasticis Præsulibus, *dict. cap. si Imperator, in fin.* & ipsi Præsules, ubicunque pro animarum salute sunt vocati, laborem recusare non debent, quia licèt, ut scripsit D. August. *ad Valerium,* 13 nihil † apud Deum, sit miserabilius, tristius, & damnabilius, nihilque in hac vita difficilius, laboriosius, & periculosius, Episcopi, Presbyteri, aut Diaconi officio, nihilominus apud Deum nihil beatius est, si eo modo militetur, quo debet militari, *cap. ante omnia,* 40. *dist.* 14 sed ubi tractatur de sententia † vltimi supplicij promulganda, interesse, nec consentire debent, alias pœnam irregularitatis incurrunt, & sunt deponendi, *cap. ex litteris* §. *nos autem.* & ibi glos. *in ver. corporalem & in ver. cedat. de excess. prælat.* nisi sint dispensatione, aut privilegio Papæ suffulti.

15 Quintò, venatio † est prohibita, cum Episcopis, presbyteris, aut diaconis canes ad venandum, aut accipitres, vel alia similia habere non liceat, & si qui talium personarum in hac voluptate sæpius detenti fuerint, si Episcopus, tribus mensibus, presbyter duobus, à communione sunt suspendendi, diaconus verò ab omni officio, & communione suspendi debet,

cap.

cap. quorundam, in princip. Episcopum, 34. dist. cap. 1. & 2. de cler. venar. & ibi Abb. *numer. 1.* est etiam clericis in minoribus ordinibus constitutis venatio prohibita, ut ibi gloss. *in dict. cap. 2.* Sed, quoniam illis certa pœna nulla imponitur, arbitrio Episcopi sunt puniendi, ut trad. Ioann. And. & Hostien. *in dict. cap. 1. de clem. venat. in fi.* eoque magis clericis est prohibita venatio, quia Esau venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non invenitur in scripturis sanctis, sanctum aliquem venatorem, piscatores autem non paucos *cap. Esau. 86. distinct.* Et non solùm est clericis venatio prohibita, sed graviter delinquunt, qui venatoribus donant, ut testatur. D. Augustin. *relatus in cap. qui venatoribus, & c. vident homines, eadem. distinct.* quoniam, qui primo diluculò non ad Ecclesiam vigilat, non Beatorum Martyrum loca sancta perquirit, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus sylvasque perlustrat servulos, inquam, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulat aliena, nesciens, reum se futurum tam de suo delicto, quàm de perditione servorum, à jejuniis alienus est, nec aliis piis operibus, ut Christianum decet, vacare potest, *cap. an putatis, eadem distinct. 86.* & de pœna venatorum, trad. Diaz. *pract. crim. c. 69. alàs 61.* & Augustin. *in Psalm. cap. 2. relatus, in c. qui venatoribus, 86. distinct. inquit.* Qui venatoribus donat, quare donent dicant mihi; quare dant venatori, hoc in illo amant, in quo nequissimus est: hoc in illo pascunt: hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicant, spectaculis hominum. qui dant histrionibus; qui donat meretricibus; quare donant? nunquid non & ipsa hominibus donantur? non tantùm naturam ibi attendunt operis Dei: sed nequitiam operis humani.

16 Sextò, histriones † sunt infames, *l. 2. §. ait prætor. ff. de his qui not. infa. cap. 2. junct.* gloss. *in ver. histriones, 4. quæst. 1. & cap. pro dilectione, de consecr. distinct. 2.* clerici verò, qui tales se faciunt, artem illam ignominiosam per annum exercendo ipso jure,

17 † si autem tempore breviori, & tertiò moniti non resipuerint, carent omni privilegio clericali, *c. 1. de vit. & honest. cler. in 6.* quod procedit etiam in regularibus, & aliis in sacris constitutis, ut ibi trad. Ioann. Andr. Dom. & Philipp. Franc. An autem propter hoc crimen, possint clerici à judicibus secularibus puniri, scripsit Diaz *in d. pract. crim cap. 70. nu. 3. alias 62. circ. med.*

18 Eandemque pœnam † amissionis privilegij clericalis incurrunt, macellariorum, aut tabernariorum officium exercentes, *clem. 1. de vit. & honest. cler.* monitione tamen de desistendo præcedente, quia propter exercitium artis prohibitæ ante monitionem clericus, etiam si sit tantùm in minoribus constitutus, vel conjugatus, non perdit privilegium clericale, *dict. clem. 1. §. quisi taliter moniti,* & ibi Imol. *cap. ex litteris,* & ibi gloss. *in ver. tertiò. de vit. & honest. cleric.* & Diaz. *dict. pract. cap. 63. alias 72.*

19 Septimò, clerico † non licèt advocari, vel procuratoris officium contra ecclesiam, in qua beneficiatus existit, exercere, aliàs, tanquam ingratus, potest ejusdem ecclesiæ beneficio spoliari, *c. fin. in fin.* & ibi, etiam gloss. *in vers. contra ecclesiam, de postul.* gloss. final. *in cap. nulli 3. qu. 1.* & Graff. *decis.*

decis. aur. cap. 4. par. 1. lib. 3. num. 2. Nec etiam in duabus ecclesiis beneficiatus pro una contra aliam patrocinium præstare potest, gloss. *ult. in cap. 11. quæst. 7.* & latè per Diaz. *dict. pract. crimin. c. 65. alas 57.* An autem clerici in aliis causis possint advocati, vel procuratoris officium exercere, regulariter non possunt, quia generaliter in omnibus causis procuratoris, & advocati officium exercere clericis est prohibitum, *cap. 1. in §. contentiones, ne cler. vel mon. c. 1. de postul.* Innoc. *in c. unic. in fin. de oblig. ad rat. ord.* Abb. *in c. in nostra num. 1. vers. postmodum, de procur.* & Rom. *cons. 384. num. 3.* quæ regula

Fallit primò, in causa ecclesiæ, & curia ecclesiastica, Abb. *in dict. c. in nostra. nu. 1.* in qua curia possunt clerici etiam in sacris constituti, & beneficiati procuratoris, & advocati officium exercere, *c. per venerabilem,* ubi Archiepiscopus pro rege postulat, qui fil. sint leg. Abb. *in eodem cap. in nostra. num. 1.* & Fed. de Sen. *cons. 70. eodem nu. 1.* præsertim in curia Romana, ut post Abb. anti. tenet Abb, Panormit. *in 6. cum essent. nu. 2 de symon.*

Fallit secundò, quod licet clericus non possit esse procurator laici, *l. placet. C de episc. & cler.* ad unam tamen causam clericus procurator laici esse potest. Innoc. *in dict. c. unic. in fin.* & advocationis officium exercere. Abb. *in dict. cap. cum essent. n. 2.* Fed. de Sen. *d. cons. 270. num. 1.* & Rom. qui plures citat *in sing. 273. & ibi in add.* & in causis monasterij de mandato Abbatis monachus procurator esse potest, & quilibet regularis in negotiis monasterii, & propriis Abbatis, procuratoris officium potest exercere, Innoc. *in cap. cum L. & A. numer. 1. & 2. de re jud. clem. religiosus, de procur* Rot. *decis. 2. eodem tit. in antiqu.* & Roma. *sing. 274.*

Fallit tertò, in causis pupillorum, orphanorum, viduarum, peregrinorum, & miserabilium personarum, *cap. 1. 2. cap. Episcopus gubernationem, 88 distinct. c. 1. ne cler. vel mon. cap. 1.* & ibi Abb *num. 2. & c. fin. de postul.* quæ gratis facere debent, cum hoc eis ex pietate sit permissum, ut post Hostiens. tenet Abb. *in eodem cap. 1. num. 5. ne cler. vel mon. & cap. fin. num. 5. de postul.*

Quæ procedunt † in clericis in sacris ordinibus constitutis, qui aliunde habent, unde commode vivere possunt, aliàs, si quis egeret, advocando, posset sibi victum quærere, ut post Hostiens. Abb. *in d. cap. 1. num. 4. de postul.*

Cum autem clerico indigenti liceat opus rurale exercere, *cap. 1. de celeb. Missæ, cap. clericus victum, 91. distinct.* & aliena prædia conducere, *cap. dilecti, & ibi gloss. 1.* & Abb *num. 3. de decim.* & Diaz. *in pract. crim. c. 57. in annot. in fin.* multò magis sibi licere debet † advocationis officium exercere, quia plus congruit dignitati: cum advocati rempublicam, sicut milites armatæ militiæ defendere dicantur, ut per Abb. *numer. 4.*

Si verò, clericus non est sacris initiatus, sed tantùm in minoribus ordinibus constitutus, & sic competenter beneficiatus, unde se commodè possit sustentare, tunc sacerdoti æquiparatur, & gravatis patrocinium præstare debet, alias in utroque foro licitè cum licentia, scilicet, Ordinarij stipendia percipere potest, tamen à criminalibus causis, in quibus pœna sanguinis venit imponenda, quilibet cleri-

dericus etiam non beneficiatus, nec sacris ordinibus initiatus, propter periculum irregularitatis ad offensam à procuratoris, & advocati officio debet abstinere, *cap. sententiam, ne cler. vel mon. cap. 1. 51. dist* & Abb. *d. cap. 1. num. 4. in fin. de postul.* ubi *ac tot. tit. ne cler. vel mon.* lector plura videre potest.

22 Clerico officia, † commercia secularia exercere minis, ioculatoribus, & histrionibus intendere, tabernas frequentare, nisi forte causa necessitatis in itinere constitutis, alea, & taxillis ludere, aut ludis hujusmodi interesse, pannis rubeis, aut viridibus, manicisque, aut sotularibus consuticiis, frænis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis aut aliam superfluitatem gerentibus uti, fibulas, corrigias, auri, vel argenti ornatum habentes, vel annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis, deferre, est de jure prohibitum: ac à crapula, & ebrietate, debent clerici abstinere, cùm ebrietas, mentis inducat exilium, & 25 & libidinis provocet incentivũ, *ut cap. cum decorem. c. à crapula, & cap. clerici. de vit. & honest. cleric.* & contrafacientes sunt puniendi, Concil. Trid. *in cap. 4. de reform. sess. 14. cap. 6. §. eos verò, sess. 21. &* melius *in cap. 1. §. cum igitur, sess. 22. ubique de reform.* ubi his casibus puniri possunt omni appellatione remota,

23 Incontinentiâ etiam † plures pœnas incurrunt, & quàm turpe, ac clericorum nomine, quo se divino cultui addixerunt, sit indignum in impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa communi fidelium omnium offensione, summoque clericalis militiæ dedecore, Conc. Trid, testatur, *ut in cap. 14. in princip. de reform. sess. 25.* quapropter prohibetur quibuscunque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus haberi possit suspicio in domo, vel extrà detinere, aut cum ijs ullam consuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à sacris canonibus, vel statutis, ecclesiarum impositis, sunt puniendi, *ut in eod. cap. 14. c. volumus. cap. in omnibus, c. cum omnibus 81. dist. cap. 1. & fere per tot. de cohab. & cap. fœminas, cler. & mul.*

24 Non se abstinentes, † si à superioribus muniti fuerint, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcunque, & pensionum ipso facto sunt privati, quæ fabricæ ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi est applicanda, & mulctæ ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, contra quoscunque, etiam laicos, eo ipso, quo exactæ fuerint, locis pijs sunt assignandæ, *ut cap. 3. §. in causis verò, ead sess. 25.*

Si verò in delicto † cum eadem, vel alia fœmina quis perseveraverit, secundæ monitioni non parendo, omnes fructus, ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittit, & ab Ordinario, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, à beneficiorum ipsorum administratione arbitrio eiusdem Ordinarii est suspensus.

Si verò ita suspensus concubinam non expulerit, & cum ea etiam versetur, aut semel dimissam intermissum consortium repetierit, aut aliàs hujusmodi scandalosas mulieres, sibi adjungere ausus fuerit, beneficiis, & pensionibus quibuscunque ecclesiasticis perpetuò est privandus, & inhabilitatis pœnam incurrit, ac etiam excommunicationis gladio plecti potest, *d. cap. 14. §. quodsi, & §. si verò, sess 25.*

Clerici verò beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes carceris pœnas suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda sunt puniendi, *ut d. cap.* 14. § *clerici vero.*

Quod decretum non procedit in simplici incontinentia, sed in concubinatu, & ut habeat locum, requiritur, quòd clericus secundò delinquat, & specialiter moneatur, ut fuit à sacra congreg. decisum, *super eodem cap. subtit. Mediolanen. cap.* 1. *&* 2.

26 Sed ordinarii † locorum ad amputandas fraudes, & diffugia eorum, qui scandalosè vivunt, in principio eorum regiminis edictum contra concubinarios edant, & publicari curant; quo moneantur omnes concubinarii pro primò, secundò, tertiò, & peremptorio termino, monitione canonica præmissa, quatenus debeant sub pœnis in eodem edicto comminatis & infligendis de cætero à concubinatu abstinuisse, & ipsius edicti vigore, nulla alia monitione præmissa, procedere, & non parentes ad pœnas in eod. edicto contentas, condemnare possunt.

27 Episcopi enim † contra plures, & incertas personas ordinaria auctoritate possunt edicta publicare, quæ afficiunt, *auth. qui semel*, junct gloss *in ver judiciaria*, C. *quom. quand. jud.* Bart. *in const ad reprimendum.* § *per edictum*, *num.* 1. *& num.* 3. *& cap de illicita*, & ibi gloss. *in verb. peremptorio.* 24. *quæst.* 3. Sed illa verba fructuum, obventionum, & proventuum *in d. cap.* 14. apposita. non includunt distributiones quotidianas.

Si autem reus fuerit secundò monitus, & non paruerit, tunc est suspendendus ab administratione beneficiorum, ut choro inservire non possit, & distributiones quotidianas amittit, *ut in eisdem decis. super eodem cap* 1. 1. § *illa verba, &* §, *suspensi vigore.* Licet enim de jure civili ad effectum concubinatus videatur requiri, quòd concubina sit retenta in domo, ut per gloss. & Bart. *in l. concubinam*, *ff. de concub.* Præpos. *in rub. de sponsi. num* 5.

Et regulariter plura concurrere debeant, ad constituendum concubinatum, de quibus per Rot. *in novis. decis.* 254 *n.* 1. *&* 2 *par.* 2. clericus tamen retinens mulierem in domo, sive extra domum, cum qua habeat consvetudinem, pro concubinario habetur, *ut in d. cap.* 14. *circa princip.* Quando autem clericus tenet concubinam, sicut vxorem, & publicè nutrit filios, ita, quòd etiam ipse non audet diffiteri, tunc sine aliqua monitione superioris, talis est suspensus ab officio, & beneficio, ita quòd, si celebret, incurrat irregularitatem, Abb *in c. vestra, nu.* 7. *de cohab. cler. & mul.* & Diaz. *pract. crimin. cap.* 73 *vers. advertetamen aliàs, cap.* 80. *num.* 2. & illi testamento, aut alio contractu donare, vel legare est prohibitum, ita quòd donatio causa mortis, aut legatum factum per clericum suæ concubinæ, seu alteri mulieri, in quam turpis suspicio cadere possit, non valet, *ut l.* 2. ubi etiam Bald. C. *de donat. inter vir. & vxor. l. miles ita*, §. *mulier*, & ibi Bart. *num.* 1. *&* 2 *ff. de milit. testam. & l. affectionis.* Ubi etiam, glo. *in ver. meretrices ff. de donat.* quæ procedunt, non solùm in clerico, sed in milite, advocato, & minore, glo. fi *in l.* 2 quæ communiter est approbata, C. *de donat. inter vir. & ux.* & Bar. *in d. l. affectionis. ff. de don.*

28 Simplices autem † fornicarii clerici, etiam in sacris constituti, non incurrunt pœ-

pœnam depositionis, gloss. *in cap. Maximianus, in ver. removeantur, 81. distinct.* gloss. 1. *in cap. presbyter, 82. distinct. & in cap lator, in ver. in corporali, 2. quæst. 7.* & quòd pœnam depositionis non incurrant, facit, *dict. cap. præsbyter. videndum, & tenendum,* & Felyn, qui hanc dicit esse communem opinionem, *in c. at si clerici, numer. 14. vers. tamen communis opinio, de jud.* sed erit pœna judici arbitraria, ut tenet Gril. *de pœnitent. omis. coit. quæst. 9. numer. 3.* & Diaz. *in eadem pract. crim. c. 79. alias 72.*

Nihilominus est grave crimen, quia neque fornicarii, neque idolis servientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque avari, neque adulteri, neque ebriosi Regnum Dei possidebunt, Paul. 1. *ad Corinth. cap. 6.* nisi fornicatio sit nororia, & scãdalosa, vel diu continuata, quia tunc inducit pœnam depositionis, *cap ex parte Adæ, de test.* & Abb. *in c. at si clerici. num. 25. de re judic* 31

29 Masculorum † verò concubitores presbyteri, & clerici seculares, seu regulares cujuscunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas sodomiæ exercentes omni privilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico de jure communi sunt privandi, *cap. ut clericorum, in princip. de vit. & honest. cleric cap. clerici, de excess. prælat.* & Gril. *de pœn omnif. coit. §. octavò quæro. num. 3.* sed hodie sunt privati, ita quòd per judicem ecclesiasticum degradati, potestati seculari sunt tradendi, *ut in constitut. Pii V. quæ incipit. cum primùm, cap. 5. si quis, &* 32 *cap. 70.*

30 Quæ procedit, & † habet locum, ut dicta pœnâ incurratur, quando quis dictum crimen non vnica vice commisit, sed exercet, ut ponderando dictum verbum exercentes, tenet Navar. *de irregul. ex delicto, cap. 27. num. 249. vers. ad quod dico. com. 3* quoniam, ut gentilis quidam dixit:

Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Juppiter, exiguo tempore inermis erit, Ovid. apud gloss. penult. *in cap, Episcopus 35. dist.* ob criminis tamen gravitatem, etiam quòd vnica tantùm vice clericus commiserit est beneficiis privandus, & à loco commissi criminis, ac tota diœcesi, perpetuò baniendus, *d. cap. ut clericum, cum aliis supra deductis.*

Clerici autem adulteri † sunt quoque deponendi, *cap. si quis clericus, 81 dist* glo. *in cap. lator. 2. quæst. 7. &* est communis opinio, de qua testatur Gril. *de pœnit. omnif. coit. §. sextò declaranda, num. 11. vers nihilominus in consulendo.* Ego tamen puto de jure canonico dictam opinionem rigorosam *par text. in cap. ac clerici, §. de adulteriis,* & ibi Bal. *nu. 2. de jud.* ubi adulterium connumeratur inter minora crimina, quapropter mitior pœna est infligenda, ut per eundem Gril. *ubi suprà num. 4. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.* Quibus in locis, ad contraria respondendo tenet, quòd pro adulterio clericus non veniat deponendus, & hanc opinionem æquiorem, & probabiliorem esse, quam ego in judicando, nisi aliis circunstantiis adulterium gravaretur, uti æquiorem, puto esse sequendã, sed pluribus aliis ex causis propter incontinentiã clerici pœnam depositionis incurrunt:

32 Primum enim sacerdos, † qui cum filia spirituali, quàm de sacro fonte levavit, vel cujus sacramentalem confessionem audivit, fuerit fornicatus, pœnam

depositionis incurrit, *ut cap. penult. & ult. 30. quæst. 1.* & Diaz. *pract: crim. cap. 84. alias 76. in princ.* ubi indistinctè tenet, clericum de hoc crimine per testes convictum, ob malum exemplum, quòd hominibus dederit, absque ulla exceptione esse deponendum, & alicui carceri per aliquot annos mancipandum, *ut ibi. in ver. unde ego,* Abb. *in cap. at si clerici, num. 8.* & Felyn. *num. 14. de jud.* & Graff. *decis. aur. c. 48. numer. 16. par. 1. lib. 2.*

33 Sed si crimen † non est testibus probatum, & reus non convictus, nisi post aliquas informationes non concludentes per suam confessionem, pœna posset mitigari; non tamen ad locum, in quo deliquit, pro residentia facienda habilitari: quia confitenti, etiam, quòd astrictus probationibus faciendis confiteatur, debet sibi pœna mitigari, Abb. *in d. cap. at si clerici, num. 8. de jud.* Felyn. post Hostiens. *in d. cap. de hoc. num. 6. de simon.* & Tiraqell. *de pœn. temp. remitt. cau. 33. num. 13.*

34 Secundò cognoscens † eam, quæ sibi est conjuncta in cognatione spirituali, quia delicta hujusmodi etiam in opinione populi gravia judicantur, eidem pœnæ subijcitur, & hoc de commatre tenet Felyn: *in cap. at si clerici, numer. 14 in fin. de jud.* & Diaz *ead. pract. crim. d. cap. 84. aliàs 76. in fin.*

35 Tertiò, clericus † stuprans virginem venit deponendus, Abb. *in cap. at. clerici. num. 35. de jud.* Gril. *de pœn omnif. coit. §. septimò videndum. num. 1.* Clar. *in §. stupru sub num. 3. vers. sed. quæro,* & Diaz *d. pract. crim. cap. 85. in princip.* Laicus autem virginem stuprans de jure canonico excommunicationis sententia potest innodari S. Tho. 2. 2. *quæst. 99. par. ult.* Abb. *in cap. per venerabilem ult. not: qui fil. sin. leg. &* Cassan. *cons. 1. part. 5. num. 17.*

36 Quartò, stuprans † monialem gravissimè peccat, & pœnam dispositionis incurrit, quia sponsam Christi corrumpit, & committit, tria peccata † videlicet adul-
37 terium, quia cum sponsa Dei rem habet, sacrilegium, quia lædit sacrum, incestum, quia est consanguinea nostra, quoniam filii Dei sumus: & de quolibet istorum potest accusari, gloss. *in cap. virginib. 27. quæst. 1.* Abb. *dicto nu. 35.* Diaz. *in ead. pract. cap. 83. in princ.*

Copula enim cum moniali est adeò damnata, vt si quis cum moniali contrahat matrimonium, ultra, quod est nullum, præter aliàs pœnas contra similia committentes inflictas, est etiam perpetuò inhabilis ad matrimonium cum alia muliere contrahendum, & à sacra communione est privandus, *ut c. hi ergo, & c. virginibus, 27. q. 1.*

Homicida † voluntarius ipso jure beneficio non est privatus, sed per sententiam venit privandus, *cap. clericis, ne cleric. vel mon.* Innoc. *in c. cum nostrũ, n. 1. ver. nam in homicidas de concess. præbend.* & hæc
38 est communis opinio, quàm sequitur Anan. & Felin. *in c. Inquisitionis, num. 3. de accusat.* Corsett. *in sing. in ver. sententia, §. clericus homicida.* Capell. Tolos. *decis 208.* & Diaz. *in pract. crim. ead. 95. aliàs 88 vers. item etiam.*

39 Interim autem adhuc † pendente accusatione, priusquam condemnatur, vel per impetrationem alteri jus quæratur, eidem beneficio potest renunciare, gloss. *in cap. 2. in ver. finita, vt lit. pend. in 6.* Felin. *in d. cap. Inquisitionis, num. 5.* Rot. *de-*

cis.

cis. 5 de re jud. in antiq. & Gomes. in regul. de anna. poss quæst. 42. n. 3.

Solent autem de stylo Romanæ curiæ 42 concedi litteræ Apostolicæ, quibus Ordinario committitur, quòd si supplicans sibi de beneficio per delictum homicidii commissum provideri, si in forma juris se inscribere velit, & per eventum litis constiterit de homicidio; tunc Ordina- 43 rius, cui regulariter causæ in prima instantia committuntur, ad privationem procedat, & beneficium per privationem sic vacantem, eidem proviso auctoritate Apostolica conferat, ipsumque in possessionem mittat, iuxta trad. per Felin. *in dicto cap. Inquisitionis, nu. 8. vers. secundò nota*, Gemin. *in cons. 105. incipien. ad supplicationem*, quem sequitur Gomes. *in eadem regul. de anna. quæst. 42. num. 4. vers. sed modo.*

Dummodò litteræ Apostolicæ cum introductione litis contra homicidam fuerint intimatæ: quia tunc, si renunciaret, non valeret resignatio, & est regulare, quod nunquam aliquis est privatus beneficio, ipso jure, nisi sit jure expressum, Innoc. *in d. cap. cum nostris*, quem sequitur, Abb. *in capit. querelam, num. 3. de jurejuran.* Felin. *post alios in dicto cap. inquisitionis, num. 7.*

40 Eandem etiam † pœnam incurrit perjurus qui ab ordine, & beneficio deponi potest, *cap. presbyter, 81. distinct.* Abb. *in dict. cap. querelam, 2 not. de jurejuran.* Gomes. *de anna poss. dicta quæst. 42. n. 3.* & Di 45 az. *ead. pract. crim. quæst. 86. alias 44.*

41 Quarto, † sacrilegi veniunt deponendi, & sacrilegium est sacræ rei violatio, vel ejusdem usurpatio, Sanct. Thom. *in sum. 2, 2. quæst. 99. art. 3.* Azo. *in sum. de furt.* & gloss. *in cap. sacrilegium, 17. quæst 4.*

Dicitur enim † sacrilegium, quasi sacrilædium, quia per illud res, aut persona sacra læditur, Bald. *in l. 3. C. de furt.* & Azo. *ubi supra* Sacrilegij autem multæ sunt species secundum Card. *in clem. 1. de pœn.* tamen communiter tenetur, quòd tribus † modis committatur sacrilegium, videlicet, cum sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro aufertur, *c. quisque*, & gloss. *in d. c. sacrilegium, 17. qu. 4. Lap. alleg. 66. nu. 10.* Et, quòd quatuor sint species sacrilegij, tenet Paul. Gril. *in lib. 3. de pœnit. omnif. coit.*

Quarum prima est, quæ † committitur personam violando, nempè percutiendo, vulnerando, & occidendo clericum, vel monachum, seu alium religiosum, vel personam ecclesiasticam, *ut cap. si quis suadente Diabolo. 17. quæst. 4. & l. si quis, in hoc genus, C. de Epis. & cler.* Et de jure canonico imponens manum volentam in clericum pœnam majoris excommunicationis incurrit, à qua nisi à Summo Pontifice, præterquàm in mortis articulo, absolvi non potest, *ut dicto cap. si quis suadente diabolo*, & *cap. cum illorum, de sentent. excommunic.* ultra quod pro hoc crimine potest laicus à judice ecclesiastico carcerari. Lopez *in annotat. ad pract. crim.* Diaz. *cap. mihi 89. vers. apud Hispanos.*

Pœnam verò prædictam † incurrunt principaliter, qui manus violentas in clericum injiciunt, mandantes, auxilium, consilium, vel favorem ad hujusmodi manuum violentam injectionem præbentes, *c. sicut dignum, de homicid. cap. mulieres*, §.

illi verò, & c. quantæ, de sentent. excommun. & Navar. *c.* 17. *n.* 51. Et tam viri, quam fœminæ, & tam senes quàm iuvenes, & denique omnes habentes judicium ad peccatum mortale committendum aliquem actum prædictorum committentes, dictam censuram incurrunt, gloss. *in dicto c. si quis suadente, in verb. si quis*, 17. *quæst.* 4. At deficiente judicio, ad peccatum mortale committendum, non incurritur, quia nisi ob peccatum mortale non incurritur in excommunicationem *cap. nemo*, 11. *quæst.* 3. & Navar. *eodem cap.* 27. *num.* 9. *& num.* 76.

46 Appellatione autem † clericorum veniunt, omnes ordinem ecclesiasticum habentes, etiam clerici primæ tonsuræ, *cap cleros*, 21. *distinct c. cùm contingat. de ætat. &* 47 *qualitat.* sicut appellatione monachi † veniunt omnes professi, & professæ in religione approbata, etiam novitij, & novitiæ, ac conversi, & conversæ religionis approbatæ, qui omnes privilegio canonis gaudent, *c. Monachi, c. parochianos, cap. de monialibus, & cap. cum illorum. extra de sentent. excommun. & cap. religioso*, §. *fin.* & ibi gloss. *in ver. non posit, eodem tit. in* 6. Navar. *in cap.* 17. *num.* 79. & Greg. Sayr. *Thes. cas consc. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 1. 2 3. 4. *& 5.*

48 De jure autem civili † Sacerdotibus, & ministris ecclesiæ injuriam inferentes capitaliter puniri debent, *l. si quis in hoc genus*, & ibi Bald. & Salic. *C. de Episc. & cler.* Qui verò dictam excommunicationis sententiam, ob violentam manuum injectionem in clericos incurrant: qui dicta de causa excommunicati ab alio, quam à Romano Pontifice absolvi possint, & in quibus non contrahatur dicta excommunicatio optimè scripsit Card. Tolet. *in Instruct sacerd lib.* 1. *c.* 31. *& seq.* & Const. *in tractatu de fact. scil. & igno. Centu.* 2. *distinct.* 13.

49 Secundò, † committitur sacrilegium per coitum cum moniali sacra, *c. impudicas*, 27. *quæst.* 1. Et est peccatum gravissimum, ut supra dixi, pro quo clericus cujuscunque sit gradus, & dignitatis, est deponendus, & ab omnibus ordinibus sacris, officiis, & beneficiis privandus, ac in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam est trudendus, & laicus excommunicandus, *ut c. si quis Episcopus, & c. si qua monachatum*, 27. *quæst.* 1. & de jure civili pœna mortis plectendus, ut *dicta l. si quis in hoc genus, l. si quis, non dicam*, C. *de Episc. & cler.* Quæ generaliter loquitur de quacunque injuria illata ecclesiæ, monasterio, vel personis ecclesiasticis, & eum in hoc peccato tria concurrant videlicet, sacrilegium, adulterium, & incestus; pro dictis criminibus pœna capitalis incurritur, *ut l. si adulterium cum incestu. ff. de adult. l. quamvis* §. *fin. C. eodem tit.* Gril. *in suo tract at. lib.* 3. *de pœnit. omis. coit. quæstion.* 1. *numer.* 23. *in fin. & numer.* 24.

50 Tertiò, † committitur sacrilegium circa locum sacrum, quando locus publicus sacer, ut est ecclesia, violatur, etiam inter laicos, præsertim cum sanguinis effusione, Farinac. *in prax. crim. quæstion.* 20. *num.* 22. Vel illius cœmeterium, in destruendo, deyastando, vel occupando, aut ejus immunitates infringendo, *ut cap. frater*, 17. *quæst* 4.

Et hoc casu præsupponendum est, 51 quòd una est benedictio † constitutiva sacri, qualis est benedictio, & consecratio ecclesiæ

ecclesiæ, altaris, calicis, & corporalis, & alia est benedictio invocativa, qua res non fit sacra, qualis est benedictio mensæ, navis, ignis, domus, & similium, quæ non benedicuntur, ut sint sacra, ac proinde nullius, sed ut per invocationem Dei obtineatur assistentia ejus specialis, ut declarat Cajet. *in 2.2. quæst* 88. *art.* 11. & Navar. *in comment. de spol. cler.* §. 18. *nu.* 9. *in princ. & vers. secundò infertur, to.* 1.

51 Sacrilegium † circa hanc benedictionem constitutivam versatur, quoniam semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum, *c. semel*, & ibi glos. *in verb humanos, de reg. jur. in 6. c. comperimus*, & ibi glo 14. *qu.* 6. & Navar. *eo. nu.* 4. *vers. secundò infertur.*

53 Et nullus Prælatus † potest sine causa ecclesiam, altare, calicem, vel aliam rem benedictione constitutiva sacro dicatam, sive sacratam, in sua forma, & esse artificiali parmanentem profanare, & usibus profanis applicare, *per. dict. c. comperimus.* Tum, quia id videtur esse jure divino, vel naturali prohibitum, ut sentit S. Thom. *in 2.2 qu.* 88. *artic.* 10. *ad primum, per c. fin. Levit.* Tum, quia id affirmat Cajet. *ubi supra artic.* 11. & S. Thom. *ibidem, & in d artic.* 10. *ad primum*, quos sequitur Navar. *d. vers secundò infertur.*

54 Pœna † autem infringentis ecclesiam est, ut damnum novies cõponat, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegus canonicæ sententiæ subjugetur, *c. quisquis in fin.* & ibi gloss. *in ver. novies, & verb. tripliciter*, 17. *qu.* 4.

55 Quartò, † committitur sacrilegium circa res: & hoc casu tribus modis de jure canonico committitur sacrilegium, sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, aut non sacrum de sacro auferendo, *ut in dicto cap. quisquis vers. similiter sacrilegium*, & his casibus, qui variè contingere possunt, ita diversa erit delinquentium punitio, ut tradit Diaz. *in pract. crim.* 89. *aliàs* 81. *circa fin.* alijsque pluribus casibus ecclesiastici pœnam depositionis incurrunt, ut per Abb. *in c. at si clerici, nu.* 35. *de jud.* & Diaz. *in pract. crim. cap.* 74. *alias* 81. *cum pluribus sequent.*

56 Deponendus † etiam venit ministrans solemniter in ordine, quem non habet, & ulterius non est ordinandus, *cap.* 1. *& 2. de cleric. non ordin. ministran.* Et omnes qui absque dispensatione canonica, aut sine legitima licentia, sive extra tempora à jure statuta, sive ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs litteris ordinantur à suorum ordinum executione sunt ipso jure suspensi, & si hujusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare audent, eo ipso irregularitatem incurrunt, ac beneficijs ecclesiasticis possunt jure privari, *Pius, 11. in Bull. Rom. c.* 6.

57 Laicus † verò Missam celebrans, vel in aliquo alio sacro ordine ministrans falsum committit, & uti falsarius est puniendus, Bald. *in l. qui sub prætextu, in fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Abb. *in dicto cap.* 1. *num.* 1. *de cler. novo ordine minist.* & Felyn. *in c. tertio loco, numer.* 1. *vers. idem in clerico de probat.* sivè potius puniendus, ut hæreticus, accidit enim Greg. Papæ Pij XIII. tempore:

58 Quòd quidam † filius perditionis, satis peritus in arte scribendi, habitis præ manibus quampluribus familiaribus litteris, per quamplures Cardinales alijs personis scriptis, manum alienam adeò imitatus fuit, ut litteras diversis Prælatis, & alijs gravi-

gravibus viris sub nomine Cardinalium, præsertim Cardinalis Guastavilliani ipsius Gregorij nepotis scriberet; ac illis fretus, plurib⁹ in locis se Episcopum Manfredoniæ nominaret: & sacris ordinibus carens, Missas quamplures, præsertim transmare in Hispaniarum regnis, Pontificaliter celebrare, ac quamplura beneficia vacantia conferre, ausus fuit. Dispensationes etiam concessit pro nuncio Sanctæ Sedis Apostolicæ se gerendo, & fratrem germanum prædicti Cardinalis Guastavilliani se esse jactando, donec fraude detecta, carceratus, ab Hispania ad Urbem capitivus transmissus, in carceribus sanctæ, & supremæ Inquisitionis positus fuit, indeque fabricato, & perfecto ejus processu, pœnas luit, laqueo scilicet deaurato suspensus, ut etiam de visu ipse testari possum.

Deinde ad nefariam, & sacrilegam similium hominum temeritatem coercendam, qui ad sacrum presbyteratus ordinem minimè promoti sint, sacerdotis tamen auctoritatem sibi temerè assumentes Missarum celebrationem usurpare, & sacramentum pœnitentiæ ministrare audent, Clemens Papa VIII motu proprio, & ex certa scientia, Sanctæ Inquisitionis judicium conscientiæ consulere, & ne in futurum de pœna hisce delinquentibus imponenda dubitari possit, providere volens, sua perpetuò valitura constitutione decrevit, atque statuit; ut quicunque non promotus ad sacrum presbyteratus ordinem repertus fuerit Missarum celebrationem usurpasse, vel sacramentum pœnitentiæ ministrasse, ab judicibus Sanctæ Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam ecclesiæ misericordia indigeus, à foro abijciendum esse statuit, & ab ordinibus ecclesiasticis, si quos habuerit, ritè degradatum, statim curiæ seculari per judices seculares debitis pœnis plectendum tradi mandavit, ut in litteris sub die prima Decembris 1601. desuper expeditis.

59 Secundò, † Missa non, nisi à jejunis sacerdotibus debet celebrari, quòd fuit decisum in conc. Carth. *ut in c. Sacramenta de consecr. dist. 1.* qui post cibum, vel potum etiam minimum, divina celebrat, est excommunicatus, *c. nihil, §. nullus, 7. quæst. 1.* Hostiens. *in sum. §. & qualiter jejuno, nu. 13. de consecr. Eccles. vel Alta.* † Ebrius verò non præmissa digestione celebrans, est beneficio privandus *cap. si constiterit, de accus.* & ibi Abb. *num. 1.* non tamen aliàs solùm propter ebrietatem potest quis beneficio privari, ut ibi Abb. *numer. 3.*

61 Tertiò † majori excommunicatione excommunicatus, vel interdictus, aut ab homine à divinis suspensus Missam celebrare prohibetur, & celebrans depositionis pœnam incurrit, *cap. penult. 11. quæst. 3. c. clerici, cap. latores, de cler. excom. minist.* & ibi Abb. *num. 1.* & Host. *in sum. numer. 1. vers. excommunicatus igitur, eodem tit.*

62 Quartò, sacerdos regulariter unam tantùm Missam in die potest celebrare *c. sufficit, de consecr. distinct. 1. cap. consuluisti, cap. te referente, de celeb miss.* & contrafaciens mortaliter peccat. Navar. *capit. 25. numer. 87. tom. 3.* Quæ regula limitatur per eundem Navar. ibi in septem casibus.

63 Primò, ut non † habeat locum in die Nativitatis Domini, qua tres dici possunt,

sunt, *cap. nocte.* junct. gloss. 2. *de consecr. distinct.*

64 Et prima, quæ † media nocte celebratur, quo tempore Christus natus est significat tempus ante legem, quando eramus in tenebris: secunda in aurora, tempus in lege, quando nondum plena cognitio habita fuit. Nocte prior, sub luce sequens, in luce suprema, sub Noè, sub David, sub cruce, *d. gloss. 2.* & communiter loquendo Missa dici debet in die, & non in nocte; quia hoc sacramentum ad tempus gratiæ pertinet, quòd per diem significatur, nox præcessit dies autem appropinquavit. *Paul. ad Rom. c. 13. circ. fi.* Secundò, fallit dicta regula deficiente alio sacerdote, qui Missam possit celebrare in adventu alicujus magni Principis, aut Episcopi, quos decet singulis diebus Missam audire, vel Episcopum dicere, *cap. fin. de privil. lib. 6.* & eadem ratione, supervenientibus peregrinis, etiam quòd non essent personæ notabiles, si sub præcepto illo die ad audiendam Missam teneantur. Tertiò, cùm statim dicta Missa corpus defuncti occurrit sepeliendum & viget consuetudo, ne sine Missa sepeliatur. Quartò, quando aliquis ita ægrotat, ut necessario sit communicandus & deficiat Eucharistia. Quintò, cum quis præest duabus ecclesiis unitis, duabus Missis indigentibus, & non est, qui alteram dicat. Sextò, ob nuptiarum benedictionem. Septimò, cum occurrit causa, quæ arbitrio boni viri justa judicatur; quia est licitum celebrare bis, urgente necessitate, ex tradit. per Navarr. *ubi supra.* Sed cautius putarem abstinendum, duobus casibus exceptis, in adventu principis, seu Episcopi, & quando necessariò quis esset communicandus, & utroque casu, si ante purificationem fuisset requisitus, & calicis digitorumque purificationem sumere distulisset, quæ impedit secundæ Missæ celebrationem, *cap. ex parte, de celebrat. Miss.* & gloss. fin. *in cap. sufficit, de consecrat. distinct.* 1. In reliquis autem casibus, dictis duobus exceptis, puto à regula non esse recedendum, sed unicam tantùm missam in die celebrari licere, per dictum *cap. sufficit, cum alijs supra, n. 62. allegatis.*

65 Quintò, † missa debet celebrari super altari consecrato, & licèt de jure communi non caveatur, qua pœna contrafaciens sit puniendus, cùm sit omnibus notorium, Eucharistiæ sacramentum super altari non consecrato, confici non debere, altariaque, ubique lapidibus sacratis

66 munita esse; pœna hujusmodi † pro qualitate personæ, & loci, arbitrio Ordinarij videtur infligenda; quia non poterit contrafaciens evitare, quin deprehensus sit in negligentia crassa, & punibili, ultrà quòd fere ubique à conciliis provincialibus, & synodalibus, fuit in similibus apposita pœna, & facit tex. *in c. nullus presbyter. il. 2. de consecr. distinct.* 1. & concil. Tridentin. *decret. de obser. & evit. in 6. celebr. Miss. sess.* 22. & concurrentibus aliis, quòd versaretur in maxima negligentia,

67 † cùm alias celebrans, etiam sine aqua, & igne, aut in pane fermentato, & calice indecenti, esset ab officio, & beneficio deponendus, *cap. fin. de celebrat. Miss.* & ibi Abb. *nnmer.* 1. Quia hæc esset supina ignorantia, quæ dolo æquiparatur ad depositionis pœnam incurrendam ut ibi Abb. *numer.* 2. Et pro dilicto enormi potest fieri depositio, *cap. tua,* & ibi gloss. & Abb. *n.* 1. *de pœn.*

68 Sextò, † Missam celebraturus debet vestibus sacris, quibus tempore ordinationis fuit consecratus, paratus esse, videlicet, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, & casula, & contrafaciens excommunicationi subjacet, *cap. ecclesia, 23. dist.* Sed primò est admonendus, ut ibi Archid. & inde ab tempus arbitrio judicis suspendendus, Diaz. *pract. crim. cap. 38. aliàs 33. in fin.* Si autem non ex contemptu, aut prava consuetudine, sed semel, oblivionis causa, sine stola, aut manipulo quis celebraret; putarem ipsum verbaliter tantùm monendum, & corripiendum, cum memoria sit labilis:
69 & tunc non peccat mortaliter † argumento horarum, quas non recitans peccat mortaliter, & tamen, si per oblivionem, venialiter tantùm, ut trad. Navarr. post alios per ipsum citatos *de orat. & hor. can. c. 10. nu. 48.* Quid autem, si in Regno Angliæ, & alijs provinciis in quibus sacerdotes, & Christi fideles ab hæreticis perse-
70 cutionem patiuntur; adeò quod Missæ † in publico celebrare non possunt, sed latenter in locis remotis, ut tempore primitivæ Ecclesiæ, quam plures, qui propterea palmam martyrij sunt consecuti in cryptis, & subterraneis locis celebrabant, celebrari contingat? tali casu celebrans sine paramentis altaris nullam pœnam incurrit, *c. concedimus, de consecr. dist. 1.* Graff. *decis. aur. c. 42. nu. 8. par. 1. lib. 2.*

71 Nul us † enim sacerdos Missarum solemnia debet celebrare, nisi duobus præsentibus, quia cum pluraliter ab eo dicatur *Dominus vobiscum*, & in secretis: *orate pro me fratres*, &c. apertissimè convenit, ut plures respondeant salutationi, *cap. hoc quoque, de consecr. 1. distinct.* Sed minister repræsentat universum populum. Tam in urgente necessitate, si magnum esset festum, & celebrans alium sacerdotem celebrantem audire non posset, solus in eremo absque ministro posset celebrare, Ant. de Butr. *cap. 2. num. 11. de vit. & honest. cleric.* præsertim cum dispensatione, ut tenet. Sot. *distinct. 13. quæst. 10. art. 5. col. 10.* relat. per Graff *in decis. aur. c. 43. n. 3. dict. lib. 2.*

72 Septimò † in privatis locis Missas celebrare, aut sacrificia offerre non licet, nisi, urgente necessitate, *c. sicut, c. Missarum, cap. hic ergo, de consecr. distinct. 1.* & conc. Trid. *de obser. & evit. in celebr. Miss. §. neminem præterea, sess. 22.* Et contrafaciens sine Episcopi consensu est deponendus, *c. clericos, eadem distinct. 1.* Quia satius est Missam non cantare, aut non audire, quam in locis, ubi ministrare non oportet, nisi pro summa necessitate contingat celebrare. *Deut. c. 12. circ. med. vers. cave ne offeras, & d. c. sicut, ead. dist. 1.*

73 Octavò, † sacerdos debet maxima cum attentione, & diligentia Missam celebrare, quia maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter, conc. Trid. *de observ. & evit. sess. 22.* Et si ob ebrietatem, vel voracitatem, Eucharistiam vomeret, septuaginta diebus debet pœnitere, *c. si quis per ebrietatem, de consecrat. dist. 2.*

74 † Si verò per negligentiam aliquid de sanguine caderet in terram, lingua lambi, & tabula radi debet: si non fuerit tabula, ne conculcetur, locus corradi, & igne consumi, cinisque in altari condi, & sacerdos quadraginta diebus pœnitere debet, *c. si per negligentiam. ead. distinct.* Sed hodie, ultra pœnitentiam salutarem, arbitrio ordinarij corrigi, & puniri potest, conc. Trident. *in d. decr. de observ. & evit. in fin.*

Nonò,

75 Nonò, † nullum aliud opus adeò sanctum, ac divinum à Christi fidelibus tractari potest; quàm hoc ipsum tremendum mysterium quo vivifica illa hostia, qua Deo patri reconciliati sumus, in altari quotidie per sacerdotes immolatur, ut per concil, *in dict. decret. de observ. & evit.*

76 Ideò, † siquis sacerdos super rebus aptis ad sortilegia, adhibitis verbis superstitiosis, & nefarijs precibus, aut dolo Missam pro requie defunctorum promulgatam, fallaci voto pro vivis celebraverit hominibus, ut is, pro quo offert sacrificium, mortis periculum incurrat, est deponendus, *cap. quicunque, 26. quæst. 1.* Abb. *in cap quidam, numer. 2. de celebr. Miss* & Gril. *de sortil. quæst. 14. num. 1. & 2.* Et licèt distinguatur circa qualitatem personæ celebrantis, ut per eundem Gril. *ibi n. 3.* hisce temporibus post sacra concil. Trid. plura edicta contra talia patrantes fuerunt edita & ab Ordinariis locorum, & Inquisitoribus publicata ad mentem ejusdem concilij *eodem decr. de observ. & evit. §. postremo.*

77 Quapropter sacerdotem, quem purâ, & mundâ conscientiâ esse decet, de hujusmodi crimine convictum, Ordinarius arbitrio suo punire potest, *ut in dict. decreto de obser. & evit. in fin.* Arbitrium verò ad depositionem potest exercere, & est sententia Theologorum quòd superstitiosus clericus sit deponendus & in monasterium trudendus, ut tenet Sylvest. *in summa, in verb. superstitio §. undecimò quæritur.*

78 Decimò † sacerdos in Missæ celebratione sacrificium offert, non solùm pro se ipso, sed pro vivis, & defunctis, *cap. pen. de consecratione, distinct. 1.* Et qui celebrat, & non sumit corpus, & sanguinem Domini, in eo, in quo deliquit, punitur, quia per annum est à communione suspensus, *capitulo relatum, §. nonne, de consecratione distinct. 2.* aliisque pœnis juris, juxta qualitatem causæ, quia motus fuit ad hujusmodi delictum committendum, est plectendus. † Et 79 in simili, in quo delinquunt, civitates puniuntur, quæ Præsules necare præsumunt, quia Episcopali dignitate in posterum carere debent, *cap. ult. §. egeat, 25. quæst. 2.*

80 Undecimò, † cum omni munditia sacrificium Missæ debet celebrari, & calices, corporalia, & purificatoria ne interdum aliquibus sint horrori, munda esse debent, *cap. 2. de cust. Eucharist* Celebrans autem cum calice, & corporali, vel purificatorio immundo, inquit Graff. quod mortaliter peccat, *ut in decis. aur. c. 42. n. 3. par. 1. lib. 2.*

Cujus opinionem non puto veram, quia in montanis, & villis à civitatibus valde remotis, quandoque sine sacerdotum culpa purificatoria, & corporalia munda haberi non possunt, & sine culpa mortale peccatum non committitur. Quando autem obligentur sacerdotes, & an, ac quando eadem die plures Missas possint celebrare, & de defectibus Missæ copiosè scripsit idem Graff *in decis. c. 39. 40. 41. cum pluribus sequ. d. par. 1. lib. 2.* & Navar. *de pœc. cl. quoad. ord. c. 25. tit. 3.*

81 † Celebrare enim missam non licet, nisi matutinis solutis, aliàs celebrans, peccat, nisi ex aliqua legitima causa illis non solutis, quis celebraret, ut si Parochus adeò in audiendis pœnitentium con-

† essionibus, aut aliis necessariis impeditus in die festo mane illa persolvere non potuisset, aut aliis de causis, de quibus per Graff. *decis. aur. dict. capit.* 40. *numer.* 5. & matutinum, aliasque horas canonicas plures recitare tenentur.

82 Primò, † omnes beneficiati ad officii recitationem tenentur, *cap. fin.* 92. *distinct. c. quod à te, c. diversis fallacijs, de cler. conjug. &* Navar. *de orat. cap.* 7. *numer.* 3. *lib.* 3. quia propter officium datur beneficium, *c fin. de resc. in* 6.

83 Aliàs, legitimo impedimento † cessante, pro rata omissionis officij horas non recitans non facit fructus suos: sed illos, tanquam injustè perceptos, restituere tenetur, ultrà quod mortaliter peccat, Dec. *in cap. cum omnes, in* 2 *lect. num.* 16. *de const.* Covar. *var. resolut c.* 3. *num.* 10. *lib* 3. Navar. *in manual. c.* 25 *nu* 122. Graff. *decis. aur. c.* 51. *nu.* 2 *par.* 1. conc. Trident. *c.* 1. §. *si quis autem, sess.* 23.

84 Qui verò † omnes horas canonicas, uno, vel pluribus diebus intermiserit omnes beneficij, seu beneficiorum fructus quos illo, vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur, qui verò matutinum tantum, dimidiam, qui cæteras omnes alias horas, aliam dimidiam, qui harum singulas sextam partem fructuum ejusdem diei amittunt, ut statuit Pius V. *in constit.* 138. *quæ incipit: Ex proximo Lateranen. de qua in Bull Roma. pag.* 1134. Tenentur etiam ad horarum recitationem sacerdotes, *ut in c. presbyter,* 91. *distinct. & cap.* 1. *de celebrat. Miss.*

85 † Et etiam alij sacris ordinibus initiati non beneficiati, gloss. fin. *in capit.* 1. *de celebr. Miss.* & ibi Abb. *numer.* 4. non tam jure humano scripto, quàm lege naturali divina declarata, & quasi determinata per universalem consuetudinem, ob tantum 86 honorem susceptum, † jure naturali ad referendum Deo gratias ad eas recitandas sunt obligati, ut trad. Navar. *de orat. dict. c.* 7. *nu.* 2. & Graff. *decis. aur. c.* 53 *num.* 1. *par.* 1. *lib.* 2. Et omnes regulares sacris ordinibus initiati, & aliqui ex statuto regulæ religionis, quàm profitentur, vel ex consuetudine, si talis vigat, ut omnes professi teneantur, ac, si ordines sacros susceperint, Navar. *dict. c.* 7 & Graff. *decis. aur. de reg. c.* 5. *nu.* 89. *par.* 1. *lib.* 3.

87 Milites † ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum Militiarum non tenentur ad officij Romani recitationem, nec ad aliud, cùm nullum particulare habeant, † quia, nisi ex mera devotione aliquod officium velint recitare, solummodo 88 tenentur ad multoties quolibet die orationem Dominicalem, & Angelicam salutionem ad præscriptum ejusdem religionis regulæ recitare, ut post. Navar. tenet Graff. *decis. aur. c.* 50. *nu.* 6 *par.* 1. *lib.* 2.

Et, quòd beneficiati sacerdotes, ac tam seculares, quàm regulares sacris ordinibus initiati horas canonicas, aut earum partem notabilem sine justa causa, & etiam milites dicti ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani orationes, quas ex regulæ præcepto recitare tenentur omittentes mortaliter peccent, post Henric. de Grand. Cardin. Turrecrem. Palud. & Sylvestr. tenet Navar. & attestatur de communi, *eod. c.* 7. *num.* 5. *de hor. canon.* & Graff. *dicto c.* 7. *numer.* 89.

89 Horæ † sunt septem, sicut septem dona Spiritus sancti, septem dies seculi, septem ætates, quibus completus fuit

mundus

mundus, septem petitiones in oratione Dominicali, septem Psalmi pœnitentiales septem diaconi, & septem candelabra, & dictæ septem horæ ab ecclesiasticis in memoriam passionis Domini Nostri Jesu Christi, sunt recitandæ, vnde versus.

Hæc sunt septenis, propter quæ psallimus horis,
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.
Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipartit.
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

d. gloss. fin. *in cap. 1. de celebr. Miss.* & optimè declarat Graff. *decis. aur. de hor. can. d. cap. 50. num. 3.*

90 Tenentur etiam † ad horarum recitationem pensionarii, quibus uti clericis, fuerunt pensiones assignatæ, seu officii Beatissimæ Virginis Mariæ, aliàs mortaliter peccant, & ad fructuum restitutionem sunt obligati, per suprad. constit. Pij V. *in Bull. Rom. cap. 138. §. at quicunque* adverbum relatam per Navar. *in manual. cap. 25. num. 22.* & Graff. *eod. cap. 50. num. 8. & 9.*

91 Dummodo † alia de causa ad officii Romani recitationem non sint obligati, cùm tunc sufficiat dominicum officium recitare, ut concludit Navarr. *de celebr. Miss. cons. 18. lib. 3.* & Graff. *d. num. 9.*

92 † Non tamen tenentur laici, quibus uti viris bene meritis, quandoque reservantur pensiones, ut reservari possunt: quia dicta constitutio loquitur tantùm de percipientibus pensiones, uti clericis, *in d. §. at quicunque*: quapropter non obligat laicos, *ut eod. cap. 50. num. 9. 10.* Et de horis canonicis, & qui illas recitare teneantur, de pœnis non recitantium, qualiter, & quomodo sint dicendæ, & qui ab earum recitatione excusentur, copiosè scripserunt Navar. *de hor. canon. tom. 3.* & Graff. *in decis. d. cap. 50. cum quatuor seq: par. 1. lib. 2.*

93 Cum † autem supra pluribus actum fuerit de delictis clericorum, quæritur, an torqueri possint. Et regulariter clerici, & sacerdotes pro delictis possunt torqueri, *ut cap. 1.* & ibi gloss. *penult. de depos.* Abb. *in cap. cum in contemplatione, num. 6. de reg. iur.* Alciat. *in cap. 1. num. 43. vers. advertas tamen, de offic. Ordinarii*, & Bos. *in tit. de ind. aut. tort. num. 103.*

94 Tortura † tamen non debet esse ita severa in clericis, sicut in laicis. Diaz *pract. crim. cap. 127. num. 6.* & in Lap. *in addit.* ubi testatur hanc esse communem opinionem, quæ contradictorem non habet, & Direct. Inquisit. *in 3. par. lib. 3. Schol. 118. vers. de clericis.* Vnde non debent supponi aculeis, vel fidiculis, seu virgis, aut corrigiatis, ut inquit Abb: *d. num. 6. in fin.* Clar. *in pract. crim. § fin. quæst. 64. num. 23.* ubi post Abb. Diaz. & Vivi. per ipsum citatos, dicit hanc esse communem opinionem; & eadem tenent alii, quos citat Farinac. *in sua prax. crim. q. 41. nit. p. 1. tom. 2.*

95 Contraria † autem opinio, quam ibi *num. 12. & 13.* Farinac. sustinere conatur, est contra communem opinionem, & cùm ipse redarguat Doctores supra citatos, uti non multum accuratè loquentes, *ibi n. 3. in fin.* puto ipsum parum accuratè loqui, dum inquit, nescire videre rationem diversitatis, cur scilicet clerici debeant leviùs torqueri, & mitiùs, quàm laici: Ratio autem diversitatis est, quia clerici sunt omnibus laicis digniores, ut infra patebit.

Laici † enim publicè pœnitentes coram Episcopo civitatis sacco induti, nudis pedibus, & aliis solemnitatibus servatis, de quibus, *in cap. pœnitentes, & cap. in capite. 50. dist.* pœnitentiam peragere tenentur; id tamen minime procedit in clericis,

97† qui nisi fuerint depositi, ad pœnitentiam solemnem publicè peragendam non sunt admittendi, *ut cap. confirmandum ead. dist. 50* & hanc esse communem, opinionem testatur Abb. *in cap. 2. de maled.* quem sequitur Clar. *lib. 5. sentent. §. blasphemia, vers. sed quærò.* Et cùm clerici quibuscunque laicis sint majores, sintque Reges se, & alios in virtutibus, regentes & in Deo regnum habentes, quòd

98 designat † corona, quàm in capite gerunt, *ut cap. duo sunt genera. 12. quæst. 1. & cap. vni. §. quia vero, de sacr. vnct.* & sacerdotes quandoque dij, quandoque Angeli appellentur. *Exod. cap. 22. cap. sacerdotibus, 11. quæst. 1.*

99 † Sintque Regum, & Principum, omniumque fidelium patres, & magistri, *ut cap quis dubitet, 96. dist.* & à Deo constituti super gentes, & regna, ut evellant, dissipent, & plantent. *Ierem. cap. 2. & cap. solitæ, §. potuisses* & ibi Abb. *num. 5 de maior. & obed.* non sunt laicis æquandi.

100 Cum † enim sacerdotes sint Regum, & Principum patres, & magistri, *ut d. cap. quis debitet* & à Deo constituti super gentes, & regna, *ut d. c. sol tæ cum aliis suprà allegatis*; non est dubitandi locus, quin inter laicos, & clericos maxima sit differentia

101 Præterea † si doctores, advocati, & milites de jure torqueri non possunt, ut tenet Marsil. *in pract. §. expedita, num. 37.* & Boss: *in tit. de indic. & considerat. ant. tortur. num. 109. & 111. nec decuriones, ut l. fin. C. de decur. lib. 10. l. divo Marco, vers. fi. C. de quæst.* & Brun. *de indic. & tort. 2. par quæst. 4. num. 20. in princ.* minusque rectores civitatum. Marsil. *in l. edictum, nu. 19. ff. de quæst.* & Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. & tort. §. circa tertium quæ persuæ, num. 40* Clar. *sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 64. num. 17.* neque nobiles, per text. *in l. nullus C. ad l. iul. de adult.* multò minus sacerdotes, qui, ut supra demonstratum fuit, his omnibus digniores sunt, & longè majores, quos, & Deus ipse in infligendis pœnis manifestè distinxit.

107 † Cum enim Aaron, & eius soror Maria detraxissent Moysi, ab irato domino ea sola fuit lepræ morbo percussa. Aaron verò ob sacerdotii dignitatem Deus ignovit. *Num 12.* Quapropter habent privilegium fori à Deo: ex alibi etiam deductis.

103 Quòd autem sacerdotes † torqueri non possint, propter sacerdotalem dignitatem, cui semper, & ubique reverentia debetur, tenet Corrad: *in sua pract. titul. de negat. crim. canon. cap. 117. nu 5.* Vivi *commun. opin. vers. clerici non possunt torqueri. in fi.* ubi de communi opinione testatur, Clar. *in §. fin. quæst. 64. num. 23.* inquit, quòd clerici non torquentur, nisi infames, & Boer. *decis. 163. num. 6.*

104 Sed, licèt † contraria consuetudine, quæ est legum interpres privilegium, quod doctores, advocati, nobiles, civitatum rectores, clerici, sacerdotes, & alii supra nominati habent, non servetur, ut per Abb. & alios supra citatos, quod ferè omnes Criminalistæ testantur; clerici tamen, ac sacerdotes non sunt ita indifferenter inter omnes laicos connumerandi, ut

nul-

nullum inter eos discrimen esse videatur.

105 † Nam, licèt pro eorum delictis torqueri possint, nobilibus, doctoribus, & aliis privilegiatis non sunt postponendi, imò ipsos laicis omnibus esse præferendos probatur auctoritate Constantini Imperatoris, qui cum clericorum quorundam querelam coram se defendendam conspiceret; vos, ait, à nemine iudicari potestis, quia solius Dei iudicio reservamini. Dij etenim vocati estis, & idcircò non potestis ab hominibus judicari, *cap. continua, 11. quæst. 1. & c. futuram, §. idem verò, 12. quæst. 6.* Ideò nullo pacto possunt esse inferioris conditionis aliorum privilegiatorum

106 † Non enim possunt torqueri, nisi graviora, & urgentiora proferantur indicia, per *l. presbyteri*, ubi etiam gloss & Bald. *C. de episc. & cler.* Boss. *in tit. de tortur. test. quæst.* 10. *num.* 6. & Farinac. *pract. crimin. quæst.* 41. *num.* 8. Et in processibus criminalibus in nihilo deterioris conditionis aliorum privilegiatorum sunt habendi ex supra deductis.

107 Sæpe † quæritur, an reus possit torqueri nullis datis defensionibus, Et distinguendum est, nam, aut loquimur de causa principali, nempè super dictis principalibus, de quibus agitur, & tunc aut petit copiam indiciorum cum termino ad faciendum defensiones, & copia est danda cum termino competenti, per text. *in l. vnius §. cognituram, ibi, postulante reo, ff de quæst.* & tres dilationes reo sunt concedendæ, *ut l. fin. ff. de fer.* Iaf. *in l. properandum, num.* 16. C, *de judic.* & Clar. *in pract. crimin. §. fin. quæst.* 48. *num.* 2.

Copiâ autem indiciorum non petita, potest ad torturam procedi non datis prius defensionibus, per text: *in d. l. vnius §. cognituram ; ibi postulante reo, ff. de quæst.* Aret. *in cap. qualiter, & quando, il:* 2. §. *debet col:* 2. *vers: sed dubitatur, de accusat.* Abb: *in cap. cum in contemplatione, nu.* 3. *de reg. iur.* Gand: *in titul. de quæst. & torm. col:* 5. *vers. sed. quid erit de quæstione de facto, quæ quotidie occurrit?* Ang *in ver. fama publica, char:* 3. *vers. item advertas, dcst in c.* 2. *de depos. & post. suprà relatos* Boss. *in tit: de indic. num.* 74. *& in tract. de consf. ff num.* 16. Paris. *de put. in tract syndic. fol:* 88. *col:* 2. *vers: cum iudex,* & idem probat *in tit. de indic: ant: tort: nu.* 79. ubi testatur, hanc esse communem mentem doct. & communem opinionē, & ita communiter practicari, & hanc opinionē sequitur Clar *in pract: crim:* §. *fin: lib:* 5. *q.* 64. *n:* 27. *vers: si verò* eamque comprobat Farina: *in sua prax. crim: tom.* 1, *par.* 1. *de indic: & tortur: quæst* 39 *n.* 1. *&* 2. licèt posteà, ut mox dicam contrarium sustinere conetur.

108 Contrariam † autem opinionem, quòd, scilicet, reo etiam non petenti copia judiciorum antequam deveniatur ad torturam sit danda cum termino ad faciendas defensiones, post Boss: *in tit de indic. & consider ante tort. numer.* 74 & Clar: *in pract: crimin. quæst.* 48. *in fin. principii, quæst.* 64. *sub ver: sed quid si ille, & §. fin, q:* 49, *in prin:* & plures alios quos citat, tenet Farinac. *in dicta quæst:* 39, *numer:* 2. *& numer:* 99. *&* 100. quam præcipuè fundat super const: Pauli III. *de qua in Bull: Ro: cap:* 58, *pag.* 471, & Pij IV: *cap:* 74. *pag:* 755: & statuta Urbis. Sed dictæ constit. Paul III: & Pij IV: non constituunt jus universale, sed particulare; fuerunt enim particulariter editæ

pro

pro reformatione Tribunalium Romanæ curiæ, ut in illis expresè legitur. Quo casu extra Romanam curiam non extenduntur, & statutum Urbis, extra Urbem non habet vigorem, *l. cunctos populos*, ubi doctores omnes, C. *de summa Trin. & fid. Cath.*

Quinimò, si attendantur verba dictæ constitutionis Pii IV. *in §. insuper præfatus Auditor, ibi*, dare copias indiciorum reo, vel petentibus pro eo, ergo non petentibus ante torturam necessariò non sunt dandæ, quia, cùm verba constitutionis sint clara, non sunt contra eorum sensum extendenda. Illa enim ponderatio dictionis: semper *in eodem cap. 39. num.* 100. facta à Farinac. quòd importet idem, quòd omni casu, & omni tempore, ut extendatur etiam contra expressa verba Bullæ, ibi, petentibus pro eo, non sub-
109 sistit, quia dictio, † semper, potiùs denotat continuationem, seu perpetuitatem, *ut l. Caio, §. Imperator, ff. de alim, & cib. leg.* & Bar ab eod. Farin. allega. *in l. 1. n. 21. ff sol. matr.* & quòd diversimodè etiam in Urbe fuerit observatum, testatur idem Farinac. *cad. q. 39. num. 97.*

Doctores autem pro hac parte allegati,
110 ferè omnes concludunt, † quòd in criminalibus nemo debet condemnari, nisi prius dato termino ad faciendum suas defensiones, & ita post alios plures per ipsum citatos testatur Clar. *recep. sentent. lib. 5. §. fin. quæst. 49. num. 13. & num. 14.* Adeò, quòd ante sententiam definitivam etiam parte non petente, tenetur judex rei defensiones quærere, ac veritatem investigare, per text. *in l. si non defendantur, ff. de pœnitent. & auth. qui semel. C. quomodo, & quand. iud.* Et in his terminis procedunt allegata per Farinac, *locis supra citatis*, & ita distinguit Boss. per eundem Farinac allegat. *de indic. & confidentor. num. 74 juncto num. 79.* ubi de communi testatur.

Pro præcisa responsione habenda super circumstantiis substantialibus, & pertinentibus ad delictum dummodò sint tales, de quibus verisimile sit, reum recordari, ut si interrogetur de facto proprio, de modico tempore, & de rebus, de quibus solent homines recordari, arbitrio judicis, considerata facti, & personarum qualita-
111 te, sine dubio, reo † non petenti, non sunt dandæ copiæ indiciorum, nec termini ad faciendas defensiones, ut per Clar. *in pract. crim. quæst. 45. num. 6.* & Farinac. *de indic. & tort. q. 37. n. 184.* Quinimò hoc casu, etiam petentibus, possunt denegari, præsertim si sunt viles personæ, judicis arbitrio, ut per Boss. *de tort. test. num. 39. vers. non tamen semper*, Clar. *in pract. crim. §. fin. quæst. 25. num. 9.* & Farinac. *de indic. & tort. quæst. 29. num. 125. 146. & 147.*

112 Foro ecclesiastico, de quo ab hujus operis initio tractare cœpi, sunt quoque in pluribus supposíti Iudæi, de quibus per Innoc. *in c. quod super n. 3 & n. 5. de vot. & vot. redempt.* imò potiùs in omnibus.

Ipsi enim pluries pœnis ecclesiasticis subijciuntur, & eorum causas in Urbe regulariter Vicarius Papæ cognoscit, ut statuit Paul. Papa III. in literis Apostolicis, *de quibus in Bull. Rom. cap. 32. pag. 421. circa fi.* & Iul. III. *in eod. Bull. cap. 59. pag. 562.*

113 Pluraque † sunt illis per Bullas Apostolicas prohibita. Nutrices, seu ancillas, aut alios vtriusque sexus servientes Christianos habere, vel eorùm infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutriri face-

114 facere seu Dominicis, † vel aliis de præcepto Ecclesiæ festis diebus in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquomodo gravare, aut contractus
115 fictos, vel simulatos celebrare, seu † cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conversationem habere nullatenus possunt. Et est ratio, quia Judæi, & hæretici sunt Christianis inimici, & odiosi ratione sectæ, Bar. *in l. cum mulier, numer. 9. ff sol. matr.* & facit optimè tex. *in cap. Iudæi, de jud. & Sarrac.* Et pari modo, Sarracenis cum Christianis est prohibita conversatio, *eod. c. Iudæi*, ubi etiam gloss. *de jud.*

116 Minusque † in libris rationum, & computorum, quæ Judæi cum Christianis pro tempore habebunt, aliis quàm latinis litteris, & alio, quam vulgari Italico sermone uti possunt: & si utantur, libri hujusmodi contra Christianos nullam fidem faciunt, eis enim fides adhiberi non debet, ut inquit Bar. *dict. l. cum mulier in fin. ff. de sol. matr.*

117 † Mercaturam autem frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessariarum facere nequeunt, *ut in litteris Pauli Papæ IV. de quibus in Bull. c 5. §. Nutrices quoque, pag. 575.*

118 Medici quoque hebræi, † & alij infideles, ad Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocari, seu admitti minimè possunt. Quinimò universis Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisq; locorum Ordinariis, & quibusvis parochis, aliisvè animarum curam habentibus, & exercentibus præcipitur, & mandatur quatenus in civitatibus, & diœcesibus, in quibus Hebræi, & alii infideles moram trahunt, prohibitionem hujusmodi annis singulis publicandam curent.

119 † Si quis autem post publicationem, etiam quomodolibet exemptus, ac cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis & præeminentiæ existens, contra prædicta facere ausus fuerit, sacramenta ecclesiastica illi nullatenus sunt ministranda, nec etiam à regularibus exemptis, & sic decedens, ecclesiastica carere debet sepultura, pœnis contra non parentes inflictis, & & comminatis, *de quibus in constit. Greg. Papæ XIII. de qua in Bull. Rom. cap. 71. pag. 1303.*

Tenentur præterea Judæi tàm masculi, quàm fœminæ † signum patens ita, ut nullo modo celari, aut abscondi
120 121 possit, glauci coloris palàm deferre † nec super signi hujusmodi delatione prætextu cujusvis gradus, præeminentiæ, seu tolerantiæ excusari valent, aut per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, vel cameræ Apostolicæ clericos seu aliàs illi præsidentes personas, aut Sedis Apostolicæ Legatos, vel eorum Vicelegatos, quovis modo dispensari potest, *ut in dicta constit. Pauli IV. cap. 5. §. & ad hoc pag. 575.* Contrafacientes verò gravibus pœnis sunt plectendi, *ut in eadem constit. §. & si circa pag. 576.*

122 Præterea † statuta civitatum, terrarum, & locorum, in quibus pro tempore dicti Hebræi habitaverint, favorem Christianorum concernentia inviolabiliter observare tenentur, *ut in ead. const. §. & statuta, ea. pag. 576.*

123 † Puniuntur autem in criminalibus juxta formam juris, ac provinciarum, civitatum, & locorum constitutionum, *ut per constitutionem Iulij Papæ III. in eodem Bull. Rom. cap. 15. §. decernentes pag. 515.*

Et quoniam impia Judæorum perfidia,
124 † nequissima, impuraque scripta thalmud semper amplexa fuit, in quo sunt blasphemiæ in Deum, & Christum ejus, ac Beatam Virginem manifestæ, inextricabiles fabulæ, abusiones erroneæ, stultitiæ inauditæ, quas filios suos docent, ac in illis nutriunt, & à legis & Prophetarum doctrina reddunt ipsos pœnitus alienos, verentes ne veritate, quæ in eisdem lege, ac Prophetis est intellecta, apertè de unigenito Filio Dei venturo in carnem testimonium perhibente, convertantur ad fidem, & ad Redemptorem suum humiliter revertantur. Innocentius Papa IV. libros eiusdē
125 thalmudi † cum glossis desuper factis, igne cremari mandavit, ut testatur idem Innoc. *in cap. quod super num. 4. de vot. & vot. red.* eijsdemque Hebræis nutrices, & ancillas Christianas habere prohibuit, *ut in litteris, de quibus in eo. Bul. pag 5. cap.* 1. & Clemens Papa VIII. exemplo ejusdem Innocentii Papæ IV. & quamplurium aliorum Pontificum suorum prædecessorum motus, omnibus, & quibuscunque universitatibus Hebræorum, eorumque singulis, tam in temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditione, quam etiam extra eam ubivis locorum & in quibusvis Christiani orbis partibus constitutis perpetuò prohibuit, ne quosvis libros & codices impios thalmudicos sæpè damnatos, vanissimos, caballisticos, atque alios nefarios à prædecessoribus suis prohibitos, & condemnatos, nec non opera, commentaria, tractatus, volumina, & scripta quæcunque, tam lingua Hebraica, quam quavis alia hactenus conscripta, aut versa edita, & impressa, ac in posterum conscribenda, aut vertenda, edenda, vel imprimenda, continentia, seu continentes tacitè, vel expressè hæreses, vel errores contra sacras veteris legis, & testamenti scripturas nec non contumelias, impietates, blasphemias contra Deū, sanctissimam Trinitatem, & Salvatorē N. D. Jesum Christum, eiusque sanctam Christianam fidem, ac Beatissimam ipsius genetricem Virginem Mariam, & Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos alios; Sanctos Dei, sanctissimam crucem, sacramenta novæ legis, sacras imagines, & sanctam Catholicam Ecclesiam, & Sedem Apostolicam, ac contra Christifideles præsertim Episcopos, sacerdos, & alias ecclesiasticas personas, atque etiam contra nuper ad ejusdem Christi fidem conversos, ac neophytos, & alias contra religionem Catholicam, vel in quibus etjam, impudicæ, & obscœnæ narrationes memorantur, etiam sub prætextu, quòd expurgatæ fuerint, vel donec expurgentur, sivè quòd de novo typis excussæ fuerint, mutatis nominibus: vel etiam sub obtenti, seu tolerantia aut permissione (ut prætendunt) Secretarii, aut cujusvis, personæ sacri concilii Tridentini, aut Indicis librorum prohibitorum, vel cujusvis indulti Apostolici, aut licentiæ per S. R. E. Cardinales etiam Legatos, aut Cameratiam, seu cameram Apostolicam, vel Nuncios, etiam cum potestate Legati de latere, aut locorum Ordinarios, seu Inquisitores hæreticæ pravitatis forsan quomodolibet concessæ, aut quovis alio quæsito colore legere, habere, vel retinere, emere, vel vendere aut evulgare vllo modo audeant, vel præsumant.

126 Facultates, † permissiones, & tolerantias quascunque penitus, & omninò revocando, præcipiendo tam ipsis hebræis, quam

quam quibuscunque typographis, bibliopolis, seu mercatoribus, & aliis quibuscun-
127 cunque Christi fidelibus, † sub pœnis amissionis librorum, & publicationis omnium bonorum fisco ejus Principis, in cujus ditione libri reperti fuerint, applicandorum, ac alijs, etiam gravioribus, & corporis aflictivis arbitrio diœcesani, ac etiam Inquisitoris statuendis, ac moderandis, necnon, quo ad Christianos, etiam excommunicationis majoris latæ sententiæ per unumquemque contrafacientem eo ipso incurrendæ, ne hujusmodi libros, & alia scripta superiùs prohibita, ut præfertur, retinere, habere, legere, edere, typis excudere seu imprimere, describere, vel exemplare, advehere, emere, vendere, donare, commutare, aut aliàs quomodolibet distrahere, vel alienare præsumant. S. R. E. Cardinalibus adversus hæreticam pravita-
128 tem † in toto terrarum orbe generalibus Inquisitorib⁹, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cœteriscq; locorum Ordinariis, & Inquisitoribus quibuscunq; ejusdem hæreticæ pravitatis, in quibusvis Regnis, Provincijs, & civitatibus pro tempore existentibus, Apostolica auctoritate mandavit, quatenus sic prohibitos libros, & scripta diligentissimè perquirant: & contra eos qui super retentione hujusmodi culpabiles reperirent, ad prædictarum, & aliarum etiam graviorum eorum arbitrio pœnarum exequutionem procederent, *ut in litteris Apostolicis pridie cal. Martii, anno 1592. expeditis, & de more publicatis.*

129 Quamplures Romani Pontifices † pro tempore existentes maximè etiam invigilarunt, ut voracitates, ac flagitia Hebræorum in usuris præsertim extorquendis omni vi, & via cohiberentur, quibus licèt mansuetudo Christianæ pietatis aliquando dignis de causis per Summos Pontifices denegata non fuerit, nihilominus contra piam eorundem mentem, & intentionem indultis pravè abutentes, eò tandem sunt progressi ut adversus divinas, naturales, humanasque leges magnis, & gravibus pecuniarum vsuris, quas præsertim à pauperibus, & egenis exigunt monopoliis illicitis, & fœneraticiis pactis, fraudibus, dolis in contrahendo, ac fallaciis plurimos cives, & incolas ditionis temporalis ecclesiasticæ, ubi commorantur, miserè exhauserint, circumvenerint, bonis spoliaverint, ac tenuis potissimum fortunæ homines, præsertim rusticos, & simplices, non solùm ad extremam inopiam, & mendicitatē, seu propemodum in servitutem redegerint.

130 Multa præterea, † quidem graviora scelera, & flagitia, & ipsi commiserint, & perdito cuiq; ac nequissimo in faciniorib. patrandis suam libentissimè operam & quamcunque potuerunt, opem præstiterint. Quapropter idem Clemens Papa VIII. prædecessorum suorum vestigiis inhærendo; primùm quidem constitutiones Pauli, & Pii, eorundemque litteras innovavit, illisque perpetuæ inviolabilis, & inconcussæ firmitatis robur adiecit, litterasque Pii Papæ IV. & Sixti V. quatenus eorundem litterarum Pauli IV. & Pii V. adversantur, revocavit, cassavit, abolevit, & annullavit, irritaque, cassi & nulla decrevit, ac sua perpetuò valitura
131 constitutione præcepit, & mandavit, † ut omnes, & quicunque Iudæi utriuslibet sexus, qui in quibusvis ditionis suæ temporalis universæ civitatibus, etiam Bononien. & Beneventan. oppidis, ter-

ris, castris, & locis, etiam sub eadem ditione consistentium, Baronum, & Domicellorum quamcunque jurisdictionem, præeminentiam, titulum, seu exemptionem habentium, & ejusdem ditionis temporalis, & status ecclesiastici finibus discedere, & aliò commigrare deberent. Et tam illos, quàm alios, si qui fortasse, ad prædictum statum accedent, jussit in posterùm à tota ditione præfata perpetuis futuris temporibus sine ulla spe redditus exulare, ita ut quicunque Iudæi, sive incolæ, sive peregrini, præsentes, aut futuri, in quovis dictæ ditionis loco, quandocunque post terminum eisdem præfixum, jam elapsum inventi fuerint, rebus omnibus spoliari, eæque fisci juribus applicari, & qui ex ijs ætate, & corpore viribus satis firmis ad eam pœnam sustinendam reperti fuerint, ad triremes, quò ad vixerint, damnari voluit:

Quod quidè in toto prædicto statu ubi-
132 que servari præcepit, † Urbe Roma, Avinionen. atque Anconitan. dumtaxat exceptis, in quibus Iudæos incolas, vel eò commigrantes dignis de causis censuit tolerandos, ea tamen lege, ut civitatum prædictarum statuta favorem Christianorum con-
133 cernentia, † nec non edicta ordinariorum magistratuum, præcipuè verò Pontificum, & aliàs Apostolicas, & canonicas, quæ circa ipsos Iudæos aliquid disponunt, constitutiones observent. Mandando, præterea, tam almæ Urbis Vicario, & S. R. E. Camerario, quàm universis omnium locorum ditionis Ecclesiasticæ Ordinariis, Legatis, Vicelegatis, Præsidibus, & Gubernatoribus pro tem-
134 pore existentibus: † quatenus eorum unusquisque ea inviolabiliter observari curet: nec quidquam super ijs tolerare, indulgere, aut permittere, vel licentias aliquas concedere præsumant: sed contra quoscunque inobedientes, ac transgressores omni severitate animadvertant; contradictores per opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, *ut in litteris ejusdem Clementis Papæ* VIII. *v. Kal Martii* 1592. *expeditis, & impressis, ac de more publicatis.*

Sæpè quæri solet, an Iudæi filiis ad Christi fidem conversis, teneantur alimenta præstare; Et respondetur affirmativè,
135 quia pater, & mater infideles † tenentur filiæ fideli dotem, & filio Christiano donationem propter nuptias, & utrique alimenta secundum facultatem patrimonii præstare, per text. *in l: cognovimus*, ubi etiam Salic. C. *de hæret. & manich.* glos. *in l. neque matri pro filia*, C. *de jur. dot.* & ibi Bald. *numer.* 2. Quinimo quia donatio propter nuptias non est hodie communi-
136 ter in usu, loco ejusdem donationis † Iudæus pater tenetur dare filio effecto Christiano legitimam, quæ illius loco succedit, pro qua facit text. *in cap. Iudæi, de Iud. & Sarrac.* & deducta per Franc. Aret. *in repert. in verf. Iudæi filius, infin.*

Quodque Iudæorum filiifamilias, & &in patria potestate constituti legitima, & quacunque alia portione bonorum paternorum, aut maternorum de jure, seu successione bonorum eis aliàs debitorum per eorum parentes fraudari, aut privari non possint, neque debeant, sed eis integrè, etiamsi contra voluntatem parentum suorum ad fidem conversi fuerint, etiã eorũ parentibus viventib⁹, debeantur, statuit

Paul.

Paul. III. in constitutione motu proprio edita, *de quæ in Bull. Rom. cap. 29. post princip.* pro qua etiam idem probat Felyn. *in eodem cap. Iudei, num. 2.* Ferret. *cons. 24.* quem citat. & sequitur Ursill. ad Afflict. *decis. 151. nu. 10.*

DE SORTILEGIIS.

Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegium quid sit.*
2 *Sortilegorum professio est duplex, tacita, & expressa.*
3 *Professio tacita sortilegorum, quæ sit.*
Professio expressa sortilegorum, quæ sit.
4 *Professio expressa duplex, solemnis publica, & privata.*
5 *Professio solemnis & publica sortilegorum, quæ sit.*
6 *Expressam professionem dæmonibus facientes, quem cultum illis exhibeant.*
7 *Professio privata, quomodo dæmoni fiat.*
8 *Latriæ honorem dæmonibus exhibentes, quando uti hæretici sint habendi.*
9 *Sortilegia, quæ hæresim manifestam sapiunt, quomodo cognoscantur.*
10 *Idololatriam, & hæresim manifestam, quæ sortilegia sapiant, & quæ non.*
11 *Striges à sancta ecclesia Dei sunt expellendæ.*
12 *Striges effectualiter de loco ad locum corporaliter deferri an possint.*
13 *Sortilegiorum causæ ad forum ecclesiasticum spectant.*
Sortilegiorum non hæreticalium pœna est arbitraria, ibidem.
14 *Astrologorum causæ ad forum ecclesiasticum spectant.*
15 *Libri à Sixto V. prohibiti, qui.*
16 *Inquisitores de sortilegijs, & superstitionibus, cognoscere possunt.*
17 *Episcopi liberè de sortilegijs, & superstitionibus cognoscere possunt.*
18 *Divinatio est prima species sortilegij.*
19 *Divinationum species sunt quatuor.*
20 *Sortilegia per personas tacitæ dæmonis professionibus pluribus modis fiunt.*
21 *Sortilegia ad amorem fiunt in corpore, & extra corpus.*
22 *Sortilegia extra corpus, quomodo fiant.*
23 *Maleficia à quibus destrui valeant.*
24 *Maleficiati difficiliùs curantur, quàm energumeni.*
25 *Maleficia maleficijs curare non licet.*
26 *Mala non sunt facienda, ut inde eveniant bona.*
28 *Maleficiorum curatio à Deo est impetranda, qui omnia potest.*
28 *Maleficia licitis orationibus curantur.*

PLURA sunt genera criminum, de quibus proximè egimus, & inter alia obiter de sortilegio verba fecimus, quod cùm gravissimum sit crimen, ac pluribus, variisque modis committatur, de eo juxta illius gravitatem particulariter est agendum.

1 Sortilegium † est superstitio quædam illusoria, & summè noxia, qua regulariter utitur homo dæmonis ministerio, *cap. qui sine Salvatore, 26. quæst. 2. capit. 1. eadem quæst. 5. capit. 1. & 2. de sortil.* & Gril. *tract. de sortileg. numer. 1. & numer. 5.* Professionemque etiam plures cum dæmone faciunt.

2 Professio † autem sortilegorum est duplex, tacita, & expressa, intelligendo de professis cujuscunque speciei.

3 Tacita † est promissio quædam, quam quis facit alicui sortilego magistro hanc professionem nomine dæmonis recipienti de observando, quæ sibi mandaverit, sub promissione, quòd grandia faciet, & mirabilia, futuram in vita sua cognoscet, dummodò fidem catholicam abijciat, & omnia ecclesiastica sacramenta conculcet, quodque totis ejus viribus adhærebit cultui, & obedientiæ sui magistri, ac illum, tanquam verum Principem, adorabit, cultum veræ adorationis sub idolorum forma sibi præstando, cunctaque opera per ipsum facienda sub illius nomine, & devotione conficiet, Gril. *de sortileg. lib. 2. c. 3. num. 2. & 3.* & facit text. *in cap. nec mirum, §. hidromantici, vers. ad hæc omnia, 26. quæst. 5. & sum. confess. de sortileg. quæst. 3. & 6.*

4 Expressa † professio illa est, quæ fit expresse cum proprio dæmone, aut solemniter, & publicè, aut privatè; solemnis, & publica est illa, † quæ fit cum dæmone, dum publicè residet in solio majestatis, more Principis, quando fiunt universales congregationes omnium strigum, & maleficorum necromantum cujuscunque generis professorum, certis nocturnis horis, locis, & temporibus dæmonis arbitrio constitutis, ubi universis astantibus, fit ista professio.

6 Qui † autem expressam professionem cum ipso dæmone fecerunt, eidem etiam redduat expressum adorationis cultum per solemnia sacrificia, quæ ipsi faciunt diabolo, imitantes in omnibus divinum cultum, cum paramentis, luminaribus, thurificatione, ac præcibus quibusdam, & orationibus, quibus instructi sunt, assiduis, illum non secus ferè colunt, & adorant, quàm nos verum creatorem, *cap. contra idolorum, 26 quæst. 5.* gloss. *in c. accusatus, §. sanè, in verb. saperent, de hæret. in 6.* Gril. *eadem quæst 3. numer. 4 & 5.* per quæ honor latriæ dæmonibus exhibetur. Direct. Inquisitor. *quæst. 43. numer. 2.* quæ latria est cultus, & servitus, quæ soli Deo debetur, gloss. *in clem. unic. in verb. seipsum, de reliq. & veneræ san.* gloss. *in c. venerabiles, de consecr. distinct. 3.* S. Thom. *2. 2. qu. 84. artic. 1. ad 1. arg.* & Graff. *decis. aur. par. 1. lib. 2. c. 2 num. 1.*

7 Privata autem professio † est illa, quæ fit privatè ipsi dæmoni solùm, absque illa universali sortilegorum congregatione & multitudine, ut per eundem Gril. *d. qu. 3. lib. 2.* & Farinac. *in pract. criminal c. 20. numer. 77.* apud quem plura de sortileg. videri possunt.

8 Dæmonibus † honorem latriæ exhibentes, seu eorum nomina inter nomina spirituum Beatorum; vel Sanctorum in suis

suis nefariis orationibus miscendo, mediatores in illis orationibus à Deo exaudiendis ponendo, cereos accendendo, & Deum per eorum nomina, vel merita obsecrando, non ut sortilegi, sed, ut hæretici, judicio ecclesiæ sunt habendi, *ut in eodem Direct. Inquis. q. 43. numer. 10. & 11.*

9 Et regulariter omnia † illa sortilegia sapiunt hæresim manifestam, quæ cum aliquo dicto, vel facto hæreticali exercentur, ut si quis in sortilegio amatorio Deum, aut ecclesiastica sacramenta abnegaret, aut in eodem sortilegio ecclesiæ sacramenta admisceret. Sapiunt etiam hæresim manifestam illa sortilegia, & divinationes, seu maleficia, in quibus admiscentur sacramentalia, ut aqua, vel cera benedicta, & his similia, sive verba, & Evangelium, Symbolum fidei, Pater noster, Ave Maria, aut Psalmus aliquis Davidicus, seu verba sacræ scripturæ, aut aliæ sanctæ orationes, quibus fit sortilegium qualificatum. Et generaliter omnia crimina, quæ natura sua præ se ferunt aliquid, quod est hæresis manifesta, ut baptizare imagines, vel animalia irrationalia, puerum rebaptizare, preces nefarias dæmonibus fundere,
10 † aut illis sacrificare, idolis genua flectere, & similia quæ præ se ferunt idololatriam, manifestam hæresim sapiunt, quamvis nullum factum per se sit hæresis. Sylvest. *in summ. in verb. hæresis, 2. num. 4.* Alfons. Cass. *lib. 1. cap. 15. circ. fin. de just. hæretic. punit.* Simanc. *de cathol. instit. tit. 30. num. 15.* Direct. Inquisit. *part. 2 cap 24. numer. 2 3 4 & 5.* & ibi Pegn. *com. 67. ver. primum ergo. usque ad vers. quantum ad secundum.*

Illa enim sortilegia non dicuntur hæresim manifestè sapere, in quibus dæmon invocatur ad faciendum, seu cognoscendum ea, quæ ipse facere, & cognoscere potest, divina virtute non reprimente, pro ut homines, ad peccata, & libidines tentare, naturalium, & superiorum virtutes cognoscere, & quibus medicamenta ad sanandum, & atrocia beneficia ad causandum diversas infirmitates confici possunt, ut per D. Thom. *in 2. 2. distinct. 96. quæst 2. & in tract. qq. 1. par. quæst. 5. de mir. & eodem lib. qu. 16. art. 7. de dæmon.* Præsentiaque occulta, & præterita scire, & sic furta jam facta revelare, his casibus, & similibus, si dæmonis in sortilegiis imploratur auxilium, sortilegium non dicitur hæreticale, ut post D. Thom. Abb. & plures alios per ipsum citatos, tenet Farinac. *in pract. crim. quæst. 20. numer. 80.* & Clar. *in §. hæresis, numer. 23.* Quæ procedunt, nisi ratione comistionis sacramentorum, sacramentalium, aut verborum aliter sit judicandum, ex supra allegatis, aut, quòd talia patrantes essent de expressa dæmonis professione, quo casu omnia sortilegia, quæ ab illis fiunt, respectu operantis erunt hæreticalia, ut post plures alios per ipsum citatos Farinac. *ead. qu. 20. nu. 81. & 82.*

11 Ideò striges † cùm præcipuè expressam professionem, & solemnem dæmoni in universalibus congregationibus faciant, expressum cultum adorationis dæmoni reddendo, preceseque fundendo, & illis sacrificando in eorum sortilegio sunt violenter suspectæ de hæresi, & omnes extra gremium Ecclesiæ, & à communione fidelium penitus alienæ. Subversæ enim sunt, & à diabolo captivæ tenentur personæ, quæ relicto suo creatore, diaboli suffragia

quæ-

quærunt & ideo Sancta Ecclesia à tali peste mundari debet, *cap. quisine Salvatore, 26. quæst. 2. cap. Episcopi, in princ. eadem quæst. 5.* & Gril. *lib. 2. de sortileg. q. 7. numer. 4.*

12 † Quapropter à dæmonibus effectualiter deferri possunt de loco ad locum motu locali verè, & corporaliter, Deo tamen permittente, & non aliter, & hæc est communis sententia theologorum, de qua post S. Bonav. *in 3. sent. distinct. 19. quæst. 3.* S. August. *in lib. 20. & 21. de Civit. Dei* S. Thom *in sum. 22. quæst. 95. art. 5. in tit. de superst. & in dict. tract. 99. primæ part. quæst. 8. in tit. de mira. & quæst. 16. artic. 5. & 6. in tit. de dæmon.* & alios, quos citat, testatur. Gril. *lib. 2. de sortileg dict. qu. 7. numer. 3.* Alphons. Castr. *de just. hæret. punit. lib. 1. cap. 16.* & Pegn. *in Direct. Inquisit. part. 2. com. 68. vers. sed à maligno*; Et licèt huic communi opinioni videatur repugnare text. *in dict. cap. Episcopi, 26. qu. 5.* ubi habetur, quòd quædam sceleratæ mulieres retro post satanam conversæ dæmonum illusionibus, & phantasmatibus, tam graviter seductæ sunt, ut credant, & profiteantur se cum Diana Dea paganorum, nocturnis horis, vel cum Herodiade, vel cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, 13 & multarum terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire, ejusque jussionibus obedire, velut dominæ, & certis noctibus ad ejus servitium evocari. Et *in §. si quidem ipse satanas* habetur, quòd dæmon ubi primùm mentem cujuscunque mulieris reperierit, & illam per infidelitatem subjugaverit, illico transformat se in diversarum specierum personarum, & mentem, quam captivatam tenet, in somnis deludens, per quæque divia deducit, & cùm solus spiritus hæc patitur, infidelis hæc non in spiritu sivè anima, sed in corpore evenire opinatur. Ac deinde, quis enim in somnis, & nocturnis visionibus non extra seipsum deducitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam stultus, & hæbes sit, qui hæc omnia, quæ in sole spiritu fiunt, etiam in corpore fieri arbitretur?

Unde hoc text. freti quamplures doctores tenuerunt, quòd non deferuntur in corpore, sed duntaxat deluduntur in spiritu, ut refert Gril. *ead. qu. 7. in princip.* & tenet Franc. Ponzonib. *in tract. de lam. num. 45. & plurib. seq.*

Communem tamen opinionem esse quod deferantur, & contrarium sentientibus, pluribus rationibus respondet, idem Gril. *eadem quæst. 7. numer. 28.* quem post alios per ipsum citatos sequitur Pegn. *eodem com. 68. vers. tertiò eadem.* Et quòd dæmones Deo permittente, possint hominem deferre verè & corporaliter de loco ad locum motu locali, plurimis exemplis relatis tam per eundem Gril. quàm alios graves doctores demonstrare conantur.

Sortilegiorum † causæ eo modo, quo causæ hæreticorum, tam in procedendo, quam definiendo spectant ad forum Episcoporum, & Inquisitorum, quando sapiunt hæresim: & tunc eadem pœna, qua cæteri de hæresi suspecti sunt condemnandi. Sed, quando non sapiunt hæresim, & est dubium, in aliqua admista hæresim sapiant: ut si qui ad orientem se convertant, aliqua verba inusitata, & non intelligibilia proferant, vel similia: tunc videtur,

tur, quòd Inquisitores debeant tales ad suos judices dimittere puniendos, *cap. accusatus*, §. *sanè*, & ibi gloss. *in verb. manifeste*. Archid. Joann. Andr. & Jo. Monach. *de hæret. in 6.*

Pœna autem sortilegorum non hæreticalium est tam de jure civili, quam canonico arbitraria. Abb. *in c. 2. num. 4. de sortileg.* & post Gril. & alios Franc. *in prax. crimin. qu 20. nu. 84. 89. & 94.*

Sed, quando constat, hæresim sapere, si amplius dubitetur, an hæresim sapiant, 15 tunc ipsi Episcopi, & inquisitores de hoc cognoscere possunt, & judicare, ac pronunciare se judices, Abb. *in c. 1. nu. 4 in fin. de sortileg.* Carrer. *in tract. de hæret. nu. 24.* gloss. & DD. *in dict. c. accusatus*, §. *sanè*. per Pegn. allegati *in Direct. Inquisit. com. 76. in fin.*

Et hæc distinctio, quòd Inquisitores de sortilegiis non sapientibus hæresim cognoscere non possint, procedit, & habet locum de jure communi, quod fuit correctum per Sixtum V. qui suâ perpetuò valitura constitutione Apostolica auctoritate statuit, & mandavit, † ut tam contra astro- 14 logos, mathematicos, & alios quoscunque judiciariæ astrologiæ artem, præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam in posterum exercentes aut faci entes judicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortunisque casibus aut rationibus, & ex humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare asserant, aut protestantur, quàm contra alios utriusque sexus, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas divinandi artes sivè scientias exercent, profitentur, docent, aut discunt, quivè hujusmodi divinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, ac præmissa detestanda scelera, & delicta, ut præfertur, faciunt, aut in eis quomodolibet se intromittunt: cujuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi, & Prælati superiores, ac alij Ordinarij locorum, quàm Inquisitores hæreticæ pravitatis, ubique gentium deputati; etiamsi in plerisque ex his casibus antea non procedebant, cognoscere valeant.

Prohibuitque † omnes, & singulos 15 libros, opera, & tractatus judiciariæ astrologiæ, geomantiæ, hydromantiæ, pyromantiæ, onomantiæ, chiromantiæ necromantiæ, artis magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac superstitiones continentur, quos Ordinarijs locorum, vel Inquisitoribus voluit consignari, & contra scienter legentes, aut retinentes libros, seu scripta hujusmodi, seu in in quibus talia continentur, similiter per eosdem Inquisitores procedi posse decrevit, *ut in dict constit. sub dat. Romæ anno* 1585. ubi latius de sortilegorum, incantationum, & divinationum prohibitionibus videre licet, *in pecul. suo Bullario, par. 2 fol. mihi. 52.*

Dictæ constitutionis † vigore pos- 16 sunt Inquisitores cognoscere de sortilegiis, non tamen privativè quo ad Episcopos; imò causas superstitionum, incantationum, veneficiorum, & blasphemiarum, & contra eos, apud quos reperiuntur libri prohibiti, Episcopi cognoscere, & nisi sapiant manifestè hæresim, absque Inquisitorum interventu, illas possunt decidere, definire, & terminare; per text. *in dict. cap. accusatus, de*

hæret. in 6. Abb. *in dict. cap. 1. numer. 4. vers. & advertè, de sortileg.* & Eymer. *in Direct. Inquisit. quæst. 42. numer 2.* & ita censuit sacra generalis congreg S. Rom. & universalis inquisitionis, *sub die 21. Decembris anni 1602.*

17 Quamvis † enim per dictam constit. Sixti Papæ V. fuerit Inquisitoribus attributa jurisdictio cognoscendi de causis sortilegiorum, superstitionum, veneficiorum, & incantationum, etiam quòd aliàs de præmissis non cognoscerent, *ut supra numer. 20.* non tamen fuit Ordinariis restricta facultas, quin liberè in causis hujusmodi, ut prius, dummodò non hæresim manifestè redoleant, procedere possint, cum id ex juris communis dispensatione illis sit attributum, ex deductis per Abb. *eodem num. 4.* & Clar. *in pract. crim. §. hæresis, nu. 23.*

18 Divinatio † est prima species sortilegij, quæ inter cæteras obtinet principatum, in quam plures homines incidunt, ut per Gril. *eodem tract. de sortileg. c. 2. num. 5.*

19 Et quatuor sunt † species divinationum, sicut quatuor sunt elementa, quæ consistunt in hydromantia, pyromantia, geomantia, aëromantia. Et aliqui ex dæmonum professoribus vocantur incantatores, quidam arioli, alij aruspices, aliqui augures, quidam phitonici, & mulieres, phytonissæ, aliqui genethliaci, quidam salitores, & aliqui magi, *de quibus in cap. igitur genus, 26. quæst. 4. cap. nec mirum, eodem quæst. 5.* & Gril. *in dict. tractat. de sortileg. quæst. 2. numer. 7.*

20 In sortilegijs, † quæ fiunt per personas tacitæ dæmonis professionis, diversa interveniunt instrumenta, & fiunt quandoque in aqua per hydromantiam: quandoque in igne per phyromantiam: interdum in terra per geomantiam: aliquando utuntur aëre, & ea faciunt per aërimantiam: quandoque illa faciunt ex inspectione intestinorum avium, animalium, aut per eorum voces, garritum, occursum, & similia, ut habetur, *in dict. cap. igitur genus, & cap. nec mirum.* Hostiens. *in sum. de sortilg. §. 2.* & Gril. *quæst. 5. num. 2. eodem tit.* & aliqui respiciunt in astrolabio, *ut in cap. 1. ext. eodem tit.*

21 Alia est species † sortilegorum, quæ fiunt ad amorem, aut in corpore, vel extra corpus: in corpore enim communiter fieri solent, per cibum, vel potum, *ut l. 3. §. hæc adjectio. ff. ad l. Corn. de fica. l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœn. l. eorum, in princip. & l. multi. C. de malef. & mathem.*

22 Extrà corpus † autem, id est, extra intestina fiunt per aliquas mixturas, compositas ex herbarum foliis, vel radicibus, metallis, reptilibus terræ, avium plumis, vel membris, seu intestinis eorundem animalium, vel piscium, aliarumque similium rerum nostratium, illaque quandoque consuunt in chlamide personæ ad amorem maleficiandæ, vel sub capite lecti, super quo persona ipsa dormit, abscondunt, aut sub limine ostij cameræ, aut alterius, super quo ipse maleficiandus vir, aut mulier transituri sint. Apponuntur etiam imagines cereæ juxta ignem ardentem completis dæmoniacis sacrificijs, de quibus suprà, adhibitis nefariis precibus, & turpibus verbis, ut quemadmodum imago illa igne consumi-

sumitur, & liquescit, eodem modo cor mulieris, amoris calore talis viri ferventer ardeat, & ut plurimùm, admissis ecclesiarum sacramentis, sicut est hostia
25 sacrata, ut per gloss. *in cap. accusatus, §. sanè, de hæret. in 6.* & aliis modis, ac rebus admistis de quibus per Gril. *eodem tract. de sortileg. qu. 3. num. 11. & ferè per tot.*

23 Maleficæ artes, † impedimenta, & infirmitates, (exceptis factis cum aliquibus nodis, vel solutionibus, quæ reperta nodis confractis, aut combinatione materiæ soluta de facto destruuntur, & soluuntur,) scientia humana destrui non solent: nisi per ejusdem artis magistros, vel, qui sint diabolicæ professionis benè instructi,
27 aut aliquo modo participes: quia maleficia ipsa absque ministerio, & suffragio dæmonis, tam rebus ipsis quàm verbis, communiter inferi non solent in corporibus, pariter, nec tolli: quoniam medicina naturalis, & omnium physicorum, & chirurgorum ars tota communiter non sufficeret ad sanandum corpora ipsa, & removendum dæmonis opera, sed solùm per eosdem,
28 qui sub eadem professione morantur, & qui maleficia ipsa facere solent, arte, & instructione dæmonis destrui, ac tolli possunt. S. Thom *in 2. 2. qu. 92. art. 6.* & tenet Gril. *eod. tract. de sortil. qu. 2. nu. 2. & 3.*

24 Maleficiati † enim difficilius curantur, quàm energumenti, & à dæmone obsessi. Mal. malef. Spreng *par. 2. quæst. 2. capit. 6. vers. expedit lectorem.* Omissis tamen diversitatibus opinionum, an licitum sit nec ne maleficia tollere per alia maleficia, & opera superstitiosa, quas recenset, quamplura exempla deducendo Mal. malef. *dict. par. 2. quæst. 2 secundæ par. princip.*

† Non est licitum, uti magicis artibus, vel aliis quibuscunque superstitionibus à Deo, & Ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine, nec permittendum maleficia maleficiis repelli, aut dispensandum quocunque casu, ut talibus licitè quis uti possit. Pegna *in Direct. Inquisit. comm. 68. circ. fin.*

26 † Nec sunt facienda mala, ut inde eveniant bona, ut inquit Apostolus, & contra dictos articulos profitentes, judicio Inquisitorum hæreticæ pravitatis subijciuntur, ut per eundem Pegnam ibi in fin.

† Sed ad Deum est recurrendum, qui omnia novit, & cujus oculis omnia subijciuntur, *cap. fundamenta, §. proinde, de elect. in 6.* & Navar. *in relect. cap. novit. de ind. not. 1. nu. 1. tom. 2.* & omnia potest, in cujus nomine dæmonia ejiciuntur. Marc *cap ult.* Nam licitis orationibus maleficia curantur, *ut d. cap. 6. per tot. & flagel. dæmon. per tot.*

† Ubi de modo Deo auctore fugandi dæmones à corporibus obsessis, & quomodo exorcista se debeat præparare satis diffusè habetur, ad quæ lectorem remisisse sufficiat.

* * *
* *

DE CRIMINE HÆRESIS.

Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 Hæresis quid sit.
2 Hæresis crimen est mere Ecclesiasticum.
3 Hæreticus quis dicatur.
4 Imagines baptizare, & alia hujusmodi gravia delicta, an faciant hominem hæreticum.
5 Dæmonum invocatio ad sciendum futura, est hæresis vera.
6 Hæreticus, ut quis sit, quæ requirantur.
7 Pertinax quis dicatur.
8 Hæreticus pluribus de causis, quis efficitur.
9 Sedi Apostolicæ obedire contemnens plura scelera committit.
10 Hæreticalia verba iocosè proferens pœnis hæreticorum non subjicitur, potest tamen puniri.
11 Episcopus, & Inquisitor parimodo causas ad officium Inquisitionis spectantes cognoscere possunt.
Ordinarius edicta super libris prohibitis publicare potest.
Ordinarius libros, quos collegerit suspectos, ut ad Inquisitorem deferantur, curare debet.
12 Processus contra hæreticos, quomodo sit formandus.
13 Hæresis criminis gravitas, quomodo consideretur.
14 Hæresis suspicio est triplex, levis, vehemens, & maxima seu violenta.
15 Suspicio levis juxta qualitatem personarum est attendenda.
16 Purgatio canonica, etiam ab ignobilibus est recipienda.
17 Purgatio canonica, quid sit.
18 Purgatio suspicionis hæresis, quomodo fieri debeat.
19 Episcopi suspecti, quomodo canonici purgentur.
20 Sacerdotes cum septem socijs, & diaconi cum tribus ejusdem ordinis canonicè purgantur.
21 Papa Leo se purgavit, licèt Pontifex se purgare non teneatur.
22 Regina Sophia se de stupro purgavit.
23 Purgatio fit etiam per venerabilis Sacramenti Eucharistiæ sumptionem.
24 Papa Adrianus à Rege Lothario purgationem per venerabilis sacramenti sumptionem suscepit.
25 Papa Gregorius Septimus sacramento Eucharistiæ se purgavit.
26 Purgatio canonica Episcopi, & presbyteri est etiam per Missarum celebrationem permissa.
27 Purgatio vulgaris est prohibita.
28 Purgatio à suspicione hæresis, quomodo fieri debeat.

Suspicio

29 *Suspicio vehemens, seu maxima de hæresi, quæ dicatur.*

30 *Suspectus vehementer de hæresi in pluribus casibus quis haberi potest.*

31 *Inquisitionis officium directè, vel indirectè scienter impediens, in vehementem hæresis suspicionem incidit.*

32 *Inquisitoris officium impedientibus auxilium præstantes sunt vehementer suspecti.*

33 *Instruentes citatos in causa hæresis de celanda veritate, sunt vehementer suspecti.*

34 *Hæreticos scienter receptans, visitans, aut associans, in vehementem suspicionem incidit.*

35 *Sacramento confessionis abutens vehementem suspicionem hæresis incurrit.*

36 *Vxorem secundam ducens scienter, prima vivente, est de hæresi vehementer suspectus.*

37 *Inquisitionis officialis ministros, aut testes sancti officij offendentes, aut scripturas rapientes, de hæresi sunt vehementer suspecti.*

38 *Suspicio violenta seu maxima pluribus casibus oritur.*

39 *Suspectus violenter est citatus ad respondendum de fide, qui non comparuit, & excommunicationem per annum sustinuit.*

40 *Suspecti violenter sunt, qui relabuntur in hæresim, quam in genere, vel in specie abjurarunt.*

41 *Suspecti violenter sunt, qui post abjuratam hæresim cum hæreticis communicant, & alia faciunt, &c.*

42 *Abjuratio est solemnis hæresum detestatio cum assertione Catholicæ veritatis.*

43 *Abjurationis usus quare fuit institutus.*

44 *Abjuratio est quadruplex de levi, de vehementi, de violenta, & de formali.*

45 *Hæretici non relapsi resipiscentes, ad misericordiam, & abjurationem sunt admittendi.*

46 *Hæreticus ab Episcopo, vel Inquisitore sine speciali facultate absolvi non potest.*

47 *Suspectos de hæresi Episcopus, & ejus Vicarius generalis quando absolvere possunt.*

48 *Hæretici recusantes redire ad agendam condignam pœnitentiam, qua pœna sint plectendi.*

49 *Sacerdotes in hæresim incidentes, qua pœna plectentur.*

50 *Collatio beneficij facta clerico hæretico, est ipso jure nulla.*

51 *Hæresis exceptio obstat clerico beneficio spoliato, ne restituatur.*

52 *Hæreticorum beneficia ipso jure vacant.*

53 *Hæreticus beneficiatus post commissum delictum renunciare non potest.*

54 *Hæretici ad Ecclesiam redeuntes recuperant bona.*

55 *Hæreticorum clericorum bona, quomodo distribuantur.*

56 *Clericus post abjurationem, qua pœna sit plectendus.*

57 *Degradatio est duplex, verbalis, & actualis.*

58 *Hæretici relapsi qua pœna puniantur.*

59 *Hæretici, & schismatici cum diabolo, & angelis ejus æterni ignis incendio participabunt.*

60 *Hæreticus, vltra pœnam mortis, alias pœnas incurrit.*
61 *Opera auctorum damnatorum nullo modo recipi debent.*
72 *Hæreticorum mos est bona multa docere, ut falsa facilius persuadeant.*
62 *Hæreticorum libros legentes, habentesue, quam pœnam incurrant.*
74 *Hæreticorum memoria damnatur, eorumque filij plura patiuntur.*

1 HÆRESIS est infidelitatis species pertinens ad eos, qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpunt. S. Th. *2.2. quæst.* 11. *art.* 1. Turrecrem. *in summ. de eccles. lib.* 4. *par.* 2. *c.* 1. quem refert Pegna, qui alias diffinitiones adducit, *in* 2. *p. direct. comment.* 26. *vers. ac hæresis*, & Covar. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. Et, quia sortilegia, de quibus suprà, pluries hæresim sapiunt, nunc de crimine hæresis, & hæreticorum pœnis est tractandum.

Hæresis † crimen est merè ecclesiasticum, super quò judex secularis, nec contra laicum cognoscere potest, nisi in sententiæ exequutione à judice ecclesiastico latæ, *c. ut inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in* 6. & ibi gloss. *fin. in cap. cum secundum leges*: Abb. *in cap. ad abolendam, num.* 7. *& 12. eod. tit.* & Bursat *cons.* 43. *& cons.* 90 *num.* 16. ubi de communi refertur, *volum.* 1.

3 † Ut autem quis sit hæreticus, est necessarium ut quandoque fidem Catholicam sit professus, & deinde in ijs, quæ sunt fidei, erraverit, vel etiam determinationem Ecclesiæ, in concernentibus fidem, falsam putaverit, *cap. hæc est*, 24. *quæst.* 1. & Graff. *decis. aur. c.* 8. *num.* 1. *par.* 1. *lib.* 2. Quia factum sine errore nunquam facit hominem hæreticum, ut fornicator aut mœchus, licèt agat contra præceptum Dei, non mœchaberis, ex hoc non est hæreticus, nisi credat, vel opinetur mœchari esse licitum.

4 Primùm † imagines baptizare, puerum rebaptizare, dæmonibus thurificare, eosq; adorare, & consulere, eorum responsa suscipere, & Corpus CHRISTI in luto conculcare, licèt omnia hujusmodi sint horrenda peccata, nisi sit error in intellectu, non faciunt hominem hæreticum, S. Antonin. *in* 3. *par. sum. tit.* 12. *cap.* 4. *in princip.* & latius, *cap.* 5. post Petr. de Palud. 4. *sent. dist.* 13. S. Thom. *in* 1. *sent. dist.* 33. *art.* 5. *in corp.* Graff. *eod. cap.* 8 *num.* 2. *& cap.* 18. *n.* 12. *eod. par.* 1. *lib.* 4. Ideò sacerdos sortilegus, vel dans pocula amatoria cum invocatione dæmonum, vel celebrans hostiâ non consecratâ, non dicitur hæreticus. Oldrad. *in cons.* 210. *incip. regularis habetur*, & Felyn. *in rubr. de hæret. n.* 5. dummodò invocatio auxilij dæmonis sit ad præterita, vel ad tentandas mulieres, in quo quis eo vtitur ad tentandum, quod est officium suum, licèt sit grave peccatum, gravique pœnitentia in foro pœnitentiali, & in foro contentioso gravissima pœna dignum, & non careat suspicione hæresis. Et dummodò invocatio fiat imperativè, secus si deprecativè: quia hoc casu esset hæresis, ut per Oldrad. *d. cons* 210. *n.* 3. Nam, licet Corpus Christi in luto conculcare, dummodò nõ sit error in intellectu, cujus cognitio ad officium sanctæ Inquisitionis spectat, non faciat hominem hæreticum, est tamen crimen capitale, argum. text. *in l. vnic.* ubi etiam gloss. *l. nam lic. fig. salvat.* Menoch. *de arb. jud. lib.* 3. *cent.* 4. *cas.* 366. *num.* 3. & Decian.

cian. *in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. de pœn. blasph. num. 5. in fin.*

5 Sed invocatio dæmonum † ad sciendum futura est hæresis vera, quia attribuitur creaturæ, quod est creatoris, juxta illud: dicite mihi futura: & dicam, quia dij estis, *Esaiæ cap. 42.* Felyn. *eod. num. 5.* & Abb. *in cap. 1. nu. 4. de sortileg.*

6 Ut autem † quis sit hæreticus, non sufficit solùm error in intellectu, sed oportet, ut sit pertinax. Adeò quòd non omnis error est hæresis, sed, qui cum errore habet adjunctam pertinaciam, quoniam, ut inquit, August. qui in Ecclesia Dei morbidum aliquod, pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resi- 9
stunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere pertinaciter persistunt, hæretici sunt, *c. dixit, c. qui in Ecclesia, 24. qu. 3. clem. unic. § porrò. de sum. Trinit.* glos. *in c. inter nonnullos, in verf. pertinaciter, de verb. signif. in extravag. Io. 22.* & S. Thom. *2. 2. qu. 11. art. 2.* 10

7 Pertinax est, † qui contra prohibitionem superioris, quasi ex contemptu, scienter, vel studiosè, talia affirmat, vel defendit, *cap. excellentissimus, 11. quæst 3. cap. fin. extr. de pœn. cap. 2. & cap. fin. in fin. de cler. excom. ministr.*

8 † Et hæreticus est primò, qui animositate, vel ausu incorrigibili sententiam suam, quamvis falsam, atque perversam contra fidem asserit, & defendit, *cap. dixit Apostolus*, junct. gl. *in verf. & secundum. 24. quæst 3.*

Secundò, qui falsas opiniones contra Christi fidem gignit, vel sequitur. S. August. *relat. in cap. hæreticus, eadem quæst 3.* & Direct. Inquisit. *super cap. firmissimè, ver. item qui confingit. de hæret. par. 2.*

Tertiò, qui errat in Eucharistiæ pretiosissimo sacramento, videlicet, in transubstantiatione per quod anima Christiani vnitur Deo, seu aliis substantialibus, *ut cap. ad abolendam, ext. de hæret.* Concil. Trid. *decr. de transubstant. cap 4 sess. 13. & can, 2. cum alijs pluribus de Sacr. Eucharist. eod. sess. 13.*

Quartò, errant tàm in fide quàm circa sacramenta Ecclesiæ *d. cap. ad abolendam*, & ibi Abb. *num 2.* & Felyn. *num. 1. de hæret.* & Conc. Trid *in decret. de sacer sess. 7. & de sacr. matr. sess: 24.* & Graff. *decis. aur. cap. 18. num. 15. par. 1. lib. 4.*

Quintò, † qui animo superbo dispositionem Sedis Apostolicæ servare & ei obedire contemnit; quia peccatum ariolandi est non obedire; & scelus idololatriæ, non acquiescere; vitiũ paganitatis, Sedi Apostolicæ parere nolle, *cap. si qui sunt, 8. dist. cap. sciendum, 8. quæst. 1.* & Host. *in sum. de hæret. num. 1.*

† Qui autem jocosè verba hæreticalia profert, hæreticus non est judicandus; cum deficiat error in intellectu, & pertinacia in voluntate, quæ faciunt hæreticum; & factum jocosum pœnam non meretur, *cap. 1. de sentent. excom. l. 1. § divus ff. de sicar: l. obligationum substantia, § fin ff. de actio & obligat. & l. sicut. semel. C. de liber. cau:* Quæ conclusio, licèt regulariter sit vera, fallit tamen in crimine hæresis, in quo licèt verba hæreticalia jocosè proferens, non sit dicendus hæreticus, puniri tamen potest Episcopi, aut Inquisitoris arbitrio, ad quos etiam spectat, an jocosè, vel seriò sint dicta, determinare. Card. *in clem. 1. § nos igitur, in fin. de sum. Trinit. & fid. cath.* & Graff. *eod. cap 8. num. 6.*

Epis-

11 Episcopus † pari modò quo inquisitor causas ad officium inquisitionis spectantes cognoscere potest, quia ipse est inquisitor ordinarius, *cap. per hoc, & cap. ut inquisitionis, de hæret. in 6.* Simanca *de cath. instit. tit. 25. num. 2.* Pegna *comm. 50. quæst. 1. in 3. par. direct.* & Castr. *de just. hæret. punit. lib. 1. cap. 5.* Possuntque communiter, vel divisim procedere, & est inter ipsos locus præventioni in processu formando, ita quod eorum quilibet potest citare, arrestare, capi facere, ac tutò custodire, mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit expedire. *clem. 1. §. propter quod,* & ibi gloss. *in ver. contra eos, de hæret.* Potest etiam Ordinarius eodem modo, quo Inquisitor, publicare edicta contra hæreticos, & super libris prohibitis, super quibus ab Inquisitore impediri non potest, quò minus illa publicare valeat. Catalogos quoque librorum, ac libros prohibitos recipere potest; quia sacrum concilium Tridentinum de Episcopis multum confidit, *ut in decret. de edit. & usu sacr. librorum, sess. 4. & in Ind. lib. prohib. in reg. 4. 9 & 10.* Collectos autem libros prohibitos Ordinarius Inquisitori consignari facere tenetur, & ita in generali congreg. Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis sub die 13. Martii anni 1602. fuit Romæ decisum.

12 In processu † formando contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, & contra infamatos de hæresi, vel suspectos Ordinarius, vel Inquisitor habita denunciatione, vel ex officio statim debet capere informationes, testes examinando, cũ interventu duarũ personarum, quæ sint personæ religiosæ; vel clerici, & in eorum defectu duo viri laici gravesadeò quod quinque personæ intervenire debent, videlicet Ordinarius, seu Inquisitor, sancti officii secretarius, seu notarius, reus, & aliæ prædictæ duæ personæ, *cap. ut officium. §. 1. & §. verum, de hæret. in 6.* Archid. *in cap. accusatus §. sanct. tit.* & *lib.* Direct. inquis. *3. par. cap. de form. exa. test. & cap. quot: personæ, &c.* & ibi Pegn. *commen. 17. & comment. 20.* Et in hoc crimine cessat omnis quæstio, an in causa criminali testes ad perhibendum testimonium veritatis sint cogendi, quia omnes cogi possunt. Archid. *in cap. ut officium, §. verum quia, n. 8. & 9. de hæret:* & post alios Pegn *super Direct. Inquis. schol. 139 §. quantùm ad primam par. 3. lib. 3.* Ubi autem Episcopus, vel Inquisitor non possint commodè illas duas personas in toto examine testis, vel delati habere, erit in fine examinis coram duobus testibus depositio reo legenda; & si perstiterit in depositione, sufficiet scribere in actis, quomodò, in præsentia talium fuit sibi depositio lecta, & perseveravit; & quòd deinde testes se subscribant, ut per eundem Pegnam *comm. 19 sub rubr. quot. per, es. debe. in fin:* Sumptis informationibus, regulariter debet reus ad comparendum coram judice informato ad certam diem citari mandari. Simanc. *de cath. instit. tit. 44. num. 12.* Pegna *comment 33. 3. par. direct. nu. 131.* Si verò latitat, & non comparet, tunc expressa causa in citatione, est citandus. Pegna *ubi suprà comment. 33.* Si verò est contumax, vel abest, per affixionem copiæ valvis ecclesiarum cathedralis, vel parochialis illius terræ, vel loci, in quibus communiter degebat. Pegna *ead. 3. part. direct. commen. 34. & 35.* Sed, si reus est de gravi crimine hæresis, & de

de fuga suspectus, tunc omnibus citationi-sius omissis debet prius personaliter capi, & carceri, Simanc. *tit.* 44 *num.* 12. & Pegn. *comment.* 17: *in* 3. *par. direct. num.* 73. *& ibidem, comment.* 3, *num.* 131.

13 Gravitas† criminis hæresis consideratur secundùm qualitatem informationum, & errorem in intellectu, ac pertinaciam inquisiti: & propriè hæresis est circa ea, quæ sunt fidei, vel directè, & principaliter, ut sunt articuli: vel secundariò, ut sunt dogmata quæ opponuntur dogmatibus fidei, S. Tho. post. August. *in* 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 2. *& 14. quæst.* 1. *cap.* 1. & negantes articulos fidei, vel dogmata contraria tenentes, sunt suspecti de violenta.

14 Suspicionum autem † species hoc casu sunt tres: aut quis est suspectus de levi, aut de vehementi, vel de maxima, seu violenta, Direct. Inquisit. *par.* 2. *quæst* 55. *num.* 8. Levis suspicio ea est, quæ provenit ex signis exterioribus operum, aut verborum, ex quibus capitur conjectura, qua concludi potest, non quidem frequenter, sed rarò, seu casu, quòd talia faciens, vel dicens hæreticus sit: quod deducitur levi consequentia contra frequenter pejerantem, vel blasphemantem, quasi non benè credat. arg. text. *in cap. accusatus, in princip, de hæret. in* 6. & Pegn. *Direct. Inquisit com* 80.

15 In levi suspicione † maximè attendenda est qualitas personarum, quoniam ex levibus suspicionibus probabilibus adversus viles, & improbos procedi potest, ut intelligatur, quid sentiant de fide: sed contra probos, & honestos non ita, de facili procedi debet, ut admonet Simanc. *de cath institut. tit.* 50. *numer.* 28. *& seq.* quem sequitur Pegna. *in Direct. Inquisit. part.* 2. *dict. comment.* 80. *ver. & ubi quis.* Casu autem, quo videatur contra probos, honestos, & nobiles procedendum, & sint de levi suspecti, ad abjurandum de levi non sunt condemnandi: sed purgatio canonica illis est injungenda, *ut cap. inter solicitudines. cap. cum dilectus c. de testibus, & tot. tit. de purg. can.* & Eymer. *in Direct. Inquisit. quæst.* 46. *num.* 9.

16 †Quam purgationem etiam ab ignobilibus, honestis tamen personis, & personas vicinas, & honestas offerentibus puto esse recipiendam: cum hoc remedio purgationis nocens infamia, innocentia canonicè detecta, deleatur. Host. *in sum. de purgat. canon. numer.* 1 & Diaz. *in pract. crimin. cap. mihi,* 150. *incipien. in priscis, num.* 7. Pro levi tamen suspicione contra personas graves non ita de facili est procedendum, ut post Simanc. *de cath. instit. tit.* 50 *numer* 28. *& seq.* admonet. Pegna. *super Direct. Inquisit. par.* 2. *comment.* 80. *vers. quantùm ad hunc.*

17 Dicitur †autem canonica purgatio, quæ regulis ecclesiastici juris est consentanea, & est ostensio innocentiæ de crimine objecto. Pegna *in comment.* 14. *super Direct. Inquisit. par.* 2. quæ est duplex. vna per jusjurandum, & altera per venerabilis sacramenti Eucharistiæ sumptionem, ut per Mart. del Rio. *de malef. par.* 1. *lib.* 4. *c.* 4 *q.* 3. *in princip.* quæ per iusiurandum fit pluribus de causis, etiam circa crimen hæresis, aut illius suspicionem.

18 Primò, †pro purgatione suspicionis hæresis comparet personaliter ipse purgandus, cum suis compurgatoribus, & ponens manus super librum Evangeliorum genibus flexis sic dicit. Ego juro super ista

quatuor Dei Evangelia sacrosancta, quòd talem hæresim, exprimendo eam, de qua sum diffamatus, nunquam tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo, negabitque cum juramento illud, de quo est diffamatus. Quo facto, omnes compurgatores ponent manum super illum librum Evangeliorum, & quilibet ita dicet, ego juro super ista quatuor Dei Evangelia, quòd credo ipsum verum juraſſe ut per Pegnam *in comm. 421. num. 182: par. 3. direct.*

19 Secundò † Episcopi canonica purgatione purgantur, si sunt diffamati de quocunque crimine, & non convicti, præstito juramento super corpus alicujus sancti, *ut cap. habet, cap. mennam, & cap quanto, 2. quæst* 4. vel supra sancta Dei Evangelia, adhibitis etiam expurgatoribus, *de quibus in capit quoties frater, ead. quæst.* 4. Hodie tamen Episcopi, licèt convicti pro gravibus delictis ad comparendum personaliter citantur, proceſſantur, & puniuntur, ex disposition Sacr. Cone. Trident. *cap. 6. de reformat. sess* 13.

20 Tertio † sacerdotes cum septem sociis, & diaconi cum tribus ejusdem ordinis, juramento in sacrosancto Evangelio coram posito præstito, purgantur, *cap si legitima. & cap. presbyter, ead. quæst.* 4. & ad præscriptam formam, de qua *in cap. omnibus vobis, circ. fin. ead. quæst.* 4.

21 Leo † enim Papa, de quibusdam criminibus diffamatus, se expurgando, ita inquit, Auditum, est fratres charissimi, qualiter mali homines in me gravia crimina confixerunt, quamobrem ego Leo Pontifex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, purifico me in conspectu vestro coram Deo, & Angelis ejus: quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi objiciunt, nec perpetravi nec perpetrare jussi; hoc autem faciens non lege præscribo cæteris, qua id facere cogantur: Et, licèt se purgaverit, non tamen tenebatur; nec alijs Pontificibus id faciendi legem imposuit, *c. auditum. & c. mandasti ead. q.* 4. Non enim tenetur Pontifex se purgare, quia à nemine, nec etiam ab universali concilio potest judicari, præterquam in hæresi, gloss. *penult. eod. cap: mandastis, & cap: si Episcopo, in fin: ead. quæst* 4.

22 Regina † etiam Sophia fertur se purgasse de stupro suo, & septem honestarum, ac nobilium fœminarum præstito juramento, testatur Crome. *lib. 9. histor. Polon.*

23 Purgatio, † quæ per venerabilis sacramenti Eucharistiæ sumptionem in casu furti, in monasterio commissi fuerat permissa, ut fatres se ita expurgarent, quòd Missa ab Abbate vel ab aliquo ex fratribus in aliorum præsentia celebrata, omnes in hæc verba communicarentur, Corpus Domini sit tibi hodie ad probationem, per text. *in cap sæpe contigit. ead. quæst.* 4. est reprobata, & *dict. cap. sæpe*, fuit derogatum, quia suspectis non est danda Eucharistia, gloss. *in eodem cap: sæpe. ubi etiam* Archid. 2. *quæst.* 4.

24 Hanc autem † purgationem exegit Adrianus Papa, cùm enim Lotharius Rex pactis cum Nicolao Pontifice initis non steterisset, sed adulteram iterum in thalami partem redux esset, Romam profectus petiit à Papa Adriano absolui, dicens, se promissis Nicolao factis stetisse. Pontifex autem pro comprobatione innocentiæ ad examinationem Corporis, & Sanguinis Domini, tam Regem, quàm optimates Regni invitavit, qui nihil Deũ veriti, Corpus

pus Domini nostri temerè, & perperam acceperunt. Nã rex in itinere Placentiæ statim mortuus est: reliqui verò omnes intra annum perierunt, ut testatur Sigisbert *in chronic: ann:* 870. quem refert, & sequitur Martin, del Rio, *d: par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæst.* 3.

25 Gregorius† verò Septimus Pontifex, absoluto Henrico Imperatore ab excommunicatione, Missarum solemnia celebravit, confectaque sacra oblatione Regem cum cœtera, quæ frequens aderat, multitudine, ad altare evocavit, præferensque manu corpus dominicum: Ego, inquit, jam pridem à te, tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas Sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasse, & aliis quibusdam, tam ante episcopatum, quàm post acceptum Episcopatum, criminibus vitam maculasse: quæ mihi secundum scita canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerunt. Et licèt multorum idoneorum certè testimonium adstipulatione crimen refellere queam, eorum, scilicet, qui omnem vitæ meæ, ab ineunte ætate, institutionem integerrime noverunt, & eorum, qui me ad Episcopatum promotionis auctores fuerunt; ego tamen, ne humano potius, quàm divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam; ecce corpus dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ: ut omnipotens Deus suo me hodie judicio, vel absolvat objecti criminis suspicione, si innocens sum: vel subitanè interimat morte, si reus.

Quæ, & alia verba terribilia præfatus, quibus Deum causæ æquissimum judicem, & innocentiæ assertorem adesse præcabatur, partem dominici corporis accepit, & sumpsit. Quà liberrimè assumpta cum populus in laudem Dei innocentiæ ejus congratulatus, aliquandiu acclamasset, tandem impetrato silentio, conversus ad Regem ita fuit affatus.

Fac ergo, fili si placet, quod me facere vidisti. Principes Theutonici Regni tuis indies accusationibus aures nostras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes, pro quibus non modò ab omni rerum publicarum administratione, sed ab ecclesiastica etiam communione, & omnimoda vitæ secularis conversatione, usque ad extremum spiritum te suspendi oportere existimans. Cum ergo tibi bene consultum cupiam, pro eo, quod in calamitatibus tuis supplex Apostolicæ Sedis patrocinium expetisti, fac, quod moneo. Si te innocentem nosti, & existimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falsis criminationibus impeti: libera compendiosè, & Ecclesiam Dei scandalo, & te ipsum longè concertationibus ambiguum: & sume hanc residuam partem Dominici corporis, ut comprobata, Deo teste, innocentia tua obstruatur omne os, adversum te iniqua garrientium, & me deinceps causæ tuæ advocato, & innocentiæ tuæ vehementissimo assertore, Principes tibi reconcilientur, Regnum tibi restituatur, & omnes, quibus jamdiù respublica divexatur, bellorum civilium tempestates in perpetuum sopiantur. Quibus ille inopinata re, attonitus æstuare, & tergiversari cœpit, experimentum hoc innocentiæ suæ facere recusans, ut per Lambert. Schaffnaburg. *histor. ann.* 1077. quem refert, & sequitur Mart. del Rio. *ead. q* 3.

26 Episcopo, † & Presbytero, alio etiam modo videtur canonica purgatio permissa, si illi sit aliquod maleficium imputatum, quod pro singulis imputationibus Missam celebrare debeat, & communicare, & de singulis imputatis se innocentem ostendere, quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur, *ut cap. si Episcopos, ead. 2. quæst. 4.* Aliis etiam exemplis comprobatur dicta purgatio per eundem Mart. del Rio. *eadem. quæst 3.*

Sed hodie non est in usu, quia juxta qualitatem, & gravitatem criminum, servatis de jure servandis, diversis pœnis plectuntur, *de quibus supra cap. 35. à num. 1. fere per tot.*

27 Alia est etiam † purgatio vulgaris, ut, quæ per duella proponuntur, quæ de jure communi est prohibita. Curt. Iun. *cons. 173. num. 1. par. 1.* nec unquam fuerunt permissa, *cap. monomachiam, 2 quæst. 4.* Sed sub gravibus pœnis fuerunt etiam duella à sacro Conc. Trident. prohibita, *ut in cap. 19. de reform. sess. 25.* post à Gregorio XIII. *ut in Bull. Rom. cap. 82.* ac postremo à Clem. Papa VIII. *ut in suis litteris de mense Septembris anni 1592. expeditis, & impressis.* Per ferri candentis indicium, ut, si ex eodem candenti ferro aliqua sequatur adustio, se expurgans, civilem pœnam subire teneatur, *ut cap. fin. de purgat. vulg.* & glossl. *in cap. ex tuorum, de purgat. canon.* Per subelectionem gladii perculsionis, ut factum fuit de fœmina septies icta, de qua in epist D. Hieronym. Quæ omnia sunt prohibita, *ut tot. tit. de purgat. vulg.* quia aliis peccatis præpedientibus quandoque condemnatur, qui de illo, de quo quæritur, esset absolvendus, *ut cap. 2. eod. tit. de purg. vulg.* His enim temporibus ob malitiam humanam purgatio canonica periculosissimum est remedium, & ideo præsertim casibus supra expressis non est in usu, & quocunque casu illa rarò est utendum, & cum magna cautela, ut per Ignat Lop. *in annot. ad Diaz pract crim. 150. in fin.* & Pegn. *in Direct Inquisit, par. 2. lib. 2. schol. 11. circ. fin.*

28 Purgatio † autem in causa hæresis, ut plurimum, fit in hunc, qui sequitur, modum: Episcopus, aut Inquisitor, & Vicarius Episcopi, ac assessores, seu consultores periti, in unum conveniunt: & excussis probationibus, reum condemnant ad se purgandum, septem, decem, viginti, vel triginta, plus minusve testibus, & in locis plurimis, vel paucioribus, magis, vel minus insignibus, in quibus fuit diffamatus: qui testes sint suæ conditionis, seu ordinis, ut si diffamatus sit religiosus, & illi sint religiosi: si clericus secularis, & illi clerici seculares: si miles, & illi milites: qui eum à crimine purgent, de quo est diffamatus. Compurgatores enim debent esse homines fide Catholici, & vita probati, qui, & illius conversationem, & vitam, non tàm moderno tempore quàm antiquo notam habuerint, *c. inter solicitudines, extr. de purgat canon.* Spreng. *in mal. malef. quæst 21. §. sic autem, par 3.* & Pegna *in par. 3. Direct. Inquis. comment. 38. verf. in causa purgationis, alias schol. 11. lib. 2. par. 2. & lib. 3. par. 3. Schol. si verf. in causa purgationis.*

Vehemens, † seu magna suspicio ea est, quæ provenit ex signis exterioribus operum, vel verborum, ex quibus accipitur argumentum concludens frequenter: &

ut

ut in pluribus, quòd talia agens, vel dicens est hæreticus, ut si quis negat explicitè, palàm, & publicè ea, quæ debet ex officio scire, plusquam alij, quamvis possit etiam talis negatio ex ignorantia provenire, vel animi levitate, non autem ex hæretica pravitate. Ioann. Gerf. *in tractat. de potest. & considerat.* 12. quem sequitur Pegna *dict. comment.* 80. *vers. quare Ioannes quæst.* 55. *numer.* 4. *par.* 2. & facit tex. *in cap. accusatus, in princip. de hæret. in* 6. & plures sunt casus quibus quis vehementer de hæresi suspectus est habendus.

30 Primus est, † quando quis vocatus ad respondendum de fide, subterfugit contumaciter se absentando, vel occultando, infrà terminum sibi assignatum non comparendo, *cap. cum contumacia*, & ibi gloss. *in ver. vehementem, de hæret in* 6. & est excommunicatus; unde si per annum in illa excommunicatione persistit, vehemens suspicio transit in violentam, qua ut hæreticus, quis est condemnandus, *ut per dict. gloss & Direct. inquisit. qu.* 56. *num.* 5. *in fin. par.* 2.

31 Secundus, † cum quis directè, vel indirectè scienter impedit Inquisitoris officium. *Direct. Inquisit. ead. quæst.* 56. *nu.* 2. per tex. *in c. ut Inquisitionis negocium, § fin. de hæret. in* 6.

32 Tertius, † est eorum, qui scienter auxilium, consilium, vel favorem præstant, impedientibus Inquisitoris officium; quia isti, tanquam juris, & principalis judicis mandatrin causa fidei contumaces, sicut, & impedientes, excommunicationis sententiam incurrunt. *dict. c. ut Inquisitionis negocium, § fin.*

33 Quartus, † casus est eorum, qui instruunt citatos in causa hæresis de celanda veritate, vel dicenda falsitate, qui ab Inquisitoribus possunt castigari, *cap. accusatus, § fin. de hæret. in* 6. & Director inquisitor. *ead. qu.* 56. *nu.* 4.

34 Quintus, † si quis eos, quos scit hæreticos scienter receptat, deducit, visitat, sive associat, ac dona, seu munera eis dat, seu mittit, seu alias favorem eis impendit, *d. c. accusatus, §. illud quoque.*

35 Sextus, † si quis in sacramento confessionis ad venerem, vel ad quæque flagitia, seu peccata provocat confitentem, qui inquisitorum judicio subijcitur. Pegna *eod. comment.* 81. *vers. illa quoque.* Et mihi tunc Vicario generali Episcopatus Vercellen. super eodem casu priusquam scripta per præfatum Pegnam vidissem, sacram congregationem Inquisitionis consulenti, Cardinalis S. Severinæ supremus Inquisitor suis familiaribus litteris datum Romæ, 28. Junij 1597. rescripsit, quòd à multo tempore citra similes causæ fuerant in sancto officio Inquisitionis discussæ, & ita observari in sancta universali Inquisitione Urbis, omnibusque aliis Inquisitionibus Italiæ & Hispaniæ, ac ubique: quia similia tentantes malè de sacramento pœnitentiæ sentire videntur, & hoc fuisse institutum ad salutem peccatorum, vigore brevium fel. rec. Pauli Papæ IIII. Pij etiam IIII. & Sixti Quinti.

36 Septimò, † eadem ratione est suspectus, qui prima uxore vivente, eo sciente, aliam in uxorem ducit. Albert *in tract. de agnosc. affert. quæst.* 23. Simanc. *de cathol. institut. tit.* 40. & Pegna. *eod. comment.* 81. *vers. de eo qui.*

37 Octavus, † casus est eorum, qui quemvis ex inquisitoribus, advocatis, procura-

toribus, notariis, aliisve ministris officij Inquisitionis, vel Episcoporum, id munus in eorum diœcesi, aut provincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei, quomodocunque productum, vel evocatum, occiderint, verberaverint, dejeeerint, seu perterrere fecerint; quive ecclesias, ædes, aliasve res, sive publicas, sive privatas officij, aut ministrorum expugnaverint, invaserint, incenderint, exspoliaverint; aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, registra, protocolla, exempla, scripturas, aliave instrumenta publica, sive privata, ubicunque posita, combusserint, diripuerint, seu interverterint; seu ex incendio, vel direptione, aut alia quocunque modo illa exportaverint; quive carcerem, aut aliam custodiam publicam, seu privatam effregerint; vinctum extraxerint, seu emiserint; capiendumque prohibuerint, captumve eripuerint, receperint, occultaverint, seu facultatem effugiendi dederint, seu id fieri jusserint; sive aliàs auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, in quolibet prædictorum scienter præstiterint; licèt nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, incensum, direptumve, nullumque damnum re ipsa sit sequutum; nihilominus ij anathemate sunt ligati, & læsæ majestatis rei in primo capite sunt damnati, aliasque pœnas incurrunt, *de quibus in constitut. Pij V. si de protegendis, in Bull. Roman cap. 83.* & Pegna *in Direct. Inquisit. comment. 79. vers. sic tales*, & plures alios casus vehementis suspicionis docet Direct. Inquisit. *ead. quæst. 56.* & ibi Pegna *comment. 81.*

38 Violenta, † autem, seu maxima suspicio est multimoda. Et primò, illa, quæ dicitur juris, & de jure, contra quam regulariter, & directè non admittitur probatio, *c. ex qui fidem, de sponsal.* Felyn. *in cap. quanto, numer. 3. de præsumpt.* & Alciat. *par. 2. numer. 4 & 5. eodem tit.* Nam pluribus casibus oritur violenta suspicio infidelitatis; Primò, contra transeuntes ad ritus Judæorum, se circuncidendo, vel ad ritus Sarracenorum, aut aliorum quorumvis infidelium, *cap. contra Christianos, deheret. in 6.*

39 Secundò † est, cum citatus ad respondendum de fide, uti suspectus in ea, qui non comparuit, & excommunicationem per annum animo sustinuit indurato, quia anno elapso, veluti violenter suspectus, uti hæreticus damnatur, *c. cum contumacia, de hæret. in 6.* Et tunc non admittitur probatio in contrarium, quia pro convicto habetur, arg text. in *cap. rursus, & c. quicunque, 11. qu.* & facit gloss. fin. *in d. c. cum contumacia.*

40 Qui enim † relabitur in hæresim, quam abjuraverat in genere, vel in specie: ex relapsu præsumptione juris, & de jure pertinax hæreticus est judicandus, *c. ad abolendam, § illos quoque extr. de hæret. cap. super eodem & cap. accusatus, § cum verò, eodem tit. in 6.*

41 Præterea, † qui post abjuratam hæresim, de qua convictus fuerat, vel postea convincitur, cum hæreticis communicat, eos visitando, receptando, deducendo, associando, dona vel munera eis donando, vel mittendo, *dict. cap. accusatus, § ille quoque*, & Pegn. *in Direct Inquisit. comment. 24. vers. qui post. par. 3.* ubi plures alios casus ponit, per totum. Et generaliter signa, quibus hæretici, aut de fide suspecti, deregun-

deteguntur, sunt omnia opera, per quæ deviant à communi vita, & conversatione fidelium, aut ab Ecclesiæ probatis ritibus, & consuetudinibus, aut à receptis patrum doctrinis, & præceptis, quæ communes magis, quàm privatos mores respiciunt, aut hæresim inducunt, aut hæresis suspicionem, sicut est circa aras idolorum nefarias preces emittere, sacrificia offerre, dæmones consulere, eorum responsa suscipere: vel associant sibi hæreticos propter sortes exercendas, ut faciant prædicta cum corpore, vel sanguine Christi: vel in sortibus, ut possint habere responsa, puerum rebaptizant, vel his similia, *de quibus in cap. igitur, 26. quæst. 4.* gloss *in cap. accusatus, §. sanè, in verb. saperent. de hæret. in 6.* & Pegna *in eodem comment. 24. in fin.* Et quocunque casu dictarum suspicionum, exceptis his, qui purgatione canonica aboleri possunt, ex supra deductis, sunt ad abjurandum condemnandi.

42 Abjuratio † enim est solemnis hæresum detestatio cum assertione catholicæ veritatis, & obligatione, juramento, & pœna injuncta permanendi in fide Christiana, *cap. ego Berengarius, de consecrat. dist. 2.* cum alijs allegatis per Pegna *in eod. Direct. Inquisit. par. 3. comment. 40. vers. est autem abjuratio.*

43 Usus † abjurationis salubriter fuit institutus ob continuas frequentesque hæreticorum fraudes, & intercadentias; ut abjurationis rubore adacti, & quasi vinculo constricti, & alligati, cogerentur sub vinculo juramenti, & formidine temporalis pœnæ, in catholicæ Ecclesiæ unitate permanere; ne liberum eis esset, impunè quoties vellent recedere, ac Ecclesiam deludere; ut constituit Leo *I. epist. 48.* ut refert Conrad. Brun. *lib. 3. de hæret. cap. 6.* & Pegna *eodem comment. 40. vers. fuit verò olim.*

44 Abjuratio † autem est quadruplex, de levi, quo ad eos, qui nolunt, vel non possunt canonica purgatione levem suspicionem abolere; de vehementi, quam facere tenentur, qui vehementer sunt suspecti; de violenta, quam violenter suspecti abjurare sunt condemnandi; & de formali, ad quam formales, & verè hæretici admittuntur, Pegna *eodem comment. 40. vers. abjurationem hanc.*

45 † Omnes enim hæretici non relapsi, si resipiscant, & ab errore resiliant, ad misericordiam, & abjurationem sunt admittendi, *cap. ad abolendam, §. præsenti, extr. de hæret.* sed diversis pœnitentiis, & pœnis plectuntur.

46 Quoniam, qui, ut hæreticus, errorem suum agnoscit, sponte ad Ecclesiam redeundo, antequam sit accusatus, vel denunciatus, poterit de jure communi ab Episcopo, vel Inquisitore ab excommunicationis sententia, qua fuerat innodatus, absolvi, *c. ut officium, in princip. de hæret. in 6.* Direct. Inquisit. *3. par. quæst. 92.* & Concil. Trid. *cap. 6. de reform. sess. 24.* Ubi non tamen Vicariis Episcoporum est permissum, sed, quòd nec Episcopi occultos hæreticos in foro conscientiæ amplius virtute concilij absolvere possint, nec Inquisit. imò, quod nullus præter Papam, & ita fuisse Romæ resolutum à Pio V. die 10. Junij 1568. refert congreg. sacr. concil. *ut in decis. super cap. 6. de reform. sess. 24. sub tit. Valentin.* & tenet Navar. *in Manual. confess. cap. 27. numer. 275.* & clarius Pegna *in eodem Direct. Inquisit. par. 3.* ubi quòd in supremo Præto-

Prætorio sanctæ, & generalis Romanæ Inquisitionis sæpè pronunciatum est, non posse, nec debere Episcopos amplius virtute concilij absolvere occultos hæreticos in foro conscientiæ, *comm. 141. circ. fin.* Obstat etiam Bulla Cœnæ Domini quotannis legi solita, in qua absolutio hæreticorum soli Papæ est reservata, & eùm sit decreto sacri concilij posterior, ultima derogant prioribus.

47 Suspectos† autem de hæresi, ut sunt blasphemias hæreticales proferentes, & alia committentes, quæ levem, vehementem, aut violentam suspicionem inducunt, poterit Episcopus, & ejus Vicarius generalis legitima facultate suffultus, in foro conscientiæ tantùm absolvere, ex dispositione sacri concil. *dict. cap. 6. de reform. sess. 24.* Quia, cùm excipiant tantùm hæreticos, ab omnibus aliis casibus occultis absolvere possunt, quoniam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. nam, quod liquida, § final. 1 respons. ff. de pen. leg.* & suspectus non dicitur hæreticus, *c. accusatus, in princip de hæret. in 6.* & Put. *decis. 400. lib. 2.* Cùm enim hujusmodi non sint hæretici, non comprehenduntur sub reservatione facta in odium hæreticorum. Sanct. Antonin. *3. par. tit. 12. c. 15.* Silvest. *in ver. hæresis, 1. quæst. 9.* & Tab. *in ver. hæreticus, numer. 2.* Qui verò citati, carcerati, & causa cognita, hæretici sunt declarati, non relapsi, ad abjurandum semper admittuntur. Et regulariter pœnitentes ad misericordiam sunt admittendi *jux. cap. ad abolendam, § . præsent, ext. de hæret.*

48 † Si vero noluerint redire ad agendam condignam pœnitentiam, curiæ seculari sunt tradendi, à qua pœnâ ultimi supplicij, nisi resipiscant sunt plectendi. Pegna *in 3. par. Direct. Inquisit. comment. 146. vers. ulterum in hac.*

49 Si vero † aliquis sacerdos in eundem errorem incidit, est à suis ordinibus degradandus: & inde perpetuo carceri tradendus, *cap. quoniam, de hæret. in 6.* & Direct. Inquisit. *par. 3. de decim, mod. term. proceff. finali* aliaque plures pœnas incurrit.

50 Primò, † clericus est incapax beneficiorum, ita quòd collatio facta clerico hæretico est ipso jure nulla. Lambert. *de jur. patron. par. 1. art. 6 qu. 9 princip.* & Pegna *3 par. Direct. Inquisit. comment. 162. vers. ad hoc collatio,* & pœnam privationis incidit ipso jure, *ut iuconstitut. Pij V. Si de protegendis, in Bull. Rom. cap. 43. §. quod porrò.*

51 Secundò, † si labatur in hæresim, & spolietur beneficio, non restituitur; quia illi obstat exceptio hæresis, gloss. *in, c. quo jure, in ver. nam jure, circ. med. 8. dist.* Abb. *in c. inter dilectos, numer. 11. de excess. prelat.* & Diaz. *pract. crimin. c. 106. vers secundus quod.*

52 Et ea est ratio, † quia hæreticorum beneficia vacant ipso jure, licet requiratur vacationis nunciatio, *c. ut commiss. §. privandi, de hæret. in 6.* Et expresè, quòd hæreticorum beneficia ipso jure vacent, decrevit Greg. XIII. *ut in Bull. Roman. cap. 68.* & à die commissi criminis beneficiis sunt ipso jure privati, Pius V. *in litteris incipientibus, cum ex Apostolatus, circa finem Directorij impressi à Pegna relatis in eodem Direct. comment. 162. vers. postremò, par. 3.*

53 Ideò † post commissum delictum non poterit hæreticus beneficiatus renunciare, Diaz. *in dict. c. 106. circ. princ.* nisi ante sen-

tenti-

tentiam rèdeat ad fidem, & dummodò non sit relapsus, quia redeundo recuperat beneficium, & bona, secus autem, si post sententiam, quia tunc non sine Apostolica dispensatione, ut post Dom. Imol. tenet Franc. *in cap. ut commissi prope fin. de hæret. in 6.* quem refert. Pegna. *3. par. Direct. comment. 113. vers. sed dominicus.*

54 † Redeuntes autem ad Ecclesiam recuperant bona quasi jure postliminij, arg. tex. *in l. si quis forte, & tot. tit. C. de post lim. rever.*

55 Tertia pœna, † quam clericus hæreticus patitur, est quòd bona ejus publicantur, & si habet ecclesiam, eidem ecclesiæ, à qua stipendia receperat, applicantur, si enim clericus in pluribus ecclesiis diversos redditus receperit, pro rata inter easdem sunt dividenda, *c. excommunicamus, primò, §. damnati verò*, juncta glos. *in ver. stipendia.* & ibi Butr. *extr. de hæret.* & Diaz *eod. c. 106. circ. med.* Si autem nullam habet ecclesiam, puto quòd in pios usus sint applicanda per Episcopum distribuenda. Abb. *in dict. cap. excommunicamus ante num. 1.* quem sequitur Anna. *celum 2. de hæret.* & Diaz *dict. c. 106. ubi suprà, & vers quia ille textus.*

56 Quarta, † quòd post abjurationem est perpetuò carceri mancipandus, & constitutus in sacris, degradandus, *ut c. 1. de hæret. in 6.* Et hoc casu solus Episcopus, adhibitis tamen totidem Abbatibus usum mitræ, & baculi, ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate, aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint, alioquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant, ad degradationem procedere potest, *dict. capit. 1.* & Concil. Tridentin. *cap. 4. de reform. sess. 13.*

57 Degradatio † autem est duplex, verbalis, & actualis, *ut c. degradatio, de pœn. in 6.* & Pegna *eodem Direct. comment. 45. vers. ex his colliges par. 3.* Verbalem depositionem facere potest non solùm Episcopus, sed etiam Vicarius, qui potest contra clericum sententiam promulgare, illum pluribus gravibus de causis ordinum ministerio, sive executione privando, quæ est verbalis degradatio, aut potius depositio vocatur, ut animadvertit Jul. Clar. *in sua pract. crim. quæst. 74.* & declarat Pegn. *eodem comm. 45. vers. ex his, & vers. actualis autem*, & sentit. Felyn. *in cap. at si clerici, circa fin. de jud.* Propriè verò actualis degradatio in crimine hæresis locum habet. Clar. *in pract. crim. ubi suprà*, quia ordinatus tunc actualiter, & personaliter privatur, exuitur, & spoliatur ordinibus ecclesiasticis, Pegna *eodem. vers. actualis autem*: Et ex dispositione antiquorum canonum in degradatione Episcopi, duodecim Episcopi; in degradatione presbyteri sex; & in degradatione diaconi tres Episcopi requirebantur: *ut in c. si quis tumidus, cum duobus sequ. 15. quæst. 7.* & glos. *in cap. 1. de hæret. in 6.* Qua autem forma fiat degradatio, trad. tex. *in dict. cap. degradatio, de pœn. in 6.* & meliùs habetur *in Pont. Rom.* in quo ad litterâ omnia requisita leguntur. Hæc autem degradatio actualis non Vicariis, aut aliis inferioribus, sed ab habentibus dignitatem Episcopalem tantùm fieri potest, juribus suprà allegatis.

58 Quintam † pœnam incurrunt hæretici, qua traduntur curiæ seculari, si sunt relapsi aut hæresiarchæ; de quibus Ecclesia

non confidit, etiam post abjurationem: vel pertinaces, ac pluribus aliis casibus, *de quibus in eodem. Direct. Inquis. par. 2. quæst. 58.* Pegna ibi *quæst. 83. per totum.* Et licèt parum referre videatur, dummodò pœna mortis plectantur, an gladio, igni, vel alio supplicio interficiantur, ut per Alphons. Castr. *de just. hæret, punit. lib. 2. cap. 12.* regulariter tamen hæretici in eorum mala opinione pertinaces, vivi in conspectu hominum sunt comburendi. Hostien. *in cap. ad abolendam, de hæret.* Jul. Clar. *in pract. crimin. §. hæresis, in vers. scias tamen*, & Covar. *lib. 2. var. resolut. cap. 10. numer. 10.*

Si autem pœnitentiam egerint, licèt post sententiam, & mortis tempore eis ministrentur sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, etiamsi pluries fuerint relapsi, laqueo suspenduntur, deinde mortui igne cremantur. Covar. *dict. nu. 10. vers. tandem in Hispania. & cap. super, de eodem de hæret. in 6.*

54 Firmissimè enim est tenendum, † & nullatenus dubitandum, omnem hæreticum, vel schismaticum cum diabolo, & angelis ejus æterni ignis incendio participare: nisi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus, & reintegratus Ecclesiæ, Et omni homini, qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine CHRISTI suscepta proficere poterit ad salutem. Augustin *in libr. de fid. ad Petr. Diac. relat. in cap. firmissimè tenet extr. de hæret*, & per Aimeric. *in eodem Director. Inquisitor. part. 2. cap 3.*

60 Ultrà pœnam mortis, † plures alias pœnas hæreticus incurrit, infamiæ, & memoriæ, quæ damnatur, quia damnato auctore, damnantur ejus scripturæ, libri, & opera, *ut capitulo fraternitatis, eodem tit. de hæret.* & Pegna *in eadem 2. par. Director. Inquisitor. comment. 3. vers. primum damnato.*

61 Ità, † quòd opera auctorum damnatorum nullo modo recipi debent, neque uti, auctorizabilia, neque tanquam rationabilia; quoniam indistinctè hæreticorum libri sunt damnati, & sub pœna excommunicationis prohibiti, in Bulla Cœnæ Domini, ut per Graff. *decis. aur par. 1. lib. 4. c. 18. num. 40. & in indice, lib. Clem. Papæ VIII. reg. 10. vers. quòd si quis*; Quæ procedunt, etiamsi libri hæreticorum multa bona contineant, quoniam periculum est non leve, ne inter utilia hæreses latitent, cum hæ-
62 reticorum mos † sit bona multa docere, ut falsa facilius persuadeant. Host. *in dict. capitulo fraternitatis, num. 1.* & Pegna *in eodem Direct. Inquisit dict. comment. 3. vers. rursus idem.*

63 Scientes † autem, animoque deliberato hæreticorum libros, vel cujuslibet auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata legentes, habentesve, ipso jure in excommunicationis pœnam incidunt; eamque ob causam in eos, tanquam de hæresi suspectos inquiri, & procedi licèt, *ut in litteris Pij IV. in Bull. Roman. c. 99. vers. si quis autem.*

63 Quæ suspicio est levis, vehemens, aut violenta, secundùm qualitatem personarum, & circumstantiis consideratis, de quibus per Pegnam *d. comment. 2. vers. an hæc suspicio*, ubi de qualitatibus librorum, & pœna, qua plecti debent libros damnatos retinentes, *per tot. & comment. 12. eadem par. 2.*

Dam-

64 Damnatur etiam † memoria hæreticorum, quia eorum filij usque ad secundam lineam paternam, & ad primam maternam sunt ipso jure inhabiles, ad beneficia & officia obtinenda: nisi sic damnati ante mortem Ecclesiæ fuerint incorporati, *cap. statutum, de hæret. in 6.* Pegna *in dict. Direct. comment. 163. par. 3. vers. rursus textus.* Et filij per paternum crimen hæresis, paterna infamia afficiuntur. Pegna *eodem Direct. dict. comment. 163. vers. ob has rationes.* An autem justum sit filios ob parentum delicta puniri, tradit Alphons. Castr. *de just. hæret. punit. lib. 2. capit. 10.*

Quibus autem bona hæreticorum applicentur, tradit. Direct. Inquisit. *par. 2. c. 10.* Pegna *in comment. 9. ead. par. 2.* ubi habetur, quomodo eorum filijs sit etiam misericorditer providendum.

DE EXCOMMVNICATIONE.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatione nulla major pœna in Ecclesia Dei reperitur.*

2 *Excommunicatio pluribus nominibus nuncupatur.*

3 *Anathema, an differat, à majori excommunicatione, & quid significet.*

4 *Excommunicatio est duplex, major, & minor, & quomodo inter se differant.*

5 *Excommunicatio est etiam triplex, justa, nulla, & injusta.*

Excommunicatio, quibus casibus sit nulla, ibidem.

6 *Excommunicatio, ut sit justa, quatuor concurrere debent.*

7 *Excommunicationis sententiam injustè proferens multipliciter punitur.*

8 *Dispensare possunt Episcopi à pluribus irregularitatibus.*

9 *Excommunicatio minor à Deo, à se ipso, à sacerdote, & à canone infertur.*

10 *Excommunicatio in octo casibus à jure infertur.*

11 *Excommunicationis gladius est valdè salutaris, & magna circumspectione exercendus.*

12 *Excommunicatio in causis judicialibus, quomodo, & quando contra reos sit promulgenda.*

13 *Magistratus seculares prohibere non possunt, ne quis excommunicetur, aut mandare, ut excommunicatio promulgata revocetur.*

14 *Exequutor deputatus cum potestate excommunicationem nunciandi, quid servare teneatur.*

15 *Executio contra duos in forma Cameræ Apostolicæ obligatos, si alter non est solvendo, quomodo fieri possit.*

16 *Excommunicatio contra sumentes tempore paschali sanctissimum Eucharistiæ*

sacramentum, quando promulgari possit.

17 Excommunicationes, quæ monitionibus præmissis, ad finem revelationis auctoritate ordinaria promulgantur, ab inferioribus fulminari non possunt, excepto capitulo sedo Episcopali vacante.

18 Episcopus & Vicarius unum, & idem tribunal representant.

19 Excommunicationes ad finem revelationis ab hu, qui nullius diœcesis existunt, à Sede Apostolica sunt impetrandæ.

20 Episcopi propalationum vigore litterarum monitorialium factarum causas inferiorum judicum cognoscere non possunt.

21 Monitoriales litteræ, pro quibus concedi possint.

22 Excommunicari nominatim vigore propalationum nemo potest sed, forma concilij Trident. servata, procedi debet.

23 Monitorialium litterarum cursus in pluribus casibus potest impediri.

24 Monitoriales litteræ, tam ante, quàm post litem, concedi possunt.

25 Iuramentum litis decisivum habet vim rei judicatæ.

26 Transactionis exceptio impedit cursum litterarum monitorialium.

27 Præscriptione legitima tutus, non tenetur vigore monitorialium denunciare.

28 Exceptio, tua non interest, contra litteras monitoriales est legitima.

29 Iudæis, seu excommunicatis litteræ monitoriales concedi non possunt.

30 Excommunicationes graviores in Bulla Cœnæ Domini continentur.

31 Excommunicationis sententiam in Bulla Cœna Domini contentam plura genera personarum incurrunt.

32 Credentes dicuntur, qui hæreticorum erroribus, & hæresibus credunt, & sunt excommunicati.

33 Schismatici sunt, qui in animarum suarum periculum se à Romani Pontificis obedientia pertinaciter subtrahunt.

34 Schisma ab hæresi distinguitur, quod hæresis opponitur fidei, schisma autem unitati Ecclesiæ charitatis.

Schismatici, qui dicantur.

35 Appellatio, est provocatio à minori ad judicem maiorem, & non valeret consuetudo, quod à majori ad minorem appellaretur.

36 Piratæ, & latrunculi maritimi in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur.

37 Navigantes sunt quasi miserabiles personæ, & propterea Ecclesia eos defendit.

38 Rapientes bona Christianorum naufragantium excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini contentam incidunt.

39 Excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini contentam, qui imponentes nova pedagia, & gabellas incidant.

Dux Sabaudiæ in suo dominio habet jura Imperij, ibidem.

40 Falsificantes litteras Apostolicas excommunicationis sententiam in Bulla Cœnæ Domini incurrunt.

41 Falsariorum nomine qui comprehendantur.

42 Arma, & alia usui bellico ad infideles deferentes excommunicationis sententiam incurrunt.

43 Victualia, & alia necessaria, ne ad Romanam

manam curiam adducantur prohibentes, excommunicationis sententiam incurrunt.

44 Excommunicationis pœnam incurrunt vexantes in curia Romana commorantes, accedentesvè ad eam, seu ab ea recedentes.

45 Curiales dicuntur, qui ratione curiæ Pontificiæ Romæ commorantur.

46 Romipetas, seu peregrinos ad Vrbem devotionis, vel peregrinationis causa accedentes vexantes, excommunicationis pœnam incurrunt.

47 Privilegium datum ad eundum, intelligitur datum etiam ad morandum, & redeundum.

48 Excommunicationis aliasque graves pœnas incurrunt offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos, consiliumque, vel favorem præstantes, &c.

49 Excommunicationis pœnam incurrunt percutientes personas ad Romanam curiam pro eorum negotijs recurrentes advocatosque, procuratores, & judices.

50 Morantes in Romana curia causa litis, vel negotij, sunt sub protectione Sedis Apostolicæ.

51 Appellantes à gravamine, vel futura exequutione litterarum Apostolicarum, ad judices seculares, & judicis executionem impedientes excommunicationis sententiam incurrunt.

52 Excommunicationis sententiam incurrunt iudices seculares causas beneficiales & decimarum, aliasque spirituales, & spiritualibus annexas à judicibus ecclesiasticis avocantes.

53 Excommunicationis pœnam incurrunt judices seculares, qui partes actrices compellunt ad revocari faciendum inhibitiones, & ad faciendum à censuris, & pœnis absolvi.

54 Statuta laicorum, quibus ecclesiasticæ personæ compelluntur, sunt nulla.

55 Statuta, & consuetudines contra ecclesiasticam libertatem introductas servare facientes excommunicationis sententiam incurrunt.

56 Statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt abolenda, & de volumine statutorum cancellanda.

57 Verbum in præmissis, in fine positum est relativum comprehendens omnia supra narrata.

58 Carcerantes judices ecclesiasticos, aut aliàs sua auctoritate arrestantes excommunicationis sententiã incurrunt.

59 Excommunicationis pœnam incurrunt, qui laicali potestate in odium clericorum eorum consanguineos ladunt.

60 Metus illatus consanguineis clerici, habetur pro illato ipso clerico, & violentas manus in consanguineum odio clerici injiciens sententiam excommunicationis incurrit.

61 Taciti, & expressi eadem est virtus.

62 Consilium, & assensum præstantes in præjudicium libertatis ecclesiasticæ, quando & qui excommunicationis sententiam incurrant.

63 Conjecturæ non est opus, quando sumus in claris.

64 Excommunicati, donec publicè declarentur, regulariter non sunt vitandi.

65 Laici non possunt causas ad forum ecclesiasticum spectantes quovis pretextu ad eorum tribunal trahere.

66 Potestas Ecclesiastica, & secularis duæ potestates supremæ sunt ad invi-

cem quodam modo independentes.

67 Iudex ecclesiasticus est major, & potest secularis negligentiam supplere, & illum corrigere.

68 Spirituales causæ plures sunt.

69 Iudex ecclesiasticus potest cognoscere in pluribus casibus de criminibus laicorũ.

70 Spiritualibus annexæ causæ, quæsint.

71 Connexorum idem est judicium.

72 Excommunicatio, an sit legitimè promulgata, ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat.

73 Iudices seculares qui personas ecclesiasticas ad sua tribunalia trahunt, libertatem ecclesiasticam tollunt, aut deprimunt, in excommunicationis sententiam incidunt.

74 Excommunicationis sententiam incurrunt facientes, ordinantes, & publicantes statuta, & alia directè vel indirectè contra libertatem ecclesiasticam.

75 Iudices laici cognoscere possunt causas feudales, de quibus clerici à domino temporali fuerunt investiti.

76 Fidelitatis iuramentum Papæ præstare tenentur prælati, & alij pro feudo, quæ sunt de mensa ecclesiarum.

77 Clericus an coram iudice laico possit reconveniri.

78 Clericus, qui amisit privilegium clericale, coram iudice seculari conveniri & puniri potest.

79 Clericus degradatus de foro seculari efficitur.

80 Clericus succedens laico reo defuncto, cum quo lis erat cœpta, an coram iudice laico causam defendere teneatur.

81 Libertas ecclesiastica, quæ dicatur.

82 Clerici privilegium fori habent à Deo.

83 Statutum, ut sit contra libertatem Ecclesiæ, quæ requirantur.

84 Decreta, ordinationes, seu constitutiones contra libertatem ecclesiasticam edentes excommunicationis pœnam incurrunt.

85 Excommunicationis sententiam incurrunt impedientes judices ecclesiasticos ordinarios, ne eorum jurisdictione utantur, & auctoritate iudicum secularium sententias eorum eludunt.

86 Excommunicationis sententiam incurrunt dantes in prædictis auxilium, consilium, patrocinium, vel favorem.

87 Absolutionem à sententia excommunicationis vi, aut metu extorquens, novam excommunicationem incurrit, & absolutio est nulla.

88 Clericus quando coram judice seculari possit reconveniri.

89 Clerici habent privilegium fori de jure divino, canonico, & Cæsareo.

90 Statuta omnia contra ecclesiasticam libertatem facta, sunt cassa, & irrita.

91 Recursus in causis ecclesiasticis ad laicos est prohibitus.

92 Iudex ecclesiasticus est potestate major seculari.

93 Iudex ecclesiasticus judicis secularis negligentiam supplere potest & non contrà.

94 Iudex laicus adiri non potest ad impediendа mandata iudicis ecclesiastici.

95 Iudex laicus est incapax jurisdictionis in personas ecclesiasticas, & eorum causas, non obstante immemorabili consuetudine.

96 Excommunicatus est incapax beneficiorum.

97 Recursus ad judices seculares præbet causam, ut immunitas ecclesiastica violetur

98 Con-

98 Consuetudo contra immunitatem ecclesiasticam est improbata, & sacris canonibus inimica & non attendenda.

99 Inhibitiones à judicibus secularibus contra judices ecclesiasticos obtineri non possunt.

100 Iudices seculares, nec habitu habent jurisdictionem in clericos, cum illius sine penitus incapaces.

101 Interpretatio qualibet fit in odium eorum, qui contra personas ecclesiasticas recurrunt ad judices seculares.

102 Impediens auxilio potestatis secularis, quò minus quis citetur, habetur pro citato.

103 Excommunicationis sententiam incurrunt, usurpantes jurisdictiones, fructus, redditus & proventus ad Papam, Sedem Apostolicam, & quascunque ecclesiasticas personas ratione beneficiorum ecclesiasticorum spectantes.

104 Fures, & latrones pro furto ablatis non incidunt in sententiam excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini.

105 Declaratoria sententia ferri non debet, nisi prævia monitione, vel citatione.

106 Monitio canonica, quomodo fieri debeat, ut ad sententiam declaratoriam procedi possit.

107 Monitio generalis, quando pro canonica sufficiat.

108 Actore non probante, reus absoluitur.

209 Confessione partis nulla major probatio haberi potest.

110 Declaratoria excommunicationis, pro excessu notorio sine solemnitatibus juris, etiam sine citatione ferri potest.

111 Spolians est usurpator, & antequam de dominio cognoscatur, restituere tenetur

112 Spolium committens in bonis ecclesiasticis in Bullam Cœnæ Domini, uti usurpator, incidit.

113 Libertas ecclesiastica læditur in impositione onerum directè, vel indirectè personis, aut bonis ecclesiasticis.

114 Excommunicationis sententiam incurrunt auxilium, vel favorem onerum personis, & bonis ecclesiasticis impositioni præstantes.

115 Bullæ Cœnæ Domini radix, & fundamentum, quod sit.

116 Immunitas ecclesiastica est juri naturali, & divino conformis.

117 Clerici operas, & labores rei ecclesiasticæ impendunt, quapropter à solutione tributorum fuerunt exempti.

118 Excommunicationis pœnam incurrunt, qui per se, vel alios directè, vel indirectè à clericis onera exigere præsumunt.

119 Excommunicationis pœnam incurrunt onerantes colonos ecclesiasticorum bonorum pro laborerio, seu trafico eorundem bonorum, quia indirectè gravant ecclesiasticos.

120 Exemptio competens bonis ecclesiasticis est realis.

121 Coloni bonorum ecclesiasticorum habent tantum detentionem.

122 Coloni bonorum ecclesiasticorum pro bonis quæ proprio nomine possident, onera persolvere tenentur.

121 Onera quæ respiciunt utilitatem publicam, tam clericorum, quàm laicorum, an à clericis persolui debeant.

Necessitas urgens, quæ dicatur.

124 Limitata causa limitatum producit effectum.

125

126 Clerici, quando ad reparationem fluminum, pontium, & viarum publi-

publicarum concurrere teneantur.

127 Clerus ad onera concurrere non tenetur, nisi Principis, & subditorum bursa sit exhausta.

128 Consensus Episcopi, capituli, & cleri requiritur ad imponendum onera super personis, & bonis ecclesiasticis.

129 Clerici à laicis ad solvendum onera cogi non possunt.

130 Clericos cogentes ad onerum solutionem excommunicationis pœnam incurrunt.

131 Iudex secularis defectum judicis ecclesiastici supplere non potest.

132 Excommunicationis pœnam Bullæ Cœnæ Domini incurrunt auxilium, consilium, vel favorem præstantes, ut clerici oneribus graventur.

133 Excommunicationis pœnam Bullæ Cœnæ Domini incurrunt magistratus, judices, notarii, & scribæ se interponentes in causis capitalibus contra personas ecclesiasticas.

134 Ostracismus est genus relegationis.

135 Discolatus ab Ostracismo nomen accepit.

136 Consuetudo antiqua legitimè præscripta potest addere, diminuere, & distinguere privilegium.

137 Bulla Cœnæ Domini est fundata super jure divino, canonico, & Cæsareo.

138 Immunitas ecclesiastica, an sit de jure divino vel canonico.

139 Stylus Romanæ curiæ facit jus & pro jure habetur.

140 Immunitas ecclesiastica communi opinione est de jure divino.

141 Papæ interpretatio in concernentibus jus divinum est attendenda.

Laici nullam habent auctoritatem sacram Scripturam interpretandi.

142 Clerici antequam esset Petrus, non erant subjecti potestati laicali

143 Iuramentum ut sit licitum, tres comites habere debet.

144 Injustum est, ut laicus clericum judicet.

145 Laicis multæ actiones sunt prohibita, ne contra clericos illas possint exercere.

146 Quomodolibet, dictio est universalis, comprehendens omnes modos excogitabiles.

147 Processus sine scriptis fieri potest, & tamen dicitur processus.

148 Excommunicationis sententia in atrocioribus incurritur, etiam effectu non sequuto.

149 Laici vigore consuetudinis nullam possunt habere in clericos auctoritatem.

150 Præscriptione immemorabili laici contra clericos non possunt acquirere jurisdictionem.

151 Bulla Cœnæ Domini, quæ annù singulis solemniter publicatur, interrumpit, & impedit præscriptionem.

152 Clerici in duobus casibus pro criminibus per executores laicos capi, & carcerari possunt.

153 Bona, & jurisdictionem Ecclesiæ Romanæ occupantes, in Bullam Cœnæ Domini incidunt.

154 Bulla Cœnæ Domini, an ubique sit usu recepta.

155 Bulla Cœnæ Domini publicatio facta Romæ sufficit, & ligat ubique, & 157.

156 Committentes, consulentes, & executores mandata contra personas ecclesiasticas, aut fructus illorum beneficiorum, in Bullam Cœnæ Domini incidunt.

158 *Papæ scientia, & tolerantia, an induca dispensationem.*

159 *Excommunicationes à iure, vel ab homine latæ inter se differunt.*

160 *Excommunicationes Bullæ Cœnæ Domini sunt à jure latæ.*

161 *Excommunicationes à jure latas incurrentes in notoriis, nulla monitione præmissa, illas incurrisse declarari possunt.*

162 *Excommunicationes in Bulla Cœnæ Domini contentæ, sunt Papæ reservatæ.*

163 *Absolutio à censuris contentis in Bulla Cœnæ Domini in mortis articulo, quomodo concedenda.*

164 *Absolvendi à casibus in Bulla Cœnæ Domini Papa pluribus modis tribuit facultatem.*

165 *Excommunicatus in Bulla Cœnæ Domini, & processatus, nisi judici, & parti satisfaciat, absolvi non potest.*

166 *Absolutio non præsumitur, nisi probetur.*

167 *Creditur pœnitenti in foro conscientiæ, sed in foro contentioso secundùm acta, & probata est judicandum.*

168 *Excommunicationis sententiam incurrunt absolventes ab excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini sine facultate.*

169 *Excommunicatio incursæ propter absolutionem cencessam sine facultate absolvendi ab excommunicatione, hodie est Papæ reservata.*

170 *Absolvens à casibus Papæ & ordinariis locorum reservatis excommunicationis sententiam, & aliàs pœnas incurrit, absolutione, & habilitatione Papæ reservata.*

171 *Casus reservati quis, & decreti moderatio,*

172 *Clausula, motu proprio, quid operetur.*

173 *Clausulæ, quorum tenores effectus.*

174 *Absolutiones à casibus reservatis sine auctoritate sunt nullæ.*

175 *Absolutus à casibus reservatis, quæ habent annexam excommunicationem, in mortis articulo, si incolumis evadat, superiorem adire tenetur aliàs &c.*

176 *Confessarii, quomodo eorum conscientia consulere debeant.*

177 *Episcopi contra personas excommunicatas, & interdictas quomodo procedere teneantur.*

178 *Attestatio Navarræ de impetratis absolutionibus à censuris restitutione promissa parata, vel facta.*

179 *Forus secularis à foro pœnitentiali quomodo differat.*

OMNES hæreses, de quibus proximè diximus, excommunicationem annexam habent, & quia
1 inter alias † pœnas nulla est major in Ecclesia Dei, quàm excommunicatio, scilicet in spiritualibus, *ut c. corripiuntur, 24. q. 3.* & Abb. *in c. cum dilectus, num 6. de his, quæ vi met, nè cau. fin.* de ea mihi verba facturo, tradendum primo loco videtur de nomi-nibus, quibus regulariter appellatur. Quandoque enim dicitur censura ecclesiastica, *ut in c. irrefragabili, de offic. ord. c. quærent, de verb signif, extravag. Ioan. 27. cap, Sanctæ Romanæ. in fi. de Relig. Dom. & in clem. 3. de sepult. excommunicat.*

2 Præter † nomen censuræ, & excommunicationis, vocatur etiam anathema, de qua per conc. Trid. *pluribus in locis, præ-*

sertim in quibus tractat de sacramentis, in sess. 7. de Euchar Sacr, sess. 13. de pœnit. Sacr. sess. 14. de comm: sub utraque spec. sess. 21. & sacr. Miss. sess. 12, & etiam anathema maranatha, & pluribus alijs nominibus ab pellatur, ut mors, medicina, mucro, seu gladius, virga ferra, & neruus ecclesiasticæ disciplinæ, de quibus nominibus, per Sayr. 5 in Thes, Cas. Consc. cap, 3. lib. 1.

3 Anathema, † prout capitur de jure, nihil differt à majore excommunicatione, nisi in forma, ut per Graff, in decis. aur. c. 1. num mihi 39. par. 1. lib. 4. sed majori cum solemnitate anathemarizatur, ut in cap, debent, cum seq. 11. quæst. 2. Et duo significat; Unum, quòd est actus separandi Christianum à Christianorum communione, ut in c. nemo, 11. q. 3. Nihil enim aliud significat anathema, quam à Deo separationem, c. certum. 24. quæst. 3. & cap. Engel. trudam. 3. quæst. 4. Alterum significat ipsum Christianum sic separatum, ut in dist. 30. ferè per tot Et dicitur ab Ana, quod est sursum, & thema quædam figura quasi rotunda, quæ consuevit poni in frontibus damnatorum, ut per gloss, in extravag. com. c. 1. in ver ana hematizatus, de senten. excommunic. & Graff. dicta decis. num. 38. & 39. Anathema autem maranat ha est Verbum latæ sententiæ, & Verbum maranatha importat, usque ad Adventum Domini sit excommunicatus, supple, nisi pœniteat: gloss. in c: Guilisarius, in ver. maranatha, 23 quæst 4. & Felyn. in cap. Rodulphus, num. 33. de rescript.

4 Excommunicatio † est duplex, major, & minor. Major excommunicatio est censura privans participatione, tam activa, quàm passiva sacramentorum, & hominũ Abb. in rubr. de sentent, excommunicat. & Navar, in cap. 27. num. 1. tom. 3. & propterea eundem operatur effectum, quem anathematizatio. Minor privat participatione passiva sacramentorum tantùm, cap, si celebrat. de cler. excommun. ministr. & Graff. decis. aur. cap' 1. numer. mihi, 2. par. 1. lib. 4.

Triplex † est etiam excommunicatio scilicet, nulla, injusta, & justa. Nulla est, quæ ipso jure non tenet, ut lata post legitimam interpositam appellationem. Felyn. in cap. Rodulphus, numer. 43, de sentent. excommunic. Paris. cons. 28. numer. 19. vol. 4. Put. decis. 177. num. 2. lib. 2. & Navar. in cap. cum contingat: 6. caus. nullit. num. 1, tom. 2. de script.

Secundò, est nulla, quando deest legitima potestas excommunicandi in excommunicante, quia excommunicans caret jurisdictione, Graff. decis. aur. cap. 3. num. 5. par: 1. lib. 4.

Tertiò, si feratur à de legato contra delegantis intentionem, ut per gloss. in c. præsenti, in ver. ad cautelam, vers. sexto cum, de sentent. excommunicat. in 6, & duodecim casus nullitatis excommunicationis ponit dicta gloss. in cap. præsenti, & Abb. in cap. ab excommunicato, numer. 5. de rescrip. Et quando sententia excommunicationis est nulla non requiritur absolutio, c. cui est, 11. q. 3. Navar. in c. 27. n. 11. tom: 3. & Graff. 6. 3. num. 13. eod. lib. 4.

Injusta † tribus modis dicitur, ex causa ex animo, & ex ordine, gloss. in dicto cap: sacro, in verb. justa; Et injustè excommunicatus non est privatus communionibus, & generalibus suffragijs Ecclesiæ Catholicæ, cap. illud planè, 11. quæst. 3. & Cov. prior. par. relect. §. septimus, num.

numer. 5. verſ. ſecunda concluſio.

Iuſta † excommunicatio ut ſit, quatuor concurrere debent.

Primum, ut proferens habeat juriſdinem excommunicandi, ut per Graff. ſupra allegatum.

Secundum, quòd cauſa ſubſit vera, & rationabilis, *c.1. de ſent. excom. in 6.*

Tertium, quòd monitio competens præcedat ad formam *d. c. ſacro. in 6.*

Quartum, quòd proferatur cauſa expreſſa & in ſcriptis *d. c. 1. de ſent. excom. eo. lib. 6.*

7 Injuſtam † ſententiam excommunicationis proferens multipliciter punitur.

Primò, quia tenetur excommunicato actione injuriarum, *cap. temerarium, & c. illud.* junct. gloſſ. *11. q. 3.*

Secundò, tanquam ſacrilegus eſt puniendus, *c. ſi quis, & c. non in perpetuum, 24. quæſt. 3.*

Tertiò, carere debet communione hominum, & interdici ab ingreſſu eccleſiæ, quantum ſuperiori videbitur expedire, *c. de illicita, eadem q. 3.* & Inno. *in cap. ſacro, n. 2. de ſentent. excom.*

Quartò, ob non ſervatam formam, *c. 1. de ſentent. excommun. in 6.* Pœnam interdicti ab ingreſſu eccleſiæ per menſem incurrit ipſo jure, & ſuſpenſionis à divinis, 10 adeò quòd celebrando, irregularitatem incurrit, à qua non niſi à ſolo Papa poteſt diſpenſari, *ut in d. cap. 1.*

8 Sed † ex ſacri conc. Trid. diſpoſitione à dicta irregularitate, ſi erit occulta, poterit 11 diſpenſari ab Epiſcopis, qui per ſeipſos, aut per Vicarios ad id ſpecialiter deputatos in foro conſcientiæ, in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, cum ſuis ſubditis diſpenſare poſſunt, *cap. 6. de refor. ſeſſ. 24.*

Quintò, ſi ſententia excommunicationis injuſta appareat, ad intereſſe excommunitati eſt condemnandus, ut per Hoſt. & Io. And. *in d. cap. 1.* Excuſat tamen proferentem ſententiam ab his pœnis cauſa probabilis, ſi laudabilis opinionis exiſtat, *ut in d. cap. Sacro. §. cumque adverſus, de ſenten. excommun.*

9 Minor † excommunicatio quatuor modis infertur, à Deo, à ſeipſo, à ſacerdote, & à canone, gloſ. *in cap. ſi inimicus, 11. q. 3.*

Et eſt cenſura eccleſiaſtica privans participatione paſſiva omnium ſacramentorum, *cap. ſi celebrat. de cler. excommunic. miniſtr.* & celebrans in minori excommunicatione mortaliter peccat. Sylveſtr. *in ver. excommunicatio. 4.* & Cajet. *in verb. excommunicatio minor.* Divina officia, Miſſamque audire, & cum aliis ejuſdem intereſſe, ac choro recitare, & pacem, quæ in ea offertur, minori excommunicatione excommunicatus ſumere poteſt, Navar. *in cap. 27. numer. 24. tom. 3.*

10 †Et minor excommunicatio per jus in octo caſibus fertur de quibus per Innoc, *in c. 1. de ſentent. excommunicat.* & Graff. *d. c. 10. par. 1. lib. 4.* ubi latè de excommunicatione minori per tot.

11 Quamvis † enim excommunicationis gladius nervus ſit eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobriè tamen, magnaque circumſpectione eſt exercendus: cum experientia doceat, ſi temerè, aut

levibus ex rebus incutiatur, magis eum contemni, quam formidari, & perniciem potiùs parere, quàm salutem. conc. Trid. *cap. 3 in princ. de refor, sess 25. cap. multi, inpr'nc. 2. quæst. 1. capit. corripiantur,* & ibi gloss. *in ver. major. 24. quæst. 3. cap. dilecto, §. & quoniam, de sent. excom. in 6.*

12 Ideò † in causis judicialibus quótiescunque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate fieri potest, abstinendum est à censuris ecclesiasticis, & procedi debet, primò ad executionem realem; si fieri potest, & deinde ad personalem. Quando verò realis, nec personalis fieri valet, tunc etiam ad excommunicationis pœnam procedi potest. Quod procedit quoque in causis criminalibus, ut dicto *c. 3 §. in causis verò,* & non sufficit, quòd extrajudicialiter constet judici executionem realem, vel perso- 15 nalem fieri non posse, sed necessarium est, quòd constet in actis per relationem nuncij, *ut in decr. Congregat, eiusdem sacr. conc. super eod. cap. 3. §. an si iudex.* Et quamvis excommunicatio lata à judice ecclesiastico antequàm legitimè constet de impedimentis, vel perturbationibus, quibus prohibetur facere executionem realem, vel personalem, sustineatur, & secundum communem opinionem excommunicationis sententia sit valida, & excommunicatus egeat absolutione; judex tamen malè facit: & debet servare formam à concilio super hoc traditam, ut fait ab eadem sacra congregatione declaratum, *in* 16 *§. an excommunicatio, super eod. cap. 3.*

13 Nefas autem † est sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet; aut mandare ut latam excommunicationem revocet sub prætextu, quòd supradicta servata non sint, cùm non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, conc. Triden. *eod. cap. 3. §. nefas. de reform. sess 25.*

14 Executor verò † in partibus deputatus cum potestate excommunicationem nunciandi, postquàm sibi constiterit obligatum excommunicationis sententiam incurrisse, non tenetur servare formam in dicto decreto concilij traditam, quia ante fulminationem sententiæ excommunicationis in curia Romana præsupponuntur hujusmodi diligentiæ factæ, & tunc hujusmodi excommunicatio non intelligitur sub conditione in subsidium executionis realis, vel personalis, congreg. concil. super eodem *cap. 3. §. executor in partibus.*

15 Si autem duo † sint in forma cameræ Apostolicæ in solidum obligati pro eodem debito, si contra unum tantùm possit deveniri ad executionem realem, vel personalem, contra ipsum in solidum est executio facienda: quia contra alium, contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis ad instantiam creditoris, censura relaxari non potest, ut per eandem sacram congregat. *super eodem cap. 3. §. supposito quod.*

Nisi facta executione personali, carceratus non esset solvendo, quia in subsidium contra alium ad censurarum ralaxationem procedi posset.

16 Adversus † eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad confessiones, & Eccleſiæ sacramenta accedere negligunt, & pœnas cap. omnis utrisque sexus, de pœnit. contemnunt, licet Episcopis ad excommunica-

nicationem procedere, nisi fortè de propriis sacerdotis consilio, & rationabili causa hujusmodi perceptio ad tempus dilata sit: & pro satisfactione eleemosynas pio loco assignandas, pro hujusmodi excommunicatorum emendatione, injungere potest, congreg. concil. *super dict. c. 3. §. an adversus.*

17 Excommunicationes † autem, quæ monitionibus præmissis, ad finem revelationis ut ajunt pro deperditis, seu subtractis rebus fulminari solent, *de quibus per Bart. in const. ad reprimendum in vers. denunciatio*, & Neviz. *in Sylvest. nupt. in vers. monitoria*, auctoritate ordinaria à nemine, præterquam ab Episcopis, decerni, & promulgari possunt, & non aliàs, quàm ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ ejus animum moveat, *ut in eod. c. 3. §. quapropter, sess. 25.*

Appellatione autem Episcopi hoc casu 20 venit etiam Vicarius generalis, qui potest concedere litteras monitoriales, *de quibus in eodem cap. 3.* ut fuit decisum ab eadem sacra coongreg. *sub tit. Senen. & sub titulo Elboren.*

Nec Vicarius generalis indiget speciali mandato Episcopi, ut possit decernere hujusmodi litteras, dummodò ipsemet Vicarius causæ cognitionem adhibeat, *ut ibidem per eandem sacram congregationem, §. ab episcopo.* Et est ratio, quia † inter Episcopum, & Vicarium repræsentatur unum, & idem tribunal, & consistorium, *c. 2. de consuetud. in 6 c. Romana, de appell. eodem lib.* & Rot. *decis. 9. de offic. Vicariatus in antiq.* Eademque potestas competit capitulo sede Episcopali vacante, ut ibi per eandem congreg. §. *an eadem potestas*, quia capitulum sede vacante in jurisdictionibus jure communi spectantibus Episcopo succedit, Abb. *in cap. verum numer. 9 de form. comp.* & Felyn. *in cap. cum olim, numer. 3. de major. & obed.*

Cæteri autem Prælati, etiam nullius diœcesis Episcopis inferiores, qui ante concilium Tridentinum monitoria, & illarum vigore excommunicationes concedebant, jure proprio, aut ex privilegio, vel ex immemorabili consuetudine litteras monitoriales post concilium concedere non possunt.

19 Ideò, qui sunt nullius diœcesis, nec alicui Episcopo, sed immediatè sedi Apostolicæ subjecti sunt, ipsam Sedem pro his excommunicationibus in forma: significavit, obtinendis, adire oportet, congreg. concil. *in decis. super eodem cap. 3. sub tit. Aquilan. Theatin. & in §. decernentur etiam.*

Et, † quando hoc casu litteræ in forma: significavit, Episcopis vicinioribus committuntur causæ, quæ earum litterarum, & propalationum desuper factarum occasione oriuntur, sunt à propriis judicibus, etiam inferioribus, terminandæ, ut ab eadem congregat. fuit *super eod. c. 3.* decisum, *ut in decis. sub tit. Squillacen. & in §. sed facta relatione.*

Et ex his infertur, quòd Episcopi, eorumque Vicarij vigore propalationum in exonus conscientiæ à quibusvis prævia litterarum monitorialium publicatione factarum, non possunt causas illas cognoscere, nisi inter subditos suæ ordinariæ jurisdictioni, quò verò ad alios subditos jurisdictioni inferiorum, aut laicali, suis judicibus ordinariis sunt cum propalationibus remittendi, ut contra ipsos via ordinaria,

& servatis servandis ad executionem realem, vel personalem, prout juris fuerit, procedi possit, ex supra allegatis: quia aliàs omnis causa, per hanc viam posset deferri ad forum ecclesiasticum, ut post Io. Andr. *in c. novit. de jud. animadvertit.* Bart. *in const. ad reprimendum, in verf. denunciationem, nu. 9.* & Neviz. *Sylvest. nupt. in ver. monitoria, lib. 3, num. 51.*

21 Concedi † autem possunt litteræ monitoriales pro deperditis, seu substractis bonis, & juribus occultis tantùm, non autem pro vulgaribus: quia contra personam certam, quæ rem deperditam invenit, aut aliàs jura detinet, in foro judiciali via ordinaria est procedendum, ut per Neviz. *eadem Syl. nupt. in ver. monitoria, lib. 3. num. 48.* Nec concedi possunt monitoriæ super capitibus criminosis, aut infamatoriis, ut per eundem Neviz *ibi num. 50.* & ita servat curia Romana, quicquid contrarium asserant aliqui, quinimò apponitur clausula, quòd si ex propalationibus aliquid probari contingeret favore fisci, quòd propalationes nullam fidem faciant, & Pius V. in ordinatione super modo expediendi litteras in forma: significavit, ordinavit, ut concedantur ad eorum dumtaxat instantiam, quorum civiliter interest, *ut in litteris Romæ in Cancellaria Apostolica die 27. Junij 1570. publicatis de quibus in Bull. Rom. cap 183.*

22 Quæritur, † an propalationum vigore possit quis nominatim excommunicari; Et si propalantibus repetitis in forma judiciaria plenè probetur, aliquem rem pro qua monitoriales fuerunt concessæ, detinere, videtur in contumaciam non resipiscentis, ut exeat de peccato, & quæ indebitè retinet, restituat, quòd possit nominatim excommunicari, ex traditis per eundem Neviz. *in eodem ver. monitoria, numer. 61.* Sed hodie ex dispositione sacr. concil. Trident. non debet quis nominatim excommunicari, nisi prævia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter, servata forma ejusdem conc. *eodem cap. 3. §. in causis verò.*

Quæ procedunt in causis ad forum ecclesiasticum tantum pertinentibus, ut ibidem in causis civilibus ad forum ecclesiasticum, &c. Ideò in causis spectantibus ad forum seculare, non potest quisquam vigore litterarum monitorialium nominatim excommunicari, sed pars actrix judicem secularem cum propalationibus adire debet, qui prout juris fuerit, ad executionem realem, vel personalem, procedat, & non illis omissis, procedere ad excommunicationis sententiam, cujus nulla major pœna reperitur in spiritualibus, ut per Abb. *in cap. cum dilectus, numer. 6. de his, quæ vi. met. ve. cau. cum alijs supra, in princ. allegatis:* Ad excommunicationem enim non nisi in subsidium procedi potest, *ut in eodem capit. 3. §. quòd si executio, sess 25.*

23 Impeditur † etiam cursus dictarum monitorialium pluribus modis.

Primò, quando quis comparet coram Episcopo, vel ejus Vicario, allegans se partem formalem: tunc enim contra partem comparentem procedi non debet: quia si actor habet personam certam, via ordinaria procedere tenetur, & cessat remedium extraordinarium censurarum ex supra allegatis. Ratio enim est, quia actor non debet sumere informationes de domo rei, *l. qui accusare, C. de eden.* & gloss. *in cap. G perpetuus, in verb. instrumentorum, ver. sed si instru-*

instrumenta, de fid. instrumen. tunc enim excepta parte, & ejus consilio ordinatur monitorium currere debere, quoad reliquas personas incertas.

24 Secundò, † licèt monitoriales concedi possint, tam ante litem cœptam, quàm post, extrad. per Naviz *sub eodem verb monitoria, colum. 7.* & Abb. *consil. 15 numer. 2.* potest tamen opponi exceptio rei judicatæ: quia post sententiam latam, quæ transitum fecit in rem judicatam, non sunt concedendæ, *ut l. si quis totum, §. planè, & §. ancillam, ff. de except. rei judicatæ, l. post. rem ff. de rei judicia.* & Bart *in constitut. ad reprimendum, in ver. denunciationem, numer. 15.*

25 Tertiò † obstat exceptio juramenti litis decisivi, quo oblato, & præstito, habet vim rei judicatæ, & litis finitæ, *capit. & si Christus, de jurejurand. l. 2. l. admonendi 5 & l. jusjurandum, ff. eodem tit.* & Bart. *in ead. const. ad reprim. in ver. denunciationem n. 16.* qua stante, litteræ monitoriales publicari non debent.

26 Quartò † potest opponi exceptio transactionis juratæ, ex qua oritur exceptio, prout ex jurejurando, & ex sententia gloss. *in ead. l. 2. ff. de jurejurand.* quàm sequitur Bart. *ibi nu. 2.* & in casibus, in quibus transigere licet, transactio impedit processum, Bart. post gloss. *in l. accusationis, num. 3. C. quod met. cau.*

27 Quintò † legitima præscriptione quilibet est tutus in foro conscientiæ, ne teneatur denunciare, etiam, si ea legitimè completa, mala fides superveniat, ut post gloss. & alios, Abb *in cap. vigilanti, num. 8.* & ibi Felyn. *post plures alios, quos citat, num. 11. de præscript.* Nam forum conscientiæ à foro contentioso, non differt, ubi canon disponit super certo, secus, ubi lex, vel canon procedit, præsumendo in materia, quæ verè scire non potest; quia, si veritas aliter se habet, illa sequenda est in foro conscientiæ, ut ibi per Felyn. *ver. & intelligo.*

28 Sextò, † potest opponi exceptio tua interest, si quis enim obtineret litteras monitoriales cum capitulis concernentibus bona, in quibus de interesse capitulantis non ageretur, non essent publicandæ, sicut nec in beneficialibus, si alter collitigantium litteras monitoriales obtineret, & non haberet canonicum titulum, quia tunc pars non tenetur propalare, sed posset comparere, & cursum monitorialium impedire, Navar. *in consil. mihi 7. numer. 1. de sentent. excomm. par. 2.* Et quòd solùm concedantur ad eorum instantiam, quorum interest, statuit Pius Papa V. *in litteris suprà num. 21. citatis.*

29 Monitoriales † hæc excommunicatis concedi non possunt, Abb. *in cap. novit, num. 32. in ver. additio. de jud.* & Neviz. *in syl. nupt. ubi supra nu. 47. vers. limita primò.* Eademque ratione Judæis non sunt concedendæ, quia cum in spiritualibus non ligentur lege canonica, & de eorum anima non curetur, *cap. gaudemus, de divort.* & Felyn. *in cap. Iudæi, il. 2. de Iud.* fruſtrà auxilium legis canonicè implorat, qui in eam committit, *l. auxilium,* & ibi Bart. *nu. 1. ff. de minor.*

30 Excommunicationes † graviores continentur in Bulla quotannis die Cœnæ Domini solemniter legi, & publicari solita, quarum unam, & viginti enumerat Navar. *in Manual. cap. 27. à num. 55. usque ad numer. 74.* viginti autem Card. Tole. *in inst. sacer. lib. 1. c. 19. usque ad cap. 30.* &

Greg.

Greg. Sayr. *in Thes. cas. conscien. lib. 3. à cap. 4. usque ad cap. 25. tom. 1.* qui in eodem Thes. super Bull, Clem. Pap. VIII. optimè scripsit super qua, & ego de his, quæ frequentiùs in foro contentioso deducuntur, sum scripturus.

31 Primò † enim dictam excommunicationis sententiam incurrunt plura genera personarum, nempè omnes calviniſtæ, hugonotti, anabaptiſtæ, lutherani, huſſitæ, zvvingliani, pomerani, caroloſtadiani, ac alij omnes, & ſinguli hæretici, quibuſcunque nominibus nuncupentur, & cujuſcunque ſectæ exiſtant, *& de quibus in l. Arriani, & in auth. gazaros, C. de hæret. & manich cap. fin. 24. quæſt. 3.* illiſque credentes, ac eorum fautores, & receptatores, ac ſchiſmatici, *ut in eadem Bull. Clem. Pap VIII. num. 1.* per Navar. *eodem manual. cap. 27. num. 55.* Graff *deciſ. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. nu. 10.* Card. Tolet. *in conſtruct. ſacer. lib. 1. cap. 19. verſ. tertium genus,* & Sayr. *in Theſ. caſ. conſc. c. 5. lib. 3 tom. 1.*

32 Credentes † autem dicuntur, qui credunt hæreticorum erroribus, & hæreſibus, qui ſunt etiam de jure communi excommunicati, *ut cap. excommunicamus, 1. §. credentes, de hæret.* & alij de quibus per Graff. *in deciſ par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 28.* Fautores dicuntur, non quicunque illis favent, eos pecunia ſublevant, aut eos recipiunt quocunque modo, ſed qui hæc illis præſtant, prout hæretici, aut ſchiſmatici ſunt, *ut cap. accuſatus, §. Sacerdotes, de hæret. in 6.* Sunt autem fautores in duplici differentia, Archid. *in cap. quicunque, de hæret. in 6.* & Palud. *in 4. ſent. diſtinct. 13. quæſt. 3.* Quidam omiſſione, ut, qui cùm ex officio teneantur, non tamen illos perſequuntur, incarcerant, aut puniunt, *ut cap. ad abſolvendam de hæret.* Quidam verò commiſſione, ut, qui verbis, litteris, aut factis favent, tanquam hæreticis Receptatores dicuntur, non ſolùm, qui frequenter, ſed etiam, qui ſemel recipiunt hæreticos, ſcientes eos eſſe tales, atque occultant, ne ab Inquiſitoribus inveniantur, aut utè manibus juſtitiæ evadant, *l. 1. & 2. ff. de recept. cap. excommunicamus, & credentes, de hæret.* Et occultantes, ſeu facultatem effugiendi dantes, præter anathematis, aliaſque pœnas, etiam læſæ Majeſtatis rei, dominijs, dignitatibus, honoribus, & feudis ſunt privati, alijſque pœnis obnoxij, *de quibus per conſtit. Pij V. de fi de protegendis in Bull. Rom. c. 83.*

33 Schiſmatici verò † ſunt, qui in animarum ſuarum periculum ſe à Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, ſeu quomodolibet recedere præſumunt, ut per eundem Navar. *in eodem capit. 27. numer. 56. in fin.*

34 Schiſma † autem, & hæreſis diſtinguuntur ſecundum ea, quibus utrumque per ſe, & directè opponitur; hæreſis enim per ſe opponitur fidei, ſchiſma autem unitati Eccleſiæ charitatis: & ideò ſicut fides, & charitas ſunt diverſæ virtutes, (quamvis quicunque caret fide, careat charitate,) ita etiam ſchiſma, & hæreſis ſunt diverſa vitia. Sanct. Thom. *2. 2. quæſt. 39. art. 1. ad. 3.* & S. Hier. *in ep. ad Galatas, relatus in c. inter hæreſim, 24. quæſt. 3.* inter hæreſim inquit, & ſchiſma, hoc eſſe arbitror; quod hæreſis perverſum dogma habeat, ſchiſma propter Epiſcopalem diſceſſionem ab Eccleſia pariter ſeparat; qui enim ab Epiſcopo ſuo diſceſſit, nolens ei obedire in ijs, quæ Dei ſunt, imò contra eum contumacia rebellis

bellis existit, & cum alijs seorsum gregem facit, schismaticus appellatur, Archid. *in c. inter schisma, numer. 2. 24. quæst. 3.* & differunt, quia omnis hæreticus est schismaticus, sed non è contrà, ut per gloss. *in eo. cap. inter hæresim*, & Navar. *eo. capit. 27. numer. 57.* Comprehenduntur sub eadem excommunicatione: Primò quidem scienter legentes, aut tenentes, vel imprimentes libros hæreticorum, seu eos defendentes, ne ad Inquisitorum manus deveniant. Secundò, se subtrahentes ab obedientia mandatorum Apostolicæ Sedis, licet schismatici non sint.

Secundò in eandem excommunicationis sententiam incidunt omnes ad universale futurum concilium appellantes: ijque, quorum auxilio, aut consilio fuerit appellatum; *per eandem Bull. Cœn. Dom. Clem. Pap. VIII. nu. 2.*

35 Appellatio enim est provocatio à minori ad majorem judicem, & non valeret consuetudo, quòd à majori ad minorem appellaretur, gloss. *in cap. non putamus, in ver. officiali, de consuetud. in 6.* & esset contra naturam appellationis, Felyn. *in rubr. de appell. circ. princ.* Ideò videmus, quòd à sententia præfecti prætorio non appellatur, *l. 1. ff. de off. præf. præt.* Nec etiam à Principe, vel Senatu, *ut l. 1 ff. à qui appell non lic.* & cùm Papa sit suprà concilium ex alibi deductis, ad inferiorem appellari non potest.

36 Tertiò † fertur dicta excommunicatio contra omnes piratas, latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui in mari à monte Argentario, usque ad Terracinam discurrentes, eos, qui in illo navigant, deprædantur, mutilant, interficiunt, rebusvè, & bonis suis spoliant. Omnesque receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel favorem, ut per Navar. *dict. cap. 27. numer. 59.* Sayr. *in Thes. cas. consc. lib. 3. cap. 7. numer. 7. & dict. Bulla Cœnæ Domini num. 3.*

37 Navigantes † enim sunt quasi miserabiles personæ, Abb. *in c. excommunicationi, numer. 3. de raptor.* & propterea Ecclesia eos defendit, Graff. *decis. aur. c. 18. num. 64 par. 1. lib. 4.*

38 Quartò † contra rapientes bona Christianorum naufragantium, *ut in eadem Bull. Cœnæ Domini, num. 4.* Cajet. *in c. 23. in vers. excommunicatio*, & Navar. *in Manual. cap. 27. numer. 118.* Etiam de jure communi rapientes bona naufragantium incidunt in sententiam excommunicationis ipso facto, *dict. cap. excommunicationi*, & ibi gloss. *in vers. subjacere, de raptor.* & etiam de jure civili bona naufragantium rapientes pœnam incurrunt, *ut in l. 1. & 3. ff. de incend. ruin. & naufr.*

39 Quintò † imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes præterquàm in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis, eandem sententiam excommunicationis incurrunt, *ut in eadem Bull. numer. 5.* Navar. *dict. cap. 27. num. 71.*

40 Sextò † fertur dicta excommunicatio contra falsificantes litteras Apostolicas etiam in forma Brevis, ac supplicationes gratiam, & justitiam concernentes, & falso fabricantes litteras Apostolicas in eadem forma Brevis, falsòque signantes supplicationes sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut eorum vicegerentium, *ut in eadem Bull. Cœnæ Domini, num. 6.* Navar. *eodem. capit 27. numer. 62.* Tolet. *ubi suprà, c. 22. circ. princ.* & Sayr. *in*

Thes. cas. consc. eodem lib. 3. cap. 10. numer. 1. & 2.

41 † Sub nomine autem falsariorum hoc casu comprehenduntur, qui radunt veterem scripturam. Qui aliquid novi scribunt in litteris prædictis, qui secant, lavant, radunt, aut conglutinant papirum ad falsificationem earum. Qui Bullam plumbeam de veris litteris extrahunt, aut litteris falsis illam affigunt; facientes Bullas sub plumbo falsas; artifices, seu fabri Bullarum, qui illas alicui privato donant, aut vendunt, ad faciendas litteras falsas. Qui falsificant annulum Piscatoris, omnesque similia facientes, aut quorum auctoritate fiunt. Sayr. *eodem c. 10. nu. 10.*

Non tamen incurrunt hanc censuram falsificantes litteras congregationis Cardinalium Legatorum à latere, Nunciorum Apostolicorum, seu litteras Pœnitentiariæ, aut Episcoporum, Navar. *in eodem cap. 27. nu. 62.* Graff. *dict. c. 18 num. 96.* Tolet. *eodem c. 22. vers. primùm est,* & Sayr. *eodem c. 10. nu. 9* quia illæ non sunt litteræ Papæ, & ex diversis non fit illatio, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* graves tamen pœnas juris incurrunt.

42 Septimò † dictam excommunicationem incurrunt deferentes arma, & alia usui bellico idonea ad infideles, & hæreticos in damnum Catholicæ religionis, & certiores illos facientes de rebus ad rempublicam Christianam pertinentibus, *ut per eandem Bull. num. 7.* Navar. *dict. cap. 27. num. 63.* Quæ enim personæ in hanc censuram incurrant, & quæ ad infideles deferri prohibeantur plenè scripsit Card. Tolet. *in eodem lib. instruct. sacerd. c. 23. lib. 2.* Hæc autem prohibitio est antiqua de jure Cæsareo, quo prædicta committentes graves pœnas incurrunt, *ut l. cotem, ff. de publ. l. 1. C. quæ res export. non deb. & l fin. C de pœnit.* Jure quoque canonico etiam ab antiquo fuerunt præmissa prohibita, *ut in c. ita quorundam, c. quod olim, c. ad liberandum, de Iudæ, & c. multa mentis, in extravagan. com. eod. tit.* Sed hæc excommunicatio antiqui erat juris, non autem Bull. Cœn. ut per Tolet. *ubi supra c. 24. vers. tertiò subministrantes.*

43 Octavò † in eandem excommunicationem incurrunt, impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam convehunt, vel ne ad Romanam curiam adducantur, seu afferantur, prohibent, impediunt, aut perturbant, *ut in eadem Bull. Cœnæ Domini, num 8.* Navar. *eodem c. 27. num. 64.* Et hoc est sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in suis victualibus, & in aliis ad usum curiæ Romanæ necessariis, ut post Cajet. *ver. excommunicatio, c. 19.* tenet Sayr. *in Thes. cas. consc. lib. 3. cap. 12. num. 2. tom. 1.* Extenditur enim dicta excommunicatio ad omnes etiam, qui Pontificiali, vel Regali dignitate, aut alia qualicunque ecclesiastica, vel seculari fulgeant, ut inquit, Card. Tolet. *eodem lib. 1. cap. 25. vers. tertiò eorum.* Non tamen comprehendit eos, qui actiones supra expressas faciunt, nisi id attentent animo impediendi, ne hæc ad Romanam curiam adducantur. Unde, si Gubernator alicujus civitatis consulens patriæ utilitati, & abundantiæ prohiberet, ne quis extraheret de civitate, aut Provincia fruges, quamvis inde sequeretur, quòd ad curiam Romanam deferri non possent, vel tempore, quo pestis in curia grassaretur, inhiberet suis, ne quis iret ad curiam hujusmodi periculo durante, domum reversurus; exspoliantes aliquos

aliquos pecuniis tantum, aut assassini officio utentes, vel ob particularem inimicitiam impetentes aliquem deferentem victualia, merces, & similia alicui particulari personæ ad vendendum, vel donandum, non incidunt in Bullam Cœnæ Domini, ut per Sayr. *eodem capit. 12. numer. 4.*

44 Nonò † incurrunt vexantes in curia Romana morantes, aut venientes ad eam, vel ab ea recedentes, seu eos aliorum opera interficientes, mutilantes, spoliantes, capientes, detinentes, *ut per eandem Bull. num. 9.* & de quibus per Navar. *eodem cap. 21. num. 65.* & nomine curiæ non intelligitur Roma, seu cives Romani, sed Sedes, & curia Apostolica; adeò ut oporteat, quòd personæ offensæ vadant ad Sedem Apostolicam, aut ab illa recedant, seu in curia morentur, ratione, & intuitu negotiorum in curia agendorum, ut per Cajet. *in verb. excommunicatio, c. 14.* Navar. *eodem nu. 65.* & Card. Tolet. *in expositione ejusdem Bul. § 7. dub. 1.* Ad incurrendum autem dictam pœnam requiritur, quod offensa sequatur in personam accedentem, vel commorantem in curia, seu ab ea recedentem negotiorum, & non alia de causa: nec incurrit, qui in rixa aliquem occidit, vel offendit, ut per Navar. *ubi suprà* & Sayr. *eodem lib. 3. c. 13. num. 3.*

45 Appellatione enim morantium in curia, dicuntur curiales, qui ratione curiæ Pontificiæ Romæ sunt, vel alibi cum ipsa curia aliò migrante, sive mediatè, sive immediatè Pontifici inserviant, sive sint cum Cardinalibus, vel Episcopis, qui adsunt curiæ. Vnde Romani cives, & alij, qui alijs de causis Romæ sunt, non dicuntur morantes in curia, Cajet. *in verb. excommunicatio*, & Tol. *eodem lib. 1. cap. 25. vers. aliud dubium.*

46 Decimò eandem † pœnam incurrunt vexantes Romipetas, seu peregrinos ad Vrbem devotionis, seu peregrinationis causa accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem, *ut in ead. Bull. Cœn. Domini nu. 9.* Tolet. *eod. c. 25. ver. excommunicatio decima,* & Sayr. *d. lib. 3. cap. 14. nu. 1. & 2.* Et ad dictam excommunicationem incurrendam, requiritur, ut offensus sit Romipeta, vel peregrinus, & accedat ad Vrbem Romam, ad visitandum limina Apostolorum, non autem causa curiositatis, licèt postea incidenter Apostolorum limina visitet: & quod offendens probabiliter sciat, offensum tendere Romam causa devotionis, ut per Navar. *eod. cap. 27. n. 66.* & Graff. *decis. aur. cap. 18. nu 114. par. 1. lib. 4.* eandemque pœnam incurrunt offendentes stantes, vel redeuntes.

47 Quia † privilegium datum ad eundum, intelligitur datum etiam ad morandum, & redeundum. *cap. quia diversitatem in fi. ext. de concess. præb. cap. statutum. §. proferendo. de rescrip. in. 6.* & Graff. *eod. n. 114.* Fuerunt enim etiam ab antiquo Romipetæ privilegiati, ita quòd illos offendentes excommunicationis sententia innodabantur, *ut cap. si quis Romipetas. 24. quæst. 3.*

48 Vndecimò, † offendentes sanctæ R. E. Cardinales, Sedis Apostolicæ legatos, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Nuncios, aut eos à suis diœcesibus, territorijs, terris, seu dominij ejicientes, eaque mandantes, vel rata haben-

tes, seu præstantes eis auxilium, consilium, vel favorem, *ut per d. Bull. Cœnæ Domini n. 11. Navarr. eod. cap. 27 nu. 67* & Sayr. *d. lib. 3. cap. 15 num. 1.* offendentes autem Cardinales graves etiam pœnas incurrunt, *de quibus in c. fœlicis. de pœn. in 6.* Quas Pius V. innovavit, statuens, ut quis etiam à nudo consilio, aut à simplici favore, quempiam, aut horum administratorum, vel consciorum conjurationis, sive conspirationis, aut commissi, committendive criminis in personam Cardinalis illorumve fautorum, receptatorum, vel occultatorum non excusetur, sed excommunicationis laqueo innodatus crimine læsæ majestatis reus, infamiamque ac omnes pœnas, *de quibus in dicto c. fœlicis* eo ipso incurrat, *ut in constit. Pij V. in Bull Rom. cap. 93.* offendentes quoque Episcopos graves etiam pœnas incurrunt; *de quibus in clem. si quis suadente de pœn.* & qui dictas pœnas incurrant tradit Sayr. *eo cap. 15 per tot.*

49 Duodecimò † eandem excommunicationis sententiam incurrunt qui per se, vel per alias personas ecclesiasticas, vel seculares quascunque ad Romanam curiam pro eorum negotijs, & causis recurrentes, ac illa in eadem curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumve gestores, advocatos, procuratores, & gentes, seu etiam auditores, vel judices super dictis causis, vel negotijs deputatos percutiunt, bonis spoliant, seu, qui per se, vel per alios, directè, vel indirectè, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur; cujuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint, *ut in ead. Bull. nu. 2.* & per Nav. *d. c. 27 n. 68.*

Qui † enim ex causa litis, vel negotij in curia Romana morantur, sunt sub protectione Sedis Apostolicæ, ut per Cajet *in ver. excommunicatio cap. 15.* Sed ad incurrendam dictam excommunicationem, hoc casu requiritur, ut læsio fiat intuitu negotiorum, aut causarum in curia Romana pendentium; alioquin, si ex ira, aut voluntate furandi, vel contracta aliunde inimicitia, dictæ injurias litigantibus, & alijs personis præfatis inferantur, in eandem excommunicationem non incurrunt. Cajet. *in verb. excommunicatio d. c. 15.* Armil. *in verb. excommunicatio 6.* & Graff. *decis. aur. c. 18. n. 118 par. 1. lib. 3.* qui autem dictam excommunicationem incurrant, tradit Sayr. *in d. lib. 3. c. 16. num. 2.* Et limitantur generaliter omnes actiones, propter quas dicta excommunicatio fertur, quando occasione, vel intuitu causarum, vel negotiorum fiunt, ut per Card. Tolet. *d. lib. 1. c. 26. vers. limitatur tamen.*

51 Decimotertiò † appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum ad judices seculares, quivè judices executionem earundem litterarum impediunt, & prohibent; ac statuunt, ne habeatur recursus ad Sedem Apostolicam pro litteris impetrandis, vel impetrata retinent, eandem excommunicationis pœnam incurrunt, *ut in ead. Bull. nu. 13.* Navar. *eod. cap. 27. num. 68.* & Graff. *d. cap. 18. num. 119.* Quæ autem personæ in dictam excommunicationis sententiam incurrant, & quando, diffusè ponit Sayr. *in eodem lib. 3. cap. 17.* Et nihil refert an dicta impedimenta fiant auctoritate publica vel privata, sive ecclesia-

cleſiaſtica, ſive ſeculari, ut per Navar. *dicto num. 68. verſ. declaratio prima*, & Sayr. *d. cap. 17. in fin.*

52 Decimoquartò † omnes, qui per ſe, vel per alios auctoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apoſtolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas ab auditoribus, & commiſſarijs Apoſtolicis, alijſque judicibus eccleſiaſticis avocant, illarumque curſum impediunt; ac ſe ad illarum cognitionem, tanquam judices interponunt.

53 † Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, ac faciunt ad revocandum, ac revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolvi per ſtatutum, vel alias compelluntur, &c. Et quia Navar. hanc clauſulam difficilem, & obſcuram intactam abſque aliqua expoſitione reliquit, ut inquit Vivald. *in Candel Aur. ſuper explanatione ejuſdem Bull. Cœn. Domini ſaſ. 14. nu. 99.* Animadvertendum eſt, quòd pluribus modis judices eccleſiaſtici à laicis ad revocandas inhibitiones ſententiaſque, cenſuras, & pœnas compelli dicuntur.

54 Primò † per ſtatuta, edicta, vel decreta laicalia, *ut in Bull. Cœn. Domini nu. 14.* ibi per ſtatuta vel alias compellunt. Et ſtatuta hujuſmodi ſunt nulla de jure etiam Cæſareo *auth. caſſa*, & ibi Bart. *C. de Sacroſanct. Eccleſ. & de jure canonico* ut per Abb. *in cap. adverſus num. 2. 7. & 11. de immunitat. Eccleſ.*

55 Facientes autem † ſervare ſtatuta, & conſuetudines introductas contra Eccleſiæ libertatem, niſi ea infra duos menſes fecerint amoveri, ſententiam excommunicationis incurrunt, *ut ca. noverint, de ſentent. excom.* & non ſufficit eorum caſſatio, ſed debent aboleri, & cancellari de volumine, ut per Bart. *in d. auth. caſſa, in fin.* Felin. *poſt alios in cap. Eccleſia S. Mariæ num. 109.* quem refert, & ſequitur Card. Tolet. *in lib. 1. inſtr. ſacerd. cap. 37. verſ. adverte autem*, & Bull. Cœn. Do-

56 mini per ſe patet *ſub num. 20. ver. declarantes*, † ibi, ac quoad eos, qui contra eccleſ. libertatem, ut præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi priùs ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, prærogativas, & decreta hujuſmodi publice revocaverint, & ex archivijs ſeu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & caſſari; ac nos de revocatione hujuſmodi etiam certiores fecerint: abſolutiones eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari, quin etiam per hujuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocunque tempore continuata, in præmiſſis omnibus, & ſingulis quibuſcumque juribus Sedis Apoſtolicæ, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ undecumque, & quandocumque quæſitis, & quærendis, nullatenus præjudicare poſſe, ac debere.

57 † Et illa verba, in præmiſſis omnibus, & ſingulis in fine Bullæ poſita, ſunt relativa, quæ comprehendunt omnia in Bulla narrata, quibus quoviſmodo præjudicari non poteſt, *l. aſſe toto*, & ibi

Bart. ff. de hæred. inst. Ruin. cons. 131. num. 1. vol. 2. & Gabr. cons. 75. nu. 8. vol. 1.

58 Secundò, † judices ecclesiasticos carcerando, vel quocumque quæsito colore arrestando, unde libertas ecclesiastica læditur, & deprimitur, cum hoc timore perterriti non audeant, quandoque judices ecclesiasticam jurisdictionem liberè exercere, sed ipsa jurisdictio restringatur contra verba expressa Bullæ, ut num. 15.

59 Tertiò, † qui non tantùm judices, seu Prælatos Ecclesiasticos carcerant, arrestant, vel alijs pœnis afficiunt, sed etiam, qui eadem de causa fratres, nepotes, aut alios consanguineos, vel affines Prælatorum, & judicum ecclesiasticorum, eisdem, vel similibus pœnis etiam privationis bonorum, dignitatum, & officiorum, aut exilij afficiunt. Quemadmodum Henricus Angliæ Rex, & Magistratus illius Sancti Thomæ Cantuariensis propinquos affecit, ut scripsit Ioannes Carnot. Episc. in martyr. ejusdem Sancti Thomæ. Metus enim illatus consanguineis clerici, habetur pro illato ipsi clerico quo ad intimidandum clericum, cap. sciant cuncti de elect. in 6. Felyn. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 99. vers. nemo unquam de constit. & meliùs in cap. litteras, nu. 20. vers. ex quo infert de præsumpt. & Bald. in quæst. de schismat. num. 13. Quoniam injuria facta consanguineo, mihi facta videtur, gloss. in clem. 2. in verb. quomodolibet, de sentent. excommunic. Felyn. in cap. Petrus in princip. de homicidio, & Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi num. 18. ff. de nou. op. nunc. prout injuria facta fratri alijs fratribus facta videtur, Decian. respons. 34. num. 60. volu. 4. & injuria facta uni de agnatione censetur facta omnibus l. lex Cornelia, & ibi Bart. in princip. ff. de injur. & Alexan. cons. 24. num. 19. lib. 2.

60 Nam † videmus, etiam animalia irrationalia timere percussiones, quæ ipsorum causa alijs inferuntur, siquidem in civitate Florentiæ præter alias extraneas feras, leones custodiuntur, qui licèt omnium ferarum sint atrociores, mansuescunt tamen, ac domantur, dum coram se vident canem aliquem verberari, ut experientia docet. Ideò, qui in odium Prælatorum, seu judicum Ecclesiasticorum, consanguineos, vel affines eorundem, aut aliorum clericorum carcerant, percutiunt, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus spoliant, seu aliàs injustè persequuntur & gravant, sunt ipso facto sententia excommunicationis innodati, dicto capit. sciant cuncti, & ibi. gloss. in verb. consanguineos, de elect. in 6. clem. 2. juncta gloss. in verb. quomodolibet, ubi etiam Abb. nu. 8. de sentent. excommunicat. cap. quoniam junct. gloss. in verb. propinquorum, de immunit. Eccles. in 6. & cap. quicumque, ubi etiam gloss. quæ tuetur quoque familiares in verb. suorum consanguineorum, & familiarium, & ibi Dom. & Fran. de sentent. excomm. eod. lib. & Barb. in cap. licet, colum. 15. de probat. Talia enim committentes, & committi mandantes tacitè, & i directè lædunt, & deprimunt, ac restringunt libertatem ecclesiasticam, quia non omnes, quemadmodum Sanctus Thomas Cantuariensis, qui non respexit carnem, & sanguinem, pericula propinquorum non curant; sed quamplures, ut temporalia consanguineorum, seu affinium damna

damna hac de causa imminentia evitent, ecclesiasticam immunitatem non sustinent.

61 Vnde, † qui sunt causa, in eandem excommunicationem incidunt, *ut in eadem Bulla Cœnæ Domini n. 15.* & Navar. *in manual. cap. 27. num. 70.*

Taciti enim & expressi eadem est virtus, *l. cum quid* & ibi Bar. *num. 4.* & Ias. *num. 5. ff. si cert. pet.* Aut qui executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium processum, & decretorum prædictorum quomodolibet impe-
62 diunt, † vel suum ad id consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad Papam informandum, ut aiunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint; nisi supplicationes hujusmodi coram Sede Apostolica legitimè prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes, cancellariarum, consiliorum, Parlamentorum, cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, Ordinarij vel extraordinarij quorumcumque principium sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque fulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint, *ut in eadem Bulla Cœnæ Domini, nu. 14.* & ibi Navar. *num. 69.* Sayr. *in Thes. cas. cons. eodem lib. 3. cap. 18. num. 1.* & Grass. *etiam. cap. 18. eod. lib. 4. num. 124.*

63 Causas † in quibus judices laici se ingerere non debent, & personas speciales, quæ hoc capite continentur, plenè scripsit Sayr. *eodem cap. 18. num. 2.* Et cùm verb. Bullæ Clemen. Papæ VIII. *num. 14.* satis sint clara, quænam personæ comprehendantur, non est opus recurrere ad argumenta, quia in claris non est opus conjecturis, *l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. obl.* & Jas. *in l. plane, §. si eadem, nu. 4. ff. de leg. 1.*

64 Nec † obstat, si dicatur, quòd hujusmodi insequentes quandoque sint tolerati, & non evitentur; quia inde non sequitur eos non esse excommunicatos, ut per Navar. *in dicto capit. 27. num. 35. vers. nota primò, & in cons. 15. numer. 2. de hæret. par. 2 lib. 5.* sed sunt excommunicati ex supra deductis.

Ad dictam tamen pœnam incurrendam requiritur, ut à judicibus, & magistratibus prædicta auctoritate fiant, Navar. *eodem c. 27. n. 71. vers. declaratio prima,* & eandem incurrunt Prælati ecclesiastici avocantes causas à delegatis Apostolicis, ut per Sayr. *dict. c. 18. nu. 5.*

65 Et † nullo casu possunt laici causas ad forum ecclesiasticum spectantes, ad eorum tribunal trahere, cum nec sub prætextu violentiæ prohibendæ, cui per supplicationem potest provideri; ut per eundem Sayr. *ubi supra numer. 6 & 9.* Opinionem, quòd laici clericos ad forum seculare trahere, & in causis ecclesiasticis se intromittere possint, quàm in pluribus Covar. *lib. practic. quæstion. quæst. 35.* & alij quos refert Azor. *in 1. par. instit. moral. lib. 5. cap. 12. vers. quæri solet,* sustinere conantur; intrepidè tenet idem Azor. subsistere non posse.

66 Spiritualis enim in pertinentibus † ad fidem, & ad salutem animæ, ac in rebus, quæ ad bonum universale Ecclesiæ pertinent, de potestate seculari judicare potest: cui consequens est, in hujusmodi personis, & causis ecclesiasticis potestatem ali-

laicam se nulla ratione interponere debere, aut posse, ut fuit à Rot. decisum *ut infra sub numer. 91. 92. & 95* Farinac. *in prax. crimin. cap. 8. numer. 18. & n. 28.* Ac propterea contrafacientes à Papa excommunicationis vinculo meritò, ac justè feriuntur, ut per Sayr. *ibidem, numer. 8. vers. primo quidem & num. 9.* Et quòd, neque in casu neglectæ, vel denegatæ justitiæ, nec timore violentiæ licitum sit clericos ad judicium seculare vocare, probat text. *in c. qualiter, & quando, in fin & ibi gloss. final.* Host. *num. 3.* Abb. *antiq.* & Io. Andr. *n. 1.* Abb. Panor. *num. 8. & num. 3. & alii communiter, de jud:* colligentes differentiam inter judicem secularem, & ecclesiasticum, & † quòd, cum judex ecclesiasticus sit major, & superior, possit secularis judicis negligentiam supplere, & illum corrigere, *ut c. extranssissa, c. licet, & cap. ex tenore, de for: comp.* post plures alios quos citat, probat Azor *dict. par. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 12, vers. sed dubitari, ibi, sed neque in casu.*

67

68 Spirituales † causæ sunt: beneficiales, & decimarum, de quibus supra; matrimoniales, *cap. accedentibus, de excess. prælat. &* concil. Trident. *can 12. de sacr. mat. sess. 24.* hæreticorum, & de hæresi suspectorum, *cap. ut inquisitionis, §. prohibemus. de hæret, in 6.* sortilegorum, superstitionum, usurarum, astrologorum, & aliorum, *de quibus in constit. Sixti Papæ V. in 2. par. Bull. cap. 21. §. ac perpetuo,* censurarum ecclesiasticarum, conc. Trident. *cap. 3. §. nefas autem, sess. 25. de reform.* causæ clericorum *dict: cap. si diligenti, de for. comp.* & Abb. *in cap. 1. numer. 1. eod. tit.* simoniacorum, ut per gloss. *in c. cum sit generale, de for. comp.* legitimitatis, an quis sit ex legitimo matrimonio natus; jus sepulturæ, & aliæ, *ut c. tuam, de ord. cogn. cap. lator. cap. causam, quisil. sing. leg.* & Azor *in lib. 1. inst. moral. cap. 14. in princ. par. 1,* & aliæ de quibus per Sigism. Scac. *in tract. de jud. caus. civil. crimin. lib. 1. cap. 11. num 50 & 51.* & Farinac. *in prax. crim. quæst. 8 num. 20.*

69 †Et regulariter judex ecclesiasticus potest cognoscere de criminibus laicorum, quando crimina sunt adinuenta de jure canonico, seu habent originariam prohibitionem à canonibus non à legibus: vel, ubi reperitur à canonibus imposita pœna etiã laicis, *ut in cap. contra idolorum, 26. quæst. 10,* & Abb. *in d. cap. cum sit generale infin.* Et spiritualibus annnexæ, sub præsenti excommunicatione comprehenduntur.

70 Sunt enim spiritualibus † annexæ causæ juris patronatus. Graff. *decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 125.* & quæ à judicio censurarum dependent, ut sacrilegii, quod est crimen mixti fori. Felyn. *in cap. cum sit generale, num. 1. & 17. de for. comp.* Si pro eodem crimine judex ecclesiasticus promulgavit censuras, & laicus prætendit de eodem cognoscere: Aut si redditus, & proventus ecclesiasticos laicus usurpaverit, & propterea fuerit declaratus sententiam excommunicationis incurrisse; judex verò secularis prætendat causæ cognitionem ad ipsum spectare, *per cap. si clericus laicum, de for. comp.* nihilominus causæ cognitio ad ecclesiasticum spectat.

71 †Quia de connexis idem est judicium, *cap. translato. de constit.* quodque judex ecclesiasticus debeat etiam cognoscere de

de connexis excommunicationi, in terminis Neviz. *in syl. nupt. de lit. monit. libr. 3. num. 59.* facit text. *in l. quæ religiosis, ff. de rei vendi* Graff, *d. cap. 18. num. 125.* & Azor. *ubi sub. vers. causa quasi.*

73 † An autem excommunicatio legitimè, vel nè sit promulgata, aut publicata, ad judicem ecclesiasticum cognitio spectat. Conc. Trid. *cap. 3. §. nefas autem, sess. 25. de reform.*

73 Decimoquintò †in eandem excommunicationem incidunt judices seculares, qui 75 personas ecclesiasticas ad sua tribunalia, præter juris canonici dispositionem, trahunt, vel quomodolibet faciunt, unde libertas ecclesiastica tollatur, seu in aliquo lædatur, vel deprimatur, aut aliàs quovis modo restringatur; sive Sedis Apostolicæ, sive quarumcunque ecclesiarum juribus, quomodolibet, directè, vel indirectè, tacitè vel expressè præjudicetur. Sayr. *eod.* 74 *lib. 3. c. 19. n. 1.* †in hanc autē excommunicationem incidunt facientes, ordinantes, publicantes statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, & alia quævis decreta in genere, vel in specie, quibus libertas ecclesiastica tollitur, aut in aliquo læditur, vel deprimitur, aut restringitur; vel 76 Apostolicæ Sedis, aut quarumcunq; eccle siarum directè, vel indirectè, juribus præjudicatur. Et, qui dictis statutis, & decretis factis, & ordinatis contra prædictam libertatem ecclesiæ utuntur, ut per Sayr. *ubi suprà num. 3.* Et non solùm judices seculares dicta excommunicatione ligantur, sed etiam Prælati ecclesiastici, qui 77 instituuntur à Regibus, & Principibus ad causas hujusmodi: ut quando instituuntur Proreges, & Gubernatores Regni, vel Provinciæ, si ad forum laicale personas ecclesiasticas trahunt, *ut in eod. Bull. Cœn. Domini, n. 14.* & idem Sayr. *ubi sup. nu. 4.* Quinimò, animadvertere debent quoque Episcopi, aliique ecclesiarum Prælati, & sacerdotes, qui Regibus, & aliis Principibus in violanda ecclesiastica libertate consentiunt, sibi imminere etiam alias acerrimas pœnas, ut inquit. Maiol. *de admirnatu. reb. colloq 1. pag. 54. post. med.* & concil. Trident. *cap. 11. de reform. sess. 22.*

75 Excluduntur †tamen per illa verba, præter juris canonici dispositionem, ab hac censura, qui laica potestate personas ecclesiasticas in casibus à jure permissis, ad sua tribunalia trahunt, & plures sunt casus à jure permissi.

Primò enim in causa feudali, quando persona ecclesiastica fuit investita de feudo à domino seculari; quia tunc in causa feudi potest clericus per laicum trahi ad forum seculare, *cap. ex transmissa, & cap. verum,* & ibi Abb. *num. 17. de for. comp.* ecclesiasticæ enim personæ pro feudo, quod tenent à secularibus, illis juramentum fidelitatis præstare tenentur, *ut c. unic. §. verum, de stat. reg, in 6.*

Sed pro †feudis, quæ sunt de mensa ecclesiarum Episcopi, & alii Prælati, Papæ fidelitatis juramentum, de non alienando præstare debent, *ut in cap. 2. de feud. cum supra in cap. 10. deductis:* & alii inferiores in manibus Episcoporum, aut aliorum Prælatorum, & coram illis causas agere, *ut in eod. c. unic. §. Episcopi autem.*

77 Secundò †in causa reconventionis, quia clericus agens contra laicum coram judice seculari, potest ibi reconveniri, in causis tamen civilibus tantùm, licet, & hæc opinio apud me non careat difficultate ex-

allegatis per Abb. *in cap. at si clerici, à nu.* 79
20. *usque ad nu.* 26. *de jud.* & hanc dicit Felin. videri communem opinionem, quam tamen non firmat, *in eod. c. at si clerici, n.* 10. & communem, ac ab ipsa consuetudine approbatam testatur Card. Tol. *in instruct. sacerd. c.* 27 *vers, tertius est.* Quam opinionem puto veram pro compensatione facienda vsque ad summam petitam, secus autem, si clericus petat decem, & laicus 80
reconveniat pro centum: & dicta opinio recipit etiam quatuor notabiles fallentias. Quarum prima est, si laicus procurasset in fraudem à clerico conveniri, Secundò, quando reconventio tangeret causam spiritualem, vel illi annexam, Tertiò in causa criminali. Quartò respectu districtionis personæ, quia laicus in personam clerici manum apponere non potest Et ita distinguit Felin *in eod. cap. num* 10. Quæ reconventio in causis civilibus procedit, & habet locum quando clericus agit nomine proprio; secus si ageret nomine ecclesiæ, & reconveniretur nomine proprio, quia, cùm illa reconventio sit super diverso facto, fieri non potest, ut post alios tenet idem Felin. *eod. numer.* 10. *vers. & primo limita.*

78 Tertiò † si clericus amisit privilegium fori; ut, quando sacris minimè est initiatus & nullum obtinet beneficium, aut cleri- 81
calem habitum, & tonsuram non defert, nec alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi inservit, seu in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos non versatur; quo casu privilegio fori non gaudet, concil. Trident. *in cap.* 6. *de reform. sess.* 23.

Quartò, † quando clericus propter aliquod flagitium grave degradatur, & traditur curiæ seculari, quia, tanquam exutus privilegio clericali, foro seculari per consequentiam applicatur, cùm ab ecclesiastico fuerit projectus, *ut in cap. cum non ab homine, de jud. cap. novimus, de verb. sign.*, & Tolet. *eod. c.* 27. *vers. secundus quando.*

Quintò † si lis erat cœpta cum defuncto laico, cui succedit clericus, quia tunc tenebitur clericus se defendere coram judice seculari, secundum Barb. *cap. quia vnica, num.* 45. *de jud.* & Paul. de Castr. *in l. hæres absens, num.* 4. *eod. tit.* quamvis hanc opinionem falsam teneat glos. *in cap. clericum nullus,* 11. *quæst.* 1. quam gloss. opinionem puto veriorem: eandem etiam tenet Bart. *in l. hæres absens, n.* 1. *ff. de jud.* quem post Anton. de Burt. per ipsum citatum sequitur Abb. *in cap. quia* 5. *num.* 12. *eodem titul.* quoniam hoc casu non procedit regula, *l. ubi cœptum, ff. de judiciis,* quia cum clerico non fuit cœptum, & semper obstat, quòd clericus judicio laici se submittere non potest, *ut cap. si diligenti; cum aliis suprà allegatis.* Et in quibus clericus coram judice seculari possit conveniri. trad. gloss. 11. *quæst.* 1. *in sum.*

Libertas † autem ecclesiastica, quam violantes in dictam excommunicationem incurrunt, ea est, quam habet Ecclesia universalis in se, suisque membris, in spiritualibus, & temporalibus concessam à Deo, de quâ per Innoc. *in cap. noverit, num.* 1. & 2. & ibi Abb. *num.* 2. *de sentent. excommun.* Bald. *in l. privilegia, n.* 1. *C. de sacr. sanct. eccles.* Io. Lup. *in tract. de libert. eccl. par.* 2. *quæst.* 11. *numer.* 2. Dec

in auth. casu. num 20. eod. tit. de sacr. sanct. Eccles. & ibi Bar. *num. 3. & 5.* Bos. *de princip. & privileg. num 220.* Silvestr. *in ver. immunitas* §. 2. *num. 1.* Lap. *alleg. 92. numer. 1. & seq.* Navar. *in cap. 27. numer. 119. vers. quinta quod.* S. Ant. *in 3. par. tit. 25. cap. 17.* Card. Tol. post alios *in lib. 1. instruct. sacerd. cap. 17. vers. libertas autem, sub num. 12.* & Sayr. *dict. cap. 15. num. 9. vers. sic etiam.*

82 † Clerici autem, ut superiùs dictum fuit, privilegium fori habent à Deo, *ut cap. 86 si Imperator. 96. dist.* & Innoc. *in cap. 2. num. 1. de major. & obed.* Statuta igitur, quæ cadunt in derogationem dictorum privilegiorum contra libertatem ecclesiasticam esse dicuntur, idque locum habet: etiam si indirectè sint contra dicta privilegia, *cap. quanto,* & ibi Abb. *num. 2. de privil. cap. fin. de immun. eccles. in 6.* & Tolet. *loco proximè citato,*

83 Statutum ad hoc, ut sit † contra libertatem ecclesiæ, non requiritur, ut sit contra 87 omnes ecclesias mundi, sed sufficit, quòd tendat in præjudicium particularis ecclesiæ, circa id, quod competit omnibus, quemadmodum lædere Episcopum est facere contre libertatem eceleſiæ, licèt non lædat omnes, *cap. significasti, de elect: cap. olim, de injur.* Lap. *alleg. 92. num. 6.* & Tol. *eod. cap. 37. vers. adverte etiam:* & quæ dicuntur de statuto

84 † procedunt, & habent etiam locum in ordinationibus, constitutionibus, seu quibusvis decretis, *ut in Bull, Cœnæ Domini, num. 15.* & Sayr *in Thes. cas. consc. lib. 3. cap. 19. tom. 1,*

Decimosextò † in eandem excommunicationis sententiam incurrunt impedientes Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos, & Ecclesiasticos judices ordinarios, ne jurisdictione sua contra quoscunque vtantur, & recurrentes ad curias seculares, vel aliàs elidentes, sententias judicum ecclesiasticorum, tàm ordinariorum, quàm delegatorum procurantesque à curiis secularibus prohibitiones, aut mandata etiam pœnalia contra sententias Ordinariorum aut delegatorum, decernentesque hujusmodi mandata, aut prohibitiones, & ea exequentes.

Ac † præterea dantes auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in prædictis. *ut per eadem Bull. Cœn. Domini, n. 6.* Sayr. *eod. lib. 3. cap. 20.* & Concil. Trident. sacros canones, concilia generalia, aliasque Apostolicas sanctiones in favorem ecclesiasticarum personarum, & libertatis ecclesiasticæ, ac contra violatores editas innovavit, & ab omnibus exactè observari mandavit, *ut in eod. cap. 20. §. decernit itaque, de reform. sess. 25.*

Absolutionem † autem, vel revocationem sententiæ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vi, aut metu consequentes, absolutio est ipso jure nulla & novam excommunicationem incurrunt, *ut cap. ult, de his quæ vi. met. vet. caus. in 6.* Navar. *in cap. 27. num. 125.* & Sayr. *in Thes. cas. consc. eod. lib. 3, cap. 34. nu. 11. & 12.*

88 Si verò † aliquis ecclesiasticus ad tribunal seculare contra secularem recurreret, tunc reo illum coram eodem tribunali reconvenire, & jura sua tueri liceret, *argum. cap. prudentiam, de mut. petit* & Sayr, *eod. cap. 20. numer. 4. vers. secundum est,* & hoc casu procedere possunt deducta per Covar. *in libr. practic. quæst. cap. 35. per totum.*

89 Quia † aliàs allegata per ipsam in pluribus repugnant, cum jure divino, à quo sacerdotes habent privilegium fori, *c. si imperator, 36. distinct.* quod etiam habent de jure canonico, *c. at si clerici, de jud. c. si diligenti de for. comp.* & Covar. *dict. c. 35. nu. 1. vers. primum etenim*, & de jure civili, *ut in authen. cassa*, & ibi Bar. *C. de sacr. sanct. Eccles.* & Card. Baron. referens legem Honorij Imperat. *in lib. Ann. Eccles. tom. 5. anna. 412 pag. 341.*

90 Præsertim † enim in pluribus pugnant allegata per Covar. *in dict. c. 35* cum conc. Tridentin. *cap. 20. de reform. sess. 25.* & cum Bull. Cœn. Domini, in quam contravenientes incidunt, ex suprà deductis, absolutione Papæ duntaxat reservata, ut per Navar. *dict. cap. 27. numer. 73. ver. cæterum.* Leges regiæ nempè, *5. tit. 1. ordinat. & lib. 2. regalium Franciæ*, & aliæ per Covar. allegatæ *in eodem c. 35.* ultra quòd sunt leges particulares dictorum Regnorum, quæ non constituunt jus commune, sunt expressè contra dictam authen. *cassa*; quæ 91 non solùm habet locum per Italiam, ut videtur annuere textus, sed est generalis in toto mundo, ut post gloss. *ibi in verb. per totum* Bar. *num. 2.* & sic sunt nullæ, & contra verba concil. Trident. & dict. Bullæ in Cœna Domini, ut optimè scripsit Azor. *in 1. par. instit. moral. c. 12. vers. sed dubitari, lib. 5.* Et licet verba textus Bull. *de quibus supra, num 83 & numer. 84.* sint satis clara, etiam tamen comprobantur, & declarantur decisionibus Rotæ in Candelabro aureo nuper impressis, super explanatione ejusdem Bull. *cas. 16. nu. 249. & num. 250.* tenoris sequentis:

91 Anno 1595 Lunæ 10. Aprilis, † Oscen. Pœnitentiariæ coram R. Blanchetto, nunc S. R. E. Cardinali Domini dixerunt, sententiam absolutoriam ultimo loco latam in tribunali criminali ad favorem Pauli sustineri non posse.

Nam de jure communi, & ex Bulla in Cœna Domini recursus in causis ecclesiasticis ad judices laicos est prohibitus, *cap. noverit, & cap. grave, de sentent. excommun. & dicta Bulla*, §. 16. & committitur sacrilegium. Cajet. *in sum. in vers. excommunicati, cap. 30. & sequ.* nec excusari potest, ex traditis per Covar. *pract. quæst. cap. 35. numer. 3.*

92 Nam, † etsi judex ecclesiasticus malè procedat, non potest Judex secularis, cujus est minor potestas, supplere negligentiam ecclesiastici, qui tum potestate, tum auctoritate ipso est major, ut declarant omnes doctores *in cap. qualiter, & quando, de jud. videlicèt.* Ioann. Andreas, & Abb. *antiqu. num. 1.* Collect. *in fin.* Card. *in fin.* Anchar. *num. 5.* Butr. *num. 8.* Abb. *nu. 7.* Imol. *n. 7.* Barb. *num. 23.*

93 Sed † illius negligentiam ecclesiasticus supplet. *c. ex transmissa, c. licèt, cum sequ. de for. comp.* Superioritatem autem jurisdictionis probant, *cap. solite, de major. & obedient. c. denique, 96. distinct. & clem. Romani, de jurejur.*

94 Quæ, licèt † de plano procedant, multò magis applicantur proposito casui, in quo Paulus habuit recursum ad judices laicos non solùm semel, sed pluries, ad effectum impediendi mandatum de manutenendo ad favorem Hieronymi ritè, & rectè decretum, scilicèt 19. Octobris 1587. & 18. Novembris, & 11. Decembris, eodem anno, de Mense Februarij 1589. etiam, postquam se obtulerat paratum obedire mandatis Cæsarauguſt. Archiepi-

scopi,

scopi. Nec excusari potest Paulus à tali recursu, ex eo quòd postea voluerit prosequi gravaminis causam coram ecclesiastico, quia talis excusatio non habet locum, quando recurri potest ad ecclesiasticum qui tale gravamen impediat, prout poterat Paulus, adeundo Metropolitanum, vel Nuncium Apostolicum: & illum, ad istum effectum non recurrisse eventus docuit, quia neutrum adivit, & provisiones regiæ multò magis hoc declarant, quia non solùm inhibetur judici ecclesiastico, ne ad ulteriora procedat, sed illi mandat, ut quæ decreverat, revocet, & coram ipso judice seculari compareat ad allegandas causas, ex quibus parere non teneatur.

95 Ex quibus †, nihil aliud inferri potest, nisi, quòd ipsi judices volunt de causa ecclesiastica cognoscere, quòd est admodum absurdum, cum judex laicus sit incapax jurisdictionis in personas ecclesiasticas, & eorum causas. Nec immorabilis hoc casu sibi suffragatur, Doct. *in capit. causam, de præscript.* Felyn. *in capit.* 1. *de major. & obedient.* Rot. *decis.* 10. *de consuet. in antiqu.* & Bisign. 2. *eodem titul.* præcipuè cum in dicta Bulla Cœnæ Domini, derogetur consuetudinibus etiam immemorabilibus.

Non obstant quæ allegantur defectu jurisdictionis, & quod Rota non cognoscit de justitia sententiarum, quæ sunt extra Rotam latæ, quando de illarum executione non agitur, quia in casu proposito Hieronymus Pinos habet intentionem fundatam super recursibus, & claram juris dis-
96 positionem, per quàm Paulus † propter excommunicationis incursum redditur incapax beneficiorum, & cum ipse Paulus excipiat de absolutoria, quam transivisse in rem judicatam prætendit, licitum est Hieronymo replicare de illius notoria injustitia præterita; & ultra testes productos coram Locumtenente Criminali Auditoris Cameræ, adsunt alij producti coram me *reg. fol.* 126 *&* 335. ex quibus ipsum incidisse in pœnas in Bulla Cœnæ Domini contentas negari non potest.

Die Veneris prima Decembris, coram R. Penia, Oscen. canonicatus. Utraque parte informante super dubio dato, an Paulus
97 Sezanus † fuisset excommunicatus ob recursum ad tribunal seculare justitiæ Aragonum, à quo illius procurator obtinuerat firmam juris ad inhibendum judici ecclesiastico, ne appellatione pendente, aliquid innovaret, & Paulus dicta inhibitione fuerat usus, sub prætextu, quòd id sibi licebat juxta dispositionem sacrorum canonum, uno tantùm ex dominis, Paulum excusari posse dicente, cæteri affirmativè respondérunt, illum ipso jure incidisse in sententiam excommunicationis, quia recurrendo ad judices seculares causam præbuit, ut immunitas ecclesiastica violaretur, *cap. noverit, & cap. grave, de sentent. excommun. &* § 10. *in Bull. Cœn. Domini.* Ubi excommunicationis vinculo innodantur, qui ad cancellarias, & curias seculares recurrunt, pro obtinendis prohibitionibus, & mandatis contra Prælatos, & judices ecclesiasticos.

98 Nec † Paulum tuebantur copiosa verba doctorum asserentium licitos esse quibusdam casibus istos recursus ad Judices seculares, quando sacrorum canonum auctoritas illis omnibus præponderabat,

per quam etiam excludebatur præterita antiquissima consuetudo nonnullarum, Provinciarum, de qua attestabantur. Covar. *in pract. quæst. c. 35 nu. 3.* Navar. *in Manual. c. 27 num. 70.* Mon. *tract. de rer in possess. rem 3. num. 356. & sequ.* & Petrus de Avendano *tract. de execu. mand. reg. lib. 1. c. 1. nu. 32.* Dicebatur enim, talem consuetudinem, tanquam improbam, & sacris canonibus inimicam, quæ clericos jurisdictioni laicorum quandoque supponit, non fuisse attendendam, *cap. qualiter, & quando ubi communiter, doct.* & Abb. *nu. 7. de jud.* Mar. Socin. *in cap. si quis clericus, numer. 28. & in cap. sanè, numer. 10. de for. comp.* Rot. *decis. 10. de consuet in antiq.*

99 Neque decis. Rotales. † Achil. 30. *de appell. in impressis*, & R.D. Decani in illa Tarraconen. villa de Rem, die 4. Decembris 1562. & R. Blanchetti in Salamantina canonicatus, die 24. Maij proximè præteriti suffragantur Paulo, quia, licèt per illas decisiones concederetur facultas quandoque recurrendi ad judices laicos, & invocandi eorum nudum auxilium ad defendendam propriam possessionem, qua quis de facto spoliatur, & quam quis propria auctoritate defendere potest; nunquam tamen dicitur in eis, quòd talis recursus fieri possit ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælatos, & judices ecclesiasticos, hoc enim nunquàm docuit

100 Rota, † quæ optimè novit judices laicos, nec habitu habere jurisdictionem in clericos; imò illius penitus incapaces, arg. *cap. causam, de rescript. & cap. sacerdotibus, 11. quæst. 1.* & propterea, cùm sint inferiores judicibus ecclesiasticis, *cap. denique 95. distinct. & clem. Romani, de jurejur.* Nec posse, nec habere ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere Abb. *in dict. cap. quomodo, & quando, num. 7.* unde Domini non recesserunt à decisione in hac causa coram R. D. meo Blanchetto, die 10. Aprilis proximè præteriti facta.

101 Anno 1594. † 4. Novembris, coram R. D Decano Cartaginen. Portionis Domini recesserunt à resolutione facta, & censuerunt, satis constare de citatione validè executa: primò ex scripturis productis, quæ habentur in summario *numer. 1.* constat de ablatione processus tam originalis, quàm compulsati; & ejus transportatione ad consilium, quæ præsumitur facta ad instantiam partis interesse habentis, ad not. per Bart. *in l fin de quæst. quare in odium eorum, qui simili recursu utuntur, fit omnis interpretatio ad favorem alterius partis, ita ut etiam copiæ simplici soleat fides adhiberi.* Bald. *in l. publicatæ, quæst. 8. in fin. de testament.* Jas. *in auth. si quis in aliqua, in 7. fal. C. de edendo.* Dec. *cons. 36. colum 2. ver. non obstat.* & extat Pereg *decis. 159. lib. 2.*

102 Et facit, † quòd impediens, quo minus citetur auxilio Consilij Regij, vel aliter, habeatur pro citato, *cap. quoniam frequenter, § porrò*, ubi gloss. *in verbo, impedit, ut lit contest.* Card. *in clemen. causam, quæst. 13. de elect cum alijs*, per Tiraquel. *de retract. Lign. §. 1. glos. 10. n. 102, & §. 2 gloss. 1. numer. 9.*

Non obstat, quòd in summario processus; quod exhibitum fuit, ubi adest executio citationis, non reperiantur testes adhibiti, ut requiritur, *cap. quoniam, de prob.* Specul. *in tit. de citat. §. sequitur, num. 19.*

num. 9 Put. *decis.* 1. *lib.* 3. quia ex exhibitione processus ultimo loco facta apparet, quòd, qui confecit summarium, solitus fuit omittere testes, qui nihilominus in dicto processu in pluribus actibus interfuisse leguntur.

103 Decimoseptimò, † qui jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus, ad Papam, & Sedem Apostolicam, & quascunque ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sive Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant, *ut dict. Bull. Cœn. Domini, num.* 17. Appellatione enim jurisdictionum, 105 fructuumque, reddituum, & proventuum, ad ecclesias & beneficia pertinentium comprehenduntur bona quæcunque ecclesiastica, quæ eo ipso, quòd ecclesiæ sunt tradita, & oblata, sancta, & 106 religiosa censentur, *cap. prædia, cap. nulli* 12. *quæst.* 2. *cum alijs de quibus infrà.* Personæ autem principales primò sunt usurpantes, secundò sequestrantes. Et ad dictam excommunicationem incurrendam, requiritur, ut bona usurpentur, aut sequestrentur, non qualitercunque, sed ut res, proventus, seu redditus ec- 104 clesiæ: quia † fures, & latrones, qui hujusmodi furantur, non incidunt in dictam excommunicationis sententiam. Navar. *in eodem cap.* 27. *num.* 71. *vers. sexta quòd* Graff. *decis aur. cap.* 18. *num* 144. *par.* 1. *lib.* 4. & Sayr. *eod. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 1. 2. & 4.

Quæ opinio, quoad fures, & latrones 105 indistinctè procedit, sed quoad alias personas, jurisdictiones, bona, fructus, redditus, & proventus ecclesiasticos usurpantes, habent locum in foro conscientiæ tantùm, in quo statur dicto pœnitentis; secus autem in foro contentioso, in quo, secundum acta & probata, est judicandum. Felyn. *in cap. pastoralis. num.* 23. *de off deleg.* & Gomes. *in reg. de ann. poss. quæst.* 4. *nu.* 5. Ideò allegando, bona non esse ecclesiæ, aut ignorasse fuisse ecclesiastica, ab excommunicatione non excusantur, si de contrario constat, nisi essent bona de recenti empta, vel ecclesiæ donata, de quibus probabiliter ignorari posset. Contra usurpantes jurisdictiones, fructus, redditus, & proventus ecclesiarum, seu beneficiorum ecclesiasticorum, † proceditur ad sententiam declaratoriam, non tamen de facto, quia debet præcedere monitorium, seu citatio, quæ æquiparantur, ut per Put. *in decis.* 271. *num.* 4. *lib.* 3.

106 Monitio enim canonica † trina præcedere debet, aut tribus monitionibus distinctis, vel unica pro trina, præfixo in monitorio termino trium, vel plurium dierum, aut etiam plurium horarum in in tribus terminis distinctarum, ut fit, quando, una dies pro primo, una pro secundo, & ultima pro tertio, vel si negotium hoc requirat, octo horæ pro primo, octo pro secundo, & reliquæ octo pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica; hoc enim casu unica pro trino monitione sufficit, gloss. *in cap. statuimus, in vers. monitionem, & cap constitutionem, §. statuimus, de sentent. excommunic. in 6.*

107 Deberque fieri contra certas † personas, si personarum certitudo haberi potest,

test, alioquin sufficit monitio generalis contra incertas personas, qui talem usurpationem fecerunt, ut per gloss. *in eod. c. constitutionem in ver. nominatim, c. fin. §. vocationem*, & ibi Franc. *de elect. in 6.*

Constare etiam debet judici de usurpatione testium depositione, aut aliàs le-
108 gitimè † Cùm enim actore non probante reus absolvatur, *l. qui accusare, C. de eden.* nisi constito de allegatis, declaratio promulgari non potest: si verò reus compareat; allegando, se bona, quæ possidebat ecclesia, in suos usus convertisse, uti de jure sibi competentia, de quibus juribus se paratum edocere proponat, cùm res efficiatur dubia, an verò laico de jure pertineat, & de possessione ecclesiæ
109 constet illius confessione, qua † nulla major est probatio, ut inquit Ias. post alios *in l. Titia num 28 ff. de verb. oblig.* Cravet. *cons 6. num. 3.* & Monoch. *cons. 21. num 14*, ea ratione, quod probatio per confessionem dicatur notorium, ut tradit Bart, *in l, scriptus, num. 2, ver, idem dicitur quod & ff. de relig, & sumpt, fun.* Innoc, in *cap, ex parte, il 1, num, 5, de verb, signif.* & Abb, *in cap, cum speciali §. porrò, num. 7. vers, concludit, de appell*, cùm enim agatur de sententia excommunicationis à jure lata contra usurpantes bona ecclesiastica, de qua per concil Trident. *cap, 11, de reform, sess, 22, & Bull, Cœn, Domini*
110 *de qua supra* † pro excessu notorio in declaratione ferenda nulla solemnitas est adhibenda: sed etiam sine citatione potest quis excommunicatus declarari, Innoc, *in d, cap, ex parte, num, 5*, Abb, *in cap, pervenit il, 1, num, 7, de appell*, & Feyn, *in cap, Rodulphus num, 41, vers, intelige secundò de rescrip*, prout etiam quando sententia excommunicationis incurritur ipso facto per text, & gloss, *in cap, reprehensibilis, in ver, ipso suo genere, de appell*, & ibi Abb, *num, 6, & 7,*

111 Spolians † quovis modo jura usurpat: & ideò contra spoliantes omnia jura insurgunt, ita quod spoliatus, antequam cognoscatur de domino, inprimis, & ante omnia est restituendus, Bart, *in l, si quis ad se fundum, num, 2, C, ad l, Iul, de vj, pub, &* Menoch, *cons, 2, num, 185, lib, 1*, & restitutio datur ad jura, quibus quis fuit spoliatus, & sic ad ecclesiastica jura usurpata, sivè sint corporalia, sivè incorporalia: possessio enim acquisita est jus, *l, peregrè ff, de acquir, possess*, Et quod appellatione juris possessio includatur, probat Gomes, post alios per ipsum allegatos, *in reg, de non toll, jur, quæs, quæst, 5, num, 5, 6, & seq,*

112 Quapropter † spoliator incidit in Bullam Cœnæ Domini, à qua quis excusari non potest, excipiendo de juribus sibi competentibus: quia cùm præsumptio sit contra spoliantem, etiam quòd confiteatur qualificatè, potest illa confessio pro parte acceptari & pro parte impugnari Bart, *in l, Aurelius §, idem quæsit num, 2, ff, de liber, leg*, & Cravet, *consil, 150, num, 5*, longè enim commodiùs est possidere, & adversarium ad onera petitorij compellere, quàm alio possidente, petere, *l, is qui destinavit ff, de rei vend*, trina monitio, de qua supra num. 106, regulariter requiritur ad sententiæ excommunicationis validitatem, cui tamen Papa non ligatur, quia Paulus quando Hymeneum, & Alexandrum tradidit Satanæ, non præmisit trinam monitionem, nec formam, quod una sufficeret

ficeret pro tribus, quemadmodum nec illam præmisit, cum fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, unde ait, ego quidem absens corpore, præsens autem Spiritu jam judicavi, ut præsens, cum, qui sic operatus est, in nomini Domini Nostri Jesu Christi tradere hujusmodi hominem Satanæ in interitum carnis 1. *Corinth. cap. 5.* in quo formam excommunicationis; ostendit, *cap. audivimus post med. vers. unde Apostolus*, 24. *qu. 1. & cap. audi, denique*, 11. *quæst. 3.* Hoc enim gladio utuntur potissimùm Summi Pontifices, cum nonnulli iniquitatis filij in inobedientiæ contumacia perseverant, & tanti parentis jussa præstare recusant; Papa autem est loco Petri, qui in administratione fuit major auctoritate Paulo, 21 *dist. in sum. vers. Petrum verò*, unde & Papa, qui est loco Petri, est etiam major Paulo, & alijs Apostolis, *cap. in novo, eadem 21. distinct. c. puto, 2. qu. 7.* & Jo. à Capistr. *in tract. de auctorit. Pap. 3. par. princip. numer. 12.*

113 Decimooctavò † eandem excommunicationis sententiam incurrunt imponentes decimas, collectas, & alia onera personis ecclesiasticis, & offenditur libertas ecclesiastica in impositione onerum, directè, vel indirectè, à quibus, tàm personæ clericorum, quàm eorum bona sunt immunia, ut per Cajetan. *in ver. excommunicatio, cap. 40* & Azor. *lib. 5. institut. moral. cap. 12. §. ego sanè, sub littera* D. Abb. *in cap. non minus, num. 3. de immun. eccles. & cap. quanquam, de cens. in 6.* Personæ enim principales, quæ in eandem censuram incurrunt, sunt imponentes decimas, collectas, taleas, præstantias & alia onera similia exigentes, recipientes, etiam à sponte dantibus, & solventibus.

114 Accessoriæ † verò personæ sunt, quæ prædicta facere, exequi, procurare, quæve auxilium, consilium, vel favorem præstare in prædictis non verentur, per se, vel per alios, directè, vel indirectè, cujuscunque ordinis, gradus, vel conditionis fuerint, *ut in dict Bullæ Cœnæ Domini, num. 18.* Personæ autem, & res, quibus dicta onera imponi prohibentur, *de quibus eodem n. 18.* sunt clerici, Prælati, & aliæ personæ ecclesiasticæ; ac eorum, & ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bona etiam patrimonialia, necnon fructus, redditus, & proventus eorundem, ut per Navar. *in c. 27. num. 71. vers. & qui collectas.* Sayr. *in eodem lib. 3. cap. 22. num. 1.* & Card. Tolet in terminis bonorum patrimonialium, *in instruct. sacerd. cap. 29. §. adverte non solum, lib. 1.*

115 Bullæ Cœnæ † Domini radix, & fundamentum hoc casu est, quòd, cùm in omni republica, ad sublevandas communes necessitates, necessaria sint aliqua onera tàm realia, quàm personalia, in quorum distributione servanda est ratio justitiæ, tam commutativè, quàm distributivè. Commutativè quidem, ut non, nisi ex causa urgenti, imponantur. Distributivè verò, ut inter cives pro uniuscujusque viribus, & facultate distribuantur.

116 Admodum rationabile, † & etiam valdè conforme juri naturali, & divino fuit, ut ab hujusmodi oneribus personæ ecclesiasticæ, tàm in seipsis, quàm eorum bonis immunes essent, ut post Sot. 4. *distinct 25. quæst. 2. artic. 2.* tenet Sayr. *dict. cap. 22. num. 4 & 5.* In seipsis enim; quia sicut jure divino Ecclesiæ ministri sunt

constituti; ita etiam eidem juri conforme est, ut judicibus secularibus non sint subjecti: In bonis autem, quia, cùm tributa, & vectigalia Regibus, & alijs Principibus ad suam ipsorum, & reipublicæ
117 sustentationem exsolvantur, †& clerici non minores operas, & labores rei ecclesiasticæ impendant; æquum, & juri naturali, ac divino consonum fuit, ut à solutione tributorum exempti essent, ut legitur Genes. *cap. 47. & cap. tributum*, 23. *quæst.* 8.

Ideò Constantinus, & Constans Imperatores, ecclesiasticas personas privilegio immunitatis gaudere voluerunt; scientes magis religionibus, quàm officiis, & labore corporis, vel sudore imperialem rempublicam contineri, *cap. in qualibet*, 23 *quæst.* 8. Sayr. *eodem capit.* 22. *numer.* 5. *cum allegatis supra in cap.* 14. *num.* 9. *par.* 1.

118 Hac †enim exemptione, & immunitate adeò plenè personæ ecclesiasticæ, & eorum, ac ecclesiarum bona fructus, reditus, & proventus gaudere debent; ut, qui per se, vel alios directè, vel indirectè, ab eisdem onera imposita exigere præsumunt, eandem excommunicationis pœnam incurrant, *ut in Bull. Cœn. Domini, dicto numer.* 18. *vers. nec non qui per se.*

119 † Indirectè enim exigitur, colonos, seu massarios occasione culturæ bonorum ecclesiasticorum, hospitatione militum, vel aliorum gravaminum onerando, aut ab ipsis exigendo: quia quæ à colonis pro laborerio, seu trafico bonorum ecclesiasticorum in totum, vel pro octava, aut alia parte exiguntur, in præjudicium ecclesiasticarum personarum percipiuntur, quia ratione oneris res minoris æstimationis efficitur; gloss. *final. in l. generali, § final. ff de usufruct. leg.* & Olasch. *decis.* 83. *num.* 9. Unde ecclesiastici non ita de facili inveniunt rusticos, qui sua prædia colere velint, ut animadvertit Feder. de Sen. *cons.* 111. *num.* 10. *in fin.* quidquid contrarium teneat ibi in principio, ut validioribus rationibus, & auctoritatibus infra demonstrabitur: quia, si coloni ad onerum solutionem, seu militum hospitationem, qua non parvum onus infertur, gravarentur; laici per indirectum exigerent collectas ex bonis ecclesiasticis, quæ sunt hoc casu etiam ex persona colonorum exempta, *ut l.* 1. *& 2. C. de Episc. & cler. cap. Ecclesiarum*, & ibi gloss. *in verb. clericorum*, 12. *quæst.* 2. *cum alijs suprà, in cap.* 14. *nu.* 6. 31. 32. 33. *&* 35. *par.* 1. *allegatis* Exigentes autem, excommunicationis sententiam in Bullam Cœnæ Domini contentam incurrunt, *ut in eadem Bull. eodem nu.* 18. *vers. nec non, dict. c.* 14. *num.* 35.

120 Exemptio † enim competens bonis ecclesiasticis est realis; & ideò comprehendit quoscunque colonos, ut declarat gloss. *in clem.* 1. *in ver. excolendas, circa fin.* quam sequuntur Jac. & Imol. ubi etiam Abb. *num.* 10. Qui illam dicit esse notandam ad similia, de decim. idem Abb. *in c. ex parte, numer.* 4. *eodem tit. & in cons.* 8. *numer.* 3. Rot. *decis.* 4. *numer.* 1. *de privileg. in antiqu. & in una Caurien. coram Cantuccio, decis.* 23. *num.* 6. *par.* 2. Grat. *cons.* 130. cui subscripserunt Alciat. Salutiol, Bero, August. & Ianet. *nu.* 4. ubi pluribus fundamentis hæc conclusio comprobatur, & latè Surd. *cons.* 301. *numer.* 62. 63. *&* 78. *volum.* 3. & inquit Bald. quòd, si coloni isti gravarentur, de facto gravarentur, &

non

non de jure, *in l. cum duobus*, §. *si in coeunda*, *ff. pro soc. & in l. 2. 3. not. C. de episc. & cler.*

121 † Coloni enim ecclesiarum eorundem bonorum, nec possessionem habent, nec dominium; sed tantùm detentionem, *auth. item nulla communitas*, & *l. de his*, *C. de episc. & cleric.* Alexand. *cons. 35. viso processu, numer. 12. lib. 4.* & Card. Tusch. *pract. concl. jur. concl. lib. 2. numer. 1. & 2.* Ideò, si gravarentur ratione fructuum, quos ex prædiis percipiunt; possent persoluta à dominis prædiorum repetere, ut tradit. Alex. *in cons. 35 n. 12. lib. 4. & cons. 4. lib. 5.* per text. *in l. si pendentes*, §. *si quid cloacarij ff. de usufruct.* Sicque per indirectum ab ecclesiasticis viris extorquent: quapropter in excommunicationis sententiam in Bull. Domini contentam incidunt, ex suprà allegatis.

122 Si enim † coloni ultra bona ecclesiastica, quæ colunt, habent etiam bona propria eorum nomine allibrata, pro illis à solutione onerum non excusantur, uti coloni ecclesiasticarum personarum: sed pro rata eorum, quæ proprio nomine possident, onera persolvere tenentur; & ita distinguit Rebuff. *in l. 2. penes quos*, *nu. 2. & 3.* & Bart. *nu. 1. C. de agris. & cens. lib. 11.*

123 Quid autem, † si imponatur onus quod publicam utilitatem respiciat, tàm clericorum, quàm laicorum; ut ad reparationem murorum, fluminum, restaurationem viarum, pontium, vel populum à peste custodiendum? videtur quòd ratione naturali, quæ limitat legem, clerici non sint exempti; sed concurrere teneantur, non tamen cogendi, nisi à Papa, Duen. *reg. 100. numer. 17.* Did. Perez. *l. 1. tit. 4. lib. 4. ord.* Navar. *cap. 27. numer. 115. ver. tertia quod.* Et ita se habere communem usum Hispaniæ, *ex l. 11. & 12. tit. 3. l. b. 1. novæ recompil.* testatur Covar. *loco suprà citato*, & alij sustinentes dictam opinionem. Attamen etiam tributa ad reparationem mœnium, & fluminum, ac ad restaurationem viarum, & pontium, vel custodiendum populum tempore belli, aut pestis, à laicis impunè exigi possunt: dummodo ad hoc fuerint plures causæ sufficientes necessariæ, & non aliàs: quarum

124 Prima est, † quòd immineat maxima, & urgens necessitas, ut quando hostis cum exercitu stat in agro, obsidendo civitatem, quo tempore, nec ecclesiastici à murorum, seu civitatis custodia possunt excusari: ut cunctis vigilantibus meliùs valeat civitas custodiri, *cap. pervenit*, & ibi gloss. *in ver. modo*, & Abb. *numer. 1. 4. & 6. de immun. eccles* & in his terminis procedere possunt allegata per Osasc. *in decis. seu potius, consil. 68. alias 181. numer. 24. & 25.* Sed, cessante hac urgentissima belli

125 causa, clerici non tenentur: † quia limitata causa limitatum producit effectum *l. cancellaverat, ff. de his quæ in testam. delen.* & Tiraq. *in tract. cessant. cau. par. 1. numer. 142.*

126 Secunda, † pro reparatione fluminum, pontium, & viarum, quoties communis laicorum, & ecclesiasticorum urget necessitas, & concurrit utilitas, ut per Abb. *in cap. non minus, num. 18.* & Bald. *in l. ad instructiones, n. 2. C. de sacrosanct. eccles.* Dummodo laici non habeant particulares redditus Universitatis, ut pedagia, gabellas molendina, furnos, pascua, portus, piscationes, & similia, quæ ad particulare Universitatis commodum, & utilitatem per-

cipiant, ad hujusmodi onera, & impensas sustinendas, de quibus optime per Cardin. Tolet. *in instruct. sacerdot. c. 21 sub n. 2.* Quia tunc, cùm pedagia, gabellas, & passagia sub quocunque nomine, & titulo exigant ab advenis, mulionibus, rectoribus, equitibus bobus cum plaustris, & aliis animalibus transeuntibus, pontes, portus, & vias, ut plurimùm devastantibus, percipiant; sumptibus communitatum ad hujusmodi refectiones, & reparationes tenentur. Cepol. *de serv. viar. num. 47.* & Azor *in d. lib. 5. institut. moral. cap. 13. vers. octavo quæritur.* Contrafacientes verò sententiam excommunicationis incurrunt; donec integrè satisfecerint, *ut cap. non minus, & cap. adversus, de immunit. eccles.* quæ per Bull Cœn. Domini fuerunt innovata, ut per Cardin. Tolet. *in ead. instruct. sacerd. lib 1. c. 29, vers. adverte præterea in fin.* & Sayr. *in d. c. 22. n. 11.*

127 Tertia, † ut Clerus teneatur concurrere ad onera, in quocunque casu requiritur, quòd bursa principis, & subditorum laicorum sit adeò exhausta, ut Episcopus, & clerus, tantam necessitatem, & utilitatem videntes, existiment ad sublevandas communes necessitates, & utilitates, ubi laicorum facultates non suppetunt, subsidia per Ecclesias esse conferenda arbitrio, & jussu Pontificis Maximi, *cap. non minus, §. quo circa, cap. adversus, ver. verumsi, de immunit. eccles. cap. 1. extravag. comm. eod. tit.* Bero. *cons. 31. num. 13. volum. 1* Cephal. *cons. 154. num. 22. vol. 2.* & Bursat. *cons. 16 num. 66. volum. 1.*

128 Et quòd, † Episcopi, capituli, ac totius cleri consensus accedat, Innoc. *in c. 2. de loc. & conduc.* & Abb. *in d. cap. non minus, n. 5. de immunit. eccles.* nec eorum consensus sufficit, quia requiritur etiam Sedis Apostolicæ auctoritas, sicut in superioribus omnibus, *c. clericos, laicos §. nos igitur, de immunit. eccles. in 7. cap. adversus, vers. propter imprudentiam* & ibi Abb. *numer. 1 & in extravag. comm. & cap. 1. §. cœterum, eod. tit. Bull. Cœn: Domini sub num. 18.*

129 Ideo † non subsistit opinio Osasch. *in suo cons. incipien. cùm anno 1554. impresso, in decis. Podemont. post decis. 67. vel secundum vlt. impress. post decis. 180. num. 21. 23. 24 25. & 30.* & Balb. *in cons. sequenti, sub. numer. 29. 30 & seq.* Quibus in locis conantur sustinere, clericos à laicis cogi posse ad concurrendum in solutione onerum auctoritate laicali impositorum. Nam dicta opinio est expressè contra text. ejusdem Bull, Cæn. Domini, *dict. num. 18.* Sayr. *lib. 3. cap. 23 num. 1. & 2.* & ita procedit text. *in auth statuimus?* quæ reformat jura antiqua, *C. de Episc. & cler.* Bald. *in l. ad instructiones, num. 2. & 3. eod. tit. & cap. si diligenti, de for. comp.* nisi tanta fuerit subita necessitas, quod ad Romanum Pontif. commodè aditus non pateat: quia tunc sufficeret Episcopi, & cleri consensus, ita ut, & Papæ quam primum innotescat, confirmandus *cap generaliter, § placet,* junct. gloss. *in verb. necessitatis, 16. quæst. 1.* gloss. *1. in cap. tributum, 23. quæst. 8. cap. non minus, de immunit. eccles.* & Azor. *eod. cap. 13. vers. octavo quæritur.*

130 Vnde prædictis † non concurrentibus, cogentes clericos ad onerum solutionem, eosdem contra sacrorum canonum dispositionem libertatem ecclesiasticam gravant. Quapropter in eandem excommunicationis sententiam Bull. Cœn. Domini

mini incurrunt, *ut in ead. Bull. eod. n.* 18. ibi, innovantes decreta super his per sacros canones, &c. Card. Tolet. *loco suprà citato*, & Sayr *ubi suprà*. Nec subsistunt deducta per Balb. *eod. cons. num.* 33 *& seq.* quem etiam sequitur Osasc. *eod. num.* 21: *&* 23. & post alios Lopez. *in annot. ad pract. crim.* Diaz. *c.* 103. ubi fere per tot. plura deducit, quia, *cap. principes seculi*, 23. *quæst.* 5. *& cap. filiis.* 16. *quæst.* 7. per ipsos allegata non probant assumptum, quòd deficiente superiore ecclesiastico, vel recusante efficere, ut pro bonis ecclesiæ fiat contributio, possit laicus negligentiam superioris ecclesiastici supplere. Quia ille text. tantum probat, quòd Principes seculares ad hoc sunt instituti, ut Ecclesiam defendant, & reos criminum vivere non permittant; ut inquit glos. *ibi in verb. Principes*; qui text. est adeò clarus, ut in dubium revocari non possit, *in ver cæterum*, ibi, quòd intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent; nisi, ut quòd non prævaleant sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem; potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem, ut benè declarat Archid. nempe, per disciplinam cruentarum vltionum, quas Ecclesia non exercet, *ut in eod. cap. Principes*, & text. *in cap. in Archiepiscopatu. in fin. de raptor* proceditque, ubi potestas Ecclesiæ non potest idem facere propter facti resistentiam tunc potest implorari brachium seculare, ut not. Aufrer. *in addit. decis. capel.* Tolos. *quæst.* 149. *per. text. in cap.* 1. *de offic. ord.* & ibi glos. *& dd.* & Campeg. *in tract. de com. cap.* 9. *num.* 15. *tom.* 13. Secularium enim dignitatum administratoribus defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit; quod, si facere contempserint, à communione sunt repellendi, per text. *in c. dicat aliquis*, 2 *in fin.* 23. *quæst.* 5. Vnde, quod necessariò favore sacerdotum facere tenentur, in odium retorqueri non potest. Hisque, ac similibus de causis magistratus seculares ecclesiasticis invocantibus, brachium seculare præstare tenentur; ex alibi suprà allegatis. Nec quidquam facit, glos. 2 *in eod. cap. Principes* in contrarium citata; quia jura per eandem glos. allegata, & *cap. filius* cum glos. *16. quæst.* 7. in argumentum adducta, in diversis terminis loquuntur, ut legenti patet ad sensum, ut post Io. And. quem citat, optime respondet Abb. *in c. qualiter, & quando, sub. num.* 7. *de iud.* & ex diversis non fit illatio, *l. apinianus exuli, ff de minor.* Sed bona ecclesiastica sunt immunia de jure divino, ac privilegio etiam Constantini, Constantis, Valentiniani, & Iustiniani Imperatorum, quibus tamen opus non habebat Ecclesia jure divino suffulta, *ut in cap. in qualibet*, 23. *quæst.* 8. tributum autem Ecclesia non, nisi spirituale, Imperatoribus dare tenetur, ut per glos. *in cap. tributum, subvers. defensare*, quam sequitur Archid. *ead. q.* 8.

131 Quòd † autem judex secularis non possit supplere defectum judicis ecclesiastici, quo est longè minor, post communem aliorum doctorum ibi citatorum opinionem, tenuit Rot. *ut sup. num.* 92. quinimò judices laicos, nec habitu habere jurisdictionem in clericos; imò illius esse omnino incapaces, fuit decisum in eadem Rota, *coram Pegna, ut in decis. de qua suprà n.* 99: Ideò, nec subsistunt deducta per Farinac ubi, inquit, quòd judice ecclesiastico negligente, possit Iudex, & Princeps laicus, illius negligentiam supplere *ut in sua praxi crimin. cap.* 8. *n.* 23. *vers. limita-*

certio hinc nonam : quia ejus opinio est contra text: *in cap. solitæ*, §. *præterea*, ubi etiam gloss. *de major. & obed.* & reprobata à Rota in locis suprà allegatis, præcipuè *numer. 92. 93. & 100. & alijs per me suprà deducta.*

132 Incurrunt † etiam dictæ excommunicationis sententiam, qui prædicta absque Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam, exquisitisque modis exigunt; & præmissa facere, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel favorem præstare non verentur; cujuscunque sint dignitatis, præeminentiæ, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi imperiali, aut regali fulgeant dignitate; seu Principes, Duces, Comites, Barones & alij Potentatus, quicunque etiam Regnis, Provincijs, civitatibus, & terris quoquomodo præsidentes, & consiliarij, senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti *ut in eadem Bull. eodem numer.* 18 & Sayr. *eodem cap. 22. numer. 1. & 2.* Hoc enim casu agentes, consulentes, & favorem præstantes pari pœna puniuntur, & hæc æquiparantur atrocissimis delictis, in quibus consulentes pari pœna plectuntur, *ut c. felicis, de pœn. in 6. clem. si quis suadente, eodem tit.* & Felyn. *in cap sicut dignum, num. 8. de homicid.* consilium autem præstatur rogando, impellendo, instruendo, vel secuturam utilitatem ostendendo Sanct. Antonin. *in 3. par. tit. 25. capit. 2. & 3.* & Sayr. *eodem lib. 3. c. 15. num. 12.*

133 Decimonono, eadem excommunicationis sententia fertur contra omnes, & quoscumque magistratus & judices, notarios, scribas, executores, & subexecutores, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illos proferendo, vel exequendo, sine speciali specifica, & expressa sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, etiam si talia committentes fuerint consiliarij, senatores, præsidentes, cancellarij, vicecancellarij, aut alio quovis nomine nuncupati, *ut in eadem Bulla Cœnæ Domini num.* 19. & Sayr. *dict. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2.*

134 Antiquitùs † civitates, quæ populari statu regebantur ostraciſmo, qui genus relegationis existebat, in consilio per calcula utebantur; & qui quodam suffragiorum numero damnabantur, ad decennium in Argivam relegabantur; & eos qui excellere videbantur, propter divitias, vel amicos, aliamve potentiam, extra civitatem ad dictum tempus tyrannico more relegare solebant; non ad criminis improbitatem castigandam, sed ad potentiam moderandam, Arist. *lib. 3. politic. lect. 12. §. quapropter á civita-tibus*, & Plutarc. *in vita Aristidis.*

135 Hic † ostraciſmus, mutato nomine, & discolatus dictus, etiam hodie in quadam civitate est usu receptus, quæ diuturna temporis consuetudine eo abusa est; cùm enim non complectatur, nec complecti possit alienos subditos in alienam messem falcem imponendo, magistratus ejusdem civitatis, penes quem totius imperij residet auctoritas, ecclesiasticas personas eodem discolatu judicare conatur, eosque suffragijs cribrando, & ventilando factiosos nominat, ac exules etiam publico edicto renunciat, & fuit à me quæsitum, an magistratus ille sententiam

tentiam excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini contentam incurrat: & quid si procedatur ad vota, tamen non sufficiant ad condemnationem, ac propterea condemnatio non sequatur.

Pro parte negativa deducitur, hunc magistratum discolatus ab antiquissimo tempore fuisse usu receptum, & habere naturalem æquitatem pro bono regimine reipublicæ: ne illius quies ab Ecclesiasticis viris discolis, & incorrigibilibus, privilegio fori fretis, turbetur.

136 † Et quod antiqua consuetudo legitimè præscripta concernens bonum regimen reipublicæ, & publicam utilitatem ratione naturali potest addere, diminuere, & distinguere privilegium; propter quod clerici exemptione gaudere non possint, *ut cap. ultimo*, & ibi Innocent. & Abb. *de consuet.* Et cùm hoc institutum sit antiquissimum habet vim legis, & pro lege servari debet. Bart. *in l. 1. §. denique num. 1. ff. de acqu. plu. arc.*

Contrarium tamen, quod dictæ excommunicationis sententiam magistratus incurrat, probat expressè textus Bull. ibi, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo.

137 Et dicta † Bulla est consona non solùm juri canonico, *ut cap. si diligenti & cap. at si clerici, de jud.* sed etiam juri Cæsareo, *ut habetur in constitut. Feder. Imper. in tit. de stat. & consuet. cont. liber. Eccles. §. item statuimus, in us. feud. quæ est repetita, in auth. statuimus* C. *de Episc. & cler.* Et jure divino quo clerici legibus civilibus Principum sunt soluti, *arg. Genes. c. 47. Esd. 1. c. 7.*

138 † Licet enim plures theologi, alijque doctores teneant, clericos exemptos esse à civili laicorum potestate jure canonico, non autem divino; & primò inter Canonistas pro hac opinione allegatur Innoc. *in cap. 2. nu. 1. de major. & obed.* ubi, sed quæres, quis exemit clericos de jure Imperatoris, cùm prius ei subessent? respondè, quòd Papa, consentiente Imperatore, juribus per ipsum ibi allegatis; Alciat. *in cap. cùm non ab homine colum. 2. de jud.* Covar. *pract. quæst. cap. 31. num. 2. vers. contraria opinio, & lib. 2. var. resolut. cap. 20. num. 2.* Quam opinionem secuti fuerunt & tenuerunt plures juniores Theologi nempe Medin. *de reb. restit. q. 15.* Vict. *relect. 1 de potestate Eccles. qu. 6 propos. 2.* Sot. *in 4. dist. 25. q. 2. artic. 2. conclus. 3. 4. & 5.* Ledes. *4 par. 2 q. 20. art. 4. vers. hæsitantibus, conclus. 2 & 3.* Palac. *in 4 dist. 25. conclus. 3.* Salon. *2. 2. q. 67. art. 1. conclus. 4.* Ban. *2. 2 qu. 67. art. 1.* & noviſſimè Hier. de Cæval. *pract. quæst. com. cont. com. qu. 550. in fin.* doctores supra citati præcipuè fundant eorum opinionem *in dict. Innoc. can.* qui tamen loco supra allegato magis contrariam opinionem firmat, ibi, unde dicimus, quòd exempti à Deo, allegando *cap. si Imperator 96. dist.* ubi junct. gloss. *in verb. discuti*, probatur clericos à Deo exemptos esse à laicorum jurisdictione, & sic jure divino à legibus Principum sæcularium foro solutos, & Innoc. sequitur Abb. *nu. 1. & 2 & in cap. at si clerici nu. 23. vers. considero, de jud. cap.* Sylvest. *ibi contra leges divinas 11. quæst. 1.* gloss. *in cap. quamquam in ver. divino de cens. in 6.* Fely. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 6. de constit.* Oldrad. *cons. 83. num.*

nu. 1. vers. & de vita, & nu. 4. facit Rom. sing. 404. incip. sed an potest Papa Didac. Perez. in l. 2. tit. 1. lib. 3. ordin. vers. quæro utrum Papa, Azave in l. 5. tit. 3. num. 6. lib. 2. recompil. Anto. Scap. de jur. non scrip. lib. 1. cap. 2. num. 1. & Huma. in l. 65. tit. 5, par. 1. gloss. 8. num. 6. Et hanc opinionem sequitur, & tenet Rot. in decis. 10. num, 4, de consuet, in antiq, quæ auctoritas canonistarum comprobata & firmata à Rota Romana facit communem

139 opinionem † cùm stilus Romanæ curiæ, propter dubitationem doctorum, facit etiam jus, & pro jure habetur, ut per eandem Rot. in decis. 1. de fil. præsb. decis, 2, de appell, in nov. & decis. 16. de consuet. in antiq. Abb. in cap. ex litteris, num. 6. & ibi Felyn. num. 4. de constit. Quorum auctoritas prævalet auctoritati præfatorum modernorum Theologorum, & aliorum doctorum, ultra quòd dicta auctoritas Canonistarum antiquorum est fundata super auctoritate Pontificum, & conciliorum generalium.

140 Quòd † autem hæc exemptio competat illis de jure divino, probatur etiam per Concil. generale Lateranen. sub Innoc. III. ut in cap. nimis, & ibi Abb. in fin. de jurejur. Io. Ech. Enchir. de immunit. Eccles. §. in vet, test, & §, immunitatem sacerdotum. Ita etiam tenuit Concil. Lateranen. ultimò sub Leone X. celebratum, sess. 9, in Bull, reform, cur, vers. &, cùm à jure, ubi, & cùm à jure, tam divino, quàm humano, laicis potestas nulla in ecclesiasticas personas attributa sit, conc. Colonien, par. 9. cap. 20. & conc. Triden. in quo quamplures S. R. E. Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Theologi in Spiritu sancto legitimè congregati, interfuerunt, sancivit, personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus esse constitutam, ut in cap, 20, ante med, sess. 25. Auctoritas autem conciliorum generalium, longè prævalet opinioni prædictorum Theologorum, & aliorum doctorum, qui pro contraria opinione scripserunt. Et hanc opinionem esse communem, tenet Alciat. in cap, cùm non ab homine eod, n. 2. & 47. de jud. quam esse communem testatur etiam Navar. in cap. novit, nu, 6, & 32, eod, tit, Flam, Paris, qui etiam de communi testatur, de resign. benef. lib, 8: quæst, 9: num, 5: Eandem opinionem uti communem sequitur Clar. lib, 5, recept, sent, § fin, quæst, 36, n, 1, & Roland, à Val. qui etiam de communi testatur, in cons, 4, num: 3, volum, 1: eamque pluribus auctoritatibus, tam sacræ scripturæ, quàm conciliorum generalium, sanctorum Patrum decretis & sacrorum canonum dispositione, probat Card. Bellar. theologus, de exempt. cler. cap. 1: §: hùc igitur, usque in fin. & etiam pluribus auctoritatibus magis communem esse testatur. Burs. in cons. 42. n. 1. & 2. l. 1. Graff in decis. aur par. 1: l. 2: c. 49: num. 3: Et uti veriorem, & communi consensu canonici juris interpretum receptam, tenet, & sequitur Azor. qui ad contraria respondet, in lib. 5. instit. moral. par. 1. c. 12. vers. ego profectò.

Comprobatur dicta opinio ratione, quia clerici sunt Deo dicati, & divinis usibus deputati, & propterea eo ipso sunt à civili laicorum potestate exempti; cùm semel Deo dicatum, non sit ad usus humanos ulteriùs transferendum c. nulli, c. prædia, 12: quæst. 2. cap. in legibus, 12. quæst. 3: cap.

cap. quæ semel, 19. quæst 3 cap semel, de reg. jur. in 6. Oldrad. *dict consil. 83. num. 4. & 5. l. 1. ff de rer. divis. &* §. *nullius, instit. eodem tit.* Accedit, quòd vasa, altaria, templa, vestes, calices, & alia Deo sacrata prædia divinis usibus tradita, castra, villæ, agri, decimæ, primitiæ, homines, animalia, & bona quæcunque ecclesiastica, quia sunt Deo dicata, oblata, tradita, ac divinis usibus destinata, eo ipso sancta, & religiosa censentur, *eodem cap. prædia, & cap. in legibus, 12. quæst. 2. l. summa. de rer. divis.* §. *nullius, instit. eodem tit.* & Azor. *d. cap. 12. ver. ego sanè*, & à profano, ac civili usu separantur: & pari modo clerici eo ipso, quòd Deo sacrati existunt, ab omni civili usu, & laicali jurisdictione sunt exempti Oldrad. *eod. cons. num. 5.* & plenè Azor. *eodem c. 12. vers. & in dictis capitibus.* Et hæc est communis opinio fundata, & approbata auctoritate Pontificum à conciliis generalibus, à sacra Rota Romana, & gravioribus auctoritatibus, à qua recedere, non est tutum; quia in interpretatione legis divinæ, super decisionibus dubiorum, potiùs debemus stare diffinitionibus Summorum Pontificum, quàm dictis Theologorum, etiam quòd sint sancti.

141 Potestas enim † interpretandi data est non sanctis, sed Summis Pontificibus, *cap. 1.* & ibi glos. *1, 20, dist. cap. per venerabilem, qui fil. sint leg.* & Ioan. à Capistr. *de auctorit. Pap. par. 3. 2. par princip. num. 93. tract. to. 13* Imò peccant Theologi tenentes contra constitutiones, & decisiones Pontificum, ut post Ant. de Butr. tenet Abb. *in cap. tua. il. 1. num 5. de decim.* Et multò magis laici legum doctores, qui audeant eas interpretari *Genes. cap. 47.* & *Esdræ cap. 7. lib. 1.* contra sensum communem Theologorum, & Canonistarum imò contra decisionem concil. Lateranen. *de qua in cap. non minus cap. adversus de immunit. eccles.* & *cap. tributum* §. *quamvis etiam, 23. quæst. 8.* cum legum civilium doctores careant auctoritate sacram scripturam interpretandi.

142 † Etenim, antequam esset Petrus, clerici non erant subjecti potestati laicali, ut *Psalm. 104.* ubi, nolite tangere Christos meos, hoc est unctos meos, ut sunt clerici, qui, Deo sacrantur, glos. penult *in cap. si Imperator. 96. distinct.* Rom. *sing. 404. incipien. sed an potest*, Alexand. *in cons. 8. num. 1. lib. 1.* & Azor. *ubi supra. vers. primò ex divinis.*

143 Nec † excusantur personæ illius magistratus juramento, quo sunt obstricti, de eorum voto secreto, contra vel in favorem illius, quem factiosum, turbulentumque in civitate existimant, explanando: quia juramentum, ut sit licitum, tres comites habere debet, nempe, judicium, justitiam, & veritatem, *c. jurabunt, 22. qu. 1.* S. Raymond. *in sum. lib. 1. de transgr. vot.* §. *tria. exiguntur*, & Navar. *in c. 12. num. 3. tom. 3.*

144 Est † enim contra justitiam, quòd laicus judicet clericum, *cap. si diligenti, de foro comp. cum alijs suprà allegatis*; & uti contra justitiam præstitum servari non debet, *cap. est etiam cum duob. seqq. 22. quæst. 4. & dicto c. si diligenti, in fin. de foro comp.* quinimo illud servantes mortaliter peccant, pro quo peccato incidunt in dictam excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, contra illam contravenientes promulgatam: in eamque incidunt, quicunque magistratus, judices, notarij, scribæ, executores, subexecutores, consiliarij,

senatores, præsidentes, cancellarij, vicecancellarij, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas ecclesiasticas, juridicè, vel auctoritativè, ut per Sayr. *in Thesaur. cas. consc. cap. 23. numer. 2.* Clericum enim esse incorrigibilem declarari debet per judicem ecclesiasticum, non autem per secularem. Capyc. *decis. 112 num. 6.*

145 Multæ enim actiones † contra clericos hoc loco magistratibus secularibus sunt prohibitæ.

Prima est eorum, qui quomodolibet se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus; & illa vox: quomodolibet, intelligenda est juridicè vel auctoritativè.

Secunda actio est illos processare ut per eundem Sayr. in Thes. *cas. conf. tom. 1. lib. 3. c. 23 num 2.* & Graff. *in decis. par. 1. lib. 4. c. 18 nu 149.*

146 Illa enim dictio, † quomodolibet, est universalis, quæ comprehendit processum quocunque modo factum, ut per gloss. *in clement. 2. in verb. quomodolibet, de sent. excommunic.* Albert. de Ros. *in dictionario, & verb. quomodolibet.* Paris. *cons. 58. numer. 10. volum. 1.* Et comprehendit omnes modos excogitabiles, nempe realem, personalem, directum, & indirectum, ut per gloss. *in dict. clement. 2.* & Hypol. de Marsil. *in cons. 80 num. 38.* Illa enim secreta datio votorum habet vim sententiæ, quæ præsupponat processum factum, eo modo, quo in similibus fieri solet.

147 Et, quamvis fiat sine scriptura, † etiam sine scriptis processus fieri potest, & tamen dicitur processus, *auth. nisi breviores,* & ibi Bart. & Bald. *C. de sentent. ex brev. recit.* Unde, quando magistratus discolatus unitur, & sedet pro suffragiis ventilandis; processus est juxta consuetudinem formatus, & uti processantes omnes in censuris contentis in Bulla Cœnæ Domini incidunt, etiam, quòd non consequatur condemnatio, & qui votum favorabile clerico, quòd non sit factiosus, & pœna discolatus mulctandus, dederunt; nisi se declaraverint, nolle contra clericum aliquo modo procedere.

148 Quia cùm aliàs quilibet participet in processu facto, omnes eandem pœnam incurrunt; cùm enim per ipsos non steterit, quominus clericum condemnaverint, suffragiis ipsum cribrando; hoc casu ex solo processu ad calculum condemnatione non secuta, pœna dictæ excommunicationis incurritur, prout in atrocioribus, *l. si quis non dicam rapere,* & ibi Bart. & Bald. *C. de episc. & cler. c* 1. & ibi gloss & Abb. *primo not. de præsumpt.* & Felyn. *in tract. quan cont. puniat. nu. 1.* & est casus in Bulla Cœnæ Domini expresse comprehensus, *ut in eadem Bull. nu. 19* ibi processando, & cum auctoritativè fiat processus, magistratus ipse facto excommunicationis sententiam incurit, Navar. *in c. 27, n. 71. vers. declaratio prima.*

149 Nec se † tueri valent longa consuetudine: quia laici vi consuetudinis nullam possunt habere in clericos potestatem, ut post Joann. Andr. & Dom. tenet Felyn. *in cap. 2. num. 3. de major. & obed.* Card. *in cons. 68.* Rot. *dict. decis. 10. num. 4. de consuet. in antiq. cap. clerici,* & ibi Abb. *numer. 5. & 6.* & Dec. *num 35. de jud.* & plenè, ac bene Azor *eodem lib. 5. institut. moral. c. 12. sub, vers. sed dubitari posse.* Quæ conclu-

conclusio procedit, & habet locum, tàm in causis criminalibus, super quibus dictum tribunal discolatus fuit erectum, quàm in civilibus, *ut cap. qualiter, & quando, eodem titul. de jud.* Abb. *post alios dict. num. 6.* & Azor. *loco proximè citato, sub littera B.*

150 Dicta autem † de consuetudine, quòd laicis contra clericos nullam possit tribuere jurisdictionem, procedunt etiam in præscriptione, quamvis tanti temporis cursu fuerit continuata, ut in contrarium initij memoria non existat: quia laicus est incapax juris, & potestatis spiritualis, quam nullo tempore præscribere potest, cum illam civiliter non valeat possidere, *cap. causamque,* & ibi gloss. final. & Abb. *num. 2. de præscript.* Joann. Andr. & alij *in cap. 2. de præb. in 6.* & Azor. *eodem cap. 12. sub vers. quod verò.*

151 Et † cum Bull. Cœn. Domini annis singulis die Jovis majoris hebdomadæ, omnes eidem Bullæ contravenientes excommunicentur solemniter per Papam, anathemate horrendo, ut per S. Antonin. *in 2. par. 3. par. tit. 27. & 77.* per ipsam interrumpuntur, & impediuntur omnes præscriptiones contra ecclesiasticam jurisdictionem, ut inquit Felyn. *in c. cùm non liceat, nu. 12. vers. quintò considera.* & Azor. qui ad contraria respondet *sub dict. vers. quod verò, & vers. quæ ad muniendam, colum. 7.* & pro hac sententia optime faciunt plura allegata per Osasch. *in disputat. an princ. christ. sæ sit, nu. 11.*

152 Excipiuntur † tamen duo casus, in quibus clerici pro criminibus, per executores laicos capi, & carcerari possunt. Primus est, quandocunque, & quacunque de causa clericus fori privilegio non gaudet, quod tamen est ab Ordinario declarandum, quo casu potest etiam processari, & puniri, ut qui non incedunt in habitu, & tonsura, nec sunt in sacris ordinibus constituti, aut beneficiati, concil. Trident. *c. 6. de reform. sess. 23.* Talis enim quis præsumitur, qualis in habitu reperitur, *c. si judex laicus, de sentent. excomm. in 6.* Secus tamen, si habent ordines sacros, aut beneficia ecclesiastica: quia tunc ob non delationem habitus privilegium clericale non amittunt, sed ab Ordinariis pœnis juris sunt plectendi. Secundus, si in fragranti delicto capitali comprehendantur. Tunc enim à ministris justitiæ sæcularis, absque tamen injuria, violentaque manus injectione, & clericalis ordinis dedecore, capi poterit; non quidem (si gaudet privilegio clericali,) ut per eos causa cognoscatur, sed, ut si captus, cum primùm opportunè fieri poterit; ecclesiastico Judici tradatur ut pro ratione delicti ab eodem puniatur, ut per Abb. *in c. cùm non ab homine, nu. 5. de jud.* Navar. *c. 27. nu. 83.* & Sayr. *eodem lib. 3. c. 23. nu. 4.*

153 Vigesimò, † in eandem excommunicationis sententiam incidunt occupantes bona, aut terras Ecclesiæ Romanæ, vel supremam jurisdictionem, quæ ad ecclesiam Romanam in illis spectat. Terræ verò, loca, & civitates, quæ sub dicto capite comprehenduntur, subalma Urbs, regnum Siciliæ, insula Sardiniæ, insula Corsicæ, terræ citrà Pharum; patrimonium Beati Petri in Thusciæ, Ducatus Spoletanus, Comitatus Venusinus, Comitatus Sabinensis, Marchia Anconitana, Massa Trebaria, Romandiola, Campania, maritimæ Provinciæ, illarumque terræ, & loca; terræ specialis commissionis Arnul-

phorum : civitates, Bononia, Cesena, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenio, civitas Castelli, Tudertum, Ferrariæ, Comaclum, ac aliæ terræ, civitates, & loca Romanæ Ecclesiæ, mediatè, vel immediatè subjecta; ac jura, & supremam jurisdictionem Romanæ Ecclesiæ in prædictis civitatibus, terris, ac locis spectantem ostendunt, *ut in ead. Bull. Cœn. Domini, nu.* 20. Sayr. *lib.* 3. *c.* 24 *per totum*; & de qua excommunicatione habetur apud S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 25. *c.* 73. Cajet. *in verb. excommunicatio c.* 17. & Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 1 *c.* 30.

154 Quæritur, † an dicta Bulla Cœnæ Domini sit ubique usu recepta, cùm alicubi contrarium prætendatur, & inquit Azor. *eodem libro quinto, capitulo duodecimo, colum.* 8 *&* 9 *sub. vers. quæri solet. primùm* falsum omnino esse, quòd auctores contrarium tenentes asserunt, seculares magistratus, & judices multas clericorum, & ecclesiarum causas jure cognoscere, & tractare, tacito Romanorum Pontificum consensu, & tolerantia; & quòd nullus judex ecclesiasticus habet pro excommunicatis, qui talia faciunt; imò nec ipse Papa, nec ullus illos devitat.

Imò Summi Pontifices, ut notissimum est, quotidie reclamant, conqueruntur, prohibent, pœnas constituunt, & sententias ferunt in laicos, talia facientes, ut patet manifestè ex actis judicialibus Auditorum Cameræ; ubi quotidie expediuntur litteræ pro habendis indicijs; & deinde monitoriales, ut personaliter compareant ij, qui ita conveniunt, atque consentiunt; contra quos pronunciantur sententiæ condemnatoriæ, lata etiam, & publicata sententia declaratoria excommunicationis. Id etiam constat ex pluribus decisionibus, & sententiis Auditorum Rotæ, in quibus omnino improbantur, & damnantur tales recursus; & ij, qui recurrunt, declarantur excommunicati, *ut suprà deduxi, sub verb. decimosexto, numer.* 87. *cum pluribus seqq.* quod semper servatur apud Sedem Apostolicam, quando de hac re notitia cum legitimis informationibus habetur. Imò quotannis in die Cœnæ Domini Romani Pontifices publicam, & solemnem excommunicationem ferunt contra magistratus, judices, & Principes seculares, qui in suis tribunalibus causas clericorum, vel ecclesiarum tractant, & judicant, vel ad sua Prætoria revocant: vel apud se diplomata Pontificia, vel litteras Apostolicas detinent, ne ad effectum deducantur: & in eos, qui ad laicos in prædictis causis cõfugiunt, & recurrunt. Quæ omnia apertè ostendunt, & indicant longè abesse ab his omnibus tacitum Romanorum Pontificum consensum, & præsumptam, quam vocant, patientiam, contra deducta per Ignat. Lop. virum alioquin doctissimum, *in annot. ad prax. crim.* Diaz *post. cap.* 103. *fere per tot.*

155 Nec † valet, quòd quidam opponunt, non satis esse, si Romæ publicentur excommunicationes contentæ in Bulla Cœnæ Domini, quoniam verissima est sententia communi consensu theologorum, & juris canonici doctorum, & summistarum recepta, sufficere promulgationem Romæ factam, nec requiri, ut in singulis Provinciis hujusmodi excommunicationes pronuncientur, & hæc Azor. *ubi suprà* Et Navar. loquens de excommunicatione, 14. Bull. Cœn. Domini, sic ait.

Video

Video etiam, pro re indubitata haberi ab aliquibus, posse regulariter Reges defendere possidentes colorato titulo beneficia ecclesiastica, ne absque iusta causæ cognitione deturbentur, vel spolientur, quod jure munire conantur. An verò satis muniant, nec ne, Sanctissimi Domini Nostri definitioni remitto, sic ille, *in Man. cap. 27. num 70. vers. secunda quod.* Cui sequentibus verbis respondet Azor. Sed profectò, cùm sacri canones, & summi Pontifices semper consuetudinem, quæ est contra libertatem ecclesiasticam, & corruptelam, improbent, ac damnent; non est, cur dubitemur, sit, nec ne eorum improbanda, & reijcienda sententia, quæ est summorum Pontificum decretis, & sacris canonibus contraria, nostrum est parere, & imperata facere, non contra canones docere, aut docentes tueri, *in eod. lib. 3. cap. 12. sub eod. vers quæri solet, in fin.* Quòdque judices laici in dictis causis non sint competentes, probat Pot. *decis. 361. in fin. lib. 1.* post plures Rot. decisiones. Gomes. *in reg. de anna. poss ff. quæst. 46. num. 2.* & nuper Rota, coram Decano Blanchetto; & Pegna, *ut in decis. de quibus supra sub num. 91. & seqq.* ex quibus reprobantur in contrarium ab aliquibus deducta de manifesta tolerantia Papæ, & universalis ecclesiæ, quod officiales laici faciant executiones contra personas ecclesiasticas super fructibus beneficiorum occasione onerum ordinariorum, seu extraordinariorum.

156 Quia illæ † executiones erunt semper in offensam ecclesiasticæ libertatis, & illas committentes, consultantes, exequentes, aut exequi mandantes, excommunicationis sententiam, in Bulla Cœnæ Domini, non evadunt; ex deductis supra, *num. 130. 131. & 132.* Et est excommunicatio ab antiquo Sedi Apostolicæ reservata, *ut in extravag. comment. Paul. 2. c. si dominici de pœn. & remis.*

157 Quòd † autem publicatio facta Romæ sufficiat post Ioan. Mo. Ioan, Andr. Innoc. & Paul. de Leaz. fuit decisum à Capel. Tolos. *in decis. 445.* quam sequitur Gomes. *in proœm. regul. cancell.* quia Roma est caput omnium ecclesiarum orbis, *n. 13.* & Azor. *eod. lib. 5. vers. secunda opinio.* Et vltra rationes per Azor allegatas, quòd non excusentur magistratus, licèt tolerentur, & videantur non haberi
158 pro excommunicatis; † multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta forent in judicium, exigente justitia, non debent tolerari: nec per talem patientiam sequitur dispensatio, *cap. cùm jam dudum*, junct. gloss. fin. & ibi Abb. *numer. 10. de præb.* Et licet Papa sciat, non voluntariè tolerat; & hoc casu illius scientia non excusat, ut; post Ioan. de Lig. & alios per eum citatos, tenet Abb. *in cap. clerici in fin. de jud.*

159 Vtrùm † autem excommunicationes in Bull. Cœnæ Domini contentæ dicantur ab homine, vel à jure latæ, cum inter se differant; quia regulariter ab homine sententiæ excommunicationis latæ non subsistunt, nisi trina monitio canonica, vel vna pro tribus præcedat, *ut cap. constitutionem, §. statuimus*: & gloss. *in verb. monitionem, de sentent excommunicat. in 6.*

A jure autem nulla monitione præmissa, valent, & tenent, & in pluribus aliis differunt, de quibus per Graff. *decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 2. num. 7. & seq.*

160 † Aliis omissis, sunt excommunicationes à jure: quia semper durant, de vna publicatione ad aliam, donec, & quousque alia fiat, & publicetur, *ut in eadem Bull. sub num. 20. vers. volentes*, Sayr. *eodem lib. 3. cap. 25. num. 1. & 2.* & in jure continentur, *ut in extravag. com. 3. & 5. vers. & generaliter, de pœnit. & remiss.* Et quòd hodie sit excommunicatio à jure lata, correcta antiqua contraria ejus opinione, tenet Navar, *in cap. 27. num. 73. ver. tertia quod.*

161 † Qui autem in excommunicationes à jure latas incidunt, possunt etiam in notoriis, nulla monitione præmissa, in eandem excommunicationem incidisse, declarari, Innoc. *in cap. ex parte, il. 1. num. 5. de verb. oblig.* Felyn. *in cap. Rodulphus, num. 41. vers. intellige secundò, de rescript.* & Put. *decis. 332. num. 6. lib. 1.* & Papæ processus in notoriis absque citatione valet, ut inquit Butr. *in cap. cum olim, de sentent excommunic.* & Abb. *in cap. causam, quæ, de rescript.* nec ordinem in procedendo servare tenetur, quia non ligatur suis, nec Antecessorum suorum constitutionibus, *l. Princeps, & ibi* gloss. *ff. de legi. cap. ideò, §. hu ita, 25. quæst. 1. c. ad petitionem*, & ibi gloss. *de accus.* Abb. *in c. Magna num. 7. de vot.* Felyn *in cap. 2. num. 1. de major & obed.* & idem Abb. *in cap. 1. n. 1.* ubi etiam Bald. *nu. 3. de const.*

162 Sunt † enim prædictæ excommunicationes Papæ reservatæ: ita quòd nemo ab illis, præterquàm à Papa, aut ab eo potestatem habentibus, etiam virtute cujusvis decreti, concilij, aut indultorum, vel privilegiorum quorumcunque absolvi potest, *ut in eadem Bulla eodem numer. 20. ver. cæterum à prædictis*, Navar *cap. 27. numer. 37 eodem vers. & num. 72. in fin.* & Sayr. *dict. lib. 3 capit. 25. numer. 3 & 4.*

163 † Nisi in mortis articulo constituti, neque etiam tunc, nisi facta satisfactione, aut de standō Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita; quæ cautio debet esse sufficiens cum pignore, vel fidejussore, si eam dare potest, sin minus, dare debet eam, quam potest, saltem juratoriam *clement. 1 §. verum*, & ibi gl. *fin.* & Abb. *nu. 25. de hæret.* Felyn. *in c. pastoralis, nu. 12. de off. ord.* Navar. *eod. c. 27. nu 48.* & Card. Tol. *eodem lib. 1. c. 30. vers primò quidem, & vers. tertiò protestatur.*

164 Papa † enim pluribus modis tribuit potestatem à casibus in Bulla Cœnæ Domini contentis absolvendi; aut enim tribuit facultatem specialem ad supplicationem, ut quando tacito nomine facultates absolvendi per Pœnitentiariam sub sigillo expediuntur, aut vigore privilegiorum generalium, vel Iubilæi in genere. Et quocumque casu regulariter satisfactio, vel cautio, modo quo supra, præstari debet.

165 Et † procedit pro casibus occultis, si verò casus in Bull. Cœnæ Domini comprehensus fuerit deductus ad forum contentiosum; tunc enim ne vigore Iubilæi, aut aliorum privilegiorum, potest excommunicatus absolvi; nisi primò judici, & parti satisfecerit, quia dictæ facultates sonant in foro conscientiæ duntaxat, quo casu in foro fori deducta sub dicta facultate non comprehenduntur; sed requiritur specialis ad absolvendum in utroque foro, quæ fieri debet coram notario, &

166 testibus, vel saltem coram testibus † ut absolutus possit probare suam absolutio-

nem

nem, quæ non præsumitur, nisi probetur, *cap. proposuit in fin.* & ibi gloss. penult. *de cler. excommunicat. minist. cap. sicut nobis*, & ibi gloss. *fin.* & Abb. *num.* 1. & 2. *de sentent. excommunic.* & Navar. *in cap.*
167 *27. nu.* 278. *vers. septimò quòd* † In foro enim conscientiæ creditur pœnitenti coram confessario propria peccata confitenti; quia ibi tractatur de suo solo præjudicio, & de nemine catholico & timorato homine præsumendum est, quòd sit immemor suæ salutis, *cap. sancimus* §. & *licet* 1, *quæst.* 7. gloss. *1. in dict cap. sicut nobis*, & ibi Abb. *num* 4. *de sentent. excommunicat.* Secus autem in foro fori, in quo secundùm acta, & probata est judicandum, *l. illicitas*, §, *veritas ff. de off. præfect.* Felyn. *in cap. pastoralis*, *num.* 23 *de off. deleg.* & Gomes. *in reg. de anna poss ff.*
170 *quæst.* 4: *num.* 5.

168 Absolventes † autem ab excommunicatione, & anathemate contra tenorem ejusdem Bullæ, excommunicationis sententiam incurrunt, *ut in ead. Bull. dict. num.* 20. *vers. quod si fortè.* Sed dubitatur, an dicta excommunicatio sit Papæ reservata.

169 Et sublata opinionum varietate, † quibus relatis, quòd dicta absolutio non sit Papæ reservata, sed Ordinarij, sic excommunicatos absolvere possint, tenet Navar. *eodem c.* 27 *num.* 74. quem sequitur Tolet. *eodem cap.* 30. *vers. sextò fulminat*, & Sayr. *in eodem Thes. cas. consc. lib.* 5 *cap* 25 *nu.* 6. & 7. Hodie tamen dicta quæstio per universam Italiam est sublata à sacra congregatione Cardinalium, quæ de Clementis Papæ VIII. speciali mandato, sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quam regularibus, per universam Italiam extra Urbem degentibus, ad confessiones audiendas approbatis, quorumcunque Ordinum, Congregationum, aut Societatum etiam Jesuitarum, jubet, & præcipit, ne sub prætextu privilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè, scripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus secularium, aut singularibus personis, aut aliàs quomodocunque, sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cujusvis etiam Imperatoris, Regum aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, audeat, vel præsumat de cætero, & in perpetuum, † aliquem cujusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatis, tàm ecclesiasticæ quàm secularis, etiamsi Regiæ, vel Imperialis existat, ab ullo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, ejusvè successores pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reservandis; Nec etiam à casibus quos Ordinarij locorum hactenus reservarunt, vel in posterum sibi reservabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, & speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quò ad casus ab ipsis tantùm reservatos respectivè habita scripta licentia, Ordinarijs locorum exhibenda, absolutionis beneficium impedire, sed, cùm opus fuerit, pœnitentes ad superiores legitimos judices suos accedere consulant, sub pœna contrafacientibus, tàm regularibus, quàm secula-

sæcularibus, excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum; inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcunque officia, Prælaturas, beneficia in posterum obtinenda, ipso facto absque ulla alia declaratione incurrenda, super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice, habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impartiri, *ut in decreto sub dat. die 13. Novembris 1600. per universam Italiam publicato.*

Decretum præfatum fuit postea interpretatum, declaratum, & moderatum, nempè, quòd sub dicta prohibitione
171 † septem tantùm casus comprehendantur, videlicèt eorum, qui in Bulla Cœnæ Domini lege consueta continentur; Ac præterea violationis immunitatis ecclesiasticæ, in terminis constit. Greg. Papæ XIV. quæ incipit, cum aliàs nonnulli; Violationis clausuræ monialium ad malum finem Provocantium, & pugnantium duello juxta decretum sacri concilij Trident, & constitutionem Gregorij Papæ XIII. incipientem, ad tollendum, Injicientium violentas manus in clericos juxtà *can. si quis suadente & c. 15. qu. 4.* ac juris dispositionem; Simoniæ realis scienter contractæ; Confidentiæ beneficialis; Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reservarunt, aut in posterum reservabùt, in quibus omnibus sic enumeratis casibus duntaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones, eadem sacra congregatio de speciali mandato Clementis Papæ VIII. vivæ vocis oraculo sibi facto mandavit præfatum decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere.

Declarando insuper, eos quidem sacerdotes, tàm seculares, quàm regulares, qui aliquo ex privilegiis indultis, & facultatibus in supradicto decreto expressis suffulti fuerint, posse juxta eorum privilegia, induka, & facultates usu ante idem decretum receptas, & quæ sub alijs revocationibus non comprehendantur, tantùm, & non alias absolvere à casibus in præsenti declaratione non comprehensis, aliis sacerdotibus non privilegiatis nihil penitus concedendo. Facultatem autem, & licentiam absolvendi à casibus reservatis, quam in scriptis tantùm concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi posse, declaravit. Et ad tollendum omne dubium, an per primò dictum decretum fuerit sufficienter specialibus privilegiis derogatum, idem Papa Clemens constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis omnibus in favorem quorumcunq; Ordinum, seu Institutorum regularium, aut sacerdotum, tàm secularium, quàm regularium, editis; nec non eorundem Ordinum, seu Institutorum, ac etiam ecclesiarum, & monasteriorum, & aliorum secularium, seu regularium locorum quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consvetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis eisdem Ordinibus, seu Institutis, ac etiam ecclesiis, & monasteriis, & secularibus, seu regularibus locis, aut personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potesta-

testatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generalis idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent pro expressis habens, quò ad ea, quæ præmissis aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris ea vice duntaxat, specialiter, & expresè derogavit, contrariis quibuscunque non obstantibus, *ut in posteriori decreto Romæ sub die 26. Novembris 1602. edito impresso, & locis publicis affixo.* Quo removetur omnis difficultas, an sufficienter fuerit derogatum, quia motu proprio, & ex certa scientia, de Apostolicæ potestatis
172 plenitudine fuit derogatum, & † clausula, motu proprio, hoc casu tollit subreptionem, *cap. si motu proprio, de præben. in 6. clem. si Romanus Pontifex,* & ibi gloss. final. & Abb. *num. 2. eod tit.* Felyn. *in cap. cæterum, n. 9. de rescrip.* Lap. *alleg. 7. infin.* & Gabr. *com. concil. de clauf. lib. 6. concl. 2. num. 1.*

Derogatur enim omnibus privilegiis, & litteris in contrarium quomodolibet
173 facientibus, cum clausula, † quorum tenores pro expressis habent, quæ clausula præcipuè in litteris, motu proprio concessis appositata operatur, ut totus tenor eorundem privilegiorum, & litterarum, quæ pro expressis habita fuerunt, censeatur expressus, & specificatus, Butr. communiter receptus, in *cons. 2 col. 1. ver. his tamen non obstantibus* Gomes. *super regul. Cancell. decis. 10. num. 2.* & Gabriel. *de clauf. eodem, lib. 6. concluf. 5. num. 1.*

174 Absolutiones † verò contra formam Bullæ Cœnæ Domini; & dicti decreti factæ sunt etiam nullæ, nulliusque roboris, vel momenti, *ut in eodem decreto, §. præterea,* quia excommunicatus absolvi non potest, nisi à potestatem habente, & est communis opinio, de qua per Tabien. *in verb. excommunicatio, 7. num. 13.* excepto mortis articulo, de quo in eadem Bulla Cœnæ Domini, & decreto proximè citato.

175 † Sed tunc, si casus reservati habent annexam excommunicationem, vel absolvitur quis ab eadem excommunicatione, & efficiatur incolumis, tenetur pro absolutione superiorem adire, aliàs in eandem excommunicationem reincidit, *cap. eos qui, de sentent. excommunic. in 6.* & Graff. *decis. aur. par. 1. lib. 1. cap. 13. num. 90.* & per se ipsum, vel procuratorem ad Papam accedere tenetur. Navar. *in cap. 27. n. 113.* & Graff. *eadem par. 1. lib. 4. cap. 23. num. 1. & 2.*

176 Consulere † propterea eorum conscientiæ debent confessarii, qui parùm curant, pro posse in præmissis animarum saluti consulendo providere; & videant Navar. qui inquit, quartò demirari me, quòd cùm tot has censuras incurrant, tàm pauci tamen confessarii locorum, ubi hæc aguntur, eas pro dignitate extiment, & eas incurrentibus absolutionem denegent, &
177 † tàm pauci Episcopi, qui excommunicatas, & interdictas personas & terras

ubi hæc fiunt, fierivè jubentur, & permittuntur, denuncient; cum præceptum eis fit à concilio Viennensi, ut sub pœna peccati mortalis id faciant, postquam de eo ipsis constiterit, quòd tamen facilè constare potest, quamvis parte vocata, & judicialiter id fieri debeat.

178 Quanquàm, † etiam testor, multos populos Italiæ, & Gubernatores, ac exactores eorum annis, quibus ego Sacræ Pœnitentiariæ servio, à Summo Pœnitentiario S. D. N. petijsse absolutionem à censuris ob hæc incursis, restitutione promissa parata, vel facta, quos utinam aliorum Regnorum populi, & Rectores imitarentur, Amen, ut in Manual. *c. 17. num. 202. vers quartò demirari.*

179 † Quòd autem parte vacata, & judicialiter de censurarum incursu constare debeat, procedit ad effectum judicialiter declarandi aliquem in sententiam excommunicationis in Bulla Cœnæ Domini contentam incidisse, & incurrisse. Et in his terminis procedit prima opinio Navarri, sed in foro poli, coram confessario. Gubernatores, magistratus, populi, exactores, & alij contravenientes, contentis in Bulla Cœnæ Domini pro verè excommunicatis sunt habendi, & non absolvendi, ex proximè per eundem Navarrum dictis, *& suprà n. 136. & 144. allegatis*, & de his, quæ frequentiùs in foro contentioso quæri solent. Hæc pauca mihi de excommunicationis sententia dixisse sufficiat: cum in concernentibus forum conscientiæ, & Bull. Cœnæ Domini ferè omnes Theologi, & ex recentioribus, Navar. Cardinal. Toletan. Graff. & Sayr. copisè differuerint, ad quos remisisse sufficiat.

DE SVSPENSIONE, ET INTERDICTO.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Censuræ ecclesiasticæ sunt tres. Suspensionis, & interdicti sententiam Episcopi, Archiepiscopi, & alij Superiores non incurrunt, nisi de ipsis in constitutionibus expressa mentio habeatur, ibidem.*

2 *Suspensio, quid sit.*

3 *Suspensionis pœnam incurrit Episcopus aliquem alienæ diœcesis ordinans sine litteris dimissoriis.*

4 *Episcopus infantem, aut illitteratum ad primam tonsuram promovens, per annum à clericalis tonsuræ collatione est suspensus.*

5 *Infans, quis dicatur.*

6 *Illitteratus, qui dicatur.*

7 *Episcopus sacerdotem indignum, & inhabilem ordinans, à collatione ordinis sacerdotalis est suspensus.*

8 *Episcopus solemniter pœnitentem, aut bigamum*

gamum ordinans per annum à celebratione est suspensus.

9 Episcopus ordinans religiosos, seculares vè in communi viventes, non professos sine legitimo patrimonij, aut beneficij titulo, per annum à collatione talium ordinum ipso jure est suspensus.

10 Episcopus non denuncians intrà sex menses, quæ in concilio provinciali facta fuerint, per duos menses est ab officio suspensus.

11 Episcopus conferens duos sacros ordines uno die, vel duobus diebus continuato jejunio, suspensionis pœnam incurrit.

12 Ordinans in aliena diœcesi sine expressa Ordinarij licentia, ab exercitio pontificalium per annum est suspensus.

13 Episcopus in aliena diœcesi de Ordinarij licentia ordinans, si alienos sine litteris dimissorijs promoverit, suspensionis pœna innodatur.

14 Prælatus inferior licèt exemptus, litteras dimissorias concedere non potest.

15 Suspensionis pœnam incurrit Episcopus consecrans in aliena diœcesi calices, & corporalia sine Ordinarij licentia.

16 Episcopi, qui titulares vocantur, si quem ad ordines promoveant sine sui Ordinarij licentia, sunt per annum suspensi.

17 Suffraganei quibus ecclesiis dandi.

18 Suffraganeus nullibi pontificalia exercere potest, nisi in ecclesia, cui est adscriptus.

19 Clemens Papa VIII. constitutionem Sixt. V. ad terminos sacrorum canonum reduxit.

20 Minorem legitimæ ætate, vel extra tempora, vel ad duos sacros ordines, eadem die ordinans, suspensionis pœnam incurrit.

21 Episcopi promoventes ad sacros ordines, patrimonium, aut beneficium non habentes, eisdem vitæ necessaria, donec illis de beneficio provisum fuerit, suppeditare tenentur.

22 Episcopus, quando non habentem patrimonium, nec beneficium, ad duos primos ordines promovere possit.

23 Suspensionis pœnam incurrit, qui ante legitimam ætatem sacros ordines suscepit.

24 Minor promotus ad sacros ordines, si est doli capax, ad continentiæ votum obligatur.

25 Suspensionis pœnam incidit, qui ab alieno Episcopo sine sui Ordinarij licentia ordinatur, & nu. 12. in textu.

26 Episcopi titulares, quando & quibus ordines conferre possint.

27 Clerici minus idonei absque prævio examine promoti, ab Episcopis ad tempus suspendi, & interdici possunt.

28 Suspensus, quando irregularis efficiatur.

29 Ordines furtim suscipiens, excommunicationis pœnam incurrit.

30 Ordinatus præpostere, in sacris ordinibus suspensionis pœnam incidit.

31 Ordinatus præpostere, ordinum administratione quandiu sit interdicendus.

32 Ordinatus à simoniaco, vel simoniacè, non recipit ordinis executionem.

33 Ordinatus subficto patrimonij titulo, est ipso jure suspensus.

34 Ordinatus non potest patrimonij, beneficij, pensionisvè titulum, ad quem fuit ordinatus, renunciare.

35 Ordinari nemo potest sine titulo.

36 Patrimonium alienari, extingui, vel remitti non potest, nisi post sufficientis beneficij adeptionem.

37 Ordinatus ab excommunicato, schismatico, haretico, deposito, suspenso, vel interdicto, ab ordinum susceptorum executione est suspensus.

38 Ordinatus scienter ab hujusmodi ordinantibus, non potest, nisi à solo Papa dispensari.

39 Ordinatus ab eo, qui Episcopatum renunciavit, est suspensus, & si scienter accessit, ab alio, quàm à Papa dispensari nequit.

40 Illegitimus ordinibus sacris initiatus, suspensionis pœna innodatur.

41 Bigamus ordines sine dispensatione suscipiens, ipso jure est suspensus.

42 Illitteratus ad ordines promotus, est omninò suspensus.

43 Illitteratus est dignitatis incapax: & infanti, & furioso aquiparatur.

44 Litteratura est de jure divino.

45 Excommunicatus ordines suscipiens, est deponendus.

46 Ordinatus extra tempora, est ipso jure suspensus.

47 Ordinati sede Episcopali vacante, cum litteris dimissoriis Vicarij, seu capituli, sunt ad futuri Præsulis beneplacitum suspendendi.

48 Capitulum litteras dimissorias concedens, interdicti pœnam incurrit.

49 Vicarius sede vacante, dimissorias litteras concedens, per annum est ab officio suspensus.

50 Vicarius, & capitulum, quando litteras dimissorias, & ordinandi facultatem concedere possint.

51 Beneficia in confidentiam obtinentes sunt ipso jure suspensi.

52 Episcopi, beneficia curata præsertim indignis aut aliàs inhabilibus conferentes, à collatione beneficiorum ea vice sunt suspensi.

53 Episcopi, & alij superiores dignitatis res & bona ecclesiarum vacantium sibi vindicantes, suspensionis pœnam incurrunt.

54 Prælati beneficiorum resignationes, aut permutationes contra constitutionis Pij V. formam fieri permittentes, suspensionis sententiam incurrunt.

55 Prælati bona ecclesiarum Rom Pontifice inconsulto alienantes, suspensionis, aliasque pœnas incidunt.

56 Episcopi, & alij superioris dignitatis Prælati, limina Apostolorum statis temporibus ad formam constit. Sixti V. non visitantes, ipso jure sunt suspensi.

57 Conservatores Sedis Apostolicæ, quando suspensionis pœnam incidant.

58 Conservatoriæ Vniversitatum, collegiorum regularium, & similium non sunt sublatæ.

59 Iudices ecclesiastici excommunicationis sententiam non præmissa juris monitione ferentes, sunt ipso jure suspensi.

60 Iudices ecclesiastici sententiam excommunicationis, suspensionis, & interdicti sine scriptis, & sine causæ expressione ferentes, vel copiam scripturæ non tradentes, sunt suspensi.

61 Visitatores, qui in visitatione aliquid præter victualia accipiunt, suspensionis pœna ligantur.

Clerici

62 Clericus homicida sacerdotij munus nullo pacto exercere potest.

63 Interdictum Papæ violans, est ipso jure suspensus.

64 Celebrans ac dimittens Missam imperfectam, suspensionis pœnam incurrit.

65 Oculum alteri eruens, ac seipsum castrans, ut castè vivat, suspensionis pœnam incidunt.

66 Fornicatores publici, ab officio sunt suspensi.

67 Ecclesiæ cujusque canonibus obedire recusantes, sunt suspendendi.

68 Princeps prohibens synodi celebrationem, à communione est suspendendus.

69 Clericus ludis, & ebrietati indesinenter inserviens, suspensionis pœna puniendus.

70 Clerici, & alij, cum suspectis mulieribus impudenter habitantes, & hujusmodi incorrigibiles, omni ecclesiastico honore sunt privandi.

71 Litteras falsò scribens suò nomine majoris partis capituli, ab officio, & beneficio suspendendus.

72 Infamatus publicè de simonia, donec veritas excutiatur, suspensionis pœna est subjiciendus.

73 Clericus infamatus, quòd mulierem in ecclesia cognoverit, suspensione est puniendus.

74 Instrumenta proprietatis ecclesiæ, quibus ecclesia sua jura tueri potest, subtrahentes, suspensionis pœna multantur.

75 Ecclesiæ bona occupantes intuitu potentiæ secularis, suspensionis sententiam incurrunt.

76 Sacerdotes malè Eucharistiam custodientes, tribus mensibus ab officio suspendendi.

77 Dignitatem, vel electionem de manu laici suscipiens, suspensionis pœnam incidit.

78 Ecclesiasticæ personæ sermones in choro cum secularibus, dum divina officia recitantur, protrahentes, suspensione puniendi.

79 Interdictum, quid sit.

80 Regnum, civitas, & qualibet loca, ubi Legati, vel Nuncij Apostolici officium impediaturi, interdicto sunt subjecta.

81 Civitas, locusve, & qui Episcopum offenderint, hocque fieri mandantes, interdicti pœna puniuntur.

82 Civitas & locus, ubi Romani Pontificis electio est facienda, quando interdicti pœnam incurrant.

83 Excommunicari nemo potest pro alieno delicto.

84 Interdicto punitur patria ob delictum Principis.

85 Interdictis ecclesiis, capellæ, oratoria, & cœmeteria interdicta intelliguntur.

86 Excommunicatio non civitatibus, sed certis personis tantùm infligitur, ideò ejus loco ponitur interdictum.

87 Interdicti tempore, quæ fieri à jure permittantur.

88 Interdicti tempore, solemnibus tantùm diebus festis solemnis benedictio fieri potest.

89 Interdicti tempore solemnis Missarum celebratio quando fieri possit.

90 Interdicti tempore, defunctorum cadavera in cœmeterijs sepelientes, excommu-

municationis sententiam incurrunt.

91 *Clerici, & regulares interdicti tempore (cum silentio tamen) possunt sepeliri.*

92 *Interdictum pro pecuniario debito minimè laxandum.*

93 *Pecuniæ appellatione, quidquid pecunia æstimatur, intelligendum.*

94 *Interdictum in Romana curia pro pecuniario debito, ab Auditore Cameræ Apostolicæ laxari solet.*

95 *Obligantes se in forma Cameræ Apostolicæ ad solvendum summam aliquam Romæ, vel alibi, omnibus censuris se submittunt:*

96 *Consuetudine, aut legitima præscriptione, aut Papæ approbatione excommunicandi, & interdicendi, jurisdictio acquiritur.*

97 *Pecuniarij debiti causa, ut interdictum relaxetur, quæ requirantur.*

98 *Interdictum pro nulla pecuniæ quantitate laxari posse expresè probatur.*

99 *Iudices ecclesiastici interdictum pro debito pecuniario laxare non possunt.*

100 *Animas debitis suffragijs defraudantes, ad restructionem tenentur.*

101 *Acta, quæ contra leges fiunt, sunt nulla.*

102 *Auditor Cameræ Apostolicæ non habet facultatem pro debito pecuniario interdictum promulgandi, nisi ei specialiter demandetur.*

1 CENSURÆ † Ecclesiasticæ sunt tres, nempè, excommunicatio, suspensio & interdictum. Et quia proximo cap. de excommunicatione egimus, restat, ut de suspensione, & interdicto nonnulla disseramus.

Periculosum quidem est Episcopis, & aliis superioribus, Archiepiscopis scilicet, Patriarchis, & Primatibus propter executionem pontificalis officij, quod frequenter incumbit, ut in aliquo casu interdicti, vel suspensionis sententiam ipso facto incurrant. Ideò Innocentius IV. in concilio Lugdunensi provida deliberatione duxit statuendum, quòd Episcopi, & alij superiores prædicti nullius 3 constitutionis occasione, sententiæ, sive mandati prædictam incurrant sententiam, nullatenus ipso jure, nisi in ipsis de Episcopis expressa mentio habeatur, *c. quia periculosum, juncta* gl. *in verb. superioribus, de sent. excō. in 6.* & idem est de Cardinalibus non Episcopis, ut tenent ibi Dō, & Franc.

2 Suspensio † est censura, qua alicui personæ ecclesiasticæ prohibetur exercitium sui officii, vel beneficij ecclesiastici in totum, vel in parte à judice, vel à lege inflicta. Navar. *de suspen. c. 27. n. 151. tom. 3.* & Graff. *in decis. par. 1. lib. 4 c. 25. num. 1.* quam Card. Tolet. brevius definivit, inquit enim, quòd suspensio est ecclesiastica censura, privans usum ecclesiastici officij, aut beneficij, *ut in instruct. sacerd. lib. c. 42. in princ.* quòd præcipuè cavere debent Episcopi in ordinum collatione, quorum causa in pluribus casibus contra ipsos suspensionis pæna est imposita.

Primò enim, † quantum ad ordines, Episcopi ordinantes clericos alienos; nisi per litteras dimissorias eorum probitas ac mores Ordinariorum suorum testimonio commendentur, à collatione ordinum per annum, & ordinati, à suscep-torum executione, quamdiu propriis Epi-

Episcopis videbitur expedire, sunt suspensi; conc. Trident. *cap. 8. de reform. sess. 23. cap. 1. cum plur. seq. 9. quæst. 2. cap. 121. quæst. 2. cap. 1. & tot. tit. de temp. ord. in 6.*

4 Secundò infanti, † seu illitterato clericalem tonsuram Episcopus conferre non potest, & contrafaciens in eo, in quo deliquit, punitur, quia à collatione clericalis tonsuræ duntaxat per annum est ipso jure suspensus, *ut c fin. eod. tit. in 6.* Infans verò

5 dicitur, † qui primum septennium nondum explevit, ut tenet Greg. Sayr. *in Thes. cas. consc. lib. 4. c. 12. num. 18. tom. 1. per glo. in d. cap. fin. in ver. infanti.*

6 Et † illitteratus ad effectum suscipiendi primam tonsuram est, qui legere, & scribere nescit, concil. Trident. *cap. 4. de reformat. sess. 23.*

7 Tertiò, † Episcopus sacerdotem indignum, & inhabilem ordinans, à collatione illius ordinis sacerdotalis est suspensus, *cap. si qui Episcopi, &* ibi gloss. *in ver. illi, 1. quæst. 1.*

8 Quartò, solemniter pœnitentem, vel bigamum ordinans, est per annum à celebratione suspensus, *cap. nullus, 55. dist.*

9 Quintò † ordinans clericos, religiosos, sivè seculares, more religiosorum viventes in communi, non professos, sine legitimo titulo patrimonij, vel beneficij, juxta dispositionem conc. Trid. *cap. 2. sess 22. de de reform.* per annum à collatione talium ordinum ipso jure est suspensus, *ut in constit. Pij V. in Bull. cap. 74. §. nos igitur, & §. statuentes*, ne taliter promoti ante professionem, sine titulo patrimonij, religionem exeuntes, cogantur mendicare, contra mentem sacri conci. Trident. *cap. 2. de reform. sess. 21.*

10 Sextò, Episcopus † qui intra sex menses non denunciavit subditis, quæ in concilio provinciali facta fuerint, ab officio per duos menses est suspensus, *cap. ult. ubi glo. fin. 18. dist.*

11 Septimò, † conferens duos ordines sacros uno die, vel duobus diebus continuato jejunio, à collatione eorundem ordinum est suspensus, donec à Sede Apostolica gratiam meruerit obtinere, *cap. litteras, & cap. dilectus, de temp. ordin.*

12 Octavò in aliena diœcesi ordinans † sine expressa Ordinarij loci licentia, ab exercitio pontificalium per annum, & ordinatus ab executione ordinum sic susceptorum arbitrio sui Prælati est suspensus, concil. Trident. *cap. 5. sess. 6. de reform.*

13 † Et si de licentia Ordinarii in aliena diœcesi ordinat, non potest personas eidem Ordinario non subjectas ordinare, aliàs eandem suspensionis pœnam incurrit, *ut cap. 2. de refor. sess. 14* nisi clerici aliarum diœcesum suas litteras dimissorias habeant, quia tunc non excluduntur, quominus possint ab Episcopis in extraneis in aliena diœcesi de licentia Ordinarii Pontificalia exercentibus, ordinari; *ut fuit à sacr. Congr. Concil. decisum, ut in decis. super eod. cap. 5. sub tit. Bisignanen.* Quam licentiam non potest

14 † Prælatus inferior concedere, etiam si sit exemptus, sed Ordinarius loci, videlicet, Episcopus, in cujus diœcesi locus est situs, *ut ibidem super eod. cap. sub. tit. Lucan.*

Nono † Episcopus in aliena diœcesi sine illius Episcopi licentia calices, vel

cor-

corporalia consecrans aut benedicens, etiam bona fide, eandem suspensionis pœnam ipso facto incurrit ut, per Navar. *de senten. excom. conf. 69. numer. 1. par. 2.*

16 Decimò, † Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, in quocunque loco, etiam quantumcunque exempto, & nullius diœcesis, si quem promoveant ad quemcunque ordinem, etiam ad primam tonsuram, cujusvis privilegii, etiam familiaritatis prætexru, sine licentia ipsius proprii Ordinarij, sunt ab exercitio pontificalium per annum suspensi, concil. Trident. *cap. 2. de reformat sess 14.*

17 Et † Pius V. post publicationem concil. Trid. decreto suo consistoriali sancivit, hujusmodi Episcopos non esse creandos, neque Suffraganeos dandos, nisi ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint,

18 † Et quòd nullibi possit pontificalia exercere, sine expressa licentia Sedis Apostolicæ, nisi in illa diœcesi, cui datus est in Suffraganeum, congr. conc. *super d. cap. 2. sess. 14.* Et Sixtus V. *sua constitutione, quæ incipit; Sanctum, & salutare, in 2. part. Bull. Rom c. 29.* diversas alias pœnas, & censuras ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos, tàm seculares, quàm regulares, malè promotos constituit, absolutionem, &

19 dispensationem Sedi Apostolicæ † reservando, quam Clem VIII. ad terminos sacrorum canon. ac constit. Pij Papæ II, & dispositionem decretorum sac. conc. in omnibus, exceptis contra simoniacè ordinantes, & ordinatos, per eundem Six. V. inflictis restrinxit, atque reduxit, ut in constitutione & reductione, de qua per Greg. Sayr. in *Thes, cas-consc. lib. 4. c. 17, inst.* ubi etiam tenet, quod, qui in pœnas prædictæ Bull. Six. V. antequam hæc Clementis VIII. constitutio edita, & promulgata fuit, inciderunt, à prædictis pœnis virtute posterioris Clem. VIII. constitutionis non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem à summo Pontifice petere, & obtinere tenentur, ac si dicta constitutio Clem. VIII. edita non fuisset, *ubi post finem constit. vers. primum est.*

20 Minores † legitima ætate, vel extra tempora, aut ad duos sacros ordines eadem die ordinantes, ab ordinandi potestate sunt suspensi, donec à Sede Apostolica absolutionis beneficium obtinuerint, *cap. litteras, cap. vel non, & c. dilectus, de tem. ord. & c. si qui Episcopi, 1. quæst 1* conc. Trid. *in c. 13. de refor. sess. 13.*

21 Ordinibus † autem sacris clericos patrimonium, aut beneficium, vel pensionem non habentes promoventes, illis vitæ necessaria ministrare tenentur, donec eisdem de beneficiis competenter fuerit provisum *c. Episcopis, c. tuis, de præb. & dign. c. si Episcopus, eod. tit. in 6. &* conc. Trid.

22 *cap. 2. de refor. sess.* 21. † Potest tamen Episcopus ordinare subditos suos ad ordines subdiaconatus, ac diaconatus, ad titulum, & portionem ecclesiarum matricum, non obstan. quòd non participent de fructibus illarum, nisi post susceptum

pres-

presbyteratus ordinem, ut per sacram congregat. fuit decisum *sub dict. cap. 2. sub titul. Aceruen. §. potest Episcopus.*

23 Susceptione† ordinum pluribus modis hujusmodi incurritur pœna.

24 Primò, cum ante legitimam ætatem sacris ordinibus quis promovetur, & licèt sit minor, † tamen recipit ordines, & dummodò sit doli capax, obligatur voto continentiæ ordini annexo, *cap. pueri,* & ibi gloss. *1. & 2. 1. quæst. 1. & cap. unic.* & ibi gloss. *in ver. discretionis, de cler. per salt. promot.* sed suspenditur ordinum executio, *cap. vel non est compos*, & ibi Abb. *numer. 3. de temp. ord.* imò est ipso jure suspensa, & si hujusmodi suspensione durante, in eisdem ordinibus quis ministrare præsumpserit, eo ipso irregularitatis pœnam incurrit, de qua *in constit. Pij II. in Bull. Rom. c. 6.*

25 Secundò, † quando sine sui Præsulis licentia ab alieno Episcopo quis ordinatur, *cap. quod translationem, eodem tit. cap. 1. & 2. 9. quæst. 2. cap. 1. & 2. 21. qu. 2. cap. 1. & 2. de temp. ordin. in 1.* Et tunc ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, taliter promoti sunt ipso jure suspensi, ex dispo-

26 tione sacr. concil. Trident. ubi inquit, † Et quoniam nonnulli Episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, sed alienas oves inscio proprio pastore quærentes, dum per hanc Sanctam Synodum se pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci Ordinarij expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantùm, exercere, prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt, & quoscunque ad se venientes etiamsi suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali charactere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta rectè valeant ministrare; nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diœcesis etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis residerint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscunque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum etiam prætextu familiaritatis continuæ cõmensalitatis suæ, absq; sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat, contrafaciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter verò promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi, *cap. 2. de reform. sess. 14.* & in suspensione celebrando irregularitatis pœnam incurrunt, Pius II. *eod. constit. 6.*

27 Tertiò, † minus idonei absque præcedenti examine, & commendatitiis litteris promoti, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo Episcopo ordinario videbitur, suspendi, & ne in altari, aut aliquo ordine ministrent,

interdici possunt, *capit. 3. eadem sessione.*

28 † Quando autem suspensio ipso jure incurritur, ministrans in ordine, aut celebrans efficitur irregularis, *cap. 1. fin. de sentent. excommunic. in 6.* Abb. *in cap. si celebrat, num. 4. vers. susp. nsus majori, de cler. excommunic. ministr.* Felyn. *in cap. Apostolicæ num. 16. in fin. vers. & scias, de except.* & Tolet. *in instr. Sacerd. cap. 45. sub numer. 2.*

29 Quartò, † qui se ingerit in multitudine ordinandorum, ut ab Episcopo pluribus præoccupato sine examine ordinetur, ordines furtivè suscipiendo, ut per gloss. *in cap. 1. in verb. furtivè, de eo qui furt. ord. suscip.* & ibi Abb. *in rubr. & in cap. 1. numer. 1. & cap. Lugdunen. 9. quæstion. 2.* pœnam excommunicationis, quæ regulariter auctoritate ordinaria ante ordinationem intimatur, & promulgatur, incurrit, de qua *in eodem capit. 1. &* Abb. *numer. 4.*

30 Quintò, † cum præposterè quis ordinatur puta ad diaconatum, priusquàm esset subdiaconus, quia, licèt character imprimatur, *cap. un.* & ibi gloss. *in ver. ministrare, de cleric. per salt. promot.* † tamen

31 est ei interdicenda administratio, donec ad priorem ordinem, quem non suscepit, promoveatur, *cap. solicitudo, 56. distinct.* Et taliter promotus in præposterato ordine ministrans scienter, incidit in pœnam tituli *de cler. non ordin. ministr.* & non potest cum eo, nisi per Sedem Apostolicam, dispensari, Hostien. *in sum. de cler. per salt. prom. §. ult. in fin.* & Navar. *in cap. 27. nu. 34* 242. *tom. 3.*

32 Sextò, † per promotionem à simoniaco, quo casu promotus, licèt recipiat ordinem, non recipit tamen illius execu-

tionem, Hostiens. *in summ. de temp. ord. §. & à quo, numer. 6. & 7. vers. quid si ignorem.* Eandemque pœnam incurrit, qui simoniacè ordinatur, ut est text. *in c. 2. §. 1. in fin. in extravag. com. de simo.* & Graff. *decis. aur. cap. 98. num. 5. par. 1. lib. 2.* ubi per illam extravag. post Navar. *cap. 23. num. 111. vers. quarto, & quinto, lib. 3.* tenent, quòd simoniacè promotus est excommunicatus.

33 Septimò, † qui, cùm patrimonium non haberet: fictè, non autem realiter, à parente, vel amico, patrimonium sibi obtinuit assignari, ut ad subdiaconatus ordinem posset promoveri, & est ipso jure suspensus, nec ad superiores ascendere potest, nisi secum fuerit dispensatum, *cap. perpetuas. num. 5.* Nemo enim potest ad ordines sacros promoveri, nisi beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium, vel pensionem habeat redditus competentis, eorum ex quibus fructibus commodè vivere possit, *c. Episcopus, c. tuis de præb. & dign. c. sanctorum, 70. dist. c. si Episcopus de præb. in 6.* & concil. Tridentin. *in cap. 2. de reform. sess. 12.* titulus autem hujus patrimonij debet esse verus, cùm non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere: compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo ferè delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere. Unde

34 statuit sancta synodus, † ne quis deinceps clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, & scientia, & ætate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitimè constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod

quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere: id verò beneficium resignare non possit, non expresso, quòd ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quòd aliunde commodè vivere possit; & aliter facta resignatio nulla sit, patrimonium verò, vel pensiones obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum: eo
36 quoque prius perspecto, † patrimonium illud, vel pensionem aut beneficium verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum canonum pœnas in his innovando, conc. Trid. *c. 2. de reform. sess. 21.*

Octavò, † promotus ab excommuni-
37 cato, schismatico, hæretico, deposito, suspenso, vel interdicto, recipit ordinem; quia tales conferunt sacramenta, & verum corpus conficiunt, dummodò in forma Ecclesiæ agant, quod agunt, *cap. secundum, 19. distinct. c. Dominus declaravit, §. memento, 1 quæst. 1. c. ostenditur, & c. quomodo, § cur. hæretici de consecr. dist. 4 gl. in c. 2. de ordin. ab Episc. qui resign. Episc.* Sed est suspensa executio, *c. si qui à simoniacis*, & ibi gloss. *in ver. si qui, 1. quæst. 1.* Hostiens. *in sum. de temp. ord. §. & à quo, n. 6.* Abb *in*
38 *d. c. 2. n. 1. & 3. de ord. ab. Episc. qui resig. Episc.* & Innoc *in c. fraternitatis nu. 4. de hæret.* † Et si scienter à simoniaco, schismatico, hæretico, vel suspenso sit promotus, solus Papa potest dispensare, si verò ignoranter, poterit Episcopus, dummodo ipse non sit prædictis censuris illaqueatus; cùm super proprio defectu dispensare non possit. Angel. *in sum in verb. irregularitas, vers. 3. incipien. septimò quæritur.*

39 Nonò, † qui fuit promotus ab eo, qui renunciaverat Episcopatum, qui executionem ordinis non habebat, *cap. 1. de ord. ab Episc. qui resig. Epis.* Et si scienter suscepit ordines ab eo, qui cum Episcopatu dignitatem renunciavit, est suspensus, nec potest ab alio, quàm à Papa, secum dispensari, si verò ignoranter, poterit Ordinarius suus cum ipso dispensare, *ut in dict. cap.* & ibi Abb. *num. 6.* Burg. *de irreg. in rubr. de ord. ab Episc. qui renunt. Episc. par. 6. nu. 6. & 7.*

40 Decimò, † illegitimus, qui sacris ordinibus ordinari prohibetur, *cap. 1. & 2. 56. distinct. cap. 1. de fil. presb.* & ibi Abb. *num. 1.* & concil. Tridentin. *capit. 5. sess. 23. de reform.* quia est irregularis, Navar. *de irreg. capit. 27. num. 201. tom. 3.* Ordinarius enim, licet recipiat characterem, non tamen habet ordinis executionem, *ut cap fin. 56. distinct.* Diaz. *in pract. crimin. cap. 14. in fin.*

41 Undecimò, † bigamus, qui ad ordines promoveri non potest, *cap. curandum, & c. si quis viduam, il. 1. cum seq. 34. distinct. & c. 1. 2. & 3. de big.* quia bigamia inducit irregularitatem, Graff. *decis. aur. c. 27. n. 58. par. 1. lib. 4.*

42 Duodecimò, † illitteratus, *cap præcipimus, 32. distinct. cap. 1. & cap. pœnitentes, 55. distinct. c. illitteratos, 36. distinct. c. fin. de empt. ord in 6. &* conc. Trid. *c. 4. 11. & c. 13. ead. sess 23.* Et illitteratura adeò reddit promotum indignum, ne possit beneficium

obtinere, quòd, si Papa, quod absit, etiam ex certa scientia, alicui prorsus idiotæ provideret, committendo Ordinario, aut alteri executionem litterarum, non esset ei parendum, si esset illitteratus Abb *in cap. si quando, nu. 3. de reser.* & ibi Felyn. *n. 4. & in c. inquisitioni, nu. 4. de sentent. excommu-*

43 *nic.* † quia illitteratus est incapax dignitatis ipso jure, Navar, *relect. cap si quando excep. 12. numer. 1. & excep. 13. num. 2. tom. 2.*

44 *de rescript.* † Quia litteratura est de jure divino, *cap. nisi, cum pridem, §. pro defectu, de renunc.* & Felyn *in dict cap. Inquisitioni, eodem num. 4.*

45 Decimotertiò, † excommunicatus ordinari non potest: & excommunicationis sententia innodatus ordinem suscipiens, ab illo ordine est deponendus, & à solo Papa potest dispensari, *cap. cum illorum*, & ibi Abb. *num. 2. de sent. excommunic.*

46 Decimoquartò, † ordinatus extra tempora, qui de jure communi erat suspendendus, donec secum foret dispensatum, *cap. cùm quidam, & cap. litteras, in fin. de temp. ord.* Sed hodie est ipso jure suspensus, & celebrando, efficitur irregularis, per dictam const. *Pij II. in Bull. eodem c. 6.*

47 Decimoquinto, † ordinati, sede Episcopali vacante intra annum vacationis, cum litteris dimissorijs capituli, seu Vicarij ejusdem capituli; si in minoribus ordinibus fuerint constituti, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudere possunt: si verò in majoribus, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sunt ipso jure suspensi.

48 † Et capitulum litteras dimissorias concedens, interdicti pœnam incurrit. Vicarius verò, † ab officio, & beneficio per

49 annum est ipso jure suspensus, conc. Trid. *in c. 10. de reform. sess. 7. & c. 10. de reform. sess. 23.* Post annum sedis vacantis, poterit capitulum, seu Vicarius litteras dimissorias, & facultatem ordinandi concedere, etiam sede Episcopali vacante, facr. congregat. concil *super eodem cap. 41. sess. 7. in decis. sub tit. Vsellen.*

50 Decimosextò, † duos sacros ordines eadem die nemo suscipere potest, privilegijs, ac indultis quibusvis concessis, non obstantibus quibuscunque, concil. Trident. *cap. 13 de reform. sess. 23.* Aliàs sic promoti sunt suspensi, donec fuerit illis suspensio relaxata, *cap. litteras, in fin. de temp. ord.* Et ratione executionis ordinis, etiam plures pœnæ incurruntur *de quibus supra, capit. 35.*

51 Beneficiorum † occasione insuper quamplurimi suspensionis pœnam incurrunt. Et plenè obtinentes beneficia in confidentiam; quo ab ingressu ecclesiæ sunt ipso jure suspensi etiam Episcopi, ac S.R.E. Cardinalis, *per Bull. Pij IIII. de confid. in Bull. cap. 109.* & plures alias pœnas incurrunt, *ut ibi, & in constitut. Pij V. in eodem Bull. cap. 87.*

52 Secundò, † Episcopi, & alij collatores beneficia, præsertim curata, personis indignis, & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere non valent, conferentes, à collatione beneficiorum ea vice sunt suspensi, & collatio est irritanda, *cap. grave nimis, de preb.* & concil. Trident. *c. 3. de reform. sess. 7.*

53 Tertiò, † Episcopi, Archiepiscopi, vel Patriarchæ, Abbates, alijve regulares, vel seculares Prælati, aut quæcunque

eccle-

ecclesiasticæ personæ, quæ vacantibus dignitatibus, personatibus, prioratibus, vel ecclesiis quibuscunque sibi subjectis, vel ad collationem, ordinationem, aut præsentationem pertinentibus, eorundem bona, morientibus eorum rectoribus, vel ministris, in ipsis inventa, sive vacationis ipsorum tempore obvenientia, quæ in utilitatem eorundem expendi, vel futuris debent successoribus fideliter reservari, occupare, aut in usus suos convertere, quoquomodo præsumunt: Episcopi, ab ingressu Ecclesiæ; & cæteri, ab officio, & beneficio, tandiu sunt suspensi, donec competentem fecerint restitutionem, *c fin. de off. ord. in 6.* & Navar. *in Manual. c. 27. n. 57. in princ.*

54 Quartò, resignationes, & permutationes beneficiorum fieri debent ex causis, ac modo, & forma, *de quibus in constitutione viij V. quæ incipit. Quanta Ecclesiæ, & de qua in Bull. c 48.* & qui contrafecerint, ut in eo, in quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi debent remanere, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia recipiunt, eisdem pœnis subjacent, & aliàs pœnas incurrunt, *de quibus in ead. constitutione §. qui verò.*

55 Quintò, † Prælati alienantes bona ecclesiarum, inconsulto Romano Pontifice suspensionis, aliasque censuras, & pœnas incurrunt, *de quibus in extravag. ambitiose de reb. Eccles. non alien.*

56 Sextò, † Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi & Episcopi, Itali videlicet, vel ex Italicis insulis, unde in Italiam commodiùs traijci potest, veluti Siculi, Sardi, Corsi, & alii adiacentium provinciarum Italiæ, ac etiam Dalmatiæ, & Græcarum, quæ è regione ipsis Italiæ, & Siciliæ oris sunt, tertiò quoque anno; Germani verò, Hispani, Galli, Belgæ, Bohemi, Vngari, Poloni, Angli, Scoti, Hiberni, & cæteri omnes, qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balticum, ac omnium insularum Maris Mediterranei, quarto anno: & qui intra Europæ fines sunt, his Provinciis remotiores, ac etjam Africani littoribus nostris adversi, ac Insularum Maris Oceani, Septentrionalis, & Occidentalis, Europæ, & Africæ citra continentem novi orbis, quinto anno: Asiatici verò, & qui ultra Asiam, & aliis novis terris Orientalibus, Meridionalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus, tam in Insulis, quàm in continentibus, & deniq; inquibuslibet mundi partibus, decimò quolibet anno à tempore susceptí muneris consecrationis, vel pallii traditionis, Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli limina visitare tenentur, alioquin ab ingressu ecclesiæ, ac etiam ab administratione, tam spiritualium, quàm temporalium, necnon à perceptione fructuum suarum ecclesiarum, à capitulis eorum omni exceptione, & mora cessante, interim exigendorum, & in opus fabricæ seu ornamentorum ecclesiæ emptionem, prout major necessitas exegerit, insumendorum, ipso facto tandiu sunt suspensi, donec à contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis hujusmodi à sede Apostolica meruerint obtinere, *ut in constit. Sixti. Papæ V. de qua in 2. par. Bull. capit. 17. §. ad hoc autem, & §. jubemus, pag. 47.*

57 Iudices, † quoque ecclesiastici pluribus de causis suspensionis pœnam incurrunt.

Primò enim judices conservatores Sedis Apostolicæ; qui, cùm de manifestis injuriis, & molestiis tantùm possint cognoscere, juxta concil. Trident. *cap. 5. de reformat. sess. 14.* scienter tamen in aliis non manifestis absque Sedis Apostolicæ speciali commissione se intromittunt, per annum ab officio sunt suspensi, *ut in cap.* 61 *hac constitutione § ut autem de offi. deleg. in 6.* & Navar. *in Manual. cap. 27. nu. 157. vers. nona.* Et Greg. XIII. omnibus regularibus concessit, ut in civitatibus Italiæ sibi conservatores eligerent, coram quibus convenirentur, semelque electos non mutarent; & eorum nomina intra mensem locorum Episcopis indicarent, alioquin coram ipsis Ordinariis conveniri possint, *ut in decis. concil super eod. cap. 5. sub. tit. jud. conservat.*

58 † Conservatoriæ autem Universitatum collegiorum regularium, & similium non sunt sublatæ per conc. Trid. *ut in decis. super eod. cap. 5. sub. tit. Mediolanen. Lovanienf.* sed Universitatum prosunt tantùm doctoribus, & scholaribus in eisdem Universitatibus operam suam navantibus, *ut ibi, sub. titulo. Oscen.*

59 Secundò, † judices ecclesiastici, debita juris monitione non præmissa, sententiam excommunicationis ferentes, ab ingressu ecclesiæ per mensem sunt ipso jure suspensi, *cap. de illicita, 24. quæst 3. cap. sacros.* & ibi gloss. *in ver. per mensem, de sent. excom.* Navar. *in Manual. d. c. 27. n. 156. vers. quinta.* Et hanc pœnam non incurrunt Episcopi, cùm eorum non sit facta mentio specialis, *c. quia periculosum, de sen. excom. in 6.*

60 Tertiò, † judices sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sine scriptis, vel sine causæ expressione ferentes, vel requisiti copiam scripturæ intra mensem non tradentes ab ingressu ecclesiæ, & divinis officiis per mensem sunt suspensi, *ut in cap. cùm medicinalis de sent. excom. in 6.* & Navar. *d. n. 256. vers. sexta.*

Quartò, † visitatores, qui in visitatione aliquid accipiunt ultra victualia, & quæ ex juris dispositione in visitatione capere possunt, *ut cap. exigit, de cens. in 6* & concil. Trid. *cap. 3. de reformat. sess 24.* Et de pluribus suspensionibus à jure latis habetur per gloss. *in clem. cupientes, in verb. suspensi, de pœnit.*

Plur bus etiam de causis per ordinum susceptionem clerici suspensionis pœnam incurrrunt, *de quibus suprà in c. 1. par. 3.*

62 †Et clericum homicidam mirum est, putare, post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare, imò suadere velle, ut tali præbeatur assensus, nemo tam demens, tamque perversi sensus esset debet, ut post quantamcunque pœnitentiam tale quid concedendum præsumat; cùm omnino canonicæ disciplinæ sit contrarium; & debeat sacerdotio privatus lachrymarum fonte flagitium tam immane diluere, ut tali saltem remedio curatus, salutis possit invenire suffragium, ut inquit tex. *in cap. miror, 5. dist.* etiam si homicidii aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione tantùm conscius fuerit *cap. si quis viduam, ead. 50. dist & cap. sicut dignum, §. clericos autem de homicid.*

63 Interdictum † Papæ violans est ipso jure

re suspensus, *cap. fin. in fin. de excep. Prælat.* conversus de hæresi, & apostata, *cap. 2. & 3. 1. quæst. 7.*

64 † Celebrans, ac dimittens Missam im perfectam, *c. nullus Episc. de consecr. dist. 1.*

65 † Et qui se sponte castravit, etiam ut caste viveret, *cap. significavit, de cohabit. cler. & mul. & c. si quis pro ægritudine, 55. distin.* Qui eruit alteri oculum *cap. fin. eod. dist.*

66 † Ac publici fornicatores, & adulteri sunt etiam ab officio suspensi, *ut in cap. fin.* junct. gloss. *in verb. proposito, de cohabit. cleric & mul.* Sylvest. *in ver. clerici. 2. §. 5. &* est communis opinio, de qua testatur Cou. *prin. par. relect. §. 1. num. 5.* quem sequitur Card. Tolet, *in instruct. sacerd. lib. 1. cap. 47. numer. 9* Et de pluribus suspensionibus à jure latis habetur per gloss. *in clem. cupientes, in verb. suspensi de pœn.*

67 Ab homine † sunt suspendendi:

Primò, qui Ecclesiæ, & eius canonibus obedire recusant, *cap. hac consona, 25. quæst. 1. & cap. nulli fas, in fin. 19. dist.*

68 Secundò, † Princeps prohibens synodi celebrationem, qui est à sacramentali communione suspendendus, *cap. quoniam quidem §. hunc ergo,* & ibi gloss. *in verb. communione, 18. dist.*

69 Tertiò † clericus non cessans à ludo, & ebrietati deserviens, quia ebrietas est omnium vitiorum fomes, & nutrix, *cap. Episcopus, & cap fin. 35. dist.*

70 Quartò, † cum mulieribus suspectis impudenter habitantes, *cap. Archidiaconum, 81. dist.* & incorrigibiles nolentes à mulierum cohabitatione cessare. Quia incontinentes omni honore ecclesiastico sunt privandi, *cap. proposuisti, 82. distinct.*

71 Quintò, † scribens litteras sub nomine majoris partis capituli, licet major pars non intervenerit, ab officio, & beneficio debet denunciari suspensus; donec mereatur à Papa indulgentiam obtinere; *cap. tam litteris, de test. & c. quanto, de his, quæ fi à prælat. fin cons. c. 6.*

72 Sextò, † infamatus de simonia propter scandalum, donec constet de veritate, est à Missarum celebratione suspendendus, *cap. accusatus, & ibi gloss. & cap. seq. de simon.*

73 Septimò, † presbyter diffamatus, quòd cognoverit mulierem in ecclesia; *c. significasti, in fin. de adult.*

74 Octavò, † subtrahentes instrumenta proprietatis ecclesiæ, ex quibus ecclesia sua jura tueri potest, *cap. si quis, 12. quæst. 2.*

75 Nonò, † occupantes res ecclesiæ, intuitu secularis potentiæ, *cap. qui res, de Eccles. non alien.*

76 Decimò, † sacerdotes malè custodientes Eucharistiam, si quid inde enorme sequatur: qui tribus mensibus ab officio sunt suspendendi, *cap. 1. de custod. Euch.*

77 Undecimò, † dignitatem, vel electionem de manu laici suscipientes, *cap. si quis deinceps* junct. gloss. *in verb. interdicimus, & c. seq. 16. q. 7. & c. quisquis,* & ibi glos. *in verb. fiat de elect.*

78 Duodecimò, † ecclesiasticæ personæ, quæ, dum officia recitantur in choro, silentium fugientes intendunt exterius collocutionibus laicorum: & dum auditum ad indebitos sermones effundunt, aures

inten-

intentas non porrigunt ad divina, *c. dolentes, de celebr. Miss.*

79 Interdictum † verò est censura ecclesiastica, qua prohibentur divina officia, sacramenta, & sepulturæ active, & passive, aliquibus exceptis, *cap. non est vobis, de sponsal. cap. quod in te, de pœnitent. & remiss. cap. alma mater de sentent. excommunicat. in 6.* Navar. *in Manual. cap.* 27. *numer.* 164. *in princip. tom.* 3. & Graff. *decis. aur. cap.* 26. *num.* 1. *lib.* 4 *par.* 1.

Et est duplex locale, & personale; & hoc interdictum locale, sive personale, est etiam duplex; speciale, & generale, de quibus per Graff. *eod c.* 26. n. 2. *& 3.* & pluribus de causis interdictum generale apponitur.

80 Primò, † quando dominus Regni, civitatis, alicujus loci impedit, ne Legatus, aut Nuntius Apostolicus exequi possit officium suum in suis locis : quia tunc eius Regnum, civitas, & quælibet loca ei subjecta, tamdiu sunt eo ipso ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in hujusmodi contumacia dominus loci perstiterit, *ut in extravag. comm. super gentes de consvet,*

81 Secundò, † qui quemvis Episcopum injuriosè, vel temerè percusserit, aut ceperit, seu banniverit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit; vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit, vel favorem, seu scienter defensaverit eundem: propter eius culpam terra ipsius; dum tamen ultra unam diœcesim non contineat, usque ad condignam satisfactionem eiusdem. loculque, aut loca, in quibus captus Episcopus detinebitur, quamdiu detentio ipsa in eisdem duraverit, ecclesiastico subjacere debet interdicto, *clemen.* 1. *de pœn.* & ipsius filii per masculinam lineam descendentes, usque ad secundam generationem ipso facto inhabiles ad ecclesiastica beneficia in civitate, & diœcesi, in quibus idem Episcopus præsidet, obtinenda reddūtur, *ut in ea. clē. à feudis,* Injuria enim, quæ Episcopis fit, Christo fit, cujus legatione funguntur, *c. accusatio quoque in fin.* 2. *q.* 7. Dominumque crucifigunt, qui suos sacerdotes persequuntur, *cap. nulli, in fin.* 3. *q.* 1. & etiam in excommunicationis sententiam in Bull. Cæn. Dom. contentam ipso facto incidunt, *ut in eadem Bull. sub. num.* 11.

82 Tertiò, † quando aliquis dominus, rector, vel officialis civitatis, in qua moritur summus Pontifex; & in quia facienda sit electio Romani Pontificis, *ut in c. ubi periculum, de elect. in 6.* non faciunt ea inviolabiliter observari, absq; ulla fraude, & dolo, quæ *in d. c. ubi,* sunt statuta, quia tunc civitas, & locus ipso facto est interdictus, *ut in eo. c. ubi periculū, § præterea vers. civitas.* Et de his, ac pluribus aliis casibus quib⁹ incurritur, & fertur interdictū plenè, ac benè trad. Greg. Sayr. *in Thes. cas. consc. c.* 12. *lib.* 5. *par.* 1. Et licèt non debeat aliquis alterius culpa gravari, *cap. nam*

83 *debet, de reg. jur. in 6.* † Nec filius excommunicetur pro peccato patris, aut pro mariti peccato uxor, nec servus pro domino, *cap. si habes,* 24. *q.* 3. *cap. quæsivit in fin. de his, quæ fi. à majo. par. c.* & Felyn. *in cap. sanè,* 2. *numer.* 2. *de off. deleg.* Non tamen procedit dicta † regula in interdicto : quia pro delicto Principis potest patria subijci interdicto, *d. cap. non est vobis,* & ibi glo. *ver. Provinciarum,* & Abb. *numer.* 4. *de sponsa. d. cap. sanè,* & ibi gloss. *in ver.*

ver. specialiter gloss. *in sum. 1. q. 4.* & Ab.
85 *in d. c. sanè nu. 6. & 7.* Et † interdictis ecclesijs, sunt etiam interdicta oratoria, capellæ, & cœmeteria; prout interdictis civitatibus, suburbia etiam interdicta censentur, *c. si civitas de sent. excom. in 6.*

86 Civitates † autem, universitates, terræ, collegia, capitula excommunicari non possunt: quia excommunicatio non nisi contra personas certas fieri potest, sed hoc casu propter delictum domini, & alijs quibusdam casibus, ejus loco apponitur interdictum, *cap. quamquam §. qui verò*, & ibi gl. *de cens. c. Romana, in fin. de sent. excom. ubique in 6.* & Navar. *in cons. 20. nu. 2. par. 2. lib. 5. de sent. excom.*

87 Casus † à jure permissi tempore interdicti supra in definitione excepti sunt octo. 89

Primò, baptismus parvulorum & adultorum, cap. quoniam & ibi gloss. *in ver. interdicti, de sent. excom. in 6.*

Secundò, confirmatio, *eod. quoniam* cum gloss. *in ver. quæ.*

Tertiò, confectio chrismatis, cum concesso baptismate, & confirmatione per consequens sit concessa chrismatis confectio, cùm baptismus sine chrismate fieri non possit, *d. c. quoniam*, & Abb. *d. c. non est vobis num. 8. de spons.*

Quartò, confectio corporis Christi semel in septimana pro infirmis, & tunc submissa voce, januis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, pro quo conficiendo Missa celebratur, *cap. permittimus, extra de sentent. excommunic.*

Quintò, matrimonij celebratio, quod valet, cùm teneat etiam contractum ab excommunicato majori excommunicatione, gloss. *in d. c. fin. in verb. Sacramentis de sentent. excomm. in 6.* † non tamen 88
potest fieri solemnis benedictio nisi in festivitatibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Virginis gloriosæ, de quibus in eodem *c. fin. ut* per Franc. & Raven. ibi.

Sextò, Pœnitentiæ Sacramentum, ut *d. c. non est vobis.*

Septimò, Eucharistiæ Sacramenti administratio pro viatico, quod decedentibus tempore interdicti non denegatur, *cap. quod in te* juncta gloss. *in verb. denegatur de pœnitent. & remiss. gloss. in dict. cap. fin in verb. sacramentis* & Abb. *in d. cap. non est vobis, num. 8. de spons.*

† Octavò, quamvis sit Missarum solem- 89
nis celebratio, & campanarum pulsatio interdicta, nihilominus in festivitatibus Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Virginis gloriosæ, & in celebratione Festivitatis Sanctissimi Corporis Christi, & diebus illius octavæ, campanæ pulsari, & januis apertis alta voce divina officia solemniter celebrari possunt, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis, quibus ob reverentiam dictarum solemnitatum, ut ipsi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur, præmissis diebus participatio divinorum est permissa, proviso tamen, quod illis, propter quorum excessum interdictum est prolatum, altari nullatenus appropinquetur, *ut dicto cap. fin §. in festivitatibus, de sentent. excommunic. in 6.* & gloss. *in clem. 1. in verb. à jure de sepult.* Mart. V *in const. 6 §. quodq; in Festo in Bull. Rom. pa. 64.* & Eug. III. *in eod. Bul, const. 4. p. 67.*

90 Nunquam autem † interdicti tempore licet defunctorum corpora in cœmeterijs, & multò minus in Ecclesijs sepelire, & contrafacientes ipso facto excommunicationis sententiam incurrunt *d. clement. 1.*

91 exceptis tamen clericis, † qui servaverunt interdictum, quibus cum silentio, & absque campanarum pulsatione, eo tempore est concessa sepultura, *cap. quod in te, §. licet autem de pœnit. & remiss.* & regularibus *ut in c. & privilegia de privil.* & alijs speciali privilegio munitis.

92 Pro † pecuniario debito, vel pecuniæ quantitate quacumque occasione, vel causa, Provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus auctoritate ordinaria sine Sedis Apostolicæ speciali licentia interdici non potest, *ut in extravag. com. cap. proinde, §. præsentis de sentent. exc.* Abb. *in c. ex relatione n 3. de jur. juran.* & Felyn. *in d. cap. sane 2. nu. 3. de off. & potestate jud. deleg.*

93 † Appellatione autem pecuniæ omnis res continetur, cujus valor numismate mensuretur, *l. pecuniæ verbum,* & ibi Alciat, *num. 2. ff. de verb. signif. l. receptitia C. de const. pecu. & gl. in d. c. proinde in verb. pecuniæ appellatione in extravag. com.*

94 Tamen † in curia Romana, postquam constat quòd executio realis, vel personalis contra debitores fieri non potest, interdictum ab Auditore Cameræ Apostolicæ pro debito pecuniario contra terras, castra, & loca relaxatur; quia debitum contrahentes ultra bona, etiam personaliter obligant se, suosque hæredes & successores in forma Cameræ Apostolicæ, cujus obligationis vigore con-

95 trahantes † obligando se ad solutionem impendendam Romæ, aut alibi; renunciant omnibus, & quibuscumque legibus, & legum auxilijs, exceptionibusque, & quibuscumque censuris se submittunt, & ex consuetudine, quæ propter Papæ præsentiam videtur approbata in dicta curia, ad interdictum pro debito pecu-

96 niario proceditur, † quia consuetudine cum legitima præscriptione, aut Papæ approbatione acquiritur jurisdictio excommunicandi, ea scilicet facultate capacibus, Navar. *d. c. 27. num. 7. tom. 3.* Sed hoc casu, ut interdictum relaxetur, plura concurrere debent.

97 † Primò, quòd instrumentum sit rogatum in curia Romana, vel statu ecclesiastico Sedi Apostolicæ subjecto, inter personas eidem sedi in temporalibus subjectas, & quod mandatum ad obligandum fuerit datum per capita domorum ejusdem loci: quia alias, qui non dederunt mandatum nisi sint hæredes, aut successores, aut propterea vi obligationis comprehensi, non tenentur interdictum promulgatum pro debito pecuniario servare, cum nec filius pro patre, maritus pro uxore, aut servus pro domino censuris ecclesiasticis possit innodari, *ut d. cap. si habes, 24. quæst. 3. cum alijs supra allegatis.*

98 Post † proximè, & alia supra in prima parte, *cap. 11. num. 16.* circa obligationem cameralem per me scripta, vidi constitutiones, de quibus infra, ubi Bonif. Papa VIII. Quia tempore, inquit, interdicti divina organa suspenduntur, & laudes Dei, nec ecclesiastica Sacramenta ministrantur, ut solent; tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia; præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris; adoles-

adolescentes, & parvuli percipientes rarius sacramenta, minus inflammantur, consolidantur in fide fidelium, tepescit devotio, hæreses pullulant, & multiplicatur periculum animarum: præsentis constitutionis providemus edicto; ut Provincia, civitas, castrum, villa, locus, territorium, vel districtus, auctoritate ordinaria, vel delegata, pro pecuniario debito, vel pro cujusvis monetæ, vel pecuniæ quantitate interdicto ecclesiastico supponi minimè possint, & paulò post, si secus, irritum esse, & inane, & revocandum decernimus. Non obstante quibuscunque contractibus, obligationibus, pactis, conventionibus, compositionibus, submissionibus, fidejussionibus, consensibus, processibus, & sententijs desuper habitis vel habendis, juramentorum, pœnarum spiritualium, & temporalium, seu mulctarum, vel quacunquealia firmitate vallatis, nisi talis suppositio fiat de Apostolicæ Sedis licentia speciali, & expressa, per ipsius Sedis patentes litteras apparente, ut in constit. Bonif. c. VIII. *de qua in Bull. Rom. cap. 1. pag.* 35. quam Clemens Papa VIII. anno 1593 kal. Iunij innovavit, illamque inviolabiliter observari decrevit, & mandavit, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac obligationibus in forma Cameræ, *ut in constitut. ejusdem Clementis in eod. Bull. cap.* 35. *pag.* 339.

99 Ideò † animadvertere debent judices ecclesiastici, ne cujusvis obligationis, etiam in formæ Cameræ Apostolicæ vigore, pro debito pecuniario Provincias, civitates, castra, villas, loca, territoria, vel districtus interdicto ecclesiastico supponant, quia essent causa omnium malorum, quæ Bonifacius VIII. & Clemens VIII. Pontifices supra evitari voluerunt. Et præsertim, quòd quam plura suffragia mortuis tollerentur.

Sunt autem animæ cunctis, & rebus, & corporibus pretiosiores, *cap. cum infirmitas, in fin. de pœnit. & remiss.*

Unde, cum eorundem judicum auctoritate fiat, ut interdicti tempore defunctorum animæ hujusmodi debitis suffra-
100 gijs careant, † tenerentur judices ipsi ad restitutionem ex deductis per Graff. *in decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 45. nu.* 19.

101 Nec † dicatur, quod contraria consuetudine dictæ constitutiones fuerint sublatæ: quia acta, quæ fiunt contra leges, sunt nulla, *cap. in nomine Domini*, & ibi Felyn. *in princip. de testibus, cap. videntes*, & ibi gloss. *10. distinct.* & Bart. *in l. non dubium, nu.* 2. *&* 3. C. *de leg.* & quod nullum est non habetur in eo sideratione, *cap. non præstat*, & ibi gloss. *de reg. juris in 6.* Licet enim Auditor Cameræ solus, vigore obligationum Cameralium, facultatem habet censuras Ecclesiasticas promulgandi, ut in facultatibus, de quibus in Bull. Sixti Papæ Quinti, *cap. 28 pag.* 153. §. *præterea.*

102 † Nullam tamen habet specialem contra Provincias, communitates, & Universitates interdicta promulgandi, prout requiritur ex forma dictarum constitutionum, ibi, nisi talis suppositio fiat de Apostolicæ Sedis licentia speciali, & expressa per ipsius Sedis patentes litteras apparente, quæ verba specialem formam important, & dictæ constitutiones habent decretum irritans, ibi &, si secus fiat, irritum, &c. quod decretum omnia

in contrarium gesta annulat ipso jure, *ut in capitulo: si eo tempore, de elect. in 6. cum aliis pluries alibi allegatis*, & non admittit consuetudinem in contrarium.

DE IRREGVLARITATE.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas non est censura.*
2 *Irregularitas quid sit.*
3 *Irregularitas in quinque species dividitur.*
4 *Irregularitas non incurritur, nisi in casibus in jure expressis,*
5 *Irregulares sunt bigami, ex defectu sacramenti.*
6 *Bigamia est impedimentum ordinum ob quatuor.*
7 *Irregularis pluribus modis quis efficitur.*
8 *Irreguluritatem inducit quilibet defectus corporis, quo sine notabili horrore quis celebrare non potest.*
9 *Irregularitatem non inducit modica deformitas.*
10 *Deformitas, & defectus corporis, an inducant irregularitatem, arbitrium Episcopi debet judicare.*
11 *Irregularitatem inducit natalium defectus, etiam occultus.*
12 *Matri adulterae, filius in sui præjudicium credere non tenetur.*
13 *Illegitimi, ut plurimum, paternæ incontinentiæ imitatores, & malè morigerati esse solent.*
14 *Illegitimi per subsequens matrimonium excepta Cardinalatus dignitate, ad omnia habilitantur.*
15 *Irregularitatem inducit animæ defectus.*
16 *Irregularis est penitus illitteratus, & inhabilis, etiam ad primam tonsuram.*
17 *Irregularitas incurritur, ex defectu perfectæ lenitatis.*
18 *Ordines omnes referuntur ad Eucharistiæ sacramentum.*
19 *Sacerdos homicida, magis repræsentat interfectores Christi, quàm ipsum Christum.*
20 *Irregularitas incurritur, tam ob membri incisionem, quàm per homicidium.*
21 *Inutile esse, & non esse, paria videntur.*
22 *Similium idem judicium est habendum.*
23 *Paria sunt ecclesiam Prælatum, uxorem virum, & patrem filium non habere, seu illum habere inutilem.*
24 *Irregularitatem regulariter debilitas membri non inducit.*
25 *Interpretatio in pœnis strictior est facienda.*
26 *Irregularitas contrahitur per quodcunque homicidium, & cujuscunque per-*

personæ membri mutilationem.

27 *Irregularitas contrahitur per fœtus animati occisionem.*

28 *Animari solet masculus intra quadragesimũ, & fœmina intra octogesimũ diẽ.*

29 *Homicidium committens cum moderamine inculpatæ tutelæ, an incurrat irregularitatem.*

30 *Præsumitur in dubio contra occisorem.*

31 *Dispensationes, & absolutiones ab homicidio Ordinarijs locorum sunt committendæ.*

32 *Irregularitatem incurrit homicida, & mutilans quocunque casu, etiam vim vi repellendo Concilij Trid. decreto.*

33 *Decreta concilij Tridentini commentari non possunt, nec glossari.*

34 *Ecclesia potest semel à se concessa, quandoque in totum, vel in partem commutare.*

35 *Dispensationes à Papa impetrantur ab irregularitate propter quodcunque homicidium.*

36 *Decreta sacri concilij recipiunt interpretationem à stylo Romanæ Curiæ.*

37 *Statutum ecclesiasticum, quomodo interpretetur.*

38 *Irregularem solum scandalum hominem facit.*

39 *Homicidium, quod probari non potest, ad defensionem commissum, ad forum exterius deductum, non facit hominem irregularem.*

40 *Homicidium ad defensionem commissum penitus occultum, non facit hominem irregularem.*

41 *Irregularitatem inducit homicidium injustum, commissum etiam in personam infidelis.*

42 *Homicidium, quo irregularitas contrahitur est duplex, voluntarium, & casuale.*

43 *Irregularitas non incurritur pro homicidio casuali, dando operam rei licitæ, secus, si illicitæ.*

44 *Irregularitatem, an incurrant clerici, & monachi chirurgiæ, vel medicæ arti operam dantes.*

45 *Chirurgiæ officium, in sacris constitutis est prohibitum.*

46 *Medico, ut non teneatur de morte infirmi, tria sunt necessaria.*

47 *Chirurgus clericus, in minoribus constitutus chirurgiæ operam dans, decedente infirmo, quando irregularitatem non incurrat.*

48 *Medici officium exercere, quando liceat clerico in sacris constitutu.*

49 *Beneficiatis, artem chirurgiæ exercere, est prohibitum.*

50 *Irregularitas tollitur baptismo; ingressu religionis, & dispensatione.*

51 *Bigamia ante baptismum contracta, per baptismum non tollitur.*

52 *Irregularitas proveniens ex defectu natalium, per baptismum non tollitur.*

53 *Irregularitas, per bigamiam contracta, & quæ oritur ex homicidio injusto, ingressu Religionis professione secuta, non tollitur.*

54 *Dispensatione Papæ, omnis irregularitas tolli potest.*

55 *Irregularitas, solo jure humano est introducta:*

56 *Papa jus humanum declarare, immutare, eiq; derogare potest.*

57 *Episcopi, à quibus irregularitatibus possint dispensare.*

58 *Dispensatio, ab irregularitate, in foro conscientiæ, qua forma fieri debeat.*

IRREGVLARITAS, ut aliqui tenent,
est censura ecclesiastica, quod tamen
1 non est verum; quia censuræ † tres
tantùm sunt, *ut in cap. quærenti, de verb. signif.* de quibus in præcedenti capitulo, cui meritò continuando, nunc de irregularitate est tractandum.

2 Irregularitas ideo, † est canonicum impedimentum ex facto, vel defectu proveniens, quo quis ad ecclestasticos ordines promoveri, & jam promotus in ijsdem ministrare prohibetur. Specul. *de dispens. §. juxta in princip.* Couar. *in 3. par. select. sub tit. de homicid. in princ.* Navar. *in manual. cap. 27. num. 191.* & Greg. Sayr. *Thesau. cal. conf. lib. 6. cap. 1. num. 16.*

3 Dividitur † irregularitas in quinque species, omissis multis modis doctorum dividendi, quæ oriuntur ex quinque defectuum generibus, scilicet, Sacramenti, Corporis, Animæ, lenitatis perfectæ, & delicti; ut per Navar. *eod. manual. cap. 27. num. 192.*

4 Et non † incurritur, nisi in solis casibus in jure expressis, *ut cap. ii, qui, de sentent. excommun. in 6.* & Graff. *decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 27. num. 3.*

5 Primò † bigami ex defectu sacramenti sunt irregulares, & ordinari non possunt.

6 Bigamia enim est † impedimentum ordinum ob quatuor, de quibus scripsi supra, *cap. 4. num. 40.* Nam bis conjugatus non potest aptè significare unionem Iesu Christi cum Ecclesia, unica sua sponsa, *cap. debitum*, & ibi gloss. *in ver. sacramentum de bigam.* id quod excellentia sacramenti ordinis meretur, *cap. una, 16. distinct.* & est signum incontinentiæ, *cap. proposuisti, 82. distinct.* quodque ad persuadendum castitatem auctoritatem adimit, *de cap. una* & Navar. *in manual. cap. 37. num. 195. circ. princip.* Et quotuplex sit bigamia, quisve ab ea absolvere possit, supra alio loco scripsi.

7 Secundò, † defectus corporis pluribus modis efficit quem irregularem, ut abscisio, imbecillitas, vel deformitas cujuslibet membri principalis, etiam occulti: velut si essent pudenda abscissa; sive ipse sua sponte id fecerit, sive alius sua culpa, quia jussit, aut rogavit, aut quia dando operam rei illicitæ, id casu contigit; vel in pœnam alicujus delicti, aut à suis inimicis fuerit abscissum, *cap. si quis abscinderit, cum seqq. 55. distinct.* Navar. *eod. cap. 37. num. 198.* & Graff. *cap. 27. par. 1. lib. 4. num. 39.* At si absque sua culpa quid tale evenerit, dummodò non sit factus inhabilis, nec deformis deformitate, quæ scandalum pariat in populo, non inducit irregularitatem, *cap. ex parte 1. & 2. cap. significavit, de corp. vitiat. cap. lator, eod. dist. 55.*

8 Quilibet † etiam defectus, inhabilitas cujuslibet membri, quæ inhabilem facit ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, aut scandalo, inducit irregularitatem; sive incurratur culpa propria, sive sine culpa, *eod. cap. penul. & c. ultim. de corp. vitiat.* & Navarr. *eod. cap. 27. nu. 200. vers. sexto dico.* Et quòd quælibet deformitas notabilis sufficiat, ne quis debeat promoveri, tenet Abb. *in cap. 2. num. 2. de cler. agrot. vel debil.* Omnesque monstrosi; aut, qui plura capita, plures manus, & plures pedes solito habent, vel, qui excedunt debitum naturæ, ut gigantes, vel pygmei,

mei, minores, à demone obsessi, lymphatici, furiosi, hermaphroditi, servi, infames, & abstemij, sunt irregulares, ut per Navarr. *eod. cap. 27. num. 202. 203. & 204.* & Greg. Sayr. *Thesaur. cas. consc. par. 1. lib. 6. cap. 8. num. 1. & 3.*

9 Sed modica deformitas, † necessitate exigente, non facit quem irregularem, nec impedit promovendum, *d. cap. fin,* & ibi gloss. *in verb. deformitatem.*

10 Quis autèm defectus, † aut deformitas talis sit, ut inducet irregularitatem arbitrium Episcopi judicabit. Innoc. *in cap. 1. de corp. vitia.* Navar. *eod. cap. 27. num. 200. vers. quia autem,* & Greg. Sayr. *cap. 1. nu. 6. in fin. eod. lib.*

11 Natalium † defectus inducit irregularitatem quocunque modo proveniens, etiam si sit occultus, quales sunt illi, quos conjugati ex adulterijs habuerunt adeò, ut sciant, vel credant, per dictum matris se tales esse; qui legitimationem secreto modo petere debent, quam de facili obtinebunt.

12 Quamuis matris † adulteræ, si nolint credere, non teneantur. Navar. *eod. cap. 27 num. 201.* Et omnes, qui extra legitimum matrimonium procreantur, sunt illegitimi, & tam ad ordines, quam ad beneficia irregulares, *cap. cum in cunctis, cap. innotuit, de elect. cap. 1. & cap. fin, de fil. presb.* Et est ratio, quia tales, plusquam alij, ut plurimùm, † solent esse imitatores paternæ incontinentiæ, & male morigerati, eo, quòd à parentibus non ita solicitè, sicut legitimè nati, instruuntur, *cap. si gens, 56. dist,* & Gregor. Sayr. *Thesaur. cas. consc. par. 1. lib. 6. cap. 10.*

13 Legitimati † autem per subsequens matrimonium, eo ipso, absque ulla dispensatione possunt ad omnes ordines promoveri; & beneficia ecclesiastica, ac dignitates quascunque etiam obtinere, gloss. *in cap. tanta, in verb. legitimum, & in cap, ex tenore, in verb. legitimum,* & ibi Abb. *nu. 8. qui fil. sin. leg.* excepta tamen Cardinalatus dignitate, ad quam per subsequens matrimonium nullus legitimatur, *ut in constit. Sixti Quinti super Cardinalium creandorum numero, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio, de anno 1586. edita, in ultim. par. Bull. ejusdem Sixti capit. 50.* & post Henriq. *lib. 1. de sacramen. matrim. capit. 20, §. 1. tenet* Gregor. Sayr. *eodem cap. 10. num. 13. & 14* & potest tamen Papa dispensare.

14 Animæ † defectus, quo tertia species irregularitatis procedit, consistit in eo, qui non est baptizatus, qui est incapax ordinis, *cap. 1 & cap. veniens, de presb. non baptiz.* quamuis sit cathecumenus. Quia character ordinis præsupponit characterem baptismi: neque hæreticus, aut fautor hæreticorum ordinatur, neque sarracenus, aut judæus, aut paganus, aut neophitus, sive recenter conversus. Navar. *eod. cap 27 num. 205. vers. tertiò dico,* & Greg. Sayr. *cap. 19. nu. 1. lib. 6,*

15 Illitteratus, † penitusque ignarus litterarum, est irregularis, & inhabilis, etiam ad primam tonsuram, & quatuor minores ordines, concil. Trident. *in cap. 4. & cap. 11, de reformat. sess 23.* & faciunt tradita per Navar. *in cap, si quando, excep, 13. num, 2, & 3, de rescript,*

16 Irregularitas, † etiam incurritur ex defectu perfectæ lenitatis, quæ oritur ex occasione, vel mutilatione membri hominis in casu licito: ita ut quicunq; justè, &

& sine peccato, vel hominem occidit, vel membrum abscindit, aut occidere, vel abscindere facit, est irregularis, adeò, quòd, nec ordinari, nec in susceptis ordinibus ministrare permittatur, *cap, clericis, cap, sententiam sanguinis, ne cler, vel mon,* & Greg. Sayr, *in cap,* 15, *nu,* 1, *lib,* 6,

18 Quia † ordines omnes inferuntur ad Eucharistiæ sacramentum, in quo repræsentatur passio CHRISTI, qui fuit mitissimus, & qui sanguinem suum pro hominibus fudit, & cum percutiebatur, non comminabatur, unde ministri altaris CHRISTVM repræsentantes potiùs parati esse debent proprium sanguinem fundere, quàm aliorum,

19 Sacerdotes † autem homicidæ magis repræsentant interfectores CHRISTI, quam ipsum CHRISTVM, & propterea quæcunque occisio hominis, aut membri mutilatio, constituit facientem irregularem, ob defectum mansuetudinis, quæ reperiri debet in ministro CHRISTVM repræsentante, S. Thom, 2, 2, *quæst,* 40, *artic,* 2, Navar, *cod, cap,* 27, *num,* 206, & Gregor. Sayr, *d, quæst,* 15, *num,* 2,

20 Et regulariter ad irregularitatem † incurrendam in hac specie requiritur, ut actu fiat hominis occisio, vel membri mutilatio, seu abscisio: quia in hac materia, quoad irregularitatem, æquiparantur homicidium, & membri abscisio, gloss. *in cap fin, in verb. nota quod de homicid. in 6.* & gloss. *in clemen. unic. in verb. mutilet.* & ibi Abb. *num.* 4. & Sayr, *ubi supra num.* 3.

21 An autem † per mutilationem intelligatur debilitatio ita, quòd satis sit ad hanc irregularitatem incurrendam membrum alterius debilitari ex vulnere, aut percussione, vel incusione nervorum ita ut reddatur ineptum membrum ad usum ordinis; cùm paria † videantur non esse, 22 & inutile esse, & de similibus idem judicium sit habendum, *cap,* 2, §, *sicut ergò de transl, Episc,*

23 Et † paria sunt ecclesiam non habere Prælatum, & habere inutilem *dict, cap,* 2, §, *sed neque,* Pariaque sit uxori non habere virum, & patri non habere filium, & inutilem habere, ut per gloss, *in l, fin, in verb, orbitates, C, ad l, Flau, de plag,* Et quòd sufficiat ad irregularitatem incurrendam debilitare membrum alterius, tenet Abb, *in capit, cum illorum, num,* 8, *de sentent, excommun,* & Graff, *lib,* 2 *decis, cap,* 61, *num,* 3, *par,* 1,

24 Verior tamen opinio, † est, quòd ad irregularitatem incurrendam non sufficit debilitatio: quia per mutilationem in jure intelligi debet membri amputatio, cùm membrum debilitatum non desinat esse membrum, *capit, sicut urgeri,* 1, *quæst,* 1, Et mutilatio propriè, & strictè sumpta sit amputatio membri, ut per gloss, *in cap, accusasti, in verb, debilitatus,* & ibi Abb, *in fin, de accus,* idem Abb, *in cap,* 1, *num,* 9, *qui cler, vel vov,* & Felyn, *in cap, inter cæteras, num,* 8, *de rescript,* Quodque per debilitationem membri irregularitas non incurratur, consulit Aufr, *ut in addit, ad decis,* 8, *Capell, Tolosæ.*

Quia, cùm non reperiatur † jure cautum, quòd debilitatio inducat irregularitatem, in pœnis mitior interpretatio, & strictior est facienda, *cap, odia, de reg, jur, in 6,* & Abb, *in d, cap,* 1, *num,* 9, Navar,

Navar. *in d. cap. 27. num. 107.* Et hanc esse communem Theologorum, & aliorum doctorum opinionem, probat Greg. Sayr, *in dict. cap. 15. num. 6.*

26 Hæc autem † irregularitas contrahitur per quodcumque homicidium, & cujuscunque personæ membri mutilationem, etiam sarracèni, pagani, banniti, vel excommunicati, *ut cap, clericum 50, distinct, cap, penult, de homicid,* & Navar, *d, cap, 27, num, 210.*

27 † Et sufficit, quòd quis occidat fœtum animatum in utero matris ad irregularitatem incurrendam, qui, si masculus, est, in-

28 tra quadragesimum, & † si fœmina intra octogesimum diem solet animari, gloss. fin. *in cap. 1. distinct. 5.* Navar. *eod. cap. 27. num. 223.* & Covar. *in 3. par. 2. par. relect. §. tertius qui, incip. undecimo, num. 1. cir* 30 *camed.* & Gregor. Sayr. *in cap. 1. num. 3. lib. 6. par. 1.*

Et in dubio, an occiderit fœtum animatum, vel inanimatum, tutior pars est putare fœtum fuisse animatum, & dispensationem ad cautelam obtinere, *cap. significasti,* junct gloss. *in ver. ad cautelam, de homicid.*

29 Qui † autem, vim vi repellendo committit homicidium, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ non incurrit irregularitatem; *per clem. vnic. de homicid.* & ibi Covar. *in tertia parte, sub titulo de homicidiis 3. part. relect. §. vnic. num. 2. & num.* 3. Navar. *in eod. c. 27. num. 211.* & Gregor. Sayr. qui hanc dicit communem omnium sententiam, *in cap. 17. num. 1. eod. lib. 6.* & ita fuit à Sacra Congreg. Conc. decisum *super cap. 7. de reform. sess. 14.* dummodò non sit in aliqua culpa.

Qui ad sui defensionem homicidium committit, ut non incurrat irregularitatem, requiritur, quòd careret omni culpa, non daret operam rei illicitæ, & aliter mortem evitare non potuerit: quia inangulatus erat, vel sic arctatus, quòd fugere, nec se juvare clamore, vel aliter poterat.

Et in foro contentioso, si de hoc dubitaretur, ei non crederetur, sed per circunstantias occurrentes hoc esset judicandum *capitulo significasti, il. 2. §. quòd si discerni, de homicid.* licèt in foro pœnitentiali asserenti crederetur, ut per gloss. *in eadem clement. vnic. in ver. non valens.* In quo procedit communis opinio relata per Sayr. *in Thesaur. cas. consc. loco suprà citato.*

Quinimò † præsumitur in dubio contra occisorem, ut per Abb. *in eadem clementin. vnic. de homicidio. num. 5.* & Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsit, num. 2. ff. de liberat. leg.*

Et quia tali casu quando homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut, qui se à morte defenderet, narratur fuisse commissum, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris

31 ministerium, † & beneficia quæcunque, ac dignitates jure quodammodo dispensatio debetur, committenda est Ordinario, aut ex causa metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non, nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, possit dispensare; ut per concil. Tridentin. *cap. 7. de reform. sess. 14.*

Quo concilii decreto jure novo † videtur, etiam vim vi repellendo, homicidam pœnam irregularitatis incurrere: quia decreta ejus-

dem sacri concilij fuerunt auctoritate Apostolica confirmata, & observari
33 mandata; ac † universis inhibitum, nè commentarios, glossas, ullumuè omninò interpretationis genus super ipsius concilij decretis quocunque modo sub censuris, & pœnis edere præsumant, *ut in Bulla confirmationis ejusdem concilij dat. Romæ anno 1563. in fine concilij impressa*, & dictis decretis, & legibus novis abrogantur antiqua contrarium disponentia.

34 Quia † Ecclesia semel à se concessa potest, vel pietatis, vel necessitatis intuitu in totum, vel in partem commutare, *c. postea, quàm §. his ita, 25. qu. 2.*

Quòdque dispositio sacri concilij procedat in quocunque homicidio, etiam vim vi repellendo, commisso *contra clement. unic. de homicid.* tenuit Simon. Mayol. Asten. qui fuit Episcopus Vulturarien sis, & decessit in Urbe Secretarius Apostolicus de anno 1601. vir eminentis doctrinæ, ut plura ejus opera testantur, pius, & timoratæ conscientiæ adeò, quòd cùm posset consanguineos ditare, noluit, sed opulentum spolium cameræ Apostolicæ reliquit. *in suo tractatu de irregularitate, lib. 1. c. 2. nu. 10. & vigesima, & lib. 5. c. 48. num. 10. & num. 11.*

35 Comprobatur † dicta opinio validissimo argumento, nempe, quia, ubicunque agitur de homicidio, seu mutilatione etiam ad necessariam defensam, clerici, aliæque ecclesiasticæ personæ timoratæ conscientiæ à Sede Apostolica obtinent dispensationes, quæ ad formam *dicti c. 7. de reformat.* Ordinariis locorum committuntur.

Et est ratio, quia, ut quis cesset à divinis, potiùs debet judicari irregularis, quàm non: quia ubi majus periculum, ibi cautiùs est consulendum, *cap. ubi periculum, de elect. in 6.* & in terminis Lambert. *de jur. patr. par. 1. lib. 2. art. 4. quæst. 4. princip. num. 8.*

36 † Et stylus curiæ Romanæ facit jus, *c. ex litteris*, & ibi Felyn. *nu. 4 de const.* Rot. *decis. 1. post. med. defil. presbyt. in nov.* & Lap. *alleg. 33. nu. 4.*

37 Pro † interpretatione autem statuti ecclesiastici recurritur, primò ad jus canonicum, secundò ad stylum curiæ, Abb. *in eodem. cap. ex litteris*, & Felyn. *in eodem numer. 4.*

Et pro opinionibus reconciliandis tres casus sunt considerandi.

Primus, si homicidium commissum sit publicum, ità quòd homicida se celare non possit, & cum scandalo fuit commissum: eo casu opinio Majoli est vera, quòd propter scandalum publicum, in foro exteriori teneantur necesse sit obtinere dispensationem ab homicidio, & irregularitate à Papa, quæ committi solet ad formam ejusdem *c. 7. sess 14.*

38 † Quia solùm scandalum reddit hominem irregularem, *ut in c. ex litteris*, ibi r. ubi etiam gloss. *in verb. scandalum*, & ibi Felyn *numer. 2.* & melius *in c. sicut dignum, §. illi etiam, numer. 2. vers. tertiò solùm de homicid.*

Si verò ad necessariam defensam cum moderamine inculpatæ tutelæ, omnibus illicitis cessantibus; tunc non incurritur irregularitas ex allegatis *supra num. 29.* quia cessat etiam scandalum.

39 Secundus, † si homicidium ad defensionem fuit commissum nocturno, aut alio tempore, nullis præsentibus, vel taliter,

liter, quòd probari non possit, & homicida stat in negativa; tunc Ordinarius, si causa in judicium deducatur, poterit ipsum diffinitivè absolvere: quia in foro fori secundum acta, & probata est judicandum gl. *in cap. 1. in ver. secundum, de officio. ord.* sed in foro conscientiæ dicta absolutio non habet vim dispensationis ab irregularitate, ut quis possit ad ordines promoveri, & beneficia ecclesiastica obtinere; sed à Papa est dispensatio saltem per viam secretam in pœnitentiaria obtinenda.

40 Tertius† casus est quando quis commisit homicidium ad sui defensionem, & homicidium est penitus occultum, ità quòd ad forum pœnitentiale recurrit tantùm pro absolutione in foro interiori, & tunc creditur pœnitenti, & non est irregularis; ut distinguit etiam gloss. *in dicto clement. unic. in verb. non valens, de homicid.* & Gregor. Sayr. *in dict. cap. 17. numer. 10. lib 6.*

41 Homicidium† voluntarium injustum irregularitatem inducit: quòd procedit, sive committatur in personam Christiani, sive cujuscunque hominis pagani, judæi, excommunicati, sive banniti, ut de pagano est text. *in capitulo clericum, & capitulo de his clericis, 50. dist.* & de excommunicato, *in capitulo excommunicatorum, 23. qu. 5.* & Gregor. Sayr. *in eodem Thesaur. cas. consc. lib. 7. c. 1. nu 4. par. 1. cum aliis suprà, nu. 26. allegatis.*

42 Injustum† homicidium, ex quo irregularitas contrahitur, est duplex, voluntarium, aut casuale, ut in diffinitione, de qua per Navar. *dict. c. 27 numer. 219.* eandemque irregularitatem inducit homicidium casuale, dandò operam rei illicitæ perpetratum. Navar. *in eodem capitulo numer. 222. vers. quintò infertur*, per text. *in cap. dilectu, & cap. ex litteris, 1. de homicid.* à contrario sensu inductum, & Gregor. Sayr. *eodem lib. 7. cap. 5. numer. 3. in fin.*

43 Secus† tamen pro homicidio casuali, rem necessariam, & utilem agendo, commisso, *ut in c. ex litteris, 2. §. quo circa, eod. titul.* tunc enim sequitur homicidium sine peccato mortali.

Et irregularitas non incurritur, quæ primò casu incurritur pro peccato mortali, ut per Navar. *dict. c. 27. num. 252. vers. octavò,* & Greg. Sayr. *dict. lib. 7. c. 5. num. 5* ubi testatur hanc esse veriorem, & communiorem opinionem.

44 Irregularitatem† incurrunt etiam clerici, & monachi chirurgiæ, vel medicinæ operam dantes, si inde sequatur homicidium.

45 Quia† clericis in sacris ordinibus constitutis prohibitum est officium chirurgiæ cum adustione, vel incisione, *cap. sententiam sanguinis, ne cler. vel mon.* quæ pœna extenditur etiam ad constitutos in minoribus ordinibus, si sunt beneficiati, & monachi, Abb. *in eodem cap. sententiam, num. 21.*

47 Ut medicus† non teneatur de morte infirmi, tria præcipue sunt necessaria; unum, ut sit peritus in arte; alterum, ut adhibeat omnem diligentiam secundum artis præscripta; tertium, quòd admoneat infirmum, ut præcaveat ab ijs, quæ sibi sunt nocumento futura, *cap. tua nos*, & ibi Abb. *num. 3. de homicid.* Covarr. *in clem. unic. par. 2. §. 4. num. 2.* & & Greg. Sayr. *Thesaur. cas. consc. lib. 7. c. 6. num. 8.*

47 Et ex his si laicus, aut clericus in † minoribus constitutus chirurgus esset, & juxta artis peritiam chirurgiæ operam daret, atque ex aliqua incisione absque ejus culpa ægrotus periret, non esset irregularis censendus, Card. *in cap. tua nos.* Marian. Socin. *in c. ad audientiam, num. 13. de homicid.* & Covar. *in dict. §. 4. num. 3. vers. hinc infertur.*

48 Clericis † enim, etiam in sacris constitutis, ac monachis artis medicinæ peritis, est licitum medicare per modum consulendi: dummodò, nec incisio, nec adustio, nec etiam probabile periculum mortis, aut pharmaci dispensatio intercedat; & maximè erga miserabiles, & conjunctas personas, quibus pro hujusmodi personis est facultas postulandi, seu advocandi permissa, *ut c. 1. & 2 de postul.*

Unde, si monachus, vel clericus exerceat medici artem, in qua sit peritus, & absque ejus culpa casu infirmus, & ægrotus moriatur, non efficitur irregularis, ut tenet Cardin. *in dict. c tua nos, col. 1. de homicid.* quem sequitur Greg. Sayr. *dict. cap. 6. numer. 11.*

Sed, ubi requiritur adustio, † vel inci-
49 sio, in sacris constitutis, & clericis beneficiatis, artis chirurgiæ officium exercere est prohibitum: & si chirurgiæ operam dant, & quis moriatur absque eorum culpa, quia artem sibi interdictam exercent, si ex causa alicujus adustionis, vel incisionis, à chirurgo illatæ decedat, efficiuntur irregulares. Abb. *in cap. sententiam sanguinis, numer. 23. ne cler. vel mon.* Paris. *cons. 96. col. ultim. lib. 4.* & Covar. *eodem §. 4. numer. 3.*

Tollitur † irregularitas tribus modis,
50 videlicet baptismo, ingressu religionis, & dispensatione, ut per Graff. *decis. aur. par. 1. lib. 4 c. 27. nu. 72.*

Baptismo autem deletur omnis macula, omne peccatum, & omnis irregularitas, gloss. *in capitulo denique, in ver. inter peccata, dist. 26. cap. si quis viduam, in ver. post baptismum, distinct 50.* Innoc. *in c. presbyterum, de homicid.* Abb. *in c gaudemus, nu. 17. de divort.* & Navar. *in manual. c. 27. num. 219 vers. 3.*

51 † Excepta tamen bigamia, quæ contracta ante baptismum, perseverat post baptismum, ita quòd bigamus ante, vel post baptismum, non potest promoveri, nec corrupta velari, *c. acutius, 26. distinct.*

52 † Nec tollitur irregularitas proveniens ex defectu natalium, licèt tollatur procedens ex peccato, qualitercunque proveniat, *c. si quis viduam, 50. dist. §. ecce, 51. dist.* Graff. *dict. c. 27. n. 22.*

53 Religionis † ingressu professione secuta, tollitur omnis irregularitas, excepta illa bigamiæ, & ea, quæ oritur ex homicidio voluntario injusto, *ut cap. scriptura, de vot. capit. 1. de fil. presbyter.* & post Sot. & Cajetan. tenet Graff. *eodem cap. 27. numer. 37.*

54 Dispensatione † Papæ tollitur omnis irregularitas, quia ab omni irregularitate ex bigamia, aut alio quocunque defectu casu, vel delicto proveniente, papa dispensare potest, *c lector.* & ibi gloss. 34. *distinct.* glos. *in c. proposuit, in verb supra jus, de concession. præben.* & Graff. *eodem cap. 27. num. 81.*

55 † Quoniam irregularitas solo jure humano est introducta, Navar. *eodem capit. 27. numer. 197.* sed tamen etiam jure divino prohibentur multi à sacris tractandis.

56 Et

56 Et †Papa est supra jus humanum, quòd etiam declarare, immutare, ac illi derogare potest, *clement. ne Romani, in princip. de elect.* & Innocent. *in cap. 2. in fin. de bigam.*

57 Episcopi †ab omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, possunt dispensare, concil. Trident. *cap. 6. de reform. sess 24.*

Et de jure communi, ante concil. Tridentin. pluribus aliis casibus, Episcopi dispensare non possunt, de quibus per glos. *1. in cap. miror, 50. distinct.*

In quibus autem possit, vel non possit Episcopus dispensare, tradit Gregor. Sayr. *in Thes. cas. cænsc. cap. 7. eod. lib. 7.* & dispensatio ab irregularitate, auctoritate ordinaria hoc modo fieri debet.

58 †Auctoritate. N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa.

Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas contraxisti, vel (si res esset dubia) si contraxisti, ex tali casu (quam confessarius exprimere debet,) & restituo te ad legitimos actus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Eidem Trinitati laus sit sempiterna, & Domino Nostro Iesu Christo salutis nostræ auctori gloria, cujus gratia, ac benignitate, Beatissimæque ejus Genetricis auxilio ab operis hujus initio, usque in finem adjutus, & illuminatus me reduxi.

Æternus honor sit Quadraginta Laureatis Martyribus, in quorum laudem hæc quadraginta rerum capita (quò numerus, qui honori semper fuit habitus, eidem numero responderet) illorum favore, ac patrocinio, quod apud Deum assiduè imploro, favente numine, tandem compilata, & absoluta fuere.

Quæ tamen omnia cuique fideli meliûs sentienti, ac præcipuè censuræ, & correctioni Sacrosanctæ Romanæ, & Universalis Ecclesiæ, in omnibus, & per omnia suppositа, ac subjecta esse volo: in cujus gremio, ac vnione, dum vivam, permanere, ac pro ea, si opus esset, sanguinem ipsum fundere constituo, ac testor; cujus auctoritati, atque judicio inconcusso, animo semper adhæreo, eique me ipsum toto corde committo Laus iterata Deo.

PARS QUARTA.

DE EMPHITEVSI ECCLESIASTICA.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Transactio cùm emphiteuta ecclesiadere, quam ipse possidet, non videtur alienatio: potest fieri de bonis eccles. nondum incorporatis, ibidem.*

2 Secus sine consensu Apostolico de unitu.
3 Declara, remissivè.
4 Actionem qui habet ad rem, ipsam rem habere videtur.
Dominium ecclesiæ acquirit sine rei traditione, ibidem.
Rector ecclesiæ non potest renunciare dominio Ecclesiæ, ibidem
5 Nec de bonis ecclesiæ disponere, nec transigere.
6 Non est ecclesiæ rerum dominus, sed tantùm administrator.
7 Principes seculares nunquam possunt tollere jus devolutionis in ecclesiam.
Nullam habent jurisdictionem in bonis ecclesiæ, ibidem.
8 Emphiteusis est juris gentium contractus.
Non possunt auferre, quæ sunt juris gentium, nec contra illud aliquid statuere, ibidem.
9 Limita.
Ius subditi sui quæsitum, quando Princeps tollere possit, ibidem.
10 Quoad clericos, & res Ecclesiæ, habentur Principes, tanquam privatæ personæ.
11 Suis interim privantur bonis, dum affectant ecclesiastica.
Politici novatores in quæ discrimina suos adducant Principes, ibidem.
12 Alienatio bonorum ecclesiæ cum auctoritate Pontificis est permissa.
13 Mobilia ad successores Prælatos spectantia occupantes, suspensionis pœnam incurrunt.
Ampliatur etiam in factis ibidem.
14 Emphiteusis ecclesiastica, quando transeat ad fœminam.
15 Quando secus.
16 Clausula per se, & hæredibus, importat emphiteusim hæreditariam.
Idem, quod num. 15.
17 Emphiteusis ecclesiastica ad ecclesiam devolvitur sola fœmina superstite, quæ fuerit
13 Semel exclusa.
19 Clausula per se, & hæredibus quibuscunque, & quibus dederit, quidquid operatur in emphiteusi.
20 Emphiteusi sint a sine culpa emphiteuta, peti potest, ut renovetur,
21 Secus si sit emphiteusis ecclesiastica.
22 Emphiteusis ecclesiastica si sit renovanda, quid considerandum.
23 Emphiteusis ecclesiastica quomodo cum melioramentis ad ecclesiam revertatur.
24 Verbum liberè in contractu emphiteutico, quid efficiat.
25 Emphiteuta, quando nec melioramenta, nec jus possessionis possit prætendere.
26 Successores factum primi emphiteutæ nequeunt impugnare.
27 Melioramentorum exceptio, etiam adversus rei judicatæ exceptionem admittitur. Declara, ibidem.
28 Limita.
Melioramenta, quando in emphiteusi solidentur, ibidem.
29 Contractus à conventione partium legem accipiunt.
Limitatio eadem, quæ, num. 28.
30 Meliorameuta non possunt deduci contra decretum Papæ.
31 Limitatio eadem quæ, num. 28.
32 Caducitas incurritur ob rei emphiteuticæ deteriorationem.
Declara, ibidem.

Emphi-

Emphiteuta non potest incidere arbores fructiferas, ibidem.

33 Emphiteuta ut possit expelli, tria copulativè requiruntur.

34 Deterioratio, quanta sit arbitrio judicis judicanda.

35 Caducitas incurritur ob rei emphiteuticæ alienationem, irrequisito domino.

36 Declara.

37 Locationes ad modicum tempus, quando emphiteusis solemniter requirant:

38 Pacta etiam contra jus laicale, emphiteusi apposita, sunt servanda.

39 Pactum ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, de jure veteri valet.

40 Alienatio bonorum ecclesiasticorum est de Papæ reservatis.

41 Emphiteutæ, quando possint irrequisito domino, bona laicalia emphiteutica alienare.

42 Pacta contra jus laicale emphiteusi apposita sunt servanda, modò non sint contra substantiam contractus.

43 Laicus est dominus rerum suarum.

44 Rector non est reddituum bonorum Ecclesiasticorum dominus.

45 Emphiteusis est quædam alienationis species.

46 Livellum, locatio perpetua, emphiteusis, & similia sunt synonima.

47 Pactum ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, hodie non valet.

48 Rector in casibus permissis potest transigere de bonis ecclesiæ.

49 In emphiteusi ecclesiastica non sunt servanda pacta apposita contra jus laicale.

50 Non solvens ecclesiæ per biennium, etiam non interpellatus expelli potest.

Dies pro homine interpellat, ibidem.

Idem si vendat, irriquisito domino, ecclesiasticam emphiteusim, ibidem.

51 Iuramenta contra sanctiones ecclesiasticas non sunt servanda.

52 Papa omnium bonorum Dominus.

53 Declara, num. 49.

Apposita in alienatione rei ecclesiasticæ an, & quando censeatur à Pontifice approbata, ibidem.

56 Papam certam scientiam habuisse, quomodo præsumatur.

55 Clausula ex certa scientia in litteris Apostolicis quid operetur.

56 Papa, confirmando actum, perinde roborat, ac si à principio fuisset ab eo factus.

52 Quando censeantur à Pontifice non approbata apposita in alienatione rei ecclesiasticæ.

58 Papa non præsumitur confirmare juri repugnantia.

59 Pactum, ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, hodie non valet, etiam si à Pontifice legeretur commissum.

60 Clausula, si in evidentem, quando in litteris Apostolicis apponatur,

Litteræ apostolicæ super alienatione bonorum Ecclesiæ, quando subreptitiæ judicandæ, ibidem.

61 Iurisdictio delegata non attenditur, sed uti extraordinaria, restringenda.

62 Delegatus formam suæ delegationis diligenter servare debet:

63 Actus à principio omnino nullus, semper nullus.

Alie-

63 Alienatio facta contra formam extravagantis ambitiosè, est nulla, ibidem.

64 Clausula: supplentes omnes defectus in litteris Apostolicis, quid suppleat.

Defectus substantiales suppleri non solent, ibidem.

65 Consensus rectoris in alienatione bonorum Ecclesiæ, quando nihil valeat.

Confirmatio actus facta à Papa quid efficiat, ibidem.

66 Solemnitas, & forma substantialis sunt juris publici.

67 Alienatio præsumitur facta in fraudem, si fiat in consanguineos.

68 Alienationes, antequàm fiant, debent præcedere tres tractatus, cum quibus fieri debent.

69 Alienatio si fiat sine Apostolica auctoritate, est nulla.

70 Etiam si sit juramento vallata.

71 Verbum omninò quid declaret.

72 Alienatio bonorum ecclesiæ potest à rectore alienante revocari, etiam juramento interveniente firmata.

73 Alienatio bonorum ecclesiæ fieri potest auctoritate ordinaria de prædijs, parvi momenti.

74 Prædia, quæ possint dici parvi momenti.

75 Alienatio bonorum eclesiæ, nunquam fieri debet, nisi in evidentem ecclesiæ utilitatem.

76 Clausula, & tunc in evidentem ecclesiæ utilitatem quid operetur.

77 Emphiteusis quotuplex sit.

78 Emphiteusis non datur, nisi interveniente scriptura.

79 Emphiteusis, quot modis concedatur.

80 Emphiteusis, quo casu censenda sit laicalis.

81 Idem, quod num. 79.

82 Paterfamilias accipiens rem suam in emphiteusim ab ecclesia sibi præjudicat.

83 Bona laicalia ecclesiæ data, & à donante in emphiteusim accepta, publicari non possunt.

84 Idem, quod num 79.

85 Quando conceditur ad tertiam generationem, quæ fieri debeat computatio.

86 Idem, quod num. 79.

87 Emphiteuta in laicali emphiteusi debet solvere onera pro sua portione.

88 Emphitenta in ecclesiastica emphiteusi non debet solvere onera pro sua portione.

89 Idem, quod num 87.

90 Quare emphiteuta in ecclesiastica emphiteusi non debet solvere onera pro sua portione.

Statuta laicorum non includunt bona ecclesiæ emphiteutica penes laicos existentia, ibidem.

91 Consuetudo unius Provinciæ non extenditur ad alias.

92 Idem, quod num. 90.

Quare consuetudo unius Provinciæ non extenditur ad alias, ibidem.

93 Declarat.

94 Fraudem sacræ canones execrantur.

95 Bona ecclesiæ donata præsumuntur libera.

96 Immunitas prædij competit & meliramenti.

97 Accessorium sequitur naturam sui principalis.

98 Quinquagesima quando, & cui ab emphiteuta solvenda.

99 Emphiteusis quare concedatur.

Melio-

100 *Melioramenta diverso jure non censentur, & quare.*

101 *Privilegium ecclesiis uniùs civitatis concessum ad construendas ecclesias ostenditur.*

102 *Sixtus V. quos Vrbis incolas variis privilegijs nunciaverit.*

103 *Ecclesiæ interest, ut ejus bona emphiteutica augeantur.*

104 *Emphiteusis ecclesiastica gaudet immunitate à collectis.*

105 *Et quare.*
Immunitas est realis in bonis ecclesiæ, ibidem.

106 *Immunitas transit ad emphiteutam ecclesiæ.*

107 *Secus in emphiteusi laicali.*

108 *Idem, quod num. 105. & 106.*

109 *Statuta laicorum non possunt super ecclesiæ bonis disponere.*

110 *Statuta laicorum clericos nunquam ligant, nec ecclesias, etiam si sint æqua, & honesta.*

111 *Bartoli sententia, quòd statuta honesta, & æqua possint ligare clericos, non recipitur.*

112 *Quare statuta laicorum, etiam si sint æqua, & honesta, non ligant clericos.*

113 *Principes seculares non debent indirectè contra ecclesiasticam libertatem quid attentare.*

114 *Principes seculares aliquid indirectè attentantes contra ecclesiasticam libertatem incidunt in Bullam Cœnæ Domini.*

115 *Iudex ecclesiasticus laici judicis negligentiam supplere potest, non contra.*

116 *Declara.*

117 *Misti fori non est prohibitio sationis orizæ.*

118 *Clerici, ut in rebus æquis obediant, quæ magistratus adeundi, & qui superiores.*

119 *Præsules Ecclesiæ sunt quibusvis laicis magistratibus majores.*

120 *Orizæ satio vicinis populis noxia.*

121 *Hominis gratia omnia sunt constituta.*

122 *Homo est dignissima creaturarum.*
Eum Deus ad imaginem suam fundavit. ibidem.

123 *Homini omnia subjiciuntur.*
Homo est omnium rerum forma, ibidem.

124 *Hominis vita est inæstimabilis.*

125 *Publica utilitas privatæ est præferenda.*

126 *Aer gravis cœtum inficit.*
Mortem homini approperat, ibidem.

127 *Sordes sunt extra urbem efferendæ.*

128 *Pestifera loca ad habitandum eligentes non sunt à peccato immunes.*
Aer impurus ubi est, ibi, & morbosi cives, & pauci, ibidem.

129 *Regia dignitas, & ignominia in quibus consistant.*

130 *In privilegio, quando etiam non privilegiati includantur.*

131 *Pœnam statuentes laico pro facto clerici in Bullam Cœnæ Domini incidunt.*
Clerici Principis edicto nunquam ligantur, ibidem.

132 *Declara.*

133 *Clerici, quamvis legi seculari non subjiciantur, subjecti tamen sunt legi naturali.*

134 *Laici carent jurisdictione leges condendi, & edicendi contra clericos.*

135 *Matrimonia non possunt à laicis prohiberi, ne contrahantur cum personis certi loci.*

136 *Matrimonialis materia est de jure poli.*

Fœmina non amittit lucrum, etiam si contra statutum forense nupserit, ibidem.

137 *Libertatem ecclesiæ violantibus divina cœlitus ira resistit.*

138 *Nicephori Phocæ lex Ecclesiæ libertati repugnans, fuit abrogata.*

139 *Aistulphi Longobardorum Regis sacrilegi miserandus interitus.*

140 *Federici secundi Imperatoris semen divino judicio extinctum.*

VERA, communis, & vulgata est conclusio, quòd bona ecclesiastica citra Papæ consensum alienari non possint, ex pluribus supra allegatis. Sed dubitatur, an de bonis ligitiosis sine beneplacito ipsius Papæ & solemnitatibus à jure requisitis cum emphiteuta, seu feudatario, ut emphiteuta in illorum possessione remaneat, liberè transigi possit. Et videtur, quod sic, si emphiteuta, vel feudatarius est in possessione, † quia tunc transactio non videtur alienatio, ut tenet 1
Jaf. *in l. iusiurandum, quod ex conventione, §. populus, numer. 4. ff. de jurejur.* & gloss. *in l. nulli, ff. de transact.* quæ conclusio procedit, duntaxat in bonis ecclesiæ donatis, vel legato, vel testamento, seu aliàs relictis, quæ nondum fuerint ecclesiæ incorporata, Rot. *cons. 184. num. 1. & 2.* Rol. *cons. 15. numer 42. volum. 1.* Ceph. *cons 375. num. 30. & 31. vol. 3.* & ita distinguit Jaf. post alios quamplures per ipsum pro communi opinione citatos, *in l. legatum, nu. 15. 16. & seq ff. deleg. 1.* idem declarat, & distinguit, Bald. *cons. 16.* Tiraq. *de retract. conjang. aut aquipol. §. 1.* gloss. 14 *num. 14.* Natta. *cons 44.* ubi asserit, quòd doctores, qui pro contraria opinione allegantur, loquuntur † de transactionibus, quæ fiunt 2
cum fratribus mendicantibus, cum quibus id est speciale, vel cum ecclesiarum rectoribus super bonis nondum ecclesiæ vnitis, & incorporatis, non autem super bonis, quorum directum dominium est penes ecclesiam, cui sunt incorporata, super quibus sine consensu Papæ transigi non licet, nisi ecclesia remaneat, aut inducatur in possessionem, ut per gloss. *in d. l. nulli*, & ibi Bart. *numer. 2. de transact.* idem Bart. *in dict l. 1. num. 3. C. si adverss. transact.* cum quo transit. Jaf. limitando prius per ipsum dicta *in eadem l. jusiurandum, quod ex conventione, §. pupillus, nu. 4. in fine, ff. de jurejuran.* Natta *eodem cons. 44 num. 3. 12. & 13.* & Borgnin. post plures alios *decis. 45. alias 16. in additione, nu. 44 par. 1.*

Nec super decimis valet transactio de decimis facta cum Prælato, seu ecclesiæ rectore, non ligat successorem, per text. *in capitulo veniens*, ubi etiam gloss. *in verb. confirmata*, & Abbas *de transactio.* & Caputaq. *in decis. 165. par. 1.*

Quæ tamen opinio, quoad bona nondum ecclesiæ unita, nec incorporata, non caret difficultate, ex pluribus contra pro communi opinione per Alexand. citatis *in dict. lege legatum, numer. 2. & 3. ff. de leg. 1.* cujus opinionem puto veriorem, præcipuè, uti corroboratam à sacro concilio Tridentino, *ut in cap.* 3

capit. 11. de reformat. sess. 22. ibi bona, census & jura, qui enim habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur, *l. qui actionem. ff. de regul. jur.* & Tiraquell. *in tractat. de retract. convent. §. 1. gloss. 1. numer. 48.*

4 Ideò † dominium bonorum ecclesiæ, testamento, legato, aut donatione, seu venditione relictorum, & concessorum acquiritur, & transfertur sine traditione, Bart. *in l fin. num. 18.* & ibi Bald. *numer. 3.* Jas. *num. 4. & 5.* Paul. de Castr. *num. 4. C. Sacrosan. Eccl.* & Alexand. *in l. 1. §. per Procuratorem, nu. 12. ff. de acquirend. possess.* Ideò rector ecclesiæ propria auctoritate huic dominio ecclesiæ acquisito minimè 8 renunciare potest, Alexand. *dict. n. 2. & 3.* & hanc esse communem opinionem testatur Apostill, ad Roman. *cons. 384* quem sequitur Cardinalis Tuschus *pract. conclus. c. 273. nu. 60.*

5 Unde ex his infertur, † quòd legibus civilibus prohiberi minimè potest, ut bona ecclesiastica in emphiteusim laicis concessa, quavis occasione, vel causa ad ecclesias, vel ecclesiasticas personas devol-
6 vantur, quia † si rector ecclesiæ disponere non potest de bonis ecclesiasticis, nec de illis quidem transigere, sive consensu Pontificis, ut per Natt. Borg. & alios supra citatos ex eo nempè, quia is non probetur verus bonorum Ecclesiasticorum dominus, cùm in illis habeat tantum gubernium, & administrationem, *c. expedit, c. videntes, c. præcipimus, 12. quæst. 1. cap. quisquis Episcopus, eodem 12. quæst. 2.* Ancharan. *cons. 1. 16. secundum ordinem, num. 3.* Innoc. *in cap. cum super, numer. 3. & 4. de cau. poss. & propr.* Abb. *in repet. cap. cum esset numer. 23. de testam.* Dec. *in cap. constitutus,* 9 *num. 25 & 26. de rescript.* Navar. *in tractat. de redd. cul. monit. 40. numer. 1.* & Card. Tusc. *pract. conclus. tom. 1. concl. 111. nu. 2. & 3.* † Multò minus, Principes seculares 7 dominium directum ecclesiæ, & jus devolutionis, quod pluribus de causis ecclesiis competit, suis legibus, decretis aut statutis restringere possunt, cum in eisdem bonis ecclesiasticis nullam omninò jurisdictionem habeant, nec gubernium, neque administrationem, ut pluribus supra probatur. Et hæc conclusio fuit expressè firmata à sacr. concil. Trident. *in eo. c. 11. de refor. sess. 22. & eo tua, & infra extra de decim.* ubi etiam Abb. *num. 2.*

Præterea, † si principi seculari liceret statuere, ne ecclesia possit prætendere prælationem, devolutionem, aut consolidationem decreti dominij, etiam ex defectu lineæ investitorum, neque ex quacunque alia causa, sequeretur, quòd Princeps posset tollere contractus, conventiones, & pacta, quæ sunt de jure gentium, inter quæ est contractus jurisgentium annumeratus, Staphil: Forcat. Hecyom. *jur. dialog. 74. numer. 2.* Id enim est absurdum, nam Deus legis Civilis tantum ministerium in laicos exercendum subjecit Principibus, non autem illis subjecit jusgentium, ut post Rolan. à Vall. *in cons. 9. numer. 4. & seq. & cons. 25. numer. 40. lib. 3.* quem citat, tenet Card. Tusc. *pract. conclus. tom. 4. sub rubr. jusgentium, conclus. 191. numer. 1. & tom. 5. conclus. 342. sub rub. libertas ecclesiastica, numer. 125.* & const. Principis, contra jus naturale, vel gentium nihil valet, *§. sed naturalia inst. de Iur. nat. gen. & Civ.* & Boss. *in tit. de princip & privil. num. 202.*

Nam licet † de plenitudine potestatis

possit Princeps tollere jus quæsitum subdito ex causa publicæ utilitatis, Alexand. *cons. 226. num. 17. & 18. lib. 1. & in l. cum hæredes, num. 6. & 7. ff. de acquir. poss. ff* & idem Tusc. post Paris. Rolan à Val. & alios, quos citat *eodem tom. 5. eadem conclus. num. 126.* tamen constat, etiam, si essemus in subditis, non licere ita ex abrupto tollere jusgentium sine causa publicæ utilitatis, Alexand. *in l. Gallus §. & si quid tantum, num. 23.* & ibi Marian. Socin. *num. 34. ff. de libr. & posthum.*

10 Sed ex quo † sumus in causa non subditorum, intrat alia conclusio communis, quod nullus princeps, quantumcunque absolutus, potest auferre jus, vel rem non subditam à non subdito, quia Princeps secularis, quoad res, & personas clericorum illi non subditas, dicitur privata persona, ut post Socinum, qui de communi testatur, & alios, quos refert, tradit idem Tuscus *eodem tom. 5. & eadem conclus. 242. eodem num. 126. qui ibidem, & in numer. seqq.* doctissimè de hac re scribit, & sentit. Matth. de afflict. *super Cons. Neap. de pœnit. neg. de poss. rubric. 65. num. 2. & lib. 1.* Nec minus disertè, quàm piè, contrarium super hac re tenentibus, respondet Card. Baron.

11 † Quam enim, inquit, sibi, aliisque magistratibus malè consulant nonnulli novatores politici, qui, ut sibi lucrum, aut Regum, Principumvè suorum gratiam aucupentur, eisdem bona, resque ecclesiarum, vel pietatis, aut necessitatis alicujusvè rei titulo audent subijcere. & quàm Deo genus hominum hujusmodi sit inuisum, experientia docet, & res ipsa loquitur. Berengarius abstulit, quæ erant Sancti Julij dono piorum principum collata bona in diœcesi Novariensi, & imperium perdidit. Otho, qui restituit illi d acquisitum, propagavit ad posteros. Inhient, & volunt in damnum suum, rebus, juribusque ecclesiarum, quid erit utique juxta sapientem? Id, quod fuit, ut, nisi desistant ab hujusmodi sacrilegiis, ipsi à Christo ultore sint omninò suis ipsorum bonis justè privandi, si enim, nec precio licuit absque immenso damno suo Achab Regi accipere vineam Naboth parentum suorum antiquam hæreditatem, *ut 3. Reg. cap. 21.* licebit impunè Principi Christiano Ecclesiarum antiquitus possessa bona quibusvis coloribus rapere, & excogitatis artibus quibuscunque, ut sæpè vidimus factum, auferre, Nequaquam ista relinquentur inulta: vindex exurget Deus, *ut in Annal. Eccles. 962. §. vidisti lector tom. 9 pag. 767.*

12 Præmissa autem † in bonis immobilibus procedunt: mobilia, nempè, scamna, cathedræ, mensæ, tabulæ, dolia, & alia supellectilia de quibus *in cap. 34. numer. 11. tom. 1.* quæ Episcopus tempore adeptionis possessionis sui Episcopatus, cæterique ecclesiarum Prælati in palatiis, & domibus ecclesiarum juxta dispositionem constitutionis Pij V. *de qua in Bullario Romano cap. 44.* dimissa receperunt, gaudent privilegio, quod alienari non possunt, quia, quoad usum, sunt successorum, itaque mortuis Prælatis, qui dicta mobilia ab ipsis dimissa, vel vacationis tempore obvenientia, quæ in utilitatem dictarum ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reservari, occupant, inter se dividunt, subripiunt, dilapidant, dissipant, & consumunt, remanent tandiu ab officio, & beneficijs quibuscunque,

que suspensi, donec plenè restituerint quicquid de bonis perceperint supradictis, *ut c. quia sæpè de elect. in 6.* Quæ suspensionis pœna incurritur, procedit, & habet etiam locum in omni emolumento, quod provenit ex jurisdictione, & sigillo curiæ ecclesiasticæ vel secularis, aut aliàs undecunque, quod ad Prælatos, ecclesiis non vacantibus, pertineret, deductis tamen rationabilibus expressis, *Clement. statutum eodem titul.* ac ubique glossa Doctor. & Cardin. Tolet. *in Instruct. Sacerdot. lib. 1. capite 48. numer. 10. & 11.* & Concil. Tridentin. *capit. 16. de reform. sess. 24.*

14 Frequenter etiam quæritur † super bonis emphiteuticis mortuo emphiteuto investito, an fœmina ab eo descendens, & extranei succedant. Hoc casu verba investituræ sunt ponderanda, quia, aut investitura antiqua fuit facta cum clausula pro se, & hæredibus, aut pro se, & hæredibus quibuscumque, seu quibus dederit.

Primò casu, aut illa fœmina est hæres universalis investiti, aut particularis; si est hæres universalis, eo quod qualitatem illam hæreditariam habeat emphiteusis, transit ad fœminam, Bero. *cons. 93. num. 46. vol. 1.* ut per Clar. post alios pro communi opinione citatos *in lib. 4. sentent. §. emphiteusis quæst. 83. vers. aut verò*: si 15 † autem non est hæres universalis, eo quòd qualitatem illam hæreditariam nō habeat, emphiteusis ecclesiastica non transit ad fœminas, quia illa clausula pro se, & hæredibus in contractu emphiteutico posita, ubi agitur de bonis ecclesiasticis, excludit fœminas non habentes illam qualitatem hæreditariam, Bart. *in l. iusiurandum, §. si liberi, num. 6. ff. de oper liber.* Clar. *in dict. §. emphiteusis, quæst. 28. vers. hanc etiam numer. 1.* & Bero. *eodem cons. 93.* 16 *numer. 21.* cujus ea est ratio, quia † dicta clausula importat emphiteusim hæreditariam, Alexand. *cons. 10. numer. 80. & seq. volum 3.* Curt. Jun. *cons. 155.* Socin. Jun. *cons. 58. numer. 10. & 16. volum. 2.* Bero. *cons. 107. numer. 30. eodem vol. 1.* Burs. post plures alios, *cons 92. numer. 23. cum sequent.* & Roland. à Vall. *cons. 67. numer. 9 volum. 1.* Neque sufficit, quòd mulier sit dotata, Ruin. *cons. 186, num. 11. & 13. volum. 1.* Sed tunc res revertitur ad dominum directum, Roland. à Vall. *d. cons. 23 numer. 52. & cons. 26. numer. 3.* quæ propterea nec tuta conscientia, nec validè per concordiam, aut aliàs preces, vel amoris conjunctione, ut in personam minimè comprehensam transeat, permitti potest.

17 Minusque suffragatur † quod esset de sanguine ultimi investiti defuncti, quia requiritur, quòd sit hæres universalis, & in universum jus succedat, Paris. *cons. 20. numer. 28. cons. 16. num. 14. cons. 23. num. 189 cum seq. vol. 1.* Alexand. *dicto cons. 10 num. 8. & sequen.* Menoch. *cons. 194. numer. 1. 2. & 3 volum. 2.* Natt. *cons 159. numer. 21. vol. 1.* Roll. à Vall. *dict. cons 23. num 44. & seq vol. 1.*

18 Præterea † quando mulier à masculo fuit excluſa, semper remanet excluſa, itaque moriente ultimo emphiteuta sine filiis, superstite filia prioris emphiteutæ semel excluſa, emphiteusis dicitur ad ecclesiam devoluta, *cap. 1. §. quia etiam*, & ibi Isern. Bald. *num 3.* & Præp. *tit: Episc. vel Abb. idem* Bald. *in cap. 1. numer. 2. de fil. nat. & matr. ad Morg.* & Odofred. *in summ qui poss. succed. in seu* & Bero. qui testatur,

hanc esset magis communem, *cons.* 105. 21 *ferè per totum vol.* 1.

Secundò † si emphiteusis legatur pro 19 se, & hæredibus quibuscunque, aut quibus dederit, admittuntur fœminæ descendentes, & etiam quæcunque personæ extraneæ, dummodo habeant illam qualitatem hæreditariam, quòd sint hæredes, Bald *in l. cum virum. num.* 2. *C. de fidei commiss.* & hanc esse communem opinionem testatur Soc. *inter cons. feud.* | Brun. *cons.* 10. *num.* 11. Curt. Iun. *cons.* 183. *nu.* 6. Cravett, *cons.* 256. *n.* 8. *vers. his tamen*, Bero *cons* 107. *n.* 4. *eod. vol.* 1. & post plures alios, per ipsum citatos hanc opinionem, tanquam magis communem observari in practica testatur, Iul. Clar, *in lib.* 4. *sentent.* §. *feudum, quæst.* 9. *n.* 1 & in terminis *in* §. *emphiteusis, q.* 28. *vers. secundus est casus eod. lib.* 4.

Emphiteusis finita † sine culpa emphi- 20 teutæ, ut puta cursu temporis limitati, aut, finita generatione, ut quando emphiteusis conceditur ad primam, secundam, tertiam, vel ulteriorem generationem, quæritur, an possit ipsemet emphiteuta, si vivit, vel eius filii, aut alii descendentes petere à domino directo, ut emphiteusim in eorum personam confirmet, aut renovationem concedat, ut post Rom. *cons.* 22. *n.* 5. Dec. *cons.* 328. *n.* 3. *vers. quibus tamen*, Alexand. *cons* 80. *n.* 2. *lib* 1 Ruin. *cons.* 11. *n.* 18. *lib* 1. Affirmativam tuetur Iul. Clar. *sent. eo. lib.* 4. §. *emphiteusis, quæst.* 43. *in princ.* eamque opinionem procedere, & habere locum, etiam in emphiteusi ecclesiastica, post Gozad. *cons.* 86. *num.* 14. & alios, quos ibidem citat, testatur idem Clar. *in eadem quæst. vers. sed quæro*, Quam opinionem puto veram de jure communi antiquo, illud tamen † fuit reformatum *per extravagantem ambitiosè, de reb. eccles. non alien.* quæ ubique est usu recepta, ut testatur Bero, *in cons.* 92. *num.* 30. *vol.* 1. quidquid obiter in contrarium prius retigerit, *in cons.* 32. *n.* 6. *& cons.* 83. *n.* 23. *eod. lib.* & idem, quòd sit usu recepta, tenuit *in cons.* 8. *num.* 40. *& seq. vol.* 3. & Benint. *in decis. Bonon.* 13. *n.* 9. quæ extravagans facit jus commune, ut formavit Rota Pereg. *decis* 226 *in una Romana causa med. lib.* 2. quam sequitur Cæs. de Graff *decis.* 155. *aliàs* 4. *in fine de reb. eccles. non alien.*

† Et quocunque casu cum evidenti Ec- 22 clesiæ utilitate, inspecto tempore renovationis, non autem antiqui canonis, ut per Oaded, *cons.* 51. *numer.* 59. *usque in fin. vol.* 1. Cæs. de Graff *d. decis.* 135. *aliàs* 4. *num.* 1. *de reb. eccles. non alien.* & alios *in cap.* 15. *num.* 3. *vers. & nunc, tom.* 1. citatos.

Præmissa autem procedunt † ex forma 23 antiquarum concessionum, secus si aliter constet de mente Papæ concedentis, aut quando Papa apponit clausulam: volumus autem & Apostolica auctoritate pariter decernimus, quòd finita tertia generatione, aut alio tempore in litteris Apostolicis expresso, omnia bona prædicta sub locatione hujusmodi comprehensa cum juribus, & pertinentiis suis universis, necnon quibusvis melioramentis desuper pro tempore quomodolibet factis ad dictam ecclesiam pleno jure, & omnino revertantur, illique liberè cedant, absque eo quòd renovatio locationis hujusmodi quovis prætextu, vel causa ab aliquo peti, vel prætendi possit. Aut alia apponatur æquipollens clausula, ut à tempore Pij Papæ V. fe-

V. ferè in omnibus locationibus ad tertiam generationem, aut aliud limitatum tempus factis, fuit apposita, quia eo casu agnati aut descendentes, vel hæredes scripti renovationem investituræ prætendere minime possunt, Illud enim † verbum liberè tribuit absolutam auctoritatem, omnemque contradictionem, & impedimentum removet, ut per Dec. *in cap. quæ in ecclesiarum, n. 2. de constit & in cons.* 131. *in princ.* Roland à Vall. post alios per ipsum citatos, *in cons.* 42. *numer.* 18. *& seq.* & Cravet. *cons.* 130. *numer* 10.

25 Sed † neque melioramentorum solutionem, aut restitutionem, aut retentionem possessionis ratione hujusmodi melioramentorum prætendere possunt, quidquid contrarium de jure communi post Bart. & alios tenuerit Ias. *in l. 2. num.* 16; *C. de jur. emphit.* Bero *cons.* 91. *num.* 13. *& cons.* 98 *num.* 12. 13. *&* 14. *vol.* 1. quoniam ex decreto Papæ statim, quòd melioramenta fiunt ipsi prædio, & ecclesijs, sunt ad ecclesiæ ejusdem utilitatem incorporata ex mente ipsius Papæ, à qua non est recedendum, Quia, cùm Papa consentiat dictæ locationi, illamque confirmet sub illo decreto, & conditione, quod melioramenta quæcunque cedant ecclesiæ, & primò investitus sub eodem decreto illam acceptaverit; † locatione cursu temporis finita, non possunt successores in locatione minime comprehensi, factum primò investiti impugnare, Bald. *in tit. qui succ. feud. num.* 1. *super feud.*

Regulariter autem † exceptio melioramentorum etiam adversus rei judicatæ executionem admittitur, ut per Cravett. *cons.* 148. *num* 2. *lib.* 1. *& decis. March.* 63. *num.* 13. dummodò post rem judicatam sint liquida, secus autem, si non sunt liquida; quia tunc, data cautione de illis solvendis conceditur executio, Puteus *decis.* 471. *lib.* 2. *num.* 4. *&* 5.

28 Fallit tamen pluribus casibus, † & primò, quando bona emphiteutica ad ecclesiam devoluntur ob canonem non solutum, & sic culpa emphiteutæ; quia tunc melioramenta non restituuntur, sed cum bonis emphiteuticis consolidantur, ut ut per Corbul. *de cauf privat. ob Can. non solut. ampliat.* 36. Surd. *decis.* 300. *numer* 20. *decis.* 307. *numer.* 16. & Clar. *in §. emphiteusis, quæst.* 45, *in princ: lib.* 4.

29 Secundò fallit, † quando in instrumento locationis fuit appositum pactum, seu in litteris Apostolicis conditio expressa, quòd in casu devolutionis bona unà cum melioramentis ad ecclesiam devolvantur, quia tunc melioramenta non deducuntur, cùm contractus à conventione partium legem accipiant, *l. Iurisgentium, §. Prætor ait*, & ibi Alex *n. 1. ff. de pact.* & pari

30 modo, quando per † decretum prohibetur melioramentorum deductio, quia contra decretum Papæ melioramenta deduci non possunt. *cap.* 2. & ibi gloss. *in ver Principi*, & Abb. *in princip. de ma. jor. & obed:* & Bero. *cons.* 92. *num.* 2. *eod. vol.* 1.

31 Tertiò, † quando emphiteuta in re emphiteutica malè versatus fuit, illam dilapidando, vel deteriorando contra pactum, & contra naturam contractus de meliorando, & non deteriorando, quia tunc melioramenta, si quæ facta reperiantur, in ecclesiæ utilitatem cedunt, Bald *in l.*

sin

fin. §. *fin. numer.* 6. C. *com. de leg.* & Iul Clar. *lib.* 4. *sentent.* §. *emphiteusis dicta q.*
32 45. *in princ.* & ideò † non potest emphiteuta incidere arbores fructiferas, ut inquit Bart. *in l. divortio*, §. *si fundum, num.* 3. & ibi Bald. & Ias: *numer.* 4 *ff. solut. matr.* & propter deteriorationem incurritur caducitas, quando deterioratio est notabilis, secus si esset modica, vel minima, ut inquit Iul. Clar. *in dict.* §. *emphiteusis, q.* 26. & hanc opinionem esse communem testatur Ias. *dict. numer.* 4. nam si sit modica, emphiteuta potest solùm compelli ad refundendum interesse, nec datur rescissio contractus, Gratian. *decis.* 162. *num.* 5. *post alios ibid. alleg.*

33 Quinimò, † ut ille, qui malè vtitur re emphiteutica expelli possit, tria copulativè requiruntur.

Primò, quòd fit deterioratio notabilis quantitatis.

Secundò, quòd sit ad perpetuam deteriorationem fundi.

Tertiò, quòd deterioratio procedat dolo, lata culpa, vel levi, Bald. *in auth. qui rem. num* 3. C. *de sacros. eccles.* Ias. *in l.* 2. *num.* 98. *vers. dicit tamen*, C. *de jur. emphit.* Ioseph. Ludou. *in decis. Perus.* 22. *num.* 21. *& seq.* post plures alios Corb. *de cau. ex quibus emphit. priv. sub tit. de caus. privat, ob rei deterior. num.* 24. & Gratian. *dicta decis.* 164. *num.* 6.

34 Deterioratio † autem an sit parva, vel magna, arbitrio Iudicis relinquitur secundum qualitatem rerum, & personarum, Bald. *in l. ædem, num.* 14. C. *locat* Menoch. *de arbitr. Iud. cent.* 1. *lib.* 2. *cas.* 28. *numer.* 7. & post alios idem Corb. *eod. num.* 24.

35 Quartò, † si emphiteuta alienat rem emphiteuticam irrequisito domino, *ut l. fin.* ubi etiam glos. *in ver. cadat circa prin.* C. *de jur. emphit.* & per Ias: post alios *ibid. num.* 103. *cum seq.*

36 Sed, † ut emphiteuta cadat ab emphiteusi non sufficit, quod contractus alienationis irrequisito domino sit celebratus, sed requiritur, quòd facta alienatione, subsecuta sit ipsius rei emphiteuticæ traditio, & ita communiter teneri testatur Imol. *in cap. potuit, num.* 49. *in fin. de locat.* Specul. *de locat. & emphit.* §. *nunc. aliqua num.* 118. *lib.* 4. *par.* 3. hancque opinionem esse communem testatur etiam Alex. *in l. si à mè, n.* 4. *vers.* 2. *limitari. ff. ad l. falcid.* & Ias. *in dicta l. fin. num.* 132. C. *de jur. emphit.*

37 Locatione † facta de triennio in triennium ad novem annos, vel de novennio in novennium ad 27. annos, vel in aliud longum tempus, ita quod tot locationes factæ esse censeantur, & incipere debeant in principio cujuslibet triennii, vel novennii, usque ad finem præfiniti temporis quæri solet, an eadem, quæ in locationibus emphiteuticis, requirantur. Ad quod affirmativè respondetur, quia sine causa, & evidenti utilitate, ac solemnitatibus requisitis non valet *cap.* 1. & ibi glos. *in ver. tractatus*, & Docto. *de reb. eccles. non alien. in* 6. Paul. de Castr. *in cons.* 40. *vol.* 1. qui de communi opinione testatur, Alex. *cons.* 104. *num.* 4. *& seq. lib.* 3. Riminal Iun. *cons.* 233. *num.* 67. *etiam vol.* 3. Rod: *de reb: eccles. non alienan. numer.* 5. 6. *&* 11. *pag.* 346. & post plures alios per ipsum citatos, Borgn. *decis.* 43. *aliàs* 14. *numer.* 9 *par.* 1. & benè Const, *in tract. de fact. sci. & ignor.*

Cen-

Centur. 1, *distinctione* 67, *n.* 16. ubi subdit quod faciens hujusmodi locationem domino inconsulto cadit æquè, ac si alienasset, *numero* 18, & Alexander *cons.* 164, *vol.* 2.

38 Emphiteuta † inivit pactum cum domino directo, quod non possit expelli, etiam, si nunquam solveret canonem, aliáque plura facta fecit contra communes juris regulas. Quæritur an dicta pacta, & conventiones valeant, & primò est præsupponendum, quod duplex sit emphiteusis, nempè ecclesiastica & laicalis. Conventio autem cum domino temporali de emphiteusi seculari facta, quòd propter canonis solutionem nunquam devolvantur, nec emphiteuta expelli possit, valet, quia pacta sunt servanda, *l. pen. C. de pact. in term.* glos. *in l.* 2. *ver. expellere, vers. respõdeo,* & ibi Ias. post alios, qui testatur dictam glos. communiter esse receptam, C. *de jur. emphit. num.* 118, Specul. *de loc. & emphit.* §, *nunc aliqua, num.* 112.

39 Pactum etiam † inter Rectorem ecclesiæ, & laicum, in instrumento emphiteutico appositum, quod res emphiteutica non incidat in commissum arguendo à Fisco ad ecclesiam, valere, & esse servandum tenet Bart. *in l. fundi, num.* 2. C. *de fund. patr. lib.* 11. *quem sequitur* Ias. *d. l.* 2. *num.* 119.

40 Sed alienatio † bonorum ecclesiasticorum est de Papæ reservatis *per d. extravag. ambitiosè de reb. Eccl. non alien. cap. non liceat Papa,* & ibi Archidiac. 12, *quæst.* 2. & Navar. *in tract. de spol. cleric.* §. 2. *num.* 1. *tom.* 2. Vnde cum Prælatus non possit bona ecclesiastica emphiteuticare, etiam pacta in instrumento contra juris dispositionem apposita non valent, ut infra patebit.

41 Valet † tamen emphiteutica concessio cum clausula pro se, & quibus dederit, quo casu poterit emphiteuta etiam irrequisito domino eadem bona emphiteutica alienare, ut est communis opinio de qua testatur Dec. *in cons.* 164 *num.* 3. *vers. secundo respondetur,* quem sequitur Clar. *sent. lib.* 4. §. *emphiteusis, quæst.* 13. *vers. ulterius quæro.* Quæ opinio est vera, & ab ea in judicando non est recedendum, quando agitur de emphiteusi secu-

42 lari: quia † dummodo pacta non sint contra substantiam aliàs naturam contractus; etiam quod sint contra accidentalia ipsius contractus, valent Bar. *in l.* 2. *num.* 6, *& ibi* Ias. *num,* 118. *&* 119. C. *de jur, emphit,* & Specul. *lib,* 4, *par,* 3, *de loc, & emphit, num,* 112. ratio est: quia

43 † cum laicus sit dominus bonorum suorum, super illis pacta sibi bene visa apponere potest, cùm quilibet jure suo sit moderator, & arbiter *l, in re mandata,* C. *mand, & l, sed, & si lege* §. *consuluit, ff, de petit, hæredit,* & propterea pater potest omnia bona sua vendere, & projcere in mare, non obstante præjudicio liberorum, glos. *in l,* 1, *vers, ex duobus,* C. *de off. don.* & Cravet, *in cons,* 217. *num,* 1. *&* 2. *par.* 2.

44 Prælati verò † & ecclesiarum Rectores non sunt Domini bonorum ecclesiasticorum, ut probavi *supra sub num.* 6. quinimò nec habent dominium de redditibus ipsorum, cum nec de his eorum arbitrio disponere possint, sed, qui ad congruam sustentationem supersunt, in usus pauperum distribui debeant *cap. res Ecclesiæ, & cap. nulli Episcoporum, & cap.*

si privatum ea 12. quæst. 1. concil. Trident. *in cap.* 1. §. *omninò de reform, sess.* 25, & Navar. *in tract. de reddit, Eccles, quæst.* 1, *mon,* 40, *num,* 11,

45 Emphiteusis enim † est quædam alienationis species, Bart. post gloss. *in l, Codicillis* § *constitutio nu.* 3 *ff. de leg,* 2, *cap, nulli de reb, Eccl, non alien,* Alexand. *in cons,* 104, *num,* 5, *lib,* 3, & Bero *in cons,* 91, *nu,* 46 11. Et † emphiteusis, livellum, locatio perpetua, & similia sunt simoniaca, quæ 50 omnia sub eodem verbo emphiteusis continentur, licet in aliquibus differant, Bart. *in l, finita,* §, *si de vectigalibus, nu,* 9, *&* 10, *ff, de damn, infect,* & Ias. *in l,* 1, *nu,* 41, *&* 42, C, *de jur, emphit,* ac bonorum ecclesiasticorum alienatio est de Papæ re- 47 servatis ex supra allegatis, Vnde † quidquid tenuerint Bald, & Ias. supra citati, arguendo à fisco ad ecclesiam, eorum opinio, ubi agitur de emphiteusi ecclesiastica, non subsistit, nam Bart. Accur. Cyn. Spec. Host. & Io, And. quos citat, & sequitur Ias. *in l,* 2, *num,* 118, *&* 119, C, *de jur, emphit,* floruerunt ante Ponti- 51 ficatum Pauli II. à quo emanavit dict. extravag. ambitiosæ de anno 1468. quam nec Ias. ipse vidit, quare dictorum doctor. opinio cũ semper bonis ecclesiasticis ab eodem Paulo II. per dictam constitutionem aliter postea fuerit cautum, est reprobata, quia hujusmodi opinionis fundamenta, si quæ exstabant per eandem perpetuam constitutionem funditus fuerunt eversa.

48 Cùm enim, † ut dictum fuit, bonorum ecclesiasticorum alienatio Pontifici sit reservata, nullo modo rectores ecclesiarum possunt illa per infeudationem, vel contractum emphiteuticum, eodem inconsulto, distrahere, *ut in eadem extravaganti ibi,* necnon infeudationem, vel contractum emphiteuticum, præterquam in casibus à jure permissis *in dict, cap, non libeat Papæ l,* 12, *quæst.* 2.

49 Nec pacta † qualiacumque in instrumento contra juris communis dispositionem appositа servare tenetur: Est enim à jure prohibitum pactum, quod, ob non solutionem canonis emphiteuta expelli non possit, quoniam † cessante per biennium, etiam quod emphiteuta non fuerit interpellatus, cùm hoc casu dies statuta pro homine interpellet, justè peterit expelli, prout etiam in casu venditionis domino irrequisito, *ut cap, fin, de locat,* ubi etiam Abb. *num,* 13, *l. fin.* C, *de jur, emphit,* & Dec. *in cons,* 164. *num,* 1, *vers, secundo principaliter* verba enim extravagantis sunt clara ibi, in casibus à jure permissis excludentes omnia, quæ à jure prohibentur, & concessiones aliter factæ nullius sunt roboris, vel momenti, *ut in eadem extravag.* §, *si quis autem,* etiamsi fuerint pacta juramento firmata; quia † juramenta contra constitutiones Apostolicas facta sunt illicita, & non servanda, *cap. significavit, & cap. gravis de cens.* Bero *in cap, si quis præsbiterorum num.* 23. *de reb. eccl. non alien.* & in terminis alienationis bonorum ecclesiasticorum, idem Bero. *cons,* 92, *num,* 1. 2 5. *&* 7, *vol,* 1, Aret. *cons,* 114. *num,* 3. *&* 4. Rodoan. *de reb. eccl. non alien. quæst.* 29. *num.* 9.

Quando autem Pontificis authoritate facta sit emphiteusis concessio, ut fieri solet in forma, si in evidentem, juxta dispositionem dictæ extravagantis ambitiosæ, quæ ut plurimùm in litteris Apostolicis inseritur, tunc minimè est dubitandum

tandum de illius auctoritate, & dicti con-
52 tractus validitate: quia † de illis libere
disponere potest, cùm sit omnium beneficiorum dominus *c. 2, de præb. in 6. clem. 1, in fin. ut lit. pend.* nec per dictam extravagant. ambitiosæ, admittitur alienatio, nisi in forma, si in evidentem ecclesiæ utilitatem; ut etiam alias dixi. Potest tamen dubitari de defectu intentionis, & subreptione gratiæ ex infra allegandis.

53 Instrumento celebrato † inter rectorem ecclesiæ, & emphiteutam cum pactis, & conditionibus juri communi repugnantibus, expeditis postea litteris Apostolicis, si in evidentem, illisque per delegatos Apostolicos in eisdem litteris nominatos executione demandatis: quæritur, an omnia in eodem instrumento contenta censeantur auctoritate Apostolica confirmata, & est distinguendum, quòd, aut constat, Papam habuisse explicitè scientiam omnium contentorum in instrumento per insertionem totius tenoris instrumenti, vel aliter per expressionem omnium pactorum, & conventionum à jure repugnantium in litteris Apostolicis aut non: Primo casu omnia contenta in instrumento, quæ in dictis litteris Apostolicis fuerunt repetita conditionibus, aut limitationibus non restricta, regulariter censentur ratificata, & approbata; *cap. penult. de confirm. util. vel*
54 *inutil.* & Dec. *in rubr. eodem tit.* † quæ enim in litteris Papæ dispositivè exprimuntur, ex certa scientia facta intelliguntur, gloss. *in cap. statutum §, sancimus in ver. litterarum de rescrip. in 6. in cap. cum vigesimum num. 6, ver. ultra alia de off. deleg.* & Ancaran *cons. 65, pro clariori num. 4, ver.*

55 Cùm enim constet † & præsertim si litteræ haberent clausulam, ex certa scientia, quæ tollit omne juris obstaculum, Bart. *in cons. 196, num. 2, volum. 1.* Dec. *cons. 191. num. 3,* Felyn. *in cap. nonnulli §. sunt & alij num. 15, vers. & ubi facit de rescript.* & Gabr. *comm. concluf. lib. 6, de clausul. concluf. 1, num. 39.*

56 Quo casu † procedit habetque locum conclusio, quòd Papæ confirmatio subsequens faciat actum valere, ac si à principio fuisset ab eo factus, ut per Navar. *de regul. com. 3, num. 9, sub vers. secundo quod tom. 2.*

57 Secundo casu, † quando in litteris, si in evidentem, non inseritur instrumentum locationis in emphiteusim factæ, nec narratur illius tenor, neque apponitur clausula, ex certa scientia, ut de stylo regulariter apponi minimè solet, gratia Apostolica non approbat pacta in instrumento contra juris communis dispositionem apposita, & in litteris Apostolicis minimè expressa.

58 Nam † generaliter confirmando, non intelligitur Papa, quæ sunt contraria confirmare Bart. *in l. 1, num. 1, ff. de ijs, qui sunt sui vel ali. juris,* Bald. *in l, jubemus, num. 3, C. de monop. & in cap. 12, colum. in princip. per quos fin. invest.* Aret. *in consil. 8, quem citat, & sequitur* Ias. *in l, nummis num. 13, ff. de in lit. jur.* Alexand. *in cons. 59, num. 9, lib. 1, cons. 52, num. 11, lib. 7,* & Rom. *cons. 327, num. 7.*

59 Quinimò, † cùm in quibuscumque bonorum ecclesiasticorum alienationibus agatur de præjudicio Ecclesiæ, rescriptum Papæ, quòd emphiteuta, non solvendo, non incidat in commissum, non valet, Bald. *in l. si à te num. 1, C. de*

pact. int. empt. & Dec. *in cap.* 1, *num.* 7, *de consuet.*

60 Litteræ Apostolicæ † super bonis ecclesiasticis alienandis semper conceduntur cum clausula, si in evidentem utilitatem, & sic juxta juris communis dispositionem, *ut dicto cap. non liceat Papæ*, 12 *quæst.* 2, *& dicta extravag. ambitiosæ.* Ideò illæ, quando in instrumento continentur ejusmodi pacta, ne scilicet, ob non solutum canonem, aut ob alienationem, domino irrequisito, seu ob deteriorationem devolvi, possit emphiteusis alienari, & transire in extraneos, etiam illegitimos, aut alia pactorum, & conventionum genera juris communis dispositioni penitus adversantia in dictis Apostolicis litteris minimè expressa, uti tacita veritate impetratæ sunt subreptitiæ, *cap. dudum il.* 2, *ver. insuper Indulgentiam*, & ibi gloss. *in ver. expressa de elect. cap. ad nostram*, & *cap. porrecta, de confirm. util. vel inutil.* Dec. *in cap.* 1. *num.* 2. *eod. tit.* & Innoc. *in cap. cum dilecta num.* 3. *de rescript.* & non valent *l. juru gentium*, §, *& generaliter ff. de pactis*, *l. pacta*, *quæ contra* 64 & ibi Alex. *in princ.* C. *eod. cap. fin. & ibi* gloss. 1, *post med.* & Abb. *num.* 1, *ex eod. tit.*

61 Nec suffragatur decretum, † seu sententia delegatorum, quæ formato processu desuper pro confirmatione profertur, nam delegatorum facultas non potest litterarum delegatoriarum fines transgredi: quia potestas, & jurisdictio delegata non est extendenda ad casum non expressum. Abb. *in cap. transmissa*, *num.* 5. *de verb. signif.* quin uti extraordinaria est potius restringenda, gloss. *in cap.* 3. *in ver. vel conventionu*, *de rescriptis in* 6. gloss. *penult. in clem. fin. de offic. ord.* Ancaran. *in cons.* 210. *scripsit Papa*, *nu.* 8. & Rot. *decis.* 5. *nu.* 3. *&* 4. *de concess. præb. in antiquior.*

62 Quare † delegatus formam sibi traditam diligenter servare debet, *l. diligenter*, *ff. mandati*, *cap. cum dilecta*, *in fin. de rescript. cap. bonæ memoriæ*, *il* 2. §. *nos igitur*, *de postul. Pralat.* Specul. *de jud. deleg.* §. 5. *num.* 1, *lib.* 1, Abb. *in eod. cap. cum dilecta*, *num.* 4, & ibi Felyn, *num.* 6.

63 Præterea alienationes † contra formam *dictæ extravagantis*, *& cap. non licet* Papæ factæ de anno 1555. etiam fuerunt per Papam Paulum IIII. revocatæ, *ut in Bull. Rom. cap.* 2, *pag.* 540, easdemque etiam Pius V. de anno 1569. pag. 1067. Cùm sicuti hujusmodi alienationes nullæ erant à principio, ita actus omnino nullus semper remanet nullus, nisi iteretur *cap. non præstat*, *de reg. jur. in* 6, Dec. *cons.* 367, *num.* 4, *& cons.* 645, *nu.* 14, Borgn. Caval. *decis.* 43, *nu.* 71, *& decis.* 46, *nu.* 91, *par.* 1,

64 Neque † clausula, supplentes omnes defectus, efficere potest, ut in dictis litteris Apostolicis minimè expressa pro expressis habeantur. Sed supplet tantummodò defectus juris positivi circa solemnitates à jure requisitas, nempè circa tractatus, qui in bonorum ecclesiasticorum alienatione requiruntur; & qui licet habiti fuerint minus tamen legitimè: non autem alios defectus substantiales à jure reprobatos qui à communiter accidentibus suppleri non solent; de quibus, si Papa fuisset certus, minimè concessisset, & ita procedunt allegata per Specul. *lib.* 1. *par.* 1. *de leg.* §. *nunc ostendendum*, *num.*

num. 14. & 15. quem sequitur Abb. *in cap.* 1. *num.* 5. *de transact. cons.* 62. *num.* 4. *vers. nec aliud, & vers. item Papa part.* 1. Gomes. *in compend. utr. signat.* §. *postremo quo, ver. & etiam si Papa*, Staphil. *in tractat. de commiss. & lit. just.* §. *in primis, num.* 25. & 26. & Rebuff. *form. mandat. Apostol. in gloss. sub ver. juramento, vers. aliquando vidi pag. mihi* 340.

65 Constitutio † ambitiosè, de reb. eccles. non alien. quæ in litteris, si in evidentem, regulariter inseritur, importat formam, ut expressis verbis in eisdem litteris legitur nempe servata forma ejusdem constitutionis, & cùm non tracte tur de solo rectoris, & conductoris, sed principaliter de ecclesiæ, & successorum præjudicio, etiam si rector, & conductor decreto, seu sententia, consensum præbeant, hujusmodi consensus, ubi de præjudicio tertij etiam agatur contra formam traditam, nihil penitus operatur. Bart. *in l. de his, num.* 3. *ff. de transact.* Bart. *in cap. prudentiam, in principio vers.* 2, *partium consensus, de offic. deleg.* Bald. *in quæst. de schis. num.* 21, *ver. prædictis quoque accedat*, & post Imol. & alios, Felyn. *in cap. cum dilecta, num.* 6. *ver. amplia quinto, de rescript.*

66 Quia † omnis solemnitas, & substantialis forma est juris publici cui privatorum pactis derogari non potest, gloss. *in cap. si diligenti, de for. comp. l. neque pignus ff. de reg. jur. l.* 2, *ff. de testam. & l. nemo potest, ff. de leg.* 1.

67 Animadvertere † præterea debent ecclesiarum Prælati, ne carnalitatis, aut alio humanæ passionis affectu, ad bona feudalia, vel emphiteutica ecclesijs devoluta, sine evidenti ecclesiæ utilitate, alienanda moveantur. Si enim in consanguineos, vel affines alienant, sæpe præsumitur alienatio in fraudem, & Ecclesiæ damnum facta, ut per Alciat. *de præsumpt. reg* 1, *præsumpt.* 29, *num.* 1, & 2, Rot. ut per Cæs. de Graff. *decis.* 135, *alias* 4, *num.* 24, & *d. vers. decis.* 65, *num.* 18, *decis.* 720, *num.* 1, *par.* 1 & Borg. Cavalc. *decis.* 45, *alias* 16, *num.* 49, *etiam pag.* 1, Sed devolutione secuta, aut Prælatus debet illa bona pro sua ecclesia retinere, vel adhibitis solemnitatibus à jure requisitis, illa de novo emphiteuticare, vel infeudare.

68 In qualibet enim † bonorum ecclesiasticorum alienatione, præter alia, pro solemnitate tres tractatus requiruntur: si enim bona sunt ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, fieri debet tractatus cum illius ecclesiæ capitulo, *cap. Abbatibus*, 12. *q.* 2, *cap. cum Apostolicæ*, §. *pœn. & cap. seq. de ijs quæ fiv. à præl.* gloss. *in cap.* 1, *in ver. defensore, de reb. eccles. non alien. in* 6, & Alexand. *cons.* 9. *num.* 1, *lib.* 3, Si verò ecclesia non habet capitulum, ante celebrationem instrumenti fieri debent tractatus coram Episcopo, ut per Rom. *cons.* 36, *num.* 2, Covar. *variar. resol. cap.* 17, *num.* 1, *lib.* 2, Natt. *cons.* 441, *num.* 7. & 8, *volum.* 2, Bogn. *dicta decis.* 45 *num.* 18.

69 Requiritur † etiam beneplacitum Sedis Apostolicæ, *ut in eadem constit. ambitiosa in extravag. com. de reb. eccl. non alienan.* alias, sine Pontificis auctoritate, sunt nullæ, ut optimè ad contraria respondendo, tenet Navar. *de alienan. rer. eccles. num.* 14. *ver. & in casu nostro tom.* 2.

70 Etiam, si contractus † contra hujus-

modi constitutionis formam initi sint juramento firmati, *ut cap. gravis, de cens.* Bero. *in consil.* 42. *num.* 1. *& seq.* Rodoan. *de reb. eccles. non alien. quæst.* 29 *cum alijs supra allegatis*, ut clare, & diserte demonstrant dictæ constitutionis verba, §. *si quis autem ibi* nullius omninò sint roboris, vel momenti: quæ verba constitutionis non fuerunt visa à Ias. nec Calder, nec ab alijs ab ipso pro contraria opinione citatis: & illud verbum
71 omninò † idem quòd, ipso jure, importat, gloss. *in l.* 1. §. *si pecunia, in ver. omni*, & ibi Bald. *sub num.* 1. *ff de posthum.* & Felyn. *in cap. ex parte, il primo, in princ. ver secundo dicunt de off. deleg.*

72 Prælatus verò, † vel rector, qui res ecclesiæ in casu non permisso, vel sine decreto superioris, alienavit, potest ipse, nomine tamen suæ ecclesiæ, non obstante juramento per ipsum alienationi præstito, contractus alienationis impunè revocationem petere, gloss. *in cap. si quis presbyterorum, in ver. alienator*, & ibi Abb. *num.* 4, *de reb. eccl. non alien. l. jubemus, la secunda*, §. *sanè, in fin.* & ibi Bald. *nu* 1, C. *de sacrosan. eccl.* & Affl. *ct. super constit. Neap. de revoc. alienat. num.* 78.

Excipiuntur tamen à dicta regula
73 † prædia ecclesiastica parvi momenti; ut sunt vineolæ, terrulæ, de quibus *in cap. terrulæ*, 22, *quæst.* 2, quæ citra juris solemnitatem auctoritate ordinaria poterunt alienari, Abb. *in cap. ut super num.* 14 *de reb. eccles. non alien.* Verùm, quia pluries in dubium revocatur, quænam immobilia dicantur parvi momenti, ut dicta auctoritate ordinaria sine juris solemnitatibus alienari possint, puto, hoc casu parvi momenti censeri prædia annuum redditum unius ducati auri de camera non excedentia, & valoris in proprietate vigintiquinque ducatorum similium, dummodo tamen illa alienatio semper fiat in evidentem ecclesiæ utilitatem, causa permutationis, aut alias, ut unico contextu rei alienatæ pretium in aliud prædium, cujus dominium ecclesiæ acquiratur reinvestiatur, non autem, ut pecuniæ rectoris commodo cedant, & utilitati: & ita in quibuscumque casibus procedit *dicta constitutio ambitiosæ de reb. eccl. non alien.* per illam clausulam,
74 † & tunc in ecclesiarum evidentem utilitatem, quæ clausula, cùm sit posita in fine omnium casuum, qui in bonorum ecclesiasticorum alienationibus contingere possint, *l. talis scriptura, in fin. ff. de legat.* 1, *& cap. secundo requiris, de appellat.* ad omnia præcedentia refertur *l. fin ff. de hared. instit.* Ancharan. *cons.* 68, *subtiliter ad plenit. num.* 2, Rom. *cons.* 480, *num.* 7, & Dec. *cons.* 11, *num.* 13.

75 Dixi supra † *in cap.* 44, *sub num.* 51. non esse veram opinionem scribentium, quod emphiteuta pro bonis emphiteuticis, quæ ab ecclesia possidet respectu utilis dominij ad onerum solutionem habita ratione fructuum pro sua portione teneatur, pro cujus quæstionis dilucidatione

76 Primò præsupponendum, & quòd emphiteusis sit duplex, ecclesiastica *ut cap. potuit* ubi etiam gloss. *in ver. expelli.* Abb. & alij *de loc.* & laicalis *de quâ instit. de loc. & conduct.* §, *adeò l. si & tot tit.* C. *de jur. emphit.*

Celebratur autem emphiteuticos con-
77 tractus † scriptura interveniente, & non aliter

aliter *l.* 1, C. *de jur. emphit.* Specul. *de* 82 Quo caſu † ſibi præjudicat in dominio
emphit. num. 5, *lib.* 4, *par.* 3, Clar. *ſentent.* ſuo, Bart. *in l, ſi aliquam rem, num,* 9,
lib. 4, §. *emphiteuſis, quæſt.* 4, *in princ.* *ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. cum falſa, nu.* 1,
Alex. *conſ.* 112, *num.* 4, *lib* 1, Iaſ. *dicta l.* & 7, C. *de jur. & fact. ignor. lib.* 4, *par.* 3,
num. 11, *& melius enim* 61. *verſ. contra-* *& in l. ad probationem, nu.* 13, C. *eod. tit.*
riam partem, ubi teſtatur quod ita com- & poſt alios, quos citat Iaſ. *in dicta l.* 2,
muniter tenetur, idem tenet gloſſ. *in cap.* *num.* 177, C. *de jur, emphit.*
1, 8, *poſtquam ver. in ſcriptis*, ubi plures 83 Hoc enim modo † pater providet de-
caſus enumerantur, in quibus requiritur ſcendentibus, ne filij poſſint dicta bona
ſcriptura *de conſil. in* 6, & pluribus modis in præjudicium deſcendentium alienare:
emphiteuſis conceditur. imò, nec, ſi delinquerent, poſſent ea-
79 Primò, † dando aliquid à principio dem bona publicare, ſed apud filios &
concedenti, ut puta centum, vel ducen- nepotes debent perpetuò remanere, Bart.
tum aureos, aut aliam ſummam, & po- *in l, eum, qui, nu.* 3, *ff. de interd, & relig,*
ſtea modicam penſionem annuam con- Iaſ, *in eadem l,* 2, *nu,* 151, *ver, addo quod,*
ſtituendo in recognitionem potiùs directi C, *de jur, emphiteu,* & hæc eſt magis
dominij, quàm fructuum percipiendo- communis opinio, de qua poſt plures
rum compenſationem, Bar. *in l. in prins.* ibi citatos teſtatur Alexand. *in conſ.* 23,
& ibi Iaſ. *nu.* 1, C. *de jur. emphit.* & Ale- *num,* 4, *lib,* 1, *& conſ.* 89, *in princ, lib,* 4.
xand. *dicto conſ.* 112, *n.* 3, *verſ.* 6, quia, 84 Tertiò, † dando prædium ſterile ei,
80 quæ emphiteuſis † hoc modo conceſſa qui illud vult reducere ad culturam, vel
ſemper erit laicalis, quia prohibita eſt aream, ſuper qua fabricare intendit, &
bonorum eccleſiaſticorum diſtractio, in recognitionem directi dominij, quid
tam exantiquorum canonum diſpoſitio- minimum, puta unum, aut duos denarios
ne, *ut cap. ſine exceptione, & cap. non li-* annis ſingulis directo domino perſolvit,
ceat Papæ, ubi etiam Archid. 12, *quæſtio-* ut per Spec, *de loc, & emphi, lib,* 4. *par,*
ne 2, quam per extravag. ambitioſæ, *de* 3, §. *nunc aliqua, num,* 3, *& 9.*
reb. eccleſ. non alien. & concil. Trid. *in* Et conceditur emphiteuſis aliquando
cap. 11, *de reform. ſeſſ* 22. in perpetuum, quandoque ad tempus,
81 Secundò, † emphiteuticus contractus cum pacto de renovando, & interdum
tacitè plerumque celebratur cum pater- ad tertiam generationem, Specul, *eodem*
familias dubitat, ſubſtantiam ſuam ma- §. *nunc aliqua, num,* 5. *verſ, item quando-*
ximo labore, aut aliàs ab ipſo, vel ſuis *que contrahitur*, Bald, *in l,* 2, *num.* 9, C,
primogenitoribus partam, liberos brevi *de jur, emphit,* & Iaſ, *in l,* 1 *num.* 6. *& l,*
tempore conſumpturos, qui, ut quan- 85 2, *num,* 166, *eod, tit,* & regulariter † quan-
tùm in eo eſt, poſteritati conſulatur, do emphiteuſis conceditur ad tertiam
confitetur, & ſe recognoſcit rem propriã generationem, in prima generatione
ſcienter ab eccleſiæ Prælato in emphiteu- computatur perſona ipſius acquirentis,
ſim perpetuam habere, tenere, & de di- qui facit primam, filius ſecundam, & ne-
recto ipſius eccleſiæ dominio poſſidere. pos ex filio tertiam, ut per Bald. *in auth,*

ſi

si quas ruinas, num. 4, C. de sacrosan. eccl. & Iul. Clar. *sent. lib. 4, §. emphiteusis, quæst. 34.*

86 Quartò, † quando, servatis servandis, ecclesia dat domum, seu prædium ecclesiasticum de mensa ecclesiæ laico in emphiteusim perpetuam, seu ad tertiam, sive aliam generationem, aut aliud limitatum tempus sub annuo conventu, canone, seu responsione, Apostolica auctoritate ad formam dictæ extravag. ambitiosè, *cap. 1, eodem titul. in 6,* & Rot. *diverss. decis. 178, num. 8. & 10, par. 2.*

87 Primo casu, † quo emphiteusis est laicalis, emphiteuta pro illo utili dominio debet onera pro sua portione, & dominus directus pariter pro sua subire, idque semper procedit, & servatur quandocunque sumus in emphiteusi laicali & in his terminis procedit opinio, Iul. Clar. *sentent. lib. 4. §, emphiteusis quæst. 46,* ubi testatur ita à senatu servari solere, cujus opinio (cùm scripserit in terminis, in quibus directus dominus onera tenetur pro sua portione persolvere) necessariò procedit inter directum dominum &

88 emphiteutam laicum † cùm personæ ecclesiasticæ, & eorum bona ab omnibus oneribus laicalibus sint exempta, Abb. *in cap. fin. de reb. eccles. non alienan.* Ancharan. *cons. 12, num. 2, vers. sed sic circa,* Ruin. *cons. 3, col. 3, & 8, lib. 5,* in hujusmodi terminis, etiam procedunt allegata per Alexan. *cons. 10. lib. 1, n, 11. cons. 35, num. 12. lib. 4, & cons. 4, num. 3, lib 5,* qui consuluit inter personas merè laicas, & super bonis merè laicalibus, ut apertè colligitur ex facti specie eorundem consiliorum, & *dict. cons 101. num. 11.* ubi incidenter tangit, & refert opinionem scribentium, laicum teneri ad collectas solvendas propter fructus, quos percepit, & doctores tenere, ita de consuetudine solitum esse servari. Unde consuetudo præsupponit jus commune in contrarium, & quid hoc casu, & alijs contra immunitatem, & libertatem ecclesiast. operari possit consuetudo, infra patebit.

89 Quòd autem † emphiteuta bonorum ecclesiasticorum respectu utilis dominij onera persolvere teneatur, tenuerunt Isern. & alleg. *in tit. quæ sint reg. in ver. plaustrorum.* Luc. de Pen. *in l. 1. colum. 2, C. de impon.* Luc. *defer. lib. 10.* Alexand. Federic. de Sen. Soc. Ias. Birun. Purpur. & Cravet. quos citat, & sequitur Sol. *in comment. constit. antiq. Sab. sub rubr. de jur. emphiteut.* glossa 2, *num, 26,* quibus addo Alvar. Valas. *de jur. emphiteut. quæst. 17, sub num. 11,* & Molin. *tract. 21, de contract. disput. 456. num. 5,* dummodò in æstimanem ipsius rei deducatur ea summa, quam pro ipsa re nomine pensionis, vel census, præstat ecclesiæ, ut inquit glos. *super cap. Reg. Caro 2. sub. rubr. quod Cler. cleric. viv. non com vers. adde quod si res ecclesiastica.* Contrarium tamen ex eo apparet, † quòd statuta laicorum non includant bona ecclesiastica; etiam quòd eorumdem bonorum utile dominium sit penes laicos, quod probat text. *in cap. quæ in Ecclesiarum,* & ibi Abb. *num. 2,* Imol. *num. 7.* Dec. *num. 6, alias num. 9.* Bero. *num. 6,* Mantun. *num. 8, & 7,* Riminal. Iun. *num. 61. & seq. de constitut. facit cap. bene quidem circa fin. 96, distinct.* Et hæc est communis opinio canonistarum, quam tenet etiam *in l. private num. 2. C. de excus.* Iun. *lib. 10,* qui inquit Perusij

rusij de consuetudine non servari. Sed † 91 consuetudo præsupponit jus commune in contrarium, & consuetudo vnius Provinciæ non extenditur ad alias, eandemque opinionem Bart. sequitur, ibi Ang: loquens in bonis livellariis, & Ias. *in l. 1. num. 31. C. de jur. emphiteut.* Purp. *in l. placet, 23. C. de sacr. sanct. eccl.* glos. vnic. *in l. honorem, ff. de muner.* Petr. de Vbal. *late in tract: suo de collect. in ult. char. colum. 3. vers. quæritur in dubium,* Bertach. *in repert. sub ver. collectam emphiteuta* Cassan. *in consuet. Burgun. rubr. 4. §. 6. n. 5. in text. vers. & supporte la motitie.* Ripa *cons. 22, lib. 2. respon. num. 14.* Sylu. *cons. 9. per tot. & cons 47.* Ruin: *cons. 3, volum. 5.* Bursat cons. 42. *num. 22.* Boss. in *titu de princip. num. 128* Surd, post alios per ipsum citatos in *cons. 301. num. 62. volum. 3.* Card. Tusc. *pract. conclus. iur. concl. 557. num. 18. tom 3.*

Et est ratio, † quia ecclesiastica prædia 92 non sunt sub potestate laicali, ut est communis opinio, de qua testatur idem Surd. *sub. d. nu: 62. in fin.* & pro hac conclusione, quæ est communis, ac pluribus, & gravioribus auctoritatibus, rationibusque fulcita fuit, à Senatu Pedemontano decisum, & revocatæ sententiæ contra eandē opinionem latæ, ut testat. idem Sol. *sub eod. n. 26.* qui nihilominus conatus fuit sustinere dictam eius opinionem, pro qua ipse sententiam protulerat ex supra, & aliis infra adducendis, reprobatam.

Si autem dubitatur de natura emphi- 93 teusis ecclesiasticæ, & allegetur bona fuisse in emphiteusim à laico in præjudicium status laicalis ab ecclesia recepta, † tunc onus probandi laicis incumbit: tum, quia fraus nunquam præsumitur, tum etiam, quia omnia bona ecclesiæ donata, præsumuntur libera *cap. noverint, 10. q. 1.* Archid, *cap. tributum, num: 5. 23. quæst: 8.* & Iac. de S, Georg. *in tract: de feud: §: qui quidem investiti, num: 9.*

Tertio verò casu etiam, quòd bona sterilia ecclesiæ per emphiteutam laicum reducantur ad culturam, aut super area domus ædificetur, pro illis melioramentis concernentibus utile dominium collectæ non sunt exigendæ: quia † immunitas 94 concessa prædio ecclesiastico, quod est principale, competit & melioramentis, & superædificato, quæ sunt accessoria, *c. q. circa & glos. in c: cum capellæ, de privil. &* ita per prædicta, & alia, per ipsum allegata consuluit Alexand. *in cons: 193. num: 3. nu: 5, & 6, lib: 2:*

Et procedit regula, † quod accessori- 95 um sequitur naturam sui principalis, *cap: accessorium, de re reg: jur: in 6,* & ideò, si quis aream pauci momenti in emphiteusim dederit, super qua fuerint fundata ædificia magni valoris, puta alta turris, vel amplæ ædes in casum devolutionis ob culpabilem caducitatem, propter quam melioramenta amittuntur pro nova investitura, & receptione novi emphiteutæ † quinquagesima, quæ solvitur domino 96 directo à novis emphiteuticis, *ut l: fin. C: de jur; emphit:* debetur tam pro valore & æstimatione juris, vel ædium, quam pro area per text. *in l: 1, §. quod ait ff: de super: & post ord.* & Abb. ita decidit, Ias: *in i. fin: num: 44. C: de jur emphiteut:* Boer: *decis: 19, num: 3,* Rimin. Iun: *cons: 1, in fin.* Amed: à pont: *de laudem, quæst: 8, vers. Sed redeundo*

Emphiteusis enim † ad hunc finem con- 97

cedebatur, ut per emphiteutam bona emphiteutica meliorarentur, ac pro recognitione directi dominij, quid minimum persolveretur, quæ melioratio loco pretii habebatur, Bald. *in l. 1. num: 8.* & ibi Ias. *num: 5, C: de jur: emphit.* Abb. *in cap. potuit, num: 7, de loc: & conduct:* Specul: de *loc: emphit: §: nunc aliqua, num: 2, in fin.* & idem Bald, *in auth: quas actiones, n: 3, C: de sacr. sanct: Eccl.*

98 Cùm igitur † meliorameuta veniant ex natura contractus emphiteutici, non possunt diverso jure censeri, dicto *cap: quia circa, de privileg:* cum pro ecclesia emphiteuta possideat, ex quo causam habet, ab ea, *volum. 2 ff: pro suo:* & Specul *eod. §: nunc aliquia, num. 59, in fin.*

99 Quinimo in fortioribus terminis † privilegium concessum ecclesiis post concessionem privilegii ad constructas etiam extenditur, *ut eod. cap. quia circa: de privil.* Ias. *in l. qui filiabus, num. 12. & 13 ff. de leg. 1.* & post Petr. Cyn. Rayn. Fulger. Boer & Aret. script Alexand. *in cons. 178. nu. 13. lib: 2.* quem citat, & sequitur idem Ias: *in l. fin: n. 12. C: de ver: signif.*

100 Laici enim † prædia sterilia ad culturam reducentes, inillisque domos, & quandoque palatia, aut alias fabricas ædificantes, majori laude, & præmio sunt digni; quàm, qui eadem ob desidiam pro derelicto habent, quia expedit reipublicæ, ut inculta colantur, & fabricis exornentur. Hac ratione Sixtus Papa V. ut Vrbis incolæ ad domos in via Felici nuncupata, ab ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris, usq; ad ecclesiam sanctissimæ Trinit. in Monte Pincio per ipsum strata, & directa, necnon in via Pia per eundem etiam æquata ab eius palatio in Monte Quirinali, usque ad ecclesiam sanctæ Sosannæ, & in vicis propè dictas vias dirigendis ædificandas allicerenrur, sua perpetua valitura constitutione, tam domos in eadem via constructas & quæ indies construerentur, quàm earum dominos, & incolas variis privilegiis immunitatibus, & prærogativis munivit, & decoravit, *ut in litteris apostolicis motu proprio sub datum Romæ, anno 1587o Idibus Septembris expeditis, de quibus in Bull Rom. eiusdem Sixti Quinti, cap. 65, pag. 225.* unde hac eadem ratione emphiteutæ in prædiis ecclesiasticis fabricantes, de bonò opere novis oneribus non sunt gravandi. Non enim debent bona ecclesiastica deterioris esse conditionis bonis laicorum: quod sequeretur si emphiteutæ, ultra canonem annuum, quem domino directo ecclesiis persoluunt ratione emphiteomatum, seu emponematum fabricatum & aliorũ melioramentorum, collectas laicis persolvere tenerentur. Nam ex communi consvetudine totius Italiæ, & ut puto, universalis Europæ compertum habemus, nulla pro melioramentis, quæ fiunt in prædiis tam urbanis, quàm rusticis laicalibus onera augeri. Ergo eodem modo, nec bonis, in quibus directum ecclesia, possidet dominium, ulla debent imponi. Qui autem hæc onera bonis emphiteuticis ecclesiasticis imponunt, & exigunt, ea in fraudem, & in apertum libertatis, & immunitatis ecclesiasticæ detrimentum extorquent.

101 Quò enim † emphiteutæ magis gravantur, minus prædia, seu domos, meliorare possunt, imò quandoque hac causa melioratione retrahuntur. At ecclesiæ interest plurimum, ut pluribus melioramentis eius bona augeantur, cum pluribus casibus

sibus bona emphiteutica unà cum emponematibus, omnibusque aliis melioramentis ad ecclesiam devoluantur, *ut l. 2. C. d. jur. emphiteu.* Alexand, *cons. 44. num. 7. & 18. lib. 3.* Specul. *de loc. & emphit. lib. 4. par. 3. n: 34. 112. & 157.* & Corbul. *de caus: privat. ob rei deter. num: 13. de caus. privat. ob non solut. canon. ampliat. 36.*

102 quarto casu, † quo, servatis servandis, fuerint prædia ecclesiastica in emphiteusim concessa, tunc, aut ab emphiteuta in eisdem terminis, & statu, in quo fuerunt emphiteuticata, possidentur, & hoc casu, nullo etiam exquisito colore possunt laici ab emphiteuta prædiorum ecclesiasticorum collectarum exactionem prætendere, quia immunitas dictorum
103 prædiorum † cum sit realis, Levit. *cap. 7. cap. nullum liceat, 12. quæst. 2. cap. generaliter, §. novarum, 16: quæst. 1.* Rot. *divers. decis. 23. num: 6. par: 1. cum aliis supra allegatis.* transit ad quemcunque cum
104 eisdem bonis ecclesiasticis, & † ea gaudent laici, eadem bona in emphiteusim possidentes, gloss. *in dict. cap. generaliter §. novarum in vers. mancipia, 16. quæst. 1.* Abb. *cons. 9. num. 2. vers. si enim eximitur, par.* Paris. *cons. 69, num. 6 lib. 1. & alii supra eodem. cap. 33. citati,* quibus addo
105 in terminis emphiteusis ecclesiasticæ, Bart. *in l. privatæ, num. 2. C. de excus. mun. lib. 10* quem sequitur Ias. *in l. 1. num. 31. C. de jur. emphit.* gloss. *unic. in l. honorem, ff. de mun. & honor.* quam pro hac opinione sequendo, Bart. citat Purpa. *in l. placet. C. de sacrosanct. Eccles.* hanc etiam opinionem pluribus probat Petr. de Ubal *in tract. collect. in fin.* & post Bart. Bald. & Alexand, quos citat eandem opinionem sequitur Bertach. *in repert. sub. ver.*

100 Collectam emphiteuta † distinguens, quòd secus est in emphiteuta privati, quam distinctionem tenet etiam & probat Boss. *titul de princip. & privil. eid. 123. iunct. num. 128.*

106 Rationem † quare pro bonis emphiteuticis, quæ laicus habet ab Ecclesia non teneatur solvere aliquam collectam, adducit Ias. nempè ex eo, quod dicta bona sint perpetuò pensioni obligata, & pro eis quolibet anno canon solvatur; ideò nullam communi pro his deberi collectam; ne pro emphiteusi Ecclesiastica duplicia onera sustineantur, *ut ead. l. 1. dicto num. 31.* post Felin. Rom. Socin. Feder. de Sen, Alexand. Dec. & alios quos citat Cardin, Tusch, *in pract. conclus. sub rubr: oner. duplic. conclus. 136. n. 3. tom. 5.*

107 Quod etiam † altera ratione firmatur, quia licet statutum laicorum non potest disponere super rebus Ecclesiasticis, etiamsi talia sint bona, quorum utile dominium spectet ad laicos, *cap. quæ in Ecclesiarum,* ubi Abb. *num: 2. de constit. cum aliis supra numer: 90 & seq. allegatis, & mox citand. is*

108 Statuta enim † laicorum etiam, quòd non disponant de ecclesiis, vel clericis, nec in materia tangente privilegia, vel jura clericorum, aut ecclesiarum, sed simpliciter aliquid honestum disponant in præjudicialibus non ligant, nec comprehendunt clericos, nec ecclesias, seu bona ecclesiastica, quidquid modernis temporibus in contrarium tenuerit Capiblanc. de Baron. *pragm. 1. sub. num: 198. & seq.*

109 Ut reprobata† contraria opinione Bart. asserentis statuta laicorum simpliciter facta contra ea, quæ competunt ecclesiis, vel clericis non in privilegium, sed ut cuilibet, tunc ligare clericos, & in foro Episcopali esset servanda, dummodo honesta sint, *de qua in l: cunctos populos num: 29, C: de sum: Trinit: & fid: cath:* cujus opinionem, post alios, per ipsum citatos, sequitur Lopez: *in additione ad Diaz: pract: q: cap: 56, ver: ex quibus,* post Bald: *in ead: l: cunctos populos, num:* 10 qui allegatis per Bart. respondet, & eius opinionem reprobat, sequitur, & tenet Abb: *in cap: sua, il primo, n: 9: de decim:* post tex: *in cap eccl. sta sanctæ Mariæ de constit:* & post Ant. Imol. Rom: & aliòs citatos contrariis respondendo, & rationes adducendo, probat Felyn. *in eod: cap: ecclesia sanctæ Mariæ num:* 81, *vers: sed contra* Bart & ibidem Bald: *num:* 5, Abb.: *num.* 10, & Dec. *num: 88, & 91. de constit: cap: bene quidem in fine: 96. distin:* Bero. *in cons:* 31: *num:* 20, *cum s q: vol: primo,* & hanc esse communem doctorum theoricam testatur idem Abb. *in cap: non minus n:* 20, *in princ: de immunit: eccles:* Sylvest: qui etiam inquit, hanc esse communem opinion. *in ver: immunitas* §: 1, *num:* 20, Surd. *in cons:* 2, *num:* 15, *volum:* 1, *cum aliis, quibus supra cap:* 45: *num:* 42, *& seq.*

110 Infertur etiam ex prædictis, laicorum statuta, sive decreta, aut ordinationes, quibus ob publicam utilitatem pœnaliter prohibetur, nè in prædiis orizæ serantur, aut quid simile clericos nos minime ligare, aut ecclesiarum bona. Quidquid in contrarium tenuerint Gabr: *in cons:* 37: *num:* 3: *& seq:* Vulpel. *in tractat. de liberi: eccles. par:* 3, *num:* 16, & Menoch *cons:* 1000, *volum.* 10. *n.* 28. quos citat, & sequitur Capal. *in centur: resolut. crimin. cap* 12, *sub: num:* 4, quia, nec directè neq; indirectè, tacitè vel expressè, contra libertatē ecclesiasticam Principatibus, seù magistratibus secularibus quidquam licet attentare. Anchar. *in cons. mihi* 196, *num:* 4, *aliàs* 112. magnificè, & Illustr. Colleg. Bonon. *inter consil. eiusdem Anchar, cons.* 12. *num:* 2, *& seq.* Abb. *in repeti: cap: Ecclesia sanctæ Mariæ, num.* 31. *de constitut.* & in terminis quamplures allegat Sud. *cons.* 301. *num.* 75. 76. *& seq. volum.* 3.

114 Imò † si eorundem statutorum, aut decretorum vigore contra clericos exercent, illos mulctando, aut aliàs quovis modo gravando, in excommunicationis sententiam in Bullam Cœnæ Domini contentam incidunt, *ut in eadem Bull. sub nu.* 15. *vers. quivè ex eorum.* & Navar. *in cap.* 27. *num:* 69, §: *qui ex eorum vers. necnon qui de cens: eccles: tom:* 1.

Non tamen negabo, quin, & ipsi ecclesiarum Præsules, si pij prudentisque pastoris officium præstare velint, eandem prohibitionem facere, illamque executioni debeant demandare.

115 Quòd, si † ipsi Prælati eadem edicta, & inhibitiones ordini clericali recusarent, quod minimè est credendum, proponere, Non propterea magistratus seculares possunt Prælatorum negligentiam, ut aliqui putant, supplere, quia cum Iudex ecclesiasticus si major, ipse Iudicis secularis inferioris negligentiam supplere, & illum corrigere potest, *c. ex transmissa, de for. comp:* Azor: *in 1. part: institut. moral. lib:* 5. *c:* 12. *vers. sed dubitare* & Rot: *de anno* 1595: *ut scripsi in cap:* 38, *n:* 92, *tom:* 1.

Dicta

116 Dicta verò scribentium † opinio, quòd scilicet, judex laicus supplere possit Judicis ecclesiastici negligentiamp, rocedit in causis misti fori tantùm: in quibus, cùm sit locus prævention i, ecclesiastico judice negligente, poterit laicus prævenire, & in his terminis procedunt allegata per Anchar. *cons.* 196. *aliàs* 112. *nu.* 67. *&* 68. & aliorum, qui pro eadem opinione scripserunt; sed hoc casu non versamur in crimine misti fori: quia seminare oriza non est de genere prohibitorum, cum ut testatur Plin. *lib.* 18. *cap* 7. *& lib.* 22. *c.* 25. in Italia maxima esset copia, & Theophrast. quod sua ætate peregrinum, & illius semen ex In-
117 dia illatum fuerat, nullibique † jure illius latio prohibita reperiatur, ideò sub causis misti fori connumerari non potest. Surd. *in dict. cons.* 301. *nu.* 90. *vers. & non est verum, tom.* 3.

Unde Judices seculares eorum falcem in alienam messem imponere non debent, sed ad judicem ecclesiasticum superiorem videlicet, Metropolitanum, Nuncium, vel Legatum, aut etiam Papam, si opus fuerit, à quo in eventum recusationis sine legitima causa cogatur inferior, ad prohibendum clero ne seminetur oriza, recurrere debent, per text. *in cap. nullus* & ibi Innoc. *prope fin.* & post alios, quos citat Abb. *numer.* 2. *de jur. patron. & in cap. postquam, numer.* 8. *de elect.* Anchar. *eodem cons.* 196. *numer.* 7. & optimè Navar. *in relect. cap. novit, notat.* 6. *nu.* 25 *de iud.*

118 Et in simili † videmus, quòd quotiescunque prætendunt laici clericos teneri ad subeundem onera, nempè belli, aut aliis de causis, ecclesiarum Prælati, & etiam Papa, adiri debent, quorum consensus, & auctoritas respectivè requiritur, *ut capitulo clericis laicos, §. nos. igitur, de immunitat. eccles. in* 6. *& aliis, de quibus supra.*

119 Si verò magistratus seculares † eorum prohibitione non obstante speciales, & particulares licentias seminandi, & colendi oriza, ut interdum contingere solet, concesserint: tunc & multo magis Præsulibus ecclesiasticis easdem licentias concedere licebit, cùm ipsi sint quibuscumque laicis judicibus majores, *cap* 1: *in fin.* 17. *distinct. cap. quis dubitet*, 96. *distinct. & Psal.* 81. *ver. Ego dixi*, & ideo: quod minori licet, majori illicitum esse non debet. Hujusmodi tamen facultates parce, & non sine gravi & legitima causa laxari debent.

120 In hoc negotio † magistratus seculares cum Prælatis ecclesiasticis communi deberent consensu providere, ne in agris à civitatibus saltem quatuor milliaria, & ab oppidis, & castris mille passuum non distantibus, serantur orizæ: quia, cùm illius natura sit in palustribus, & uliginosis locis nasci, & exarescere, ut inquit Dioscorides, idque usus comprobet, necesse erit, ubi naturaliter intra dictum spatium palustria non habeantur ductu aquarum, quæ ab agricolis peritis in prædia derivari, & sulcis claudi solent arte, stagna fieri, in quibus illæ æquæ putrescunt, aëremque adeò noxium reddunt, ut ex agricolis, & operariis, in hujusmodi orizæ opere sese exercentibus, quamplures è vivis decedant, castraque, oppida, & Civitates, apud quas seminantur, insalubri cœlo depopulantur, ubi incolarum, & civium rara proles, & si, qui nascantur, omnes ante pubertatem intereunt, de quo, & ipse de visu, & auditu testari possum, qui

dum Vicariatus munere fungerem in Episcopatu Vercellensi, & diœcesim visitarem, in illius agro plura oppida, & castra depopulata, incolisque spoliata, ac fere derelicta, comperi, & à quamplurimis incolis, & laborantibus præmissa accepi: est enim valde absurdum, ut voracitate quorundam, qui ex semine, & cultura orizæ uberiores fructus percipere prætendunt (licet Dei judicio quandoque decocti, & fugitivi recedunt) oppida, & castra devastentur, & propterea, ut ho-
121 mines pereant, † cum hominum gratia omnia sint constituta, §. *in pecudum in fin. ff. de usur.* & Bart. *in l. 1. numer. 1. ff. de stat. hom.*

122 Homo enim † est dignissima creaturarum l. *justissima* juncta, gloss. *in ver. dignitatem, de adil. edict.* Ideo formavit illum Deus ad imaginem suam *Genes. 1. & c. 2. de homicid l, si quis in metallum. C. de pœnis* cum pluribus alijs per Cepoll. *in dicta l. justissimè alleg* Matth de Afflict. *in constitut. Regni, lib. 2. rubr. 67. de Sacram. præst. bajul. §. de Burgensatibus, numer. 12.* Unde Ovid.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os hominum sublime dedit, cœlumque videre.
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Et Virgilius:

Igneus est illu vigor, & cœlestis origo.

123 Propterea homini † omnia subijciuntur. *Genes. capit. 1. & Psalm. 8. vers. omnia subjecisti.* Nam ipse est compendium omnium rerum, quæ à summo opifice creatæ fuere: viderat enim ille supremus artifex, omnia frustra fuisse creata, nisi illis norma daretur, & finis, ad quem res illæ, & universa mundi machina creata fuerat. Ideo fecit Deus hominē, tanquam normam omnium rerum, ad cujus finem omnia disponerentur, *ut in §. in pecudum, & ibi etiam* gloss. *instit. de rer. divis.* Lud. Gomes. *in §. supereſt, num. 13. circa fin. instit. de action.* & cum hominis vita res sit inæstimabilis *l. fin. C. de ijs qui dejecer. vel effud.* Matth. de Afflict. *super constit. Regni, lib. 1. de clandest. homicid. §. si damna, nu. 11,* illius maxime est habenda ratio. Ideo Principes, & magistratus minimè indulgere debent privatæ paucorum utilitati orizam seminantium in totius universitatis præjudicium.

125 Nam † priùs debent Reipublicæ, quàm singulorum utilitatem, & commodum præ oculis habere, cùm publica utilitas privatæ sit præferenda, *c. sciat frater, 7. qu. 1. l. pen. C. de primipil. lib. 12. l. pen. ff. de privil. cred.* & Bart. *in auth. de hæred. & falcid. num. 4.* Quare ad salutem corporum tuendam de aeris statu, & optima ejus qualitate conservanda impense est invigi-
126 landum: nam toti † in aere versamur, & vitam in eo ducimus, ita quòd sine haustu spiritus ultra horas septem, sine cibo, ultra totidē dies vita non durat. Macrob. *in som. scip. lib. 1. c. 6. circa fin.* & qui ut experientia monet, si gravis sit, & corruptione obnoxius, quod maximè fit ex gravi stagnorum, lacunarumque efflatu, ut exhalatione innumeris morbis mortales inficiat, & extremum vita diem approperet. Unde versus.

Si cupis incolumem vitam traducere, cœlum
Effuge corruptum nebulis, nidore, lacunis.
Quodque movet madidus morbosis Africus auris.

Hinc

Hinc prisci, quorum mens semper intenta erat ad egregia, & glorioſa facinora, ſalubres urbium ſitus, cœlumque ſalubre non minus magnifec ère, quam reliqua. Ideo urbes conditurі cœli temperiem aêriſque bonitatem potiſſimùm delegere, quo, & civium vitæ conſulerent, & exteri, hac arte illecti, ad eas habitandas numeroſiores accurrerent, leges etiam, ſcita, & edicta promulgarunt circa ea, quæ ad aêris puritatem conſervandam facerent, pœnis contra minus obſequentes propoſitis, quod etiam accuratè legitur præſtitiſſe, Federicus hujus nominis Secundus Imperator, qui, ut publicæ utilitati proſpiceret, & in ſuis civitatibus, & caſtris aêris ſalubritas conſervaretur, inter alia in conſtitutione Regni utriuſque Siciliæ decreverat, ut ea omnia, quæ fœtidum, corruptumque aêrem reddere poſſent, extra civitatem ad mille paſſus exportarentur, aut in mari, vel flumine proijcerentur, pluribus aliis, ad aêrem à putredine liberandum, ſancitis, *ut in conſtit. Regn. Sicil ſub tit.* 48. & ibi etiam gloſſ. *lib.* 3. quam refert Matth. de Afflict. *in conſtit. Regn. lib.* 3. *de conſerv. aër.* §. *magna fuit, & ſeq rubr.* 34. ubi inquit, Regem ex proprio officio, quantùm in ſe eſt, teneri providere, ne in ſuis civitatibus aêris impuritas ulla fiat, quæ civibus, & ſubditis perniciem pariat. Et rectè quidem.

118 Nam, † ubi impurus aêr, ibi & morboſi, & pauci cives; quiſque enim inſalubre cœlum fugit; quod etiam, & in rationabilibus experimento videmus. Imò nec à peccato creduntur immunes, qui peſtifera loca, ſibi ad habitandum eligunt, ut potè Deum tentantes, Abb. *in cap. cum dilecti, num.* 16 *de dol. & contum* quem allegat & ſequitur, Rip. *in tract. de peſt. num.* 8.

129 Unde, † ſicut in multitudine miniſtrorum ſita eſt Regis dignitas, ita, & in paucitate plebis ignominia principis, Salom. *Proverb. capitulo decimoquarto circa fin.* & Dioniſ. Carthuſ. *de quat. noviſſ. art.* 63. *circ. princip.*

Circa hujuſmodi ſtatuentes, eo nomine ſolent ſe tueri, quòd ſtatuta, decreta, & ordinationes magiſtratuum ſecularium circa hanc materiam laicos tantùm comprehendant, qui dum contraveniunt, pœnis comminatis plectuntur: quæ tamen non exercentur in clericos.

Sed licet, id extrinſecè veriſimile videatur, tamen, ſi non directè, & expreſsè, tacitè ſaltem, & indirectè eccleſiarum, & clericorum bona comprehendunt, cùm ſine operariis laicis in eccleſiaſticis prædiis, nec oriza ſeminati, nec alio modo clerici ex eorum prædiis redditus percipere poſſint.

130 Quando enim † privilegiatus non poteſt commodè uti ſuo privilegio ſolus, etiam quòd non exprimantur perſonæ neceſſariæ ad illum finem, includuntur tamen in privilegio, arg. text. *in cap. licet*, §. *cum conceditur*, ubi etiam doctores, *de privil. in* 6. & bene Bald. *in auth. habita, numer.* 9. *C. ne fil. pro patr.* Abb. *in c. quam ſit, num.* 1. & ibi etiam Felyn. in terminis poſt alios per ipſum allegatos etiam, *nu.* 1. *de Iudæ, & Sarrac.* & Surd. etiam poſt plures per ipſum citatos *in conſ.* 301. *num.* 18. *volum.* 3.

131 Unde † etiam ſtatutum, quo imponitur pœna laicis pro facto clerici, dicitur contrarium libertati eccleſiaſticæ.

sticæ. Jas. *inl.1.n.9.C.de ind.jud.toll.* per tex. *in c. sciant cuncti, de elect. in 6.* Bart. *in l.1. in fin. ff. de ijs quæ pœn. nom. relinq.* & Felyn. post alios per ipsum allegatos *in cap. ecclesia sanctæ Mariæ numer 99. de constit.* & est casus expressè comprehensus in Bulla Cœnæ Domini, *sub numer.16. versic. necnon, qui.*

132 Infertur præterea, † quod edictum Principis secularis, ne frumentum plus certo pretio ab eo constituto vendatur, vi legis nunquam ligabit clericos, Abb. *in repet. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 15. vers. item si lex.* & ibi Felyn. *numer. 40, in fin. de constit.* & ita verbis expressis declarat Navar. *in manual. conf. ff. cap. 23. numer 88.*

133 *vers. quia in re ibi*, quia, † quamvis ij legi seculari non subjciantur, subjecti tamen sunt legi naturali, & divinæ, quæ præcipit, ne quis sua ultra justum pretium vendat, & paulò post, quamvis charitatis Christianæ foret, ut Principes Ecclesiæ, qui maiore misericordia resplendere debent, taxas, & pœnas secularium quas ob misericordiam faciunt, suis edictis juvarent *eodem nu.* 88. eandem etiam sententiam amplexi fuerunt Garz. *de ult. fin. num. 158. cum pluribus seq.* Val. *de succes. creat. §.10. nu.63.& 658 & §.26. nu.71.* Bapt. Feret. *conf. 37. in fin. vol.1.* Bursat. *conf. 200. n.50.* post alios plures, Surd. *in conf. 301. volum. 3.* & Azor. *lib. 5. institut. moral. cap. 12. in fin. tom. 3.*

134 Unde non subsistit contraria † opinio, quam aliqui tenuerunt, quia laici careant jurisdictione legis condendæ, seu edicendi super clericos Dec. *in dicto capitulo Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 90.* Azor. *eodem capit. 12. §. tertio quæritur cum alijs alibi supra allegatis.*

Nec vera esset propositio, quæ in argumentum contra deduci posset, quòd, scilicet, matrimonia inituri † constringi possint, ne contrahant cum personis certi loci; 135 quia dicta propositio est contra libertatem matrimonij, & reprobata, tam antiquorum canonum dispensatione, *ut c. cum locum, & c. gemma, de sponsal.* quam ex dispositione sacri concil. Trident. *ut c. 9 de reform. sess 24.*

Doctores autem contrarium tenentes loquuntur respectu lucri tantùm, quod mulier contrahens contra formam statuti cum forense, amittat lucrum, quod alias fuisset consecuta, non autem, quòd propterea matrimonium non teneat, aut aliqua pœna incurratur. Felyn. *in dicto capitulo Ecclesia sanctæ Mariæ, nu. 60. & seq.* & ibi Dec. *num. 109. & 120. de constit.* & Matth. de Afflict. *super constit. Regni lib.3. rubr. 20. de uxor. non ducen. nu 5.* quia materia matrimonialis est de jure poli, & non fori, *& ibi num. 7.* & per Judices ecclesiasticos causæ matrimoniales sunt cognoscendæ, ut probavi in *capit. 24. numer. 6. tom. 1.*

136 Ultra † quod dicta opinio non caret difficultate: imò contraria, quòd non amittat lucrum, est verior ex deductis per Abb. *in repet. dicto capitulo Ecclesia sanctæ Mariæ, num. 20. in fin. & per totid.* & Dec. *loco supra citato.*

Videmus, etiam quòd statutum civitatis Lucanæ prohibens forensibus officium procuratoris, non habet locum, nec vires in foro ecclesiastico. Ancharan. *cons. 18. in quæstion. nu. 3.* per text. *in capitulo cum deputati, de jud.*

137 Ad quæ firmanda, argumentum † teste Cardin. Bellarm. adduci posset à ignis,

signis, & & prodigiis, quæ non rarò Deus ostendit in eos, qui ecclesiarum immunitatem violare præsumunt, de qua re ait, multa legi apud Tilmannum Brendembachium *in lib. 5. sacr. collat.* & extare insigne testimonium Basilii Prophirogeniti Græcorum Imperatoris apud Balsamonem in Nomocanone Phoci in comment. canon. primo Synodi Constantinop. primæ, & secundæ, quam nos latini octavam Synodum appellamus, omnium ejus tempore calamitatum culpam conferentis in legem quandam Nicephori Phocæ prædecessoris.

138 Ex quo lex, † inquit Basilius, ista robur habuit, nihil boni penitus in hodiernam usque diem vitæ nostræ contigit, sed potius è contrario nullum omnino genus calamitatis defuit. Itaque legem illam meritò irritam esse voluit, ac penitus abrogavit, *ut in 2. controv. gen. cap. 29. circa fin. vers. quintum argumentum, de cler, libro primo, tomo secundo*, &

139 Aistulphus Longobardorum Rex † qui nimis perfide testamenta dono prædecessorum ejus Beato Petro collata præripuit, & facultates Ecclesiæ Romanæ militibus suis dedit, divino judicio, dum venatum pergit, subito percussus interiit, ut scribit Ado *in Chron. anni* 1227. quem citat idem Bellarm. *in 3. controv. gener. lib. 5. cap. 9. §. de Aistulpho, tom. 1.* arg. text. *in cap. Anastasius*, & Fredericus II. Imperator

140 Siciliæ & Apuliæ Rex contra libertatem matrimonii constitutiones edidit, quibus prohibebatur, ne feudatarii aliivè eius subditi uxores ducere possent, aut filias, sorores, aliasvè consanguineas matrimonio collocarent sine ipsius Regis licentia, unde justo Dei Iudicio factum fuit, quòd semen ejus non est super terram; ut testatur Matth. de Afflict. *ead. rubr. 20. de uxor. non ducen. num. 6. & in prælud. constit. §. nos itaque, num. 6.*

Ideo, quòd idem Imperator inquit, id fieri in conservationem honoris sui diadematis, potius dicendum est, id sibi præparasse in destructionem animæ, ut argutè vertit Andr. de Isern. *in constit. Regni in eodem tit de uxor. non ducen. in ver. honorem, num: 60. pag. mihi 232.* cum per obliquum matrimonia à Deo instituta in Paradiso prohibere conaretur, *cap. 2. §. his ita, 32. quæst. 2.*

Vnde talis lex non ligat in foro Dei, Idem Isern, *ibidem*, ultra quòd fuerunt etiam postea per Caro. 2. ejusdem Sicil. Regem revocata, *ut in cap. item statuimus; quod Comites, & cap. item servetur.*

DE CONFRATERNITATIBVS.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Clemens Papa VIII. modum. & formam, etiam erectionum confraternitatum, quare instituerit.*

2 *Regulares facultatem aggregandi habentes*

bentes unam tantum confraternitatem possunt aggregare cum consensu tamen, & testimonio loci.
2. Confraternitates secularium uni tantum Religioni, aut Archiconfraternitati possunt aggregari, & quomodo, ibidem.
3. Confraternitates debent esse erectæ auctoritate, vel Apostolica, vel Ordinaria.
Privilegium est strictè interpretandum, ibidem.
4. Confraternitates non possunt aggregari sine consensu, ac testimonio sui Ordinarij.
5. Roma caput omnium orbis ecclesiarum.
6. Privilegium in abusum veniens, cessat.
7. Vitia virtutibus proxima.
8. Prædecessorum instituta alioqui justa tolluntur, si contrarium pariant effectum.
9. Ezechias Rex laudatur, quòd serpentem æneum destruxerit.
10. Idem quod supra num. 8.
11. Scandala, ut evitentur, plura contra juris regulas conceduntur.
12. Pervocationes, quæ fiebant in vigilijs Sanctorum, quare abrogatæ. Vigiliæ, quæ pridie diei festi fiebant, quare sic dicuntur, ibidem.
13. Idem, quod supra num. 11.
Episcopus ad scandalum evitandum suæ potest ecclesiæ privari, ibidem.
14. Idem quod num. 1.
15. Episcopi est scandala auferre.
16. Idem, quod supra num. 2.
17. Quare confraternitates secularium uni tantum Religioni, aut Archiconfraternitati possunt aggregari, & quomodo.
18. Idem.
19. Nemo in pluribus ecclesiis debet conscribi.
20. Episcopo est totius diœcesis cura commissa.
21. Idem quod num. 4.
22. Episcopus de suo grege rationem reddere tenetur.
23. Episcopus idem est, quod speculator.
24. Episcopo maxima est circumspectio necessaria & vigilantia.
25. Homo in malum pronus.
26. Carolus Borromæus sanctæ memoriæ Episcopum otiosum acriter reprehendit.
27. Parochorum otia notantur.
28. Militū laus quæ sit.
Imperatoris gloria in quo sit sita, ibidem.
29. Pastorū animarum laus, quæ.
Vigilantia animarum curatoribus maximè est necessaria, ibidem.
30. Animalia in sacris litteris oculis plena, quid denotent.
Oculus in vertice sceptri apud Aegyptios, quid admoneat, ibidem.
31. Idem quod supra num. 24.
32. Episcopali munere, quomodo nil iucundius sit, nihilque laboriosius.
33. Ordinariorum jurisdictio in quibus à Gregorio XIII. ad pristinum statum sit restricta.
34. Iuris communis dispositioni subjacent, quæ ad juris terminos reducuntur.
35. Indulgentiarum communicatio, quæ, & quomodo fieri debeat.
36. Archiconfraternitas non possunt alias societates pro se sibi aggregare nisi auctoritate Pontificia.
37. Delegata facultas ad personas non expressas minime extenditur.
38. Statuta confraternitatum non possunt impar-

impartiri aliis societatibus, nisi ab Ordinario approbata, & concessa, ibidem.

Episcopo competit confraternitatum statuta examinare, & approbare, ibidem.

39 Idem quod supra,

Confraternitates quorsum soleant instituti, ibidem.

40 Idem. quod supra num. 38.

41 Episcopum auctoritas maxima, & circa quæ.

Idem quod num: 38. ibidem.

Confraternitates possunt ab Episcopis visitari, etiam si sint exemptæ, ibidem.

42 Episcopus est executor piarum dispositionum testatoris.

43 Villæ, & castra territorij civitatis præsumuntur esse de diœcesi Episcopi.

44 Episcopus in executione pierum legatorum est judex, & procuratorem potest coram se ad agendum constitutere.

45 In concursu 15. Episcopus dicitur executor legatorum piorum, in cujus diœcesi bona sunt sita.

Decretum in alienatione bonorum debet fieri ab eo judice, cujus jurisdictioni bona sint subdita, ibidem.

46 Testator, quando prohibere non possit, ne Episcopus piam ejus dispositionem exequatur.

47 Et quare:

48 Cadavera sunt psalmis, & precibus sepulturæ tradenda.

49 Episcopus non potest disponere, ut ipsius cadaver contra Ecclesiæ ritum sepeliatur,

50 Idem, quod supra, num: 48.

51 In cadaveribus lachrymas fundere non est prohibitum.

Cadaverum Christianorum cura apud antiquos maxima fuit, ibidem.

52 Lacædemonum mos super eadem corpora lugendi.

53 Aegyptij, quomodo defunctos lugebant.

54 Et, quomodo in Italia.

55 Idem, quod supra num: 51.

56 Idem.

57 Respha concubinæ pietas in cadaver Saulis commendatur.

58 Ob fletum matris super cadaver adolescentis, ille à Christo fuit resuscitatus.

59 Eadem de causa Lazarus ad vitam fuit revocatus.

60 Eiulatus maximi super cadaveribus improbantur.

61 Fletus non est honor mortuo, sed hymni, psalmi, & vita optima.

62 Idem, quod supra num. 60.

63 Idem.

64 In cadaveribus lachrymas fundere est prohibitum.

65 Ad lamentabilem fletum super funus personas conducere non licet.

66 Idem, quod num. 64.

67 Mortem propinquorum, & amicorum non esse flendam.

68 Idem.

69 Propinquorum animarum potiùs, quàm corporum mortem esse flendam,

71 Quod genus mortis deflendum.

72 Mos lavendi cadavera, à Christianis alicubi etiam hodie servatur.

73 Lotio in cadaveribus Episcoporum præsertim commendatur.

74 Idem, quod supra num: 51.

75 Sepulcra magnifica antiqui extruebant,

76 Non tamen in civitatibus.
Tumulari in civitatibus erat prohibitum, ibidem.
77 In urbe, & circa ecclesias cadavera sepeliri, quando fuerit permissum.
78 Idem.
79 Sepultura vendi, aut ex ea pretium accipi non potest.
80 Idem
81 Quare non sunt vendenda sepulcra.
82 Mortuis prodest, ut in ecclesia sepeliantur
83 In Cœmeteriis etiam sepeliri prodest.
84 Recedentibus in peccato mortali sacra loca prodesse non possunt.
85 Idem.
86 Cadaver cujusdam Prætoris noctis tempore è sepulcro extrahitur.
87 Animæ defunctorum quatuor modis à peccatis solvantur.
88 In præsenti sæculo nos invicem, sive orationibus, sive consiliis coadiuvari possumus.
89 Quæ animæ defunctorum soluuntur à peccatis.
90 Officia pro defunctis, quibus diebus fiant.
91 Ad Episcopum spectat concedere facultatem quærendi eleemosynas pijs locis, ubi cadavera debeant sepeliri.
92 Idem.
93 Regulares procurantes, ut infirmi apud illas sepeliantur, pœnam incurrunt.
94 Mulier, etiam nupta sepulturam sibi eligere potest.
Et pater filijs quando, ibidem.
95 Terminos antiquos transire quis dicatur
96 Episcopus omnia pia loca suæ diœcesis habet subdita.
Limita, quod continetur, num. 4, ibidem.
97 Declaratur, quod continetur, num. 96.
Declarat, quod continetur, num. 41.
98 Episcopi possunt visitare omnia hospitalia, & pia loca, eaque corrigere, & reformare.
99 Episcopus hospitalia, & pia loca suæ diœcesis visitare potest.
Oratio ut à Deo exaudiatur, quæ requiratur, ibidem.
100 Episcopus in quibus hospitalia, & pia loca corrigere possit.
101 Idem.
102 Gubernatores hospitalium, & confraternitatum sacr, Congr. & conc. Trid. decretorum transgressores, Episcopus, uti eorundem executor excommunicare potest.
103 Forma constit. Clement VIII. superaggregatione, & indulgentiarum communicationib⁹ est diligenter servanda
Idem, quòd supra num: 35.
104 Actus non valet, præscripta forma minimè servata.
105 Confraternitates, quas indulgentias inconsulto Episcopo publicare non possint.
106 Confraternitates Corporis Christi, quæ sunt erectæ, vel erigendæ ex decreto S. Congregationis, Archiconfraternitati de Minerva in Vrbe censentur aggregatæ.
107 Decretum sacræ Congregationis super aggregatione omnium Sanctorum Corporis Christi.
108 Confraternitates secularium quibus Archiconfraternitatibus possint aggregari.
Extensio statuti non fit, nisi per statuentem, ibidem.
109 Extensio statuti non fit de personis in personas.

Sta-

Statutum loquens de uno, de alio contrarium disponit, ibidem.

110 *In materia dispensabili non tantùm excluduntur non expressa, sed etiam, quæ ex propria significatione, latè sumptò vocabulo, includuntur.*

Indulgentiæ à nemine possunt publicari sine Ordinarij licentia, ibidem.

111 *Privilegia sunt stricti juris.*

Et strictè interpretanda, ibidem.

Privilegium mutatione qualitatis personæ privilegiatæ perditur, ibidem.

112 *Privilegium uni Regno concessum ad alia Regna non extenditur, indulgentiæ concessæ altaribus sancti Hyacinthi intelliguntur de altaribus in Regno*

113 *Poloniæ erecti tantum.*

114 *Proœmium causam finalem indicat.*

115 *Dispositio per verba præteriti temporis non extenditur ad futura.*

116 *Consuetudo unius provinciæ non extenditur ad alias.*

117 *Indulgentiæ sunt omnes ab Ordinario recognoscendæ adhibitis duobus de capitulo.*

Episcopus debet indulgentias quascunque in sua diœcesi publicanda recognoscere, ibidem.

118 *Nemo potest absque Ordinariorum licentia indulgentias publicare.*

119 *Limita, num. 110.*

120 *Indulgentiæ, quæ fuerunt concessæ porrigentibus manus adjutrices, revocatæ.*

121 *Indulgentiæ quare concedantur.*

122 *Matrices ecclesiæ ab inferioribus, quomodo recognoscendæ.*

Declara ibidem.

123 *Pius Quintus indulgentias pro porrigentibus manus adjutrices, &c. revocavit.*

124 *Indulgentiæ gratis à Sede Apostolica accipiuntur. Ideo gratis impartiendæ.*

Gratia Dei pretio non vendenda, ibidem.

125 *Idem quod supra num. 121.*

162 *Constitutio Pij Quinti super revocatione Indulgentiarum facultatem quæstuandi continentium.*

127 *Narrativa supradictæ constitutionis.*

128 *Indulgentiarum, quænam sub revocatione comprehendantur.*

Indulgentiæ quæstuandi facultatem, quovis modo continentes revocatæ, ibidem.

129 *Nulli quavis in dignitate fulgenti licet facere quæstus absque licentia Pontificis.*

130 *Pius Quintus in sua constitutione mandat Patriarchis, &c. ut publicare faciant dictam ejus constitutionem.*

131 *Pius Quintus nil vult obstare dictæ ejus constitutioni.*

132 *Publicatio constitutionis Pij Quinti.*

133 *Idem, quòd supra num. 128.*

134 *Episcopi vigilare debent, ne indulgentiæ expiratæ, vel sub aliqua revocatione comprehensæ denuo publicentur.*

135 *Referenti non creditur, nisi constet de relato.*

136 *Indicium non est temere de re aliqua ferendum.*

137 *Privilegia plerumque clauduntur cum restrictivis clausulis.*

138 *Eleemosynarum collectio à confratribus fieri non potest, morbis, capsulis, vel pelvibus appositis, sed solùm ad formam*

eis ab Ordinario præscribendam.

139 Confratres eleemosynas colligere non possunt inconsulto Episcopo.

140 Diœcesis tota est territorium Episcopi.

Regulares facultatem habentes aggregandi altaria, erigere non possunt, ibidem.

Regulares nil possunt in alieno territorio circa aggregatos decernere, ibidem.

141 Idem, quod supra nu. 111.

Privilegium ad non expressa extendi non potest, ibidem.

142 Regulares super eleemosynis colligendis, processionibusque faciendis, quid statuere possint.

Supplicationes indicere, & ordinare ad Episcopum spectat, ibidem.

143 Ad solemnes processiones tenentur accedere.

Episcopi est processiones indicere, & ordinare, ibidem.

144 Limita.

145 Idem, quod supra num. 112.

Idem, quod supra nu. 43. ibidem.

Vni concessum non potest per eundem alijs fieri commune, ibidem.

146 Idem, quod supra nu. 140.

Ad Episcopum spectat formam eleemosynas colligendi pijs locis præscribere, ibidem.

147 Limita.

148 Idem, quod supra num. 141.

149 Episcopus à confraternitatibus rationem administrationis singulis annis potest exigere.

150 Eleemosynæ sunt in pios usus erogandæ.

151 Episcopus jurare debet, ne eleemosynæ in alios, quàm in pios usus convertantur.

152 Eleemosynarum virtus & efficacia.

153 Eleemosynis peccata redimuntur.

154 Idem, quod supra nu. 99.

155 Idem.

156 Regulares ad sacras confessiones audiendas non admittuntur, nisi ab Ordinario locorum sint approbati.

Regulares non possunt se alieno obsequio subijcere sine suorum superiorum licentia, ibidem.

157 Regulares confratres sibi ipsis aggregatos vigore privilegiorum suorum absolvere possunt.

158 Vt absolvere possint, quæ requirantur.

Lex non recepta non obligat, ibidem.

159 Privilegium per non usum perditur.

160 Regulares à quibus casibus, & quorum privilegiorum vigore non possunt fratres suos, aut quosvis alios habitellum, vel corrigiam alicujus Religionis gestantes absolvere.

Iesuitæ à casibus Ordinario reservatis nequeunt absolvere, ibidem.

161 Absolutio duellantium est revocata.

162 Absolutio egredientium monialium clausuram est revocata.

163 Priora posterioribus derogantur.

164 Privilegia confirmantur interdum, sed limitatè.

165 Derogatio limitata limitatum producit effectum.

166 Confessarij à quibus casibus confratres, aut corrigiam, vel habitum alicujus Religionis gestantes, non possint absolvere.

167 Idem.

168 Constitutio prohibitiva fortior est permissiva.

169 Quæ indulgentiæ sint concessæ accedentibus ab subsidium terræ sanctæ.

Concessum ab Innocentio Papa Crucesignatis quale, ibidem.

Federi-

170 *Federicus Secundus Imperator contra Sarracenos crucis vexillum sustulit.*

171 *D. Dominicus hæresim apud Tolosam gliscentem coërcuit.*

Idem, quod supra num. 169.

172 *Ius idem statuitur, ubi eadem ratio viget.*

173 *Declaratio cap. excommunicamus, de hæret.*

174 *Indulgentiæ non acquiruntur, nisi adimpleta integra conditione, sub qua conceduntur.*

175 *Indulgentiarum concessio non extendenda.*

176 *Idem, quod supra num. 173.*

Qui crucesignatorum verè gaudeant privilegio eis concesso ab Innocent. Papa, ibidem.

177 *Habilitas certarum personarum non extenditur ad personas inhabiles.*

178 *Confraternitates S. Crucis nomine erectæ, quoad absolutionum peccatorum, non ampliori gaudent prærogativa quam ceteræ.*

179 *Idem quod supra num. 166.*

180 *Decretum irritans, omnia in contrarium gesta annulat.*

181 *Idem, quod supra num. 160.*

Idem quod supra nu. 166. ibidem.

182 *Confraternitates novam aggregationis formam à Pontifice præscriptam impetrare debent.*

183 *Dictio eo ipso, quid operetur.*

184 *Confratres non obtinentes novam aggregationis formam à Pontifice præscriptam, quibus pœnis plectantur.*

185 *Pœnæ remissio Papæ reservata, non potest ab inferiore remitti.*

186 *Verba, sublata aliter judicandi facultate, in Apostolicis litteris quid efficiant.*

187 *Idem, quod supra num. 180.*

188 *Omnia, quæ continentur in constitutione Clement. VIII. debent observari, non obstantibus, &c.*

189 *Verba, illorum tenores, quid operentur.*

190 *Irregularitatem dispensandi facultas revocata.*

191 *Episcopus ab irregularitate ex delicto occulto proveniente potest dispensare.*

192 *Mare magni, & Bullæ aureæ facultas revocata.*

193 *Conjectura opus non est in re clara.*

194 *Dictiones, quibusvis, & cujuscunque quid comprehendant.*

195 *Constitutio Clement. VIII. super reformatione indulgentiarum, & aggregationum.*

POST competentis Ordinariorum fori tractatum ad confraternitates, quæ non rarò varias ob causas Episcoporum judicio subijciuntur, opportunè descendimus, & etiam tractaturi, quæ c. de Indul. de quibus in secunda parte egimus, poterunt esse corrolario.

1 Confraternitates † secularium, disciplinatorum nuncupatæ, Ordinariis non parvi sunt oneris: cùm earum causa sæpe lites, discordiæ, & controversiæ exoriri soleant, ad quas amputandas plures fuerunt perpetuæ editæ constitutiones, & novissimè præsertim Clemens Papa VIII. sua perpetuò valitura constitutione statuit, atque decrevit, ut in posterum locorum omnium

omnium totius Christiani orbis regularium ordinum, religionum, & institutorum, quibus confraternitates secularium erigendæ, & instituendi facultas concessa est, & Archiconfraternitatum, & congregationum quarumcunque, quibus alias confraternitates, & congregationes instituendi, erigendi, & sibi aggregandi, illisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus, & Apostolica Sede attributa fuit, magistri,
2 Priores & Officiales, seu Superiores † quovis modo nuncupati regularium siquidem Ordinum religionum, & institutorum unam tantùm confraternitatem, & congregationem de consensu tamen Ordinarij loci, & cum litteris ejus testimonialibus, quibus confraternitatis, & congregationis erigendæ, & instituendæ pietas apud eos commendetur in eorum, & in quibuscunque aliis ecclesiis erigere, & instituere,
3 † cæterarum verò Archiconfraternitatum & congregationum dumtaxat, quæ Apostolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, religioni, & congregationi aggregata sit, † prævio similiter loci Ordinarij consensu, & cum ejus litteris testimonialibus, quibus aggregandæ confraternitatis, & congregationis
4 pietas, & officia charitatis apud eos commendetur, sibi adjungere, & aggregare possunt, *ut in litteris ejusdem Clem. VIII. sub die septimo Decembris anni 1604. expeditis, & deinde de more in Vrbe publicatis*, §. *nos pro commisso*: Quæ publicatio Romæ facta sufficit, & omnes afficit, ac, si in omnibus Christiani orbis Provinciis, & civitatibus facta fuisset, † Roma enim est omnium orbis ecclesiarum parens, & caput Capel. Tolos. *in decis.* 445. *n.* 2. Gomes. *in proœm. Reg. Cancellar. num.* 13. & Azor. *lib.* 5. *instit. moral. cap.* 3. *vers. secunda opinio.*

Tunc enim fit, ut quæ pietatis, & devotionis zelo à Sede Apostolica concessa sunt, contrarium quandoque pariant effectum, cautius est glisceuti modo opportunè mederi, quàm permittere, ut paucorum incuria animarum multitudo pravis moribus inficiatur, aut in aliqua contracta labe sordescat.

6 Quia † privilegium, cum incipit esse nocivum, cessat vel saltem debet revocari, ut post Abb. *in cons.* 35. *num.* 3. *par.* 2, quem citat tenet Card. Tusc. *pract. concl. tom.* 6. *conclus* 733. *numer.* 21. & abutens privilegio sibi concesso, perdit privilegium, *l. Iudæos, C. de Iudæ, cap. privilegium, 11. quæst.* 3. ubi gloss. plenè not. *l. qui sine de neg. gest. l. libera, ff. de pecul.* Cardin. Tusc. *eod. tom. conclus* 754. *nu.* 1.

7 Vicina etiam sunt ferè † vitia virtutibus, nec veritate, sed, quadam specie fallente, similia, D. Augustinus *contra Iulian. lib.* 4. *cap* 3. nec vitium ullum præsentius venenum habet, quàm, quòd sub virtutis, vel pietatis titulo, venditatur.

8 Hanc ob causam, † etiam successores prædecessorum instituta alioqui bona, & pietatem ipsam præ se ferentia, cùm postea pernicioſa, & contra piam optimamque Pontificum mentem exerceri conspexerint, statim, vel abrogare, vel immutare solent, & debent, *c. 1. §. his ita respondetur, 35. qu. 1. c. quia sancta §. verum, quia in fin.* & ibi gloss. *in ver. destruantur, 63. distinct. suggestum*, & ibi Innoc. *in fin.* & Abb. *num.* 3. *de decim.*

Hinc

9 Hinc † immensè commendatur in sacris Scripturis Israelitarum Rex Ezechias, quòd serpentem æneum, quem Moyses multis annis ante in populi salutem erexerat *num.* 21, ex eo quòd filij Israel contra Moysis mentem illi incensum adolerent, destruxerit, 4. *Reg. cap.* 18.

10 Nam quæ primò, † sine culpa esse poterant, si post in errorem, & superstitionem vertantur, illicò sunt Apostolica auctoritate destruenda, & abolenda, *eod. cap. quia sancta, & d. §, verum quia 63. dist.*

11 Hinc, ad evitanda scandala † plura etiam contra juris regulas conceduntur, & fiunt, de quibus nonnulla cumulavit Felynus *in cap. 2, num. 2, de præscript.*

12 Videmus etiam † pernoctationes, quæ olim à pijs Christianis in vigilijs dierum festorum in Ecclesia fieri solebant, de quibus D. Ambr. *relatus in cap. nosse 76. dist.* 1, (ex eo enim vigiliæ dicebantur, quòd fideles in templis in multam noctem vigilias producerent) ob earum abusum esse modò sublatas, & in jejunium commutatas.

13 Pro bono etiam pacis, & † ad scandalum removendum, sua Episcopus Ecclesia, facta tamen illi æquali compensatione, privari potest, Innoc. *in cap. nisi, cùm pridem nu. 4, vers. nos dicimus de renunciat.* Abb. *in cap. 1, num. 5, de elect.* Felyn. *in d. cap. 2, nũ. 2. vers. decimo* propter scandalum, & ad rem faciunt plura allegata per Rom. *cons. 332, & quoad primum consultationis num. 12. vers. quoad quartum, & usque in fin.*

14 Hac eadem ratione, † cùm in confraternitatibus toto Christiano orbe erectis ratione privilegiorum, facultatum, & indulgentiarum illis ab Apostolica Sede concessarum, nonnulli exorti essent abusus, pravæque consuetudines indies ingruerent: tum ob plurium, quàm necesse sit ad animarum salutem, dictorum sodalitiorum, & confraternitatum erectionem graves lites, discordiæ, maximæque interdũ orirentur cõtroversiæ, vel inter eas, & animarum parochos, vel inter ipsos confratres, aut inter ipsas confraternitates, quæ adeò acerrimè invicem aliquando conflictantur, ut Ordinarijs locorum non leves curas injiciant, eorumque tribunalia indefesse exerceant quidvis aliud potiùs, quam pietatem, ad quam adscriptæ fuerant, sectantes; bo-15 ni † pastoris erat scandala, quæ ob hujusmodi discordijs, & litibus provenire solent, animadvertere, & illis opportuno occurrere remedio juxt. *cap. hi quoscumque 1, q 1.* & conc. Trid. *in decret. de observ. & evitan. in celebr. miss. sess. 22.*

16 Propterea † motus fuit Pontifex ad minuendum tot sodalitatum aggregationes, & ad statuendum, ut una tantùm confraternitas legitimè erecta cuilibet Archiconfraternitati, seu congregationi aggregandi facultatem habenti in singulis civitatibus, oppidis, vel locis, aggregari possit, & optima ratione, quia, 17 † præter præfatas causas, pluralitas ejusdem nominis inducit obscuritatem *l. duo sunt Titij ff. de testam. tut. l. si fuerit in princ. ff. de rebus dub.* & Ias. *in l. quoties num. 7. ff. de verb. oblig.* Nec una societas pluribus 18 Archiconfraternitatibus, sed uni † tantùm potest aggregari, quia non licet amplius, quàm unum collegium licitum habere, *l. 1, §, non licet ff. de colleg. illic. & l. hac parte ubi* etiam gloss. & Bart. C.

de proc. sacr. scrin. lib. 12, Non enim parum animæ suæ saluti consulit, qui statuta, & regulas unius Archiconfraternitatis servat.

19 Præterea † regulare est, quod in pluribus ecclesijs neminem conscribi oportet *cap.* 1, 2, *&* 3, 21, *q.* 1, concil. Trid. *in cap.* 17, *de reform. sess.* 24. & facit text. *in l. is quidem* C. *qui nil poss. vel non poss: lib.* 12.

Ad hæc, ut dictæ constitutionis ordi-
20 nem sequamur, quia † Episcopis animarum totus diœcesis est cura commissa conc. Trid. *cap.* 1, *de reform. sess.* 23, & in spiritualibus tota diœcesis de jure communi est territorium Episcopi *cap. fin. in fin.* & ibi gloss. *in ver, diœcesim, de constit, cap, cum Episcopus de off, ord in* 6, Abb. *in cap, ab Ecclesiarum num,* 10, *in fin, de off, ordin,* Archid. *in cap, perfectu num,* 22, 25, *dist, in cap, sicut num,* 1. *&* 2, 7, *q,* 1, *&* 1, *nulli* §. *quod si in vico*, ubi etiam Bal. *num,* 13, C. *de Episc, & clr,* ideo
21 † juris ratio postulat, quòd aggregationes, & erectiones confraternitatum fiant, & erigantur de conse. su Ordinariorum, cùm ad eos pertineant ecclesiæ, in quorum diœcesi positæ sunt *cap, omnes basilicæ*, & ibi Archid 16, *q,* 7, *cap. si quis etiam de consecr, dist,* 1, *cap, conquerente* §. *nos autem*, & ibi gloss. *in ver. jurisdictionem*, & Abb *num.* 2, *de off. ord.* laicis
22 verò, † quamuis religiosis nulla est facultas de ecclesijs, aut rebus ecclesiasticis in temporalibus, seu spiritualibus disponendi *cap. non placuit cap. laicis cap. piæmentis, &c. frigentius* 16, *q.* 7. *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit, cap, decernimus de jud,* & ibi Doctores omnes, hacque optima ratione Clemens VIII. statuit, ut non, nisi de consensu Ordinariorum, confraternitatis erigerentur, instituerentur, & aggregarentur, nec quidquid in sua cujusque diœcesi fieret, in ecclesijs præsertim, quod ad divinum cultum pertineret, ipsis Ordinarijs esset incognitum, cùm oves suas illi agnoscere debeant, & coram Deo de toto grege illis commisso rationem reddere teneantur, *Paul. ad Herb. cap.* 13. *cap.* 1. 13. *quæst.* 1. *in* Concil. Trid. *in cap.* 1. *de refor. sess.* 6.

23 Nam, † qui ad Episcopatum vocatur ad labores, & ad difficultatum fastigium assumitur, est enim ecclesiarum regimen onus Angelicis humeris formidandum, concil. Trident. *in cap.* 1. §. *integritas, de reformat. sess.* In Angelis, *in lib. de cœlesti Hierarch. cap.* 102, quem sequitur S. Ambros. *in lib. de jis, qui init. mysti.* Ideo Episcopus speculatoris nomen inditum, ut vigilet, ut pascat, & exploret, & quod vulgo dicitur, superintendat gregi Christi, de quo *apud Ezechiel.* 3. fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, cui tanta circunspectio est necessaria, eaque solicitudo, ut nullam sibi unquam securitatem possit polliceri, nec à vigilantia desistere.

24 † Nam aqua ab igne subducta statim refrigeratur, & terra, nisi assiduè excolatur, spinas germinat, & herbas gignit, vel noxias, vel inutiles, juxta illud.

Neglectu ureda felix innascitur agris.

25 In malum † prona est hominis natura, ut apud Apostolum. Non enim, quod volo bonum, hoc facio, sed, quod nolo malum, hoc ago, *ad Rom. cap.* 7. unde versus.

Cum meliora probem, deteriora sequor.

Ideò

Ideò numquam desunt, quæ sint convellenda vitia, & pravitas, aut corruptela grisćens, quæ sit comprimenda, imò omnibus in rebus nova sunt auxilia modò spiritualia, modò temporalia molienda. Nam, ut ait D. Hier. *lib. 3. ad Pelag.* Quomodo, qui adverso flumine lembum agit, si manum fortè remiserit, statim retrolabitur, & fluentibus aquis, quo non vult, ducitur: sic humana conditio, si parum se remiserit, discet fragilitatem suam.

26 Unde † B. Carolus Borromæus Episcoporum exemplar, in ejus vita acriter reprehendisse legitur Episcopum quendam, qui ad eum scripserat, sibi parum esse negotij, utpote vocem Episcopo prorsus indignam. Nemini, vel mediocriter sedulo, ac diligenti † ulla unquam dies sufficit rebus suis agendis, & tamen non desunt ex animarum curatoribus, qui, quasi in tuto sint omnia, sub tanta sarcina soleant feriari, omnibus prorsus animi curis soluti; non advertentes, ineffabilem Christi Jesu in suas animas solicitudinem sanguinolentos Apostolorum labores, ut eas Domino lucrifacerent, arctissimam in die novissimo rationem, non solum earum rerum, quas commiserunt, sed etiam earum, quas pro suscepto munere omiserunt, reddendam esse.

28 Laus militis † ea est, si in conflictu fortis, in expeditione vigil, evaserit. Tota Imperatoris gloria, in mira celeritate, & vigilantia consistit, Artium & disciplinarum vis, & vita, in diligentia sita est. Remove diligentiam, omnia jacebunt, Hieronym. Osorius *de instit. reg.* eodem modo pastoris animarum † laus ea est, si super gregem suum vigilet. Nec cœpisse sufficit, nam in via vitæ non progredi, regredi est, D. Bernard. *serm. 2, de Purif.* de hac vigilantia non semel nos admonet Apostolus, ut *in 2, ad Thimot. 3*, Tu verò vigila, in omnibus labora, *& in Act. Apost.* Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere ecclesiam Dei. Et paulò post, propter quod vigilate. Ad quod etiam alludit illud Ieremiæ *cap. 1.* Quid tu vides Ieremia. Virgam vigilantem ego video, & † apud Ezech *cap. 1.* Describuntur animalia illa, quæ totum corpus plenum oculis habebant, indicantia attentionem, & circumspectionem maximè necessariam. Hinc apud Ægyptios in vertice sceptri oculus porrigebatur, quo Principis vigilantiam, ac potestatem significarent, & in ædium sacrarum vestibulis leones effingi solebant, qui sacerdotum ostenderent vigilantiam.

31 Quæ, † licet sacerdoti cuique inferiori animarum curam gerenti necessaria sit; maxima tamen, & præcipua perpetuò imminet Episcopis, quorum munus est purgare, illuminare, & perficere populum D. Dionys. *de eccles. Hierarch. cap. 1. & seq.*

32 Propterea † S. August. scripsit, Episcopali munere nihil jucundius, & optabilius esse, si perfunctoriè, aut adulatoriè res agatur. Sed nihil apud Deum damnabilius, nihil verò laboriosius, aut periculosius, si sedulò, & fideliter exercantur, at nihil apud Deum beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator jubet *in Epist. 1408, relat. in cap. ante omnia 4. dist.* In hujusmodi labore, & periculo versabatur Paulus, dum dicit

instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum 2, *ad Corinth. cap.* 11.

33 Quamobrem † (ut institutam rem prosequamur) ne Ordinariorum jurisdictio aliqua in parte perstringatur; sed, ut oves sibi creditas juxta antiqui juris communis, & decretorum sac. concil. Tri-
dent. dispositionem liberè regere, & ad viam salutis dirigere possent Gregor. Papa XIII. litteras Pij V. pro regularibus, ac in omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subjecta materia futuram esse, quæ, sive ex jure veteri, sive ex sacris sacri concilij Tridentini decretis, sive aliàs legitimè ante dictarum litterarum constitutionem editæ erunt, &, si ipsæ non emanassent, futura fuissent, ad æquam dispositionem, & decisionem suumque pristinum, & integrum statum, ac terminum illa reduxit, & omnia in contrarium facientia sustulit, & abrogavit, *ut in litteris ejusdem Greg. Papæ XIII. sub Dat. Romæ Kal. Martij anno 1572. de quibus in Bul. Rom. cap.* 15.

34 Et, † cùm fuerit reducta ad terminos juris, & decretorum sacri concilij Trid. remanent sub eorundem decretorum, & juris communis dispositione; Bar. *in l. si & milites*, §, *sed & fortassis*, *ff. de excus. tut.*

35 Confraternitatibus verò, † & congregationibus erigendis, instituendis, seu aggregandis ea tantùm privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, Ordines, & religiones concedere possunt, quæ eisdem Ordinibus, & religionibus instituendis, seu Archiconfraternitatibus, & congregationibus, aggregationibus nominatim, & in specie, non autem per extensionem, vel communicationem illis quovis modo concessa sunt, & illa quidem, non sub generalibus verbis, vel ad instar, sed expressè, & in specie communicare valent, *ut in eadem constit.* §,
36 *huic verò* Archiconfraternitates autem † & alij confraternitates sibi aggregantes, seu erigentes, id præstant auctoritate illis à Pontificibus delegata; cujus vigore possunt aggregare seu erigere, & gratias
37 communicare; sed Societates † aggregatæ, aut erectæ, vel quibus privilegia, indulgentiæ, & aliæ gratiæ sunt communicatæ, non possunt easdem alijs communicare, quia delegata facultas ad alias personas, quàm expressas, prorogari non potest, *c. P. & G. in fin.* & ibi Abb. *in princ., & num. 13, de offic. deleg.* Archid. *in cap. rogo, num.* 3, 11, *q.* 3. Bart. *in l.* 1. *num. 6*, & ibi Bald. *etiam num. 6, ff. de jud.*

38 Statuta verò † pro regimine confraternitatum edita confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum fiunt, impertiri non possunt: nisi prius ab Episcopo diœcesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper sunt objecta, *ut in eadem constitutione* §, *statuta autem.* Cùm enim confraternitatum statuta ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu ad pauperes sustentandos fiant instituta.

39 Episcopi etiam, † tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ex officio juxta sacrorum

crorum canonum disposition eadem statuta recognoscere, & ad animarum salutem moderari, & exequi facere debent privilegijs, aut statutis, & consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus, concil. Trid. *in cap. 8. de reform. sess. 22.*

40 Ideò † vigore ejusdem constitutionis statuta confraternitatum moderationi, & correctioni Episcoporum sunt expresè subjecta, *ut in d. §. statuta autem*, & conc. Trident. *eod. cap. 8. in fin.*

41 Maxima quidem est † Ordinariorum auctoritas, Anchar. *cons. 155. num. 7.* quem citat, & sequitur Card. Tusc. *pract. concl. tom. 3, conclus. 254*, præsertim in concernentibus confraternitates, & alia loca pia, quæ etiam, si sint exemptionis privilegio munita, eorumque cura, & administratio ad laicos pertineat, ab Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, possunt visitari, *Clem. quia contingit §, ut autem præmissa de relig. dom.* & concil. Trid. *in cap. 9 de refor. sess. 22.*

42 Sunt etiam Episcopi † in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quàm inter vivos executores, *ut in eodem cap. 8. sess. 22. cap. nos quidem cap. si hæredes cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam. dicta Clem. quia contingit, vers. nos in Curiam de religio. dom.* & etiam de jure civili, *ut l. nulli, C. de Episc. & cler.* quod etiam servat, & tenet curia Archiepiscopalis Neapolitana, *ut in rit. ult. num. 1, & 2.*

43 Et omnes † villæ, & Castra, quæ sunt de territorio civitatis præsumuntur esse de diœcesi Episcopi, qui tanquam diœcesanus, exequi debet testamenta ut in ipsis facta, *ut dicta l. nulli*, & ibi Bald. *num 13, C. de Episc. & cleric.* in causa hujusmodi legatorum piorum, † quorum executio ad ipsum spectat, potest Episcopus etiam esse judex, & constituere procuratorem ad agendum coram se, Gemin. *cons. 2. 14.* quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. *tom. 3, conclus. 257, num. 7.*

44

45 Sed in concursu † ille Episcopus dicitur executor, in cujus diœcesi sita sunt bona distribuenda, non autem ille, in cujus jurisdictione testator morabatur, quia, sicut decretum necessarium in alienatione bonorum interponi debet per illum judicem, in cujus juridictione sita sunt bona, ita etiam executio spectat ad illum Episcopum in cujus jurisdictione sita sunt, ut post Roman. *cons. 250 in prin.* quem citat & sequitur Card. Tusc. *tom. 3. concl. 293, num. 27.* quem vide de hac re in eadem conclusione plura suo more disertè differentem.

46 Nec potest testator prohibere, † quominus Episcopus exequatur ejus voluntatem in concernentibus dispositionem ad pias causas factam; si executor nominatus adimplere distulerit, *& in auth. de Eccl. tit. §, si quis autem pro redemptione*, & ibi Bart. *in princ.* & gloss. *dicto cap. tua nobis in ver. interdici*, & ibi Abb. *num. 5*, & idem tenet Feder de Sen. *cons. 293, per tot.* quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. *ex conclus. 293, num. 38*, ubi dicit, quòd sive testator dederit executores, & desierint, vel negligentes fuerint, sive non dederit, & utroque casu prohibuerit, ne Episcopus se intromittat, hoc non obstante, Episcopus erit executor contra dispositа à testatore *per auth. licet C. de Episcopis, & Clericis*, quia † privata

47 dispositio testatoris non potest genera-

lem institutionem legis, vel canonis im-
mutare, *cap. sic quidem* & ibi Archid. &
Præpos. *num.* 2, 10, *quæst.* 1, *l. nemo potest*
& ibi Bar. *num.* 1, *& ff de leg.* 1, & dicta
gloss. *in ver. interdici.* & Bald. *in d. auth.*
licet C. *de Epis. & cler.* Vt in simili vide-
mus, testatorem non posse disponere,
ut contra communem Ecclesiæ usum cor-
pus suum sepeliatur.

48 Ideò, † cùm cadavera sint ecclesiasti-
cæ sepulturæ juxta pium Ecclesiæ ritum,
cum psalmis tantummodo, & psallen-
tium vocibus deferenda, *ut c. qui divina*
13, quæst. 2.

49 Si quis testator † aliter mandaret, ut
scilicet, cum tubis, & cantibus profanis,
aut aliter contra communem, & piam
Christianæ sepulturæ consuetudinem se-
pulchro traderetur, ut disposuit quidam
doctor, qui mandavit, cadaver suum se-
peliri cum tubis, & indui familiam suam
de rosato; talis dispositio esset bestialis, &
non servanda, ut inquit Paul. de Castr.
in l. non oportet C. de his, qui, ut indign.

50 Qui verò divina vocatione † ab hac vi-
ta recedunt, cum psalmis tantummodò,
& psallentium vocibus debent ad sepul-
chra deferri. Nam funebre carmen profa-
num, quod vulgò defunctis cantari solet,
vel in pectoribus se, aut proximos, aut
familias cedere, est omninò prohibitum,
sufficit autem, quòd in spe resurrectionis
Christianorum corporibus famulatus di-
vinorum impenditur canticorum: Reli-
giosis aliter fieri est prohibitum, & sic
Christianorum per omnem mundum
humari oportet corpora defunctorum,
concil. Toletan. 3, *cap.* 22, *& cap. qui di-*
vina, 13, *quæst.* 2.

Magna fuit apud antiquos Christianos

51 † cura cadaverum, qui hominem ubi pri-
mùm mortuus fuerat, lavabant, *Act. A-*
post. cap. 9. Euseb. *lib.* 7, *cap.* 22, & super
cadavera plangebant: curaverunt Ste-
phanum viri timorati, & fecerunt plan-
ctum magnum super eum, *Luc. Act. cap.*
5, Et Apostolus Paulus plorantes super
mortuos spe resurrectionis consolatur ad
Thessalon *Epist.* 1, *cap.* 4, &, consuetu-
dinem super mortuos lugendi antiquam
esse testatur, Orig. *lib.* 3, in Iob & D.
52 Hier. *in Ep. ad Eust.* de obitu Paulæ. † La-
cædemonibus erat mos mortua homi-
num corpora lugendi diebus undecim, *l.*
Licurgus tempus præfinitum Io. Boem. *de*
moribus om. gen. lib. 3, *c.* 3. *sub fin.* Tartari
tricesimo die in funeribus luctum finiunt.
Idem *l.* 2, *cap.* 10, ut etiam Germani, qui
tamen mortuo ter justa persolvunt, pri-
mo videlicet die, septimo, & tricesimo,
53 *Idem lib.* 3, *cap.* 12, *circa fin.* † apud Æ-
gyptios, ubi aliquis defunctus est, pro-
pinquos omnes, & amici Dei turpato lu-
to capite lugentes civitatem, quoad
mortuus sepeliatur, circumeunt interim,
neque lavantur, neque vinum capiunt,
aut cibum, nisi vilem, nec vestibus utuntur
splendidis, aliaque habent in curando,
& sepeliendo cadavera instituta, ut
non minus singularia sint, quàm admi-
randa, *idem lib.* 1, *cap.* 5, *circa fin.*

Talis enim Assyriorum luctus in fune-
ribus, qualis est apud Aegyptios in Italia
54 quoque, † & apud Christianos defun-
ctorum exequiæ diverso licet more luge-
antur; alij enim veste lugubri obvoluti
magis, quàm vestiti mortuum vario die-
rum ordine luctu prosequuntur, alij la-
mentabili fletu cadavera sepulturæ tra-
dunt. Nec certè negari potest, triste,

&

& lugubre admodum ſpectaculum eſſe cum cadaver intuemur exangue, immobile, fœtidum, eſcam paulò poſt vermibus futurum, quod paulò ante animatum, mobile, agile, & ad omnia operanda idoneum videbamus: ideo non vitio dandum, ſi propinquorum, aliorumve, quos diligimus, mortem doleamus, cùm propter pietatem mortuos lugere non prohibeamur, & nobis in hac re manifeſta tradita fuerint exempla à ſanctiſſimis viris compluribus, quos in ſacris litteris amicorum, & propinquorum mortem doluiſſe, & ploraſſe, legamus. *cap. ubicunque*, §. *hoc autem*, & ibi gloſſ. *infin. q.* 13

55 Fili, † inquit Eccleſiaſtes, in mortuum, produc lacrymas, & quaſi dira paſſus, incipe plorare, & ſecundum judicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam ejus, Idem Eccleſ. *cap.* 38, *num.* 16, & ſuprà mortuum plora, deficit enim lux ejus, *idem eccleſiaſt. cap.* 22.

56 Ideò † lugebat populus Iſraëliticus Moyſen diuturno 30, dierum planctu, *Deut. cap. ult. circ. fin.* obitum Saulis, ita Rex David eſt contriſtatus, ut æternam poſteritati ſanctæ in hoſtem chari tatis memoriam reliquerit 2. *Reg. cap.* 1. idem ſuper tumulum Abner lacrymarum vim maximam fudit, *ibid. c.* 3. *circ. fin.* in morte verò Abſalonis, quos ejulatus emiſerit, teſtatur ſcriptura, *ibidem cap.* 18. *&* 19.

57 Commendata fuit Reſphæ † concubinæ pietas, ob pium in cadaver Saulis officium præſtitum, *ibidem cap.* 21, *circa med.* longo fletu ſepulturæ traditus fuit Iudas Machabæus ab univerſo populo, & multos dies poſt lugubri planctu miſerandum tanti viri interitum deplorabant, 58 1. *Machab. c.* 9. *cir. med.* & unicus † viduæ filius adoleſcens vita functus ad matris fletum fuit à Chriſto à mortuis excitatus, *Lucæ cap.* 7, ac una cum Marthia, & Magdalena ſororibus † lacrymatus Jeſus ad ſepulcrum Lazari fuit viſus lacrymari, *Ioan. cap.* 11, qui tamen non flevit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ hujus ploravit ærumnas reſuſcitandum, *cap. qui divina* 13, *quæſt.* 2, & Durand. *de mod. gen. conc. celebr. rubr.* 6, *nu.* 2, Cæterum, ſi in hujuſmodi fletibus, ac lacrymis, modum excedemus, non mediocrem vituperationis notam nobis ipſis incurrimus.

60 Hinc † Eccleſiaſtes, cap. 22, Modicum inquit plora ſuper mortuum, quoniam requievit. Ideò eorum mos maximè eſt improbandus, qui putant nobiliorem defuncto honorem præſtari, quo altiores ejulatus emittuntur, vel luctus per dies multos fit productior. Vnde D. Ioan. Chryſoſt. † honor, inquit, mortuo non eſt fletus, nec ejulatus, ſed hymni, pſalmi, & optima, & tamen pluribus in locis ante publicationem ſacri conc. Trid. uſu receptum vidi, † quod defuncti ædes, univerſa vicinia, & familia conflebat, ubi circum cadaver maximo cũ clamore, & ejulatu circunſtabat, & deinde illud in eccleſiam mulieres præcipuè linteo oblongo capite contectæ lugubri planctu altis vocibus clamando, & flendo comitabantur, ubi depoſito feretro, dum per ſacerdotes juſta de more fiunt defuncto clamores, & planctus cum ſacerdotum cantu permiſti continuabant, uſque dum cadaver ſepulcro conderetur, crines

nes interim, quandoque subridendo, genas laniando, & brachia nudando, ut etiam antiquis, & ethnicorum temporibus fieri solebat, qui ita mortuos lugebant, quasi animæ cum corporibus moriantur, & desperata sit omnis futuræ salutis exspectatio, pectora tundunt, ululatibus, vocibusque nefandis aures omniũ implent, Card. Paleotr. *in Archiepiscop. Bononien par. 3. in monit. haben. in funer. exempt.* 1, quæ in antiqua præsertim lege prohibentur, *Levit. cap.* 19. ubi per
63 Moysen † inquit Dominus, super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stemmata facietis vobis, *ut in Deuteron. cap.* 14. non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo.

64 Et apud Christianos † ijs Christianæ pietatis officijs maximè repugnant, quæ debentur propinquis, & amicis, qui sic Deo volente, in cujus manu est vita, & mors, ab hac vita ad aliam migrarunt, ubi bonorum operum suorum præmia reportabunt. De immoderato hujusmo-
65 di mœrore intelligit † Paulus Apostolus, dum, inquit, nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut, & cæteri, qui spem non habent, *ad Thessalon. c.* 4. Illud magis execrandum, quod fit à nonnullis, qui viros, & mulieres ad lamentabilem fletum, super funus pecunia conducunt, qui circa cadaver plorantes defuncti vitam alioqui, dum viveret forte perversam, & impiam factaque collaudent. Ideo Divus Cypria-
66 nus: † nobis, inquit, sæpè relatum est, fratres nostros non esse lugendos accessione Dominica de seculo liberatos, cùm
69 sciamus, non eos amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes, desiderari eos debere non plangi, neque accipiendas esse hic atras vestes, quando illi ibi indumenta alba jam sumpserint, occasionem dandam non esse gentibus, ut nos meritò, ac jure reprehendant, quod, quos vivere apud Deum dicimus, & extinctos, ac perditos lugeamus, unde fratres defunctos lugeri, ac plangi omninò prohibet, *ut in serm. de mortalit.* & *cap. quem præpositerum*, 13, *q.* 2, præterea
67 † lugere, ac deplorare, ac lamentari eos qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit, D. Ioan. Chrysostom. *Homil. 26. cap* 11, Epist. ad Hebr. *dicto cap. ubicumque sepeliantur, eadem quæst.* 2, In quo turpe esset omninò, Christianos lumine cœlesti illustratos, ac de carnis resurrectione certissimos ab ethnicis aliquibus superari, qui tanto animi robore, tantaque fortitudine, obitum suorum sustinuisse leguntur, ut nec cultum quidem, aut vestem mutarint, vel affectum aliqué ostenderint, tantum abest, ut visi fuerint muliebriter lacrymari, Val. Maxim. *lib. 5. cap.* 10. de Thaletis Milesij fortasse
68 edocti sententia, † qui dicebat, mortem non esse flendam, cum inter vitam, & mortem nil interfit, cum utraque res æquè secundum naturam esset, nec mortem malam magis esse, quam nativitatem, Bruson. *lib.* 7. *c.* 4. Iidem tenebant, fletum nil ad mortuos prodesse. Vnde Solon, cum filium lugeret sibi defunctum, dicenti cuidam, ut luctui parceret, cum nihil proficeret, & propterea hoc inquit lacrymor, quia nihil proficio, Idem Bruson. *lib.* 4. *cap.* 10.

Cæterum † non esse dolendam, propinquorum, & amicorum mortem à Domino admonemur, dum viduæ illi

Naim

Naim dicebat noli flere, *Luc. cap. 7.* & mulieribus ad Calvariæ montem Dominum ipsum jam jam morituru comitantibus Filiæ Hierusalem nolite, inquit, flere super me, *Luc. c. 22.*

70 Mors animæ † potius deflenda, quàm corporis, quæ miserè moritur ob peccatum commissum, quo nihil turpius, nil tristius, nil magis metuendum reperiri potest Carp. Paleot, *ibidem exemp. 4.* ita, ut etiam corporalis mortis causa exstiterit, dicente Apostolo, per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors *ad Rom. cap. 5,* ad quod, & illud facit Biantis Philosophi,

71 qui, † rogatus, quòd genus mortis malum esset, quod, inquit, legibus est constitutum, sentiens, eam mortem malam esse, & delendam, quam delictis turpiter, & ignominiosè promeruimus, & debitum lictori, ac carnifici præstamus officium, & illorum mortem esse deplorandam, qui ob malefacta dant pœnas, vid. Paul. Manut. *in Apophteg. in Socrate lib. 3, num, 53,* cui optimæ conferunt, quæ scripsit Macrob. *in som. Scip. capit. 13, ant. fin. lib. 1,* quæ omnia intelliguntur de excessu in morte defunctorum.

72 Laudabilis verò mos † ubi est, ut corpora defunctorum ante humationem laventur non est improbandus, & eum morem fuisse in Gallijs refert S. Gregorius Turonen. *in lib. de gloss. confess. cap.*

73 *104,* &, hodie nedum improbatur, sed †

76 commendatur præcipuè in humatione cadaverum Episcoporum, quorum corpora à cubicularijs ipsorum defunctorum aqua calida cum vino, & herbis odoriferis sunt lavanda, & mundanda, & si ita hæredibus videbitur, possunt etiam aperiri, & aromatibus condi, quo casu eorum intestina statim in ecclesia debent sepeliri, *ut in Cerem. lib. 2, cap. 38, §, convocet.*

74 Maxima enim cura adhibebatur † in defunctorum corporibus sepeliendis, quoniam ungebantur, & myrrha, & aromatibus condiebantur, ut testatur S. Gregorius Papa *in cant. anno lib. 4. cap. 32,* Genes. *cap. 5,* & plures citat Malon. *in opere de sacr. Synd. cap. 1, sub num. 14.* & in ecclesijs occidentalibus, quæ fieri solita essent in unguendis, & vestiendis defunctorum corporibus, explicat Pruden. Hymno sequente.

Hinc maxima cura sepulcris,
Impenditur, hinc resolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et funeris ambitus ornat
Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est,
Aspersaque myrrha Sabæo
Corpus medicamine servat,
Quidnam sibi saxa cavata
Quid pulchra volunt monumenta,
Res quod nisi creditur illis
Non mortua, sed data somno.

75 Extruebant etiam veteres † magnifica sepulcra, ut testatur S. Io. Chrisost. *in humil. 79, in Ioan. cap. 17,* & hoc est notissimum fere in omnibus mundi partibus, & præcipuè in Urbe Romana, in qua, etiam modernis temporibus construuntur. Antiquis enim temporibus sepeliebantur cadavera † extra civitatem, ut plurimùm ecclesiæ extra civitates, & oppida ædificantur, ut etiam hodie per totam Italiam pluribus in locis conspici potest, & corpora mortuorum in civitatibus tumulari prohibitum erat

de jure Cæsareo, ne civitas corrumperetur fœtore, *ut in l. mortuorum*, C. *de relig* & *sumpt. fun.* gloss. *in cap. cum gravia* 13. *q.* 2, Adrianus etiam 40. aureorum pœnam statuit in eos, qui in civitate sepulcrum faciunt, locumque jussit publicari, & corpus inde transferri eadem magistratibus pœna imminente *l.* 3, §, *Divus Adrianus*, *de spol. viol.* & fuit etiam prohibitum, ne tumularentur in basilicis Sanctorum per conc. Bracaren *in cap.* 36.

77 Romæ autem † principalia Cœmeteria erant extra Vrbem: postea, pace ecclesiæ data, intra Vrbes ad templorum limina, ut *cap. præcipiendum* 13, *quæst.* 2, ubi etiam gloss. Duran. *de modo gen. concil. cel. rub.* 11, *num.* 1, *par.* 3, *tract. tom.* 13, & deinde in ipsis templis, ut sepelirentur, mos inolevit, *ut cap. nullus mortuus ead. quæst.* 2, *l.* 2, C. *de sacrosanct. eccles.* & Du 82 rand. *eadem rubr.* 11. *num.* 1.

78 Lycurgus † primus fuit, qui laconis permitteret, in Vrbe sepeliri cadavera tamen etiam circa templa sortiri monumenta Io, Boem. *de mor. gen. de Europa*, *lib.* 3, *cap.* 3, *circa med.*

79 Pro sepultura tamen in Ecclesia † facienda Episcopus, aut parochus, nec quivis alius, quidquam accipere possunt, 83 cùm hoc sit prohibitum, *ut cap. quæsta est nobis*, *cap. postquam*, *cap. in ecclesiastico*, *ead.* 13, *quæst.* 2, *& cap. abolendæ de sepult.* Duran. *de mod. gener. conc. celebr. p.* 1. *rub.* 20, *n.* 7, *par.* 2, *cap.* 3, & Rip. *in tract. de potest. de rem. præsent. conc. post num.* 108. 84 *per cap. non satis*, *& seq de simon.* ubi tenet, consuetudinem, aliquid pro sepultura exigendi, non valere, nec esse servandam, *ibidem numero* 109. *cùm ibi* multis cumulatis, quem omnino vide, 80 quoniam † omnia quæ de terra sunt, in terram convertu tur, Memento homo, quia terra es, & in terram ibis, Genes. *cap.* 3, *Eccles.* 40, Quid terra et, & terram vendis. Recordare, quia non hominis, sed Domini est terra, & qui habitant in ea *Psalm.* 23, gratis accepisti à Deo, gratis da pro eo, *dicto cap. in ecclesiastico*, *eadem quæst.* 2. Hieremias Episcopus Re- 81 menus † cur non sint vendenda sepulcra, addit rationem, quod sit terra illa concessa putredini, & non deceat de alieno luctu facere compendium, ut in Epistola ad ecclesiam Ternacensem, est tamen licitum pro luminaribus, & eleemosynis moderatis, juxta laudabilem c nsuetudinem, aliquid accipere pr officijs, quæ fiunt in cadaverum tumulatione, & ecclesiæ manutentione.

Prodest † enim mortuis, si in ecclesia sepeliantur, eò, quòd eorum proximi, quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorum sepulcra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt, Sanctus Gregorius *lib. Dialog. cap.* 50, *relictum*, *in capit. cum gravia*, 13. *quæst.* 2, tum quia specialiter commendantur patrocinijs illorum Sanctorum, in quorum nomine dedicata est ecclesia. Et † ibi potiùs curari debent homines sepeliri, ubi est major concursus populorum, gloss. *in d. c. cum gravia in fin. & c. ubicunque temporum*, *ead. quæst.* 2.

Quibus tamen peccata dimissa non sunt, † à sacris locis post mortem adjuvari minimè possunt, qui, si in sacris locis sepeliri faciunt, restat, ut de sua præsumptione judicentur, quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis

ac-

accusat, ut inquit S. Aug. *relat. in c. quibus peccata, dict. q. 2*, quia orationes, quæ in eis fiunt, illis non suffragantur, ubi per
85 gloss. unde cum B. Greg † memorasset corpus cujusdam Valentini à sepulcro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam projectum, subjungit: Ex quo Petre, collige, quia hi quos peccata gravia deprimunt, si in sacro loco sepeliri secerint, restat, ut etiam de sua præsumptione judicentur *ut in l. 4, Dial. c. 53, ac in sum. ar. post d. c. quibus peccata*, mihi dum in civitate Beneventi agerem fuit relatũ (erat enim
86 tunc casus recens,) † quòd cùm in quadã ecclesia extra, sed propè dictam civitatem cadaver cujusdam Prætoris fuisset humatum, nocte sequenti maximus strepitus in eadem ecclesia auditus fuit, unde sacerdotes ibi commorantes à lecto surgere coacti fuerunt, & cum ecclesiam ingressi fuissẽt, viderunt lapidem sepulcri revolutũ, & introspicientes, corpus non invenerunt.

Quapropter animæ defunctorum, quas gravia peccata non deprimũt, fũt expian-
87 dæ. Quod fit † quatuor modis, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus Sanctorũ, aut charorũ eleemosynis, aut jejunio cognatorũ, *c. non æstimamus, & c. animæ defunctorũ*, 13, *q* 2, præcipuè enim solvũtur oblationibus sacerdotũ, per Altaris sacrificiũ, concil. Trid. *c. 2. de sac. miss. sess. 22. & in decr. de Purg. sess. 25, c. non æstimemus, & c pro obeuntibus, 13 q. 2.*

88 Scimus in præsenti sæculo † sive orationibus, sive consilijs, invicem posse nos coadjuvari, cùm autẽ ante tribunal Christi venimus, non Iob, non Daniel, neque Noè rogare posse pro quoquam, sed unũquemque portare onus suum, tradit S. Hier. *in Epist. ad Galatas c. 6*, & ad verba
93 unusquisque onus suum, & *cap. in præsenti, eod. 13 q. 2.*

89 Neque † negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynæ in ecclesia fiunt, sed hæc eis prosunt, qui cùm viverent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt, secus autem illis, qui erant ab ecclesiastica unitate præcisi, quia sacris est canonibus institutum, ut quibus non communicavimus vivi, non communicemus defuncti, *cap. Sacris ext. de sepult.*

90 Observantur quidem aliqui dies † in officij mortuorum, nam aliqui tertium, alij septimum, alij trigesimum, alij quadragesimum observare consueverunt, ut inquit Sanctus Ambr. *in lib. de obitu Theod. Imp. circ. princ.* & supra de nonnullis notavimus. De quadragesimo testatur scriptura, quæ defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioseph pueris suis sepultorib. ut sepelirent eum, & sepelierunt sepultores Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. *Gen. cap. 50*, ut etiam de Moyse scriptum est. Quia planxerunt filij Israël Moysen diebus triginta & consummati sunt dies luctus, *Deut. cap. 34.*

91 Sepeliri autem † (si aliud non sit dispositum) debet quilibet in sepulcro suorum majorum, Genes. *c. 49, c. unaquæque, § item Ioseph. 3, q. 2, & c. 1, de sepult.* licitum tamen est unicuique volenti, aliam sibi eligere sepulturam, *ut eod. §, item Ioseph. v. exemplo igitur & c. cum liberam, ext. de sepult.* quia † ultima volũtas
92 defuncti pro lege servanda est *ut in aut. de nup. §, dispon. coll. 4, & c. ult. volunt. eod. 13, q. 2* In elect. autẽ sepult. debet etiã voluntas omnino libera esse, adeò quòd † uni-

versis religiosis, & regularibus clericis cujuscunque status, vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, districtè est prohibitum, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, ut apud eorum ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent, quòd, si secus factum fuerit, irritum existit, & inane, ita quòd, quacunque contradictione cessante, omninò apud illas ecclesias, apud quas sepeliendi de jure fuissent, si aliàs sepultura electa forsitan decessissent, sunt sepeliendi, secus facientes, & prædictos in suis ecclesijs, vel cœmeterijs sepelire præsumentes, ad restitutionem, tam sepultorum corporum, si petatur, quàm etiam omnium, quæ occasione sepulturæ illorum præveherint, quomodolibet ad eosdem infra decennium integraliter facienda sunt obligati, quam nisi fecerint ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, & cœmeteria earundem extunc eo ipso, & tandiu manent ecclesiastico suppositæ interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum, *ut statuit Bonif. VIII. ut in c. 1. de sepult. in 6.*

94 Mulier etiam nupta, † liberè potest sibi eligere sepulturam, *ut in cap. de uxore &, de sepult.* & pater filijs impuberibus eam eligere potest, si consuetudo loci id habeat, *ut eod. cap. de uxore, §, utrum autem & c. licet pater, eod. titul. in 6,* alias in sepulcro suorum majorum, aut in parochiali sunt sepeliendi, non enim sunt 95 transgrediendi termini antiqui, quos posuerunt patres nostri, *Prover. cap. 22,* terminos enim † antiquos transit, qui parochianum alterius ad sepulturam admittit, *capit. 1. in fin.* junct. gloss. *fin. ext. de sepult.*

96 Episcopo, † licet subsint omnia oratoria, & loca religiosa, & omnes ecclesiæ suæ diœcesis. ut post Oldr. *cons. 274,* allegatum à Card. Tusc. *pract. concl. tom. 3, concl. 245,* tamen excipiuntur ab ejus visitatione confraternitates, collegia, & alia loca, quæ sub Regum immediata protectione sunt, quæ sine earumdem Regum licentia ab Ordinarijs visitari non possunt, *ut in eod. cap. 8, de refor. sess. 22,*

97 Sed pluries dubitari contigit, † quænam loca sub dicta immediata protectione esse dicantur, ad quod dicimus ea esse, quæ ita à primæva earum erectione sunt fundata, & erecta, atque eo speciali privilegio munita, ut scilicet, locorum Ordinarij in illis jurisdictionem exercere non possint. Non autem omnia hospitalia, quæ sunt in ditionibus Regum, & ita declaravit congregatio concil. Trid. *super eod. cap 8, in decis. quæ incipit, an in excep-*

98 *tione.* Quinimò † possunt Episcopi visitare omnia hospitalia, & pia loca quovis modo nuncupentur, etiam si sint privata laicorum, eaque corrigere & reformare in casibus à jure concessis, nempè ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, utque testatoris voluntas servetur, ut per eandem congreg. fuit decisum *super eod cap. 8, in decis. incip. Episcopus, posse* pro qua decis. fuit Abb. *in cap. officij, num. 7, de testament. in cap. ad hæc de relig. dom.* & Paris. *in cons. 34, num. 38, vol. 4.*

99 Hospitalium enim † Episcopus est præcipuè cura commissa, quæ, si ad certum peregrinorum, aut infirmorum, vel aliarum personarum genus suscipiendum

a

dum fuerint instituta, nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia similes personæ, aut perpauci reperiantur fructus illorum, in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior, ac pro loco, & tempore utilior sit, converti debent, prout Ordinario cum duobus de capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit, nisi aliter forte in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum quo casu, quod ordinatum fuerit, curare debet Episcopus, ut observetur, aut si id non possit, ipse, prout supra viriliter providere tenetur, Concil. Trid. *ind. cap. 8, de refor. sess 25. & clem. quia contigit, de relig. dom. quæ in eod. cap. & in cap. 15, de reform. sess. 7,* est innovata cum derogationibus in ea con-
100 tentis. Administratores autem, † seu gubernatores eorumdem hospitalium ad instar tutorum & curatorum juramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventarium conficere, & Ordinarijs, seu alijs, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis annis singulis de administratione sua tenentur reddere rationem *d. clem. quia contingit, §, ut autem,* & ibi gloss. *in ver. annis,* Abb. Zachar, & Alexander *in cons. 1. numero 4, lib. 7.*

101 Si verò † dicti gubernatores commiserint negligentiam, vel defectum, locorum Ordinarij, etiamsi hospitalia prædicta exemptionis privilegio munita consistant, per seipsos, vel alios, præmissa adimpleri fovere tenentur, & guberna-
104 tores, seu rectores eosdem non exemptos propria, exemptos verò, & alios privilegiatos Apostolica auctoritate compellere debent. Contradictores cujuscunque status, aut conditionis existant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia compescenda, *ut in eadem clem. §, nos incuriam.*

102 Hacque ratione, † & auctoritate gubernatores, administratores, rectores, seu magistros hospitalium, & confraternitatum, sacrorum canonum, & sacr. conc. Trident. decretorum contemptores, & transgressores, Episcopus, uti eorundem executor, excommunicare potest *clement. 1, de stat. & qualit.* & Pius IV. *in litteris confirmationis concilij incipientibus Benedictus Deus, § mandamus autem, de quibus in fine conc. & in Bull. Rom. cap. 96,* & ad id Episcopi tenentur, cum illis mandetur in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis, *de quibus in eod. §, mandamus,* quod contradictores per sententias censuras, & pœnas ecclesiasticas compellant.

103 Archiconfraternitates verò, † & congregationes aggregantes, aggregandi, & communicandi formam novissimè approbatam diligenter observare debent, juxta quam privilegia, & indulgentias, aliasque gratias sibi ipsis nominatim, & expressè, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessas, ipsis confraternitatibus, & congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possunt, *ut in §, insuper volumus, & §,* † non servata forma data à dicta constitutione, corruit actus, & non valet aggregatio, *cap. cum dilecta,* & ibi Felin. *num. 6. circ. med. ver. gesta contra formam, de rescript. cap. fin.*

fin. de restit spoliat. & Rom. *cons.* 236 *nu.* 8.

105 Quibus indulgentijs, † privilegijs, & indultis confraternitates, & congregationes, tàm hactenus aggregatæ, quàm in posterum aggregandæ ejusdem duntaxat nationis, nominis, Ordinis, religionis, & Instituti Archiconfraternitatis, & congregationis, cui aggregatur, uti, potiri, & gaudere possunt, itaut dictarum confraternitatum, & congregationum, erectarum, institutarum, & aggregatarum à quibusuis communicationes factæ sint, ministri, officiales, & alij su praescripti privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta hujusmodi, prævia tamen recognitione Ordinarij loci (qui adhibitis duobus de ejusdem ecclesiæ capitulo, illa juxta sacri conc. Trid. decretum promulganda decernant) debitis temporibus promulgare valent. *ut in eadem constit. §. insuper ver. quibus confraternitates*, & conc. Trid. *in cap. fin. §. indulgentias verò, de reform. sess.* 21.

106 Est tamen advertendum † quòd confraternitates sanctissimi Corporis Christi, ubique terrarum Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectæ, vel erigendæ, absque nova aut peculiari alia concessione, communicatione, vel aggregatione novissimè de ordine summi Pontificis per sacram congregationem indulgentiarum declaratæ fuerunt, fore, & esse participes quorumcunque privilegiorum, concessionum, indulgentiarum, facultatum, gratiarum, & indultorum à Sanctitate D. N. Pauli Papæ Quinti Archiconfraternitati sanctissimi Sacramenti de Minerva in Vrbe concessorum, & ejusdem sacræ congregationis decreto declaratum fuit, cujus tenoris hic ad lectoris commodum adscribendum duxi, & est talis.

Decretum sacræ Congregationis indulgentiarum, quo declaratur Sanctissimi Sacramenti confraternitates, omnes canonicè ubique erectas, vel erigendas, posse juxta fel. recor. Pauli III. constitutiones frui indulgentijs, privilegijs, & gratijs spiritualibus Archiconfraternitati S. Mariæ super Minervam, à sanctissimo D. N. Paulo V. nuper concessis, ac in posterum concedendis.

107 Licet fel. † rec. Paulus Papa III. per binas suas constitutiones concesserit, ut sanctissimi Corporis Christi confraternitates omnes, & singulæ ubivis locorum tunc instituræ, ac instituendæ, jisdem privilegijs, concessionibus, indulgentijs, gratijs, & indultis, quæ confraternitati ipsius sanctissimi Sacramenti in ecclesia S. Mariæ super Minervam de Vrbe erectæ à se largitæ fuerant, ac in posterum largirentur, uti, potiri, & gaudere possent, ac deberent: quia tamen per Apostolicas Constitutiones, & ordinationes, quæ deinceps emanarunt, præsertim verò per recolendæ mem. Clem. VIII. Constit. de aggregationibus editam facultates, & Indulgentiæ, tam supradictæ S. Mariæ de Minerva, quàm cæteris omnibus confraternitatibus antea concessæ, aut abrogatæ, aut saltem moderatæ comperiuntur, aliaque de hoc genere decreta sunt, ex quibus in dubium revocari posse videtur, an hujusmodi Pauli III. concessiones pristinum suum robur adhuc retineant.

Congregatio Illustriss. & Reverendiss. S. R. E. Card. à Sanctiss. D. N. Paulo divina providentia Papa V. Indulgentiarum

refor-

reformationi præfectorum, optans sum 198 † statutum loquens de quibusdam religi-
mopere, sacratiss. Sacramenti veneratio- osis, non extenditur ad alios, nisi ex-
nem, & cultum in dies magis augeri, ad tensio fiat per superiorem, *cap. con-*
idque Christi fideles spiritualibus gratijs *stit.* ubi etiam gloss. *in ver. prorogamus*,
excitari, speciali Sanctitatis suæ ordine *de reg. in 6.* & Abb. *in cap. quod quibus-*
vivæ vocis oraculo habito decernit, ac de- *dam, num. 2. de fidejuss.* Nec extensio
clarat juxta easdem Pauli III. Constitutio- 199 † fit de persona in personam, *cap. sanè,*
nem omnes, & singulas confraternitates *de priv.* Imò statutum præcisè loquens
Sanctissimi Corporis Christi ubique ter- de uno, de alio contrarium disponit,
rarum hactenus Apostolica vel Ordinaria 110 *l. cum Prætor, de jud.* Et, † quando su-
auctoritate erectas, vel de cætero erigen- mus in materia dispensabili, quòd laici
das absque nova, aut peculiari alia con- aliquid possint circa spiritualia, tunc
cessione, communicatione, vel aggrega- nedum non veniunt, non expressa: sed
tione fore, ac esse debere participes quo- neque veniunt ea, quæ ex propria signifi-
rumcunque privilegiorum, concessio- catione vocabuli, latè sumpto vocabulo
num, indulgentiarum, facultatum, gra- venirent. Abb. *cons. 57. Attingam, nu.*
tiarum, & indultorum à Sanctitate sua *5. ver. item cum sumus par. 1.* & Card. Tus. *pract. concl. tom. 3. concl.*
Archiconfraternitati sanctiss. Sacramenti *659. nu. 5.*
de Minerva per Breve. Dat. Romæ Apud
S. Petrum die *3.* Novemb. *1606.* nomi- 111 Vlterius † privilegia regulariter stri-
natim, & expresse concessorum, ac in ctè sunt interpretanda, Bart. *in l. si quan-*
posterum à Sede Apost. concedendorum, *do, nu. 1. C. de inoff. test.* & Jas. *in l. bene-*
illisque omnibus, & singulis uti, potiri, & *ficium, nu 33. ff. de const prin.* & concessa
gaudere posse, ac debere statim, atque cõ- uni nationi, ut puta Teutonicis, seu
fraternitatũ earundem erectio Apost. vel Germanis non extenduntur ad Italos,
Ordinaria auctoritate facta fuerit, servata Gallos, & Hispanos, quia privilegiata
tamen in reliquis õnibus prædicta Clem. qualitas mutatione personæ differentis
VIII. Constitut. Non obstantib. constitu- mutatur, & perditur privilegium, arg:
tionib. & ordinationib. Apost. de indul- text. *in cap. un. §. verum, de jur. part. in*
gentijs ad instar non concedẽdis, nec alijs *6.* benè Jas *in l. si fundum, § si pater fami-*
cõtrarijs quibuscũque. Dat. Romæ die 15. *lias, nu. 8 ff. de leg. 1.* Ceph. *in cons. 58.*
Febr. *1606.* subscrip. R. Card. Bellarm. 112 *nu. 51. par. 1.* Privilegium enim † uno
Anton. Episcop. Anagn. Secretar. Romæ Regno concessum non extenditur ad alia
ex Typograph. R. C. Apost. *1606.* Dixit Regna. Menoch. *in tract. de retin. poss rem.*
ejusdẽ rationis ordinis, &c. Quia privile- *3. nu 353.* & Cou. *pract. quæst. cap. 3. nu. 5.*
gia, & gratiæ uni nationi concessæ, non 113 Hinc infertur † ad quæstionem alias
possunt alijs nationibus cõmunicari. Nec coram me agitatam, cum enim Cle-
confraternitates aliarum nationum, Or- mens Papa VIII in canonizatione
dinum seu religionum non suo ordini, S. Hyacinti concessisset omnibus altari-
vel religioni possunt aggregari. Nam bus sub invocatione ejusdem sancti

erectis

erectis indulgentiam plenariam perpetuam rationibus, & causis, de quibus in litteris Apost. desuper expeditis fuit à me quæsitum, an omnia altaria sub eodem titulo post canonizationem erecta dicto privilegio gaudeant, unde visis litteris Apost. illisque diligenter consideratis, respondi ex lectura procemij earundem litterarum constare de mente Papæ concedentis. Narratur etenim, quod in Regno Poloniæ à quàm plurimis personis pijs in honorem ejusdem S. Hyacinti, valde ante illius canonizationem fuerant erecta altaria, apud quæ preces fundebantur, ejusque nomen colebatur, qua propter, expositis pluribus miraculis, quæ ut piè creditur ejusdem Sancti intercessione fuerũt operata, eadem altaria erecta in partibus illis ab Vrbe longinquis dicto Indul. plen. privilegio perpetuo donavit. Id clarè ostendit procemium in quo tantummodo de altaribus in illo Regno ante canonizationem ejusdem Sancti erectis verba habentur. Nam † procemium causam finalem indicat, *l. fi.* & ibi Bar. *nu. 3. ff. de hær. instit.* Ias. *in l. si pacto, quo pœnam, nu. 14. C. de pact.* & Paris. *cons. 56. num. 24. vol. 4* Præterea verba litterarum sunt clara, quibus conceditur indulgentia plenaria altaribus erectis, disponunt enim per verba † præteriti temporis, quæ trahi non possunt ad altiora in futurum erigenda, *l. quædam non referuntur, ff. de jur. codicill. l. si ita legatum, ff. de aur. & arg. leg.* & Bar. *in l. talis scriptura, §. hanc autem, num. 1. vers. oppone secundo, ff. de legi* Et cuique est notissimum, nunquam concessam fuisse indulgentiam plenariam omnibus altaribus sub invocatione cujus Sancti erigendis, nec altaribus Beatissimæ, semperque Virgini Mariæ, quæ alijs omnibus Sanctis tot, tantisque meritis excellit. Vnde nec interpretandum est, hujusmodi indulgentiam altaribus sub invocatione prædicti erigendis fuisse concessam, quia, cùm in litteris legatur altaribus erectis, non autem erigendis, quod scriptura non dicit, nec nos dicere debemus & ab illius verbis non est recedendum *l. prospexit, ff. qui, & à quibus.*

† Nec specialiter concessa in Regno Poloniæ extenditur ad alia Regna, & Provincias, quia consuetudo unius Provinciæ ad alias non extenditur, Bursat. *cons. 311. n. 7.* & Ondend. *cons. 101. num. 38. vol. 1.*

Indulgentiæ, & aliæ † spirituales gratiæ, ad indulta eisdem confraternitatibus concessa ab Ordinarijs locorum, adhibitis duobus de ejusdem, ut supradictum fuit, ecclesiæ capitulo, sunt recognoscendæ juxta sacri conc. Trid. dispositionem, *ut in cap. 9. de reform. sess. 21.*

Nec aliquis † sine Ordinariorum licentia, vel auctoritate, potest eas publicare, non obstante quacunque exemptione, etiam si sint regulares, aut in ecclesijs ipsorum regularium, nec prætextu privilegiorum, etiam confraternitates rosarij, ut per sacram congreg. *super eod. c. 9.* fuit decisum *in decis. quæ incipit deinceps, & alia decis. super cap. 5. sess. 22. de refor. incip. nemo poterit.*

Cæterum † dicta decisio procedit, quoad indulgentias, quæ de novo conceduntur. Antiquas verò à summis Pontificibus regularibus concessas usu receptas, & non revocatas, possunt ijsdem

ijsdem regulares etiam nullo cum Ordinariis verbo facto, publicare, *ut in decis. super eodem capit. 9. quæ incipit Indulgentias.*

120 † Revocatæ enim sunt omnes indulgentiæ concessæ pro porrigentibus manus audiutrices, concil. Tridentin. *in decret. de Indulg. sess. 25.* & Pius V. *in constit. de qua in Bullar. Rom. capit. 30. sub §. nos qui Deo.*

121 Quia † non conceduntur indulgentiæ pro pecuniis extorquendis, sed, ut fideles in piis operibus Christi exerceantur, &, ut aliorum liberalitate miserorum inopiæ succurreretur, Cardin. Bellarm. *de Indulg. lib. 2. c. 9. §. 4. tom. 3.*

Hinc illud resolvitur, quo quæritur, an habentes facultatem aggregandi, seu uniendi confraternitates in dictis civitatibus, & oppidis, (dummodò oppida, seu castra, in quibus huiusmodi aggregationes, seu erectiones fieri continget, spacio duorum, vel trium millium passuum distent) si fortè fiant in his locis præcipuè, in quibus nulla adsint monasteria ejusdem Ordinis aggregantis, possint loco illius eleemosynæ, quæ ab incolis oppidi, seu castri, cui aggregatio non conceditur, & quandoque à pijs devotisque viris illuc devotionis causa confluentibus monasterio offerri contingeret, uti matrici ecclesiæ, aliquid singulis annis in signum recognitionis exigere, & de pecunia, vel alia re hujusmodi eidem matrici annis singulis ab aggregatis offerenda in erectione, seu aggregatione pacisci, & videtur affirmativè respondendum.

122 Quia matrici † ecclesiæ per inferiores, & ab ea dependentes aliquid offerre, non solùm non est prohibitum, quinimò est de jure concessum, *& cap. venerabili ubi* etiam gloss. & Abb. *d verb. signif.* Tamen ab ecclesiis matricibus, ut sunt metropolitanæ cathedrales, Baptismales, & aliæ similes ad aggregationes confraternitatum, seu erectiones capellaniarum pro Indulg. consequendis, non benè infertur, 123 quia Pius † Papa V. omnes indulgentias pro porrigentibus manus adjutrices, & continentes, quomodolibet facultatem quæstuandi concessas, revocavit, *ut infra.* Conceduntur enim à Sede Apostolica 124 † facultates aggregandi, & indulgentiæ hujusmodi gratis, & gratis illas accipientes, gratis dare debent, *Matth. c. 10. & cap. quicquid 1. qu. 1.* Gratia enim Dei non venditur, sed donatur, S. Joann. Chrysost. *in Marc. Homil. 13.*

125 Non enim hi cœlestes † Ecclesiæ thesauri ad quæstum, sed ad pietatem exercendam conceduntur, concil. Trident. *in c. 9. de reform. sess. 21.* & Card. Bellarm. *de Indulgent. lib. 2. c. 9. §. 4. tom. 3.* Unde idem Pius V. quamplurimis querelis ex diversis mundi partibus ad ejus auditum perlatis, quòd vigore diversarum indulgentiarum alias concessarum, plures abusus irrepserint in præjudicium animarum, ad illos eradicandos, motu proprio suam perpetuò valituram edidit constitutionem tenoris infrascripti:

126 Pius † Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Etsi Dominici gregis saluti semper intenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere nos, & prædecessores nostri studuerunt, per quæ peccatorum mole depositâ, salus ipsis succedat, & hostis humani generis servitute ereptas animas lucrifaciant. Altissimo, qui eas nobis

sua bonitate commisit; id tamen perpensiori studio nos præcavendum esse censemus, ne cujusvis indulgentiæ remissionis, vel facultatis obtentu Christifideles procliviores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentivum, & exinde clavium actoritas deducatur in contemptum, & Christi fideles quamplurimùm scandalizentur. Sanè, cùm ad auditum nostrum ex diversis mundi partibus quamplurimæ querelæ perlatæ fuerint, quòd vigore diversarum indulgentiarum, & facultatum per prædecessores nostros, ac etiam nos,
127 vel auctoritate nostra, † tam fabricæ nostræ basilicæ Principis Apostolorum, & ecclesiæ S. Joannis Lateranen. de Urbe, ipsiusque ecclesiæ necnon S. Joannis, & S. Lazari Hierosolymitani, ac S. Spiritus in Saxia, & S. Joannis Lateranen. ac S. Iacobi Incurabilium de eadem Urbe, necnon S. Elmi, S. Bovis, ac S. Gothardi, & S. Leuguzoni, necnon S. Nicolai, & S. Bernard Montis Ionii, nec non S. Leonardi, & S. Matthæ necnon Sanctissimi Crucifixi Siracusan. ac S. Mariæ de Monte Serrato Hospitalibus, ac etiam Sancti Sebastiani prope, & extra muros dictæ Urbis, necnon Sancti Antonii Vienen. diœcesis, & redemptionis captivorum nuper Neapoli instituto monasteriis, illorumque, ac diversis aliis ecclesiis, Monasteriis. Hospitalibus, Militiis, confraternitatibus, societatibus, & piis locis concessarum multi quæstores, ex eisdem indulgentijs lucrum temporale tantùm quærentes nominibus fabricæ ecclesiarum, hospitalium, monasteriorum, militiarum, confraternitatum, societatum, & piorum locorum prædictorum in diversis civitatibus, & diœcesibus quæstus facere, confratres describere, capellas, & oratoria erigere, illisque erectis indulgentias hujusmodi communicare, & in diversis gradibus à jure prohibitis dispensare. ac plura etiam concedere, quàm eis vigore facultatum prædictarum licitum sit, ipsique lucro intenti pecuniasque potiùs, quàm Christifidelium salutem quærentes, ac eisdem indulgentiis sic abutentes, quæstum ex illis particularem facere conantur, varioque & diversos quæstores, commissarios, procuratores, receptores, thesaurarios, factores, nuntios & alios ministros constituere, qui non solùm supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam concessa, facere, & concedere, necnon locorum Ordinarios illorumque in spiritualibus Vicarios generales, & officiales, ac ministros ecclesiarumque, & Ordinum, Prælatos, Superiores, & personas quæstas hujusmodi impedientes censuris ecclesiasticis innodare, & aliàs in pluribus graviter excedentes in Divinæ Majestatis offensam suarum, & Christifidelium animarum perniciem, & ordinariorum perturbationem & piarum mentium scandalum præsumunt; Nos qui, Deo propitio, gregis dominici, meritis licet insufficientibus, curam gerimus, & illum spiritualis thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ex præmissis, & aliis rationibilibus causis animum nostrum moventibus sed record. Calisti III. Clementis VII. Pauli III. Iulij similiter III. & diversorum aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate & de-

libe-

iberatione omnes, & singulas indulgentias, etiam perpetuas & peccatorum remissiones fabricæ, & ecclesiæ hujusmodi, necnon Sancti Joannis Hierosolymitani, etiam pro constructione, & ædificatione illius novæ civitati prædictis, in quibusvis alijs hospitalibus, monasteris, ecclesiis, domibus, militiis, Ordinibus, etiam mendicantium congregationibus, confraternitatibus, & pijs locis illorumque Ordinibus, capitulis, conventibus, magistris, Superioribus, & tam secularibus, quàm quorumvis, etiam mendicantium Ordinum regularibus personis, tam singulariter, quàm universaliter, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam
128 & motuproprio, † ex certa scientia, ac ex quibusvis, etiam urgentibus causis, etjam causa redemptionis captivorum, & alias quomodolibet concessas, pro quibus consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæstuandi facultatem quomodolibet continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis habentes auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò revocamus, Et insuper perpetuò hac nostra valitura constitutione decernimus, quòd ex nunc de cœtero sub indignationis nostræ pœna, prætextu indulgentiarum, & facultatum per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam, etiam motu simili, ac Sedis Apostolicæ legatos, & alios quomodolibet concessarum, & quas à nobis, & Sede prædicta in posterum verbo, litteris, aut quavis alia scriptura, etiam manu nostra signata, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in favorem, aut Crucitatæ Sanctæ, vel cujuscunque alterius piæ causæ etiam privilegiatæ, concedi quomodolibet contigerit; † nullus, quavis etiam Episcopali,
129 Archiepiscopali, Patriarchali, aut majori dignitate, etiam Cardinalatus honore, seu etiam Regali, vel temporali excellentia præfulgeat, audeat, vel præsumat quæstus facere aut nuncios quæstores, commissarios, thesaurarios, receptores pro illis recipiendis in dictis hospitalibus, ecclesiis, domibus, monasteriis, militiis & aliis supranominatis, vel pro eis, aut illorum nominibus alibi constituere & deputare, nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, de qua per litteras nostras, & ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis locorum Ordinariis, vel eorum in spiritualibus Vicariis, seu officialibus derogationem præsentis nostræ constitutionis illius tenore de verbo ad verbum inserto expresse continentes: Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, constare debeat.

130 Mandantes † in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in civitatibus, & diœcesibus suis præsentes nostras litteras publicare, & observa-

re debeant, roganteſque omnes, & ſingulos Principes ſeculares, & alios dominos, & magiſtratus temporales, eiſque per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum ſuorum injungentes, quatenus in præmiſſis eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum auxilium, & favorem præſtent cum auxilio brachij ſecularis.

131 Non obſtantibus præmiſſis, ac † quibuſvis Apoſtolicis, nec non provincialibus, & Synodalibus conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non fabricæ eccleſiæ, hoſpitalium monaſteriorum, militiarum, confraternitatum, ordinum, capitulorum, conventuum aliorumque locorum prædictorum, & quorumvis illorum membrorum eccleſiarum, etiam cathedralium, & metropolitanarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis illis, & præſertim S. Joannis, & S. Lazari, & Sancti Spiritus in Saxia hoſpitalibus, nec non S. Antonij, de Sancto Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Jonij monaſteriis, ipſorumque monaſteriorum hoſpitalibus, ſingulorumque eorum conventibus ſuperioribus, & perſonis præfatis per quoſcunque Romanos Pontifices, Prædeceſſores, ac nos, & Sedem Apoſtolicam ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac quavis etiam Imperiali, vel regali conſideratione, vel inſtantia, & alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiam, ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialibus ſpecifica, individua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenoris hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe volumus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem quòd præſentes litteræ in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur.

132 † Et quia difficile foret, eaſdem præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-

nostræ revocationis, cessationis, irritationis, annullationis, vacationis, decreti, mandati, injunctionis, derogationis, voluntatis & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum, Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicæ, millesimo, quingentesimo, sexagesimo sexto. Sexto Idus Februarij Pontificatus nostri Anno secundo.

133 Unde † illæ etiam indulgentiæ, quæ visitantibus aliquam ecclesiam certis diebus, & aliquid hujusmodi loco pio pro eorum arbitrio, & devotione erogantibus concessæ fuerant ut quæ quæstuandi facultatem quomodolibet contineant, sub dicta constitutione Pij V. revocatoria indulgentiarum manus adjutrices porrigentibus concessarum comprehenduntur, ut consuluit Navar. *de pœnit. & remiss. cons. 2. nu. 7. alias cons. 17. nu. 6 par. 2.*

134 Quare † id summam pastorum curam postulat, & vigilantiam, ut scilicet videant diligenter, ne hujusmodi aliæve indulgentiæ antiquæ revocatæ denuò per compendia, aut summaria, ipsis inconsultis, imprimantur, aut alio quovis modo in publicum prodeant. Solent enim nonnulli hujusmodi summaria aut compendia, aliasve indulgentias plenarias revocatas, aut alioqui limitatas Ordinariis inconsultis, vel sub involucro deceptis, mandare typis, aut exemplaria conscribere, & publicare, quæ licet quandam pietatis speciem præseferre videantur; nulli tamen dubium est; sub hoc titulo turpem latere quæstus effectum. Ideo à locorum Ordinariis hoc potissimùm est, & omnino impressoribus inhibendum. Alioqui, quod à Summis Pontificibus in animarum salutem paternæ charitatis officio indulgentur, illis ob paucorum aviditatem abusu in eorum excidium verteretur. Ad quod, & ipsos summos Pontifices maxime invigilasse conspicimus, ut tot constitutiones super hujusmodi indulgentiarum revocatione non semel editæ, & conciliorum super pio indulgentiarum usu promulgata decreta testantur. Quapropter, ubi usu venerit, hujusmodi, vel alia indulgentiarum genera in diœcesi publicari, non priùs eas imprimendi, aut publicandi Episcopus alicui facultatem facere debet, quàm ipsa viderit originalia, ex quorum lectione perspiciat, an per aliquas clausulas in eis contentas, ipsæ indulgentiæ sub aliqua revocatione comprehendantur.

135 † Quia non creditur referenti, nisi constet de relato, *auth. si quis in aliquo. C. de eden.* & Archid. *in cap. quiescamus 42. dist.* Debent enim dicta exemplaria, quæ originalia vocant, in omnibus suis partibus, & clausulis à principio usque ad finem perlegi;

136 † nec judicium est ferendum, nisi tota lege perspecta, nam velox consilium sequi solet pœnitentia. Abb. *in c. ad Apostolicam 2. not. de reg.* & Dec. *in c. cum venerabilis, num. 45. de excep.*

137 Imò † ut plurimùm privilegia confirmantur, & claudantur circa finem cum expressa restrictiva subsequentibus, vel æquipollentibus verbis, quatenus sunt in usu, nec fuerint revocata, ac sacris canonibus, & sacro concilio Trident. contraria.

138 Sed, † dictæ Clement. VIII. constitutionis ordinem prosequamur, ministri, & officiales dictarum congregationum, & confraternitatum eleemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia juxta modum, & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, pelvibus, & capsis, quæ in ecclesiis, & oratoriis dictarum confraternitatum, & congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis locorum respective præscribendum, quem observare tenentur, excipiendi habent facultatem, *ut in eodem §. in super ver. quibus etiam ministris, & §. atque hoc.*

139 Quòd vero † eleemosynarum collectio facienda sit consulto Episcopo, & ab eo licentia impetranda, statuit sacr. concil. Tridentin, *ut in cap. 9. de reform. sess 21.* Neque eleemosynas, & oblationes ecclesiis altaribus, & crucibus factas, laicis licet usurpare, sed debentur sacerdotibus, qui pro omnibus orare debent, *cap. quia Sacerdotes, & cap. Sanctorum cum seq. 10. quæst. 1.*

140 Privilegiorum vigore, † qui aggregandi facultate sunt muniti, possunt quidem societates erigere, & aggregare, sed cùm tota diœcesis sit territorium Episcopi, ex alibi allegatis, in alieno territorio citra Episcopi consensum, nec quidquam statuere, aut decernere, neque altaria erigere possunt, nec aliquam aliam jurisdictionem exercere, arg. text. *in cap. pervenit, & cap. interdicimus, 16. quæst. 1.* & quidquid, præter erectionem, aut aggregationem statuunt, vel decernunt, excedit eorum auctoritatem, & jurisdictionem, nisi Episcopi consensus accedat, ac propterea nullius roboris est, vel momenti. Bart *in l. non dubium, numer. 20. & 21. C. de l. g. b. l fin ff de jurisdict. om. jud.* & Navar. *in cons. 25. numer. 2. de sentent. excommun. lib. 5. par. 2. alias cons. 1. num. 2. de for. comp. par. 1.*

141 Nam † dicta privilegia sunt contra jus commune, & ad non expressa extendi minime possunt, sed strictè sunt interpretanda, *l. si quando,* & ibi Bart. *num. 1. C. de inoff. testam.* & Cephal. *in cons 96. num. 4. par. 1.*

142 Quemadmodum regulares † in erectione, seu aggregatione confraternitatum non possunt ex se statuere modum, ac formam eleemosynas colligendi, easque custodiendi, & distribuendi, sed id præstare debent ex ordinarii loci præscripto, ad quem, ut supra dictum fuit, hæc facultas spectat, eodem modo dicti regulares nil possunt circa processiones faciendas, quia id munus Episcopo loci incumbit, ut puta publicas supplicationes per civitates, oppida, & loca indicere, decernere, & ordina-

143 re, ad quas omnes, † etiam exempti, tam clerici seculares, quàm regulares, quicunque etiam monachi tenentur accedere, illisque interesse, qui si recusaverint, per censuras, & pœnas arbitrarias à dictis locorum Ordinariis compelli possunt.

144 Iis tantùm † exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt,

145 † Ad ipsum etiam loci Ordinarium, spectat cum capituli consensu decernere, atque edicere, quo, & qua processiones dirigi, quasve ad ecclesias nominatim produci debeant, eadem sacra congregatio concil. Tridentin. *in decis. incip. Ad Episcopum in ver. in processionibus publicis dict. cap. 13. sess. 25. de reg.* Laicis enim est etiam interdictum

dictum de jure civili facere processiones sine consensu Episcoporum *ut in auth. de sanctis Episc. §. omnibus autem laicis, colum. 9.*

146 Eisdem † locorum Ordinariis etiam spectat eleemosynas, per loca quæritandi licentias, & facultates concedere, quia tota diœcesis de jure, & regulariter est Episcoporum, *c. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7. c. cum Episcopus*, & ibi Jo. Andr. *de off. ord. in 6.* Abb. *in cap grave, num. 2.* & ibi Felyn. *n. 1. eodem tit.*

147 Illud † verò privilegium concessum ordinibus mendicantium, ut, de suorum superiorum licentia, Episcopo inconsulto possint in ejus diœcesi eleemosynas quærere, speciale est. Unde non sequitur, illos posse confraternitatibus, quas sibi aggregare contingit, idem privilegium communicare.

148 Quia privilegium † mendicantibus concessum, illorum personas transgredi non debet, nec per eosdem aliis potest communicari, *c. constitutionem*, & ibi glos. *in ver. prorogamus, de reg. in 6. caput. 1. in fin.* juncta glos. *fin. de pœnit. & remiss. eodem lib.* & Navar. *in cons. 13 secundum ultimam impressionem Romanam. num. 2. de temp. ord. lib. 1. par. 1.*

149 Ordinarii itidem † licet rerum ab ipsis confratribus administratarum singulis annis rationes videre, easque ab ipsis exigere, & ab administratoribus recipere, hæc enim sunt per concil. Trident. Episcopo concessa, *ut in eodem cap. 9. de reform. sess. 22 & in ead. cor sit. §. atque hoc ipsum*, qui etiam de jure communi antiquo prædicta omnia faciendi, & super his statuendi jus habet, *ut cap. conquerente, ubi* Abb. *numer. 2. de offic. ord.* glos. mag. *in cap. dilectus, in verb. de lege*; & ibi etiam Abb. *num. 4. eodem titul. &* Innoc. *in cap. 1. num. 3. de stat. Monach.* Procedit etiam dicta facultas visitandi ex dispositione *d. cap. 9.* in capellis confraternitatum, in ecclesiis regularium erectarum, quia Episcopi visitare, & administratores ad reddenda computa cogere possunt, *ut super eodem c. 9.* à sacr. congregat. fuit decisum, *in decis. quæ incipit, Episcopus visitat in ver. an confraternitates*, & ita per prædicta de anno 1609. dum visitarem diœcesim Thelesinam juxta munus pastorale mihi injunctum, visitavi confraternitates sanctissimi Rosarii, sancti Antonij, Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, & sancti Benedicti in ecclesia monasterii Ordinis sancti Francisci conventualium erectas, & ab administratoribus eorundem confraternitatum administrationum computa recepi.

150 Eleemosynæ autem collectæ † in reparationem & ornatum ecclesiarum, tam Ordinum, religionum, institutorum, erigentium, instituentium & communicantium, & Archiconfraternitatum, & congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios eorum pios usus, arbitrio Vicarii Ubis in Urbe, nec non extra Urbem Ordinariorum locorum respectivè fideliter exponi, & erogari debent, ut omnes intelligant cœlestes Ecclesiæ thesauros, non quæstus, aut alicuis lucri causa, sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri *ut in eadem constitutione, §. atque hoc ipsum.*

Qua

151 Qua propter† hic maxima desideratur Ordinariorum vigilantia: huic rei potissimum est ab ipsis invigilandum, tum ne in publicatione indulgentiarum quarumcunque capsæ, pelves, & mensæ in ecclesiis apponantur, tum, si quid eleemosynæ ex forma ab Ordinario præscripta pie recipiatur, id non in abusum, & quæstum, sed in vera probatæ pietatis officia convertatur juxta dispositionem, & mentem sacri concilii Tridentini *dict. cap. 9. de reform. sess 21. cap. unic. de indulgent.*, Pius V. in constitut. *de qua supra*, & Card. Bellarm. *eod. tit. cap. 9. §. primum miratur, & cap. 10. §. sextum caput, libro secundo, tom. 3.*

152 Sunt enim eleemosynæ † ad aliquod pium opus, ut ecclesiarum ædificationem, & restaurationem, vasorum, & paramentorum ad earundem ecclesiarum, & in altaris ministerii usum, ac pauperum subventionem, captivorum redemptionem & similium applicandæ, ut per eundem Card. Bellarm. *d. cap. 10. in fin.*

153 Eleemosynis † etiam peccata redimuntur, Dan. *cap. 4.* miseris subvenitur: nam eleemosyna est beneficentia miseris propter Deum exhibenda, D. Thom. 2. 2. *q. 32. & in 4. sent. dist. 15. q. 2.* Ideò Christus ad hanc præstandam nos hortatur: facite, inquit, eleemosynam, & hæc omnia munda sunt vobis, *Luc.* 11. & vendite, quæ possidetis, & facite eleemosynam, *Luc.* 22. Illa est hostia Deo accepta, placens, & suavis *ad Philipp. 4.* Divus Paul. Eleemosynam appellat Dei gratiam 2. *Corinth.* 8. Per eam Dei misericordia quærenda, *Tob.* 12. Unde qui facit misericordiam, Deo offert sacrificium, *Eccles.* 35. odor enim eleemosynæ Raphaelem Archangelum meruit habere internuntium, & per eum ad supremam Dei Majestatem ascendit eleemosyna, à morte liberat, peccata purgat, Tobias via sua ducitur. Sara tot viris contristata, per Angelum matrimonio copulatur arg. *de temp. serm. 226.* eleemosyna mortui adjuvantur, D. August. *in serm. 32. de verbor. Apost.* & idem Card. Bellarm. *de purgat. lib. 2. cap. 16. §. quod hæc tom. 2.* Eleemosyna Bonifacium, & Aglaem Ethnicos ad fidem convertit, à turpitudine peccati utrumque liberat, sanctos efficit, grataque Deo pignora cœlesti societati conjungit, duplicem triumphum Laurentio perperit, duplicique laurea coronavit, sed qui, quanta largiuntur, aspiciunt, sed quanta rapiunt, minimè perpendunt mercedes suas in seculum per turum mittere dicuntur, Raban. *in 34 Eccles.* ut etiam notatur, *in cap. 1. Haggai Proph.* ubi eriam colligitur, quam gratæ Deo sint oblationes in templi ædificationem præstandæ, *Exod. 36, habetur*, populum tot ad opus tabernaculi Domin. dona obtulisse, ut coactus fuerit Moyses publico edicto jubere, ut ab illis ferendis cessaretur, cùm plura, quàm ad ædificium necesse essent, vota existerent. Quodque prosint defunctis preces, viventium eleemosynæ juvent, ac præ cœteris Missarum celebratio, ut citius à Purgatorij pœnis liberentur, manifestum habemus exemplum in Iuda Machabæo, qui, magna argenti vi collecta, pro defunctis propitiationem fecit, ac iusta persolvit, *Machab. 12.* & testatur August. apud Bed. *lib. 4. Histor. c. 13.* quem refert, & sequitur Card. Ballarm. *eod. c. 16. §. his adde.*

154 Viventium preces † prosunt aliquando, etiam si orantes sint in peccato; peccator

cator, nempè secundum desiderium peccati, licet à Deo minimè exaudiatur, ex misericordia tamen, si peccatoris oratio procedit ex desiderio bonæ naturæ Deus exaudit, non quasi ex justitia, quia talis non meretur, sed ex pura misericordia, *cap. periculum, § quia verum de elect. in 6.* & post Sanct. August. glos. mag. *in clem. unic. in verbo orationes sub vers de quinto, de reliquiis, & vener. Sanct.*

605 Eadem † Clem. VIII. constitutione cavetur, ut confessarij, qui vigore privilegiorum ipsis ordinibus, congregationibus, confraternitatibus, & religionibus concessorum pro tempore eligi possunt, & poterunt seculares, scilicet, in alma Urbe ab eodem Vicario Urbis, extra Urbem verò à locorum Ordinariis, regulares autem non solum à prædicto Vicario, & locorum ordinariis respectivè, sed etiam à suis superioribus sint approbati, *ut in eadem constitutione, §. præterea volumus.* Quoad Regulares, requiritur suorum superiorum approbatio, quia sunt sub eorum jurisdictione, & tanquam à suis Ordinariis sunt approbandi, cùm alieno obsequio sine suorum superiorum licentia, minimè se subijcere possint, Clem. *quia verò, de stat. Monach.* & concil. Trident. *in cap. 4. de reform. sess. 25.* & illa approbatio dictorum privilegiorum vigore, audiendi confessiones secularium, etiam sacerdotum, nisi per examen ab Ordinariis locorum fuerint approbati, minimè eis suffragatur, conc. Trid. *c. 15. de refor. sess. 23. & clem. dudum, §. ac deinde, de sepult.*

156 Regulares verò † confratres pœnitentes à criminibus, casibus, & censuris juxta supradictorum privilegiorum, (quatenus tamen sint in usu, & sacri concil. Trident. decretis ac Romanorum Pontificum constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sit) formam, & tenorem duntaxat absolvere possunt, *ut in eadem constit. dict. § præterea volumus, vers. ut qui confratres*, & intra hos terminos sese debent regulares continere, nec aliorum privilegiorum sibi ipsis olim concessorum, plus juris sibi vendicare possint.

Tria enim † concurrere debent in privilegiis regularibus olim concessis, ut à criminibus, & censuris, eorundem privilegiorum vigore absolvere possint.

Primùm, ut sint in usu, quia lex non recepta moribus desinit obligare, *cap. in istis, §. leges 4. dist.* glos. 2. *in capit. 1. de treug. & pace*, & Navar. *in cons. 8. alias cons. 44. numer. 4. de sent. excomm. lib. 5. par. 2.* & privilegium, per quod conceditur aliqua facultas aliquid faciendi, perditur, antequàm acceptetur, per non usum, per lapsum decennij, *l. 1. ff. de nund.* glos. *penult. in l. falsò, C. de divers. rescript.* Jas. *in l. beneficium, numer. 53. C. de constit. princ.* & Navar. *eodem numer. 4.*

160 Secundùm, † quod sacr. concil. Trid. decretis, ac Romanorum Pontificum constitutionibus non adversentur, facultate enim absolvendi ab illis casibus, quos Ordinarij locorum sibi reservarunt, uti non possunt, quia ejusdem sacr. concil. Trident. decretis adversatur, *ut cap. 7. de cas. reserv. sess. 14. Canon. 11. de Sanctiss. pœnit. Sacram. eadem sess 14.* Et, quòd, nec fratres Mendicantes, nec alii regulares vigore privilegiorum, quæ Mare Magnum appellant, nec vigore privilegiorum rosarij, neque Jesuitæ à casibus Episcopo reservatis absolvere possint, fuit pluries su-

per eadem, *capit.7. & Canon.11.* à sacra congreg.concil, decisum, *ut in decis. incip. regulares per privilegium, & alia decis. incip. mendicante vigore, & alia incipien. Confessores vi privilegiorum fuerint*, & nunc per dictam constit. est omnis difficultas sublata, *ut in §. decernimus insuper.*

161 Tertium requisitum est, † quòd privilegia non fuerint revocata, nec sub aliqua revocatione comprehendantur. Plura enim privilegia regularibus super absolutione in foro pœnitentiali concessa fuerunt pluries revocata, quia præter alias revocationes, quæ infra apparebunt, nonnullæ facultates absolvendi duellantes, consiliumque, auxilium, favorem illis præstantes, est revocata, & soli Papæ reservata, *ut in Bull. Rom. IV. cap. 25. Greg. XIII. cap. 82. & Clem. VIII. ut in const. de anno 1592. 16. Kalen. Septemb. edita*, & concil. Trident. *c. 19. de reform sess. 25.*

162 Facultas etiam † absolvendi moniales exeuntes à clausura, & personas ingredientes eandem clausuram sine licentia, & absque urgenti necessitate, & causa, fuit etiam revocata per conc. Trid. *ut in c. 5 de Regul. & monial. sess 25* Pius V. *in Bull. Rom. c. 100.* & Papæ reservata Greg. XIII. *in cod. Bull. Rom. c. 36. & nuper per eandem Const. ut infra.*

163 Sed quæri potest, † an per reservationem, vel confirmationem privilegiorum, quæ pluries, & à pluribus Pontificibus religionibus, aut aliis supplicationibus cum clausulis amplissimis fieri, & concedi solent, censeantur omnia in illis primò existentia innovata, non obstante in contrarium alias concessis, & videtur ita esse. Nam innovando, seu confirmando privilegia antiqua, videntur ea à die datæ litterarum innovationis, seu confirmationis, pristinum robur, & vigorem assumere, & tunc tanquam posteriora, prioribus in contrarium facientibus derogare præsumuntur, ut per gloss. fin. *in c. 1. ubi Docto. de respon. rescript.* & Jas. *in l. pacta novissima num. 3. C. de pact.*

164 Totus † tamen litteraruam renovationis, seu confirmationis est tenor inspiciendus, regulariter enim confirmationes privilegiorum conceduntur sub expressa limitatione, dummodo sacr. conc. Trid. decretis non repugnent, sint in usu, & sub aliqua revocatione non comprehendantur, ut alibi diximus. Quo casu, quæ minimè sunt in usu, decretis, concil. Trid. repugnant, & quæ fuerunt revocatæ vigore clausularum generalium, non innovantur, nec confirmantur.

165 † Sed tantummodò cœteræ usu receptæ, aliàs non revocatæ, & quæ sacr. conc. Trident. decretis non repugnent, confirmantur. Quia limitata derogatio, limitatum producit effectuum *l. in agnis ff. de acquir. rer. dom. l age*, C. *de transact.* Cephal *cons. 117. nu 4. par. 1.*

166 Insuper † eadem constitutione expressè prohibetur, ne ijdem confessarii prædictos confratres, cujuscunque status, gradus, conditionis, & præeminentiæ sint, etiam si speciali nota digni fuerint, à casibus contentis in litteris, quæ in die Cœnæ Dom. legi consueverunt, nec non violationis, immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, & clausuræ monasteriorum monialium, si videlicet, sine necessaria, & urgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia abutentes prædicta mo-

167 nasteria ingressi fuerint, nec non † violentas

entas manus in clericum singularis certaminis, sive duelli, ac aliis etiam casibus Sedi Apostolicæ Vicario Urbis, & locorum Ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine latæ absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occasione delicti contractis cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum ullo modo possint, *ut in eadem constit.* §.

168 *decernimus insuper.* Quæ constitutio,† cum in dictis casibus sit prohibitiva, fortior est permissiva. Abb. *in c. nam concupiscentiam, n.* 1. ibi Dec. *n.* 5. *de const.* Bar. *in l. tutor, ff. de susp. tut.* & Navar. *in cons.* 40. *nu.* 9. *de pœnit. & remiss lib.* 5. *vol* 2.

169 Innoc.† Papa III. in concilio generali statuit, ut catholici, qui crucis assumpto caractere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint illa gauderent indulgentia illoque sancto privilegio essent muniti, quod accedentibus in Terræ sanctæ subsidium conceditur, *ut cap. excommunicamus, il primo,* §. *catholici,* & ibi gloss. *in ver. accinxerint, de hæret.* quæ Indulgentia est plenaria Abb. *in cap. ad liberandum. num* 3. *de Iudæi, & Sarrac. & dict. cap. excommunicamus, num.* 4. *de hæret.*

170 Ad hoc bellum† strenuè sese accinxit Federicus II. Imperator ejusdem Innoc. Pontificis auctoritate fretus, qui, laturus opem Christianis in subsidium Terræ sanctæ contra Sarracenos in Asia dimicantibus crucis vexillum sustulit Platina in vita ejusdem Innocentij, §. *Otho vero* Illum quam plurimi Principes nobiles, & ignobiles, crucis assumpto signo, ad hæreticorum, & infidelium exterminationem fuerunt secuti.

171 Oborta etiam eo dem tempore† maxima hæresi apud Tolosam; de qua per Sigonium *de Regno Ital lib.* 14. *annal.* 1180. Beatus Dominicus ejusdem Pontificis auctoritate illam, in qua non tantùm verborum discrepationibus, verùm etiam armis opus fuit, mira celeritate compescuit, ut per eundem Platinam *in vita ejusdem. Innoc.* §. *ob orta.* Ideo, cùm ad expellendos hæreticos armis opus fuerit, ut fideles ad illorum perditionem magis inflammarentur eos, qui crucis assumpto caractere, ad eorundem excidium se se accingerent, vel se accingere parati essent, pari privilegio, ac si ad Terræ sanctæ subsidium accessissent, munire voluit, gloss. *in dict.* §. *Catholici in ver. receptores.*

172 Quia,† & ipsi fere pari periculo mortis se exponebant perinde, ac illi, qui in subsidium Terræ sanctæ sese contulerint, ob id cum militet eadem ratio idem erat statuendum, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* & Crau. *cons.* 183. *num.* 3.

173 Hic† ex dicto capitulo: excommunicamus il primo, ea oriri potest quæstio, quinam modo dicantur se accingere ad hæreticorum exterminationem, ita quod dicto privilegio; & indulgentia gaudere possint, Nam arbitrantur nonnulli omnes, qui in sodalitates sub titulo Sanctæ Crucis se recipiunt, eodem privilegio, & indulgentia gaudere posse, tamen dispositio conc. generalis, *de quo in eodem cap. excommunicamus,* ubi excommunicantur, & anathematizantur omnes hæretici, quibuscunque nominibus censeantur, ab omnibus dominiis, & locis expelli mandantur, & ibi Abb. *in princip.* non habet tam latam interpretationem. Nam, qui in dictis sodalitatibus confratrum inscribuntur

ut plurimùm sunt personæ inhabiles ad arma, & ad præstandum, quæ ad dictarum indulgentiarum consecutionem requiruntur.

174 Ideo,† quemadmodum non adimplenta integre conditione, sub qua indulgentia conceditur, quis illam consequi non potest, ut per Navar. *in comment. de Indulg. not. 19. numer. 2. 3. & 4. tom.* 2. & Graff. *in decis. cap. 15 num. 22 par. 1. lib. 4.* ita inhabiles ad sustinendum laborem, quem concilium generale requirit, sunt incapaces ad dictam indulgentiam consequendam.

175 Quia † indulgentiarum concessio non est extendenda. Navar, *in d. comment. de Indulg. not. 9 nu. 9.* & Card. Bellarm. *eod. tit. c. 7. propos. 5. lib. 8. tom. 3.*

176 Quod verò, inquit Abbas,† esse consuetudine inductum per inquisitores hæreticæ pravitatis, quòd assumètes hanc crucem, etiam tempore pacis, dicto privilegio gaudere possint, *ut in eodem capitulo excommunicamus, num. 4.* illius opinio est civiliter intelligenda, ut scilicet, procedat favore personarum, quæ utroque tempore pacis, & belli ad ea, quæ dicta constitutio requirit, quandocunque, & ubi opus fuerit, contra eosdem hæreticos, videlicet, ad se armis accingendum, & dimicandum sint habiles, & parati, quia ad privilegium consequendum requiritur illa habilitas; quam privilegium unoquoque
177 privilegiando postulat, & habilitas certarum personarum ex certa limitata causa non extenditur ad alias personas, in quibus non concurrunt illa super quibus fundatur habilitatio, arg. text. *in c. generaliter, ver. eo stantum 16. q. 1. c. sanè, de privileg.* & Alex. *in cons. 75. visis, ac pẽderatis, n. 36. l. 4.*

178 Infertur propterea,† dictas sodalitates sub invocatione sanctæ crucis erectas non majore (quo ad casuum reservatorum absolutionem) quo aliæ disciplinatorum confraternitates privilegio esse munitas, quidquid aliter modernis temporibus fuerit scriptum; quia illæ facultates absolvendi à casibus reservatis fuerunt sublatæ per concil. Trident. quo prohibetur absolutio à casibus Papæ reservatis, *ut cap. 7. de cas. reserv. sess. 14.* & prædicti casus de quibus supra *vers. insuper eadem constitut.* sunt semper in Bull. Cœn. Domini reservati, *ut in constitutio. Gregorij Papæ XIII. de qua in Bulla Romana, cap. 92. §. declarantes cum sequentibus, & alijs aliorum Pontificum, & novissime summi Pontificis Pauli Papæ Quinti, & pluries super eodem cap. 7. de cas. reserv.* fuit à sacra congregat. concil. de-
179 claratum,† plureſque aliæ declarationes extant, quibus cavetur, ne Regulares, vel alij, vigore quorumcunque privilegiorum à casibus non solum Sedi Apostolicæ, sed nec locorum Ordinariis reservatis, absolvere possint. Præter quas, duæ emanarunt Clem. Papæ VIII. qui suo decreto per totam Italiam publicato, sub die 13. Novembris 1600 & alio declaratorio sub die 26. Novembris 1602. pœnis in contrafacientes inflictis, *ut eisdem decretis de quibus scripsi, in tom. 1. capit. 38. num. 169. 170. 171.*

180 Idem statuit, & declaravit,† clausula sublata, &c. quæ removet facultatem aliter judicandi, vel interpretandi, & decreto irritanti desuper edicto, quod omnia in contrarium gesta annulari ipso jure, *ut capsi eo tempore, de elect. in 6. cum alius alibi allegatis.*

181 Illud etiam advertendum,† quòd illæ facul-

facultates sibi eligendi confessarium, qui à quibuscunque casibus quantumvis enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, eos possint absolvere qui cordulam, corrigiam, seu habitum cujuscunque religionis susceperunt, aut suscipient in futurum, vel in quibuscunque confraternitatibus, seu sodalitatibus, quo vis modo privilegiatis, se receperunt, seu se describi fecerunt: comprehenduntur, etiam sub eadem revocatione, sub qua sunt reformatæ, adeo, ut eorundem privilegiorum vigore confessarii à casibus quibuscunque Sedi Apostolicæ Vicario Urbis, & locorum Ordinariis reservatis absolvendi facultatem habent, *ut in eod. §. decernimus insuper*, ibi aliis etiam casibus Sedi Apostolicæ reservatis. Per quam constitutionem derogatur etiam indultis, privilegiis, & facultatibus quibuscunque concessis, de quibus scripsi *in d. cap. 38, n. 175. ver. declarando eod. tom. 1.*

2 Demum † confraternitates, ubivis lo-
178 corum quavis auctoritate erectæ, & institutæ, & quibus communicationes factæ sunt, ac cujuscunque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & congregationibus ubilibet existentibus hactenus aggregatæ aggregationum litteras, juxta formam novissime approbatam intra terminum in constitutione expressum, impetrare tenentur, alioquin dicto termino elapso nullius sunt roboris, & momenti ac eo ipso revocatæ & abolitæ censentur, ut ibidem *eadem constit. §. demum statuimus.*

179 † Et illa dictio eo ipso, est latæ sententiæ, quæ inducit abolitionem absque sententia, aut ulteriori declaratione, *c. felicis, §. si qua verò, de pœn. in 6. & l. fin. §. lib. verè, postquam, C. de iur. de liber.*

184 Si autem † ministri aliqui superiores, vel officiales, quocunque nomine nuncupati, Ordinum, religionum, Institutorum, seu archiconfraternitatum, congregationum & confraternitatum hujusmodi quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungentes, præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, erectiones institutiones & communicationes, privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum & indultorum, aliorumque concessiones, & aggregationes per ipsos faciendæ, seu renovandæ, nullius redduntur roboris, vel momenti, & quilibet eorundem ministrorum superiorum, officialium, privationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnam, quæ ab alio, quàm Romano Pontifice, pro tempore existente, remitti non potest, eo ipso incurrunt, *ut in eadem constitut. §. quod si ministri.*

185 † Et remissio pœnæ Papæ reservata ab inferiori relaxari minimè potest. Navarr. *de censu. Eccles. c. 27. n. 72. ver. cæterum prædictis*, & Sayr. *in Thes. cas. consc. lib. 3. c. 25, num. 3. & 4.*

186 Postremò † dicta constitutio est perpetua, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, perpetuò, & inviolabiliter observanda, & ita, non aliter per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos: sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debet, *ut in eadem constitut, §. decernentes*, quæ verba

removent judicibus omnem disputationem, & facultatem dicta verba Papæ, aliter quam sonent interpretandi, vel declarandi. Paris. *cons.* 38. *n.* 4. *cons.* 41. *n.* 22. *lib.* 4. & Cassad. *super reg. decis.* 12. *n.* 5. Pariterque irritum, & inane decernitur quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

187 † Quod decretum omnia in contrarium gesta, ipso jure annullat, *ut cap. si eo tempore, de elect. in 6. c. quodam, ubi* etiam gloss. *de præben. eod. lib.* Cassad *de decret. in reseru. decis.* 3. *n.* 1. & Gomes. *de trin: possess. quæst.* 49. *n.* 3.

188 Quæ omnia prædicta † suum sortiri debent effectum, non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quorumcunque Ordinum, religionum, & Institutorum, seu archiconfraternitatum, congregationum, & confraternitatum secularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam mare magno, & Bulla aurea nuncupatis, regularibus, Ordinibus, religionibus, Institutis, seu archiconfraternitatibus, congregationibus, & confraternitatibus secularium, eorumque Superioribus, & aliis quibuscunque personis, cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, sub quibuscunq; verborum formis, & tenoribus, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum etiam pluries concessis, & approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam ipsa illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur, & insererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habens, illis aliàs in suo robore permanentibus ea vice duntaxat, specialiter, & expressè derogavit, cæterisque contrariis quibuscunque, *ut in eisdem litteris*, §. *non obstant*, & *dicta verba.*

189 Illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis habentes in derogatione apposita operantur, ut totus tenor constitutionum, decretorum, privilegiorum, ac contrariorum omnium derogatorum habeantur pro expresso, ac, si specifice in eiusdem Clement. VIII. constitutione totus tenor fuisset insertus. Felyn. *in c. nonnulli. n.* 6, *de rescript.* Butr. communiter receptus, *in cons.* 2. *colum.* 2. *ver. hu tamen non obstan.* Cassand. *decis.* 10. *num.* 1. *super reg. Cancell.* & Gabr. *commun. concluf. de clauf. concluf.* 5: *numer.* 1. & 14. *lib.* 6.

190 Primò enim † derogatur constitutionibus, & decretis in contrarium facientibus. Quia per constitutionem Innocentii IIII. *malitia hujus temporis, & cap. in Bull. Rom. cap.* 11. §. *ultra quos, pag.* 13. & Clement. VII. *il. litteris: cùm, sicut in forma Brevis expeditis, in eodem Bull. cap.* 33. §. *& cum clericis, pag.* 337. de quibus supra, fuerat concessa facultas, cum

cum clericis dispensandi ab irregularitate ideo per dictam constitutionem Clementis VIII. dictis constitutionibus, & aliis privilegiis, & facultatibus quibuscunque dispensandi ab irregularitatibus auctoritate Apostolica concessis, fuit modo derogatum.

191 Vltima enim † derogant prioribus, *c. 1.* & ibi gloss. *in ver, revocare, de constitut. in 6. l. sed. & si post errores, ff. de leg.* Ias. *in dict. l. pacta novissima, num. 3. C. de pact.* Por. *cons. 37. num. 12.* sed: & ante hanc constitutionem jam per concil. Tridentin. fuerat etiam dicta facultas sublata, & Episcopis in irregularitatibus, & ex delicto occulto provenientibus concessa, *ut cap. 6. de reform. sess. 24.*

192 Secundò † derogatur etiam constitut. specialiter constitutioni matis magni, & Bullæ aureæ nuncupatis, & quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & litteris Apostolicis, sub quorum verborum conceptione comprehenduntur omnia statuta, privilegia, & indulta quorumcunque Ordinum, & religionum, archiconfraternitatum, congregationum, & confraternitatum secularium, quæ in concernentibus dictam facultatem dispensandi ab irregularitate, & absolvendi à casibus sedi Apostolicæ, & Ordinariis locorum reservatis sunt verbis expressis revo-
193 cata, † ut in claris non sit opus conjecturis, Cephal. *cons. 28 nu. 55. par. 1.* etjam quibusvis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentibus, concessis, adeo, ut nec ratione ordinum, nec dignitatis aut præeminentiæ eorũ, quibus privilegia fuere concessa, quin sub eadé revocatione comprehendant. possint sustineri.

194 † Quia illæ dictiones quibusvis, & cujuscunque, sunt generales, quæ omnes personas, omnesq; Ordines, & religiones, ac pia loca comprehendunt, gloss. *in Clem. 2. ver. quomodolibet, de sent. excommunic.* Ruin. *cons. 98 numer. 11. lib. 2.* Cephal. *cons. 121. num. 1. par. 1.* Paris. *cons, 52. n. 10. volum. 1.* & Hippol. de Marsil. *in cons. 80. num. 38.*

195 Ut autem † totus tenor eiusdem constitutionis ad litteram perspici possit, eam infra curavi imprimendam tenoris infrascripti.

CLEMENS
PAPA VIII.
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

VAECVMQVE à Sede Apostolica ad promovendam Christifidelium salutem aliquando concessa sunt, etsi ea maturo consilio, magnaque prudentia, & cautione sancita, & decreta sunt; tamen, cùm Romanus Pontifex de animarum salute solicitus pregressu temporis animadvertit sensim aliquos abusus in eisdem statutis, & decretis observandis provenire; debet pro sui Pastoralis officij munere illis opportuna ratione occurrere, & quantùm cum Domino potest, adhibito salutari remedio, providere. Cùm itaque à pluribus Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & forsan etiam

etiam à nobis, nonnullis Regularibus, Ordinibus, Religionibus, & Institutis, ac etiam Christifidelium secularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum nationum, nominum, & institutorum, tam in Alma Vrbe nostra, quàm in alijs civitatibus, & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi, & instituendi in eorum, & alijs Ecclesijs, & Collegijs, necnon etiam sibi aggregandi Confraternitates, & Congregationes in eadem Vrbe, & in alijs existentes, eisque Privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa respectivè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus faciendis servari debeat; propterea, sive negligentia Superiorum, Ordinum, Religionum, & Institutorum, vel officialium Archiconfraternitatum, & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum prædictarum sunt, non servant formam in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus, & communicationibus servari debitam, neque præscribunt modum, quo privilegia Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant; seu ipsarum Confraternitatum, & Congregationum incuria, quæ non inquirunt ea, quæ præstare oportet, ut illa consequantur, nonnullæ prævæ consuetudines irrepserunt, multaque incommoda inde provenerunt, quibus Nos pro commisso Nobis Apostolicæ solicitudinis officio, paternaque erga omnes Christifideles charitate prospicere volentes, hac nostra Constitutione perpetuò valitura decernimus, atque statuimus, ut in posterum tam hujus Almæ Vrbis nostræ, quàm aliarum Civitatum, & locorum totius Christiani Orbis Regularium, Ordinum, Religionum, & Institutorum, quibus in eorum, & quibuscunque alijs Ecclesijs, & Collegijs Confraternitates secularium erigendi, & instituendi facultas concessa est, necnon etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum cujusvis Nationis, nominis, & Instituti illæsint, & in quibuscunque Ecclesijs, Domibus, & Oratorijs, tam secularium, quam, ut præfertur, quorumcunque, etiam mendicantium Ordinum, Religionum, & Institutorum Regularium, quavis tam Ordinaria, quàm Apostolica auctoritate erectæ, ac institutæ existant, seu alias quovis modo introductæ, reperiantur, quibus alias Confraternitates, & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisque privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, vel Nobis, & Apostolica Sede attributa fuit, Magistri, Priores, Præpositi, Rectores, Gubernatores, Præceptores, Primicerij, Prælati, Custodes, Guardiani, Præfecti, Administratores, & alij Officiales, seu Superiores quovis modo nuncupati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum, & Institutorum unam tantum Confraternitatem, & Congregationem de consensu tamen Ordinarij loci, & cum litteris ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & instituendæ pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur, in eorum & quibuscunque alijs ecclesijs, & collegijs erigere, & instituere, cæterarum verò Archiconfraternitatum, & Congregationum

num in singulis Civitatibus, Oppidis, vel locis, unam etiam Confraternitatem, & Congregationem, duntaxat, quæ Apostolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejusdem, vel alterius Nationis, nominis, & Instituti aggregata sit, prævio similiter loci Ordinarij consensu, & cum ejus litterarum testimonialibus, quibus ejusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutum, pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere consuevit, apud eos commendentur sibi adjungere, & aggregare possint.

Huic verò Confraternitati, & Congregationi erigendæ, instituendæ, seu aggregandæ ea tantùm Privilegia Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta, quæ ipsi Ordini, Religioni, Instituto erigenti, instituenti, ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregationi aggreganti nominatim, & in specie, non autem, quæ per extensionem, vel communicationem, sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed expresse, & in specie communicare valeant.

Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & Institutorum erigentium, & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo diœcesano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis, ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subjecta remaneant.

Insuper volumus, & ordinamus, ut prædicti Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, necnon Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi, & communicandi formulam à nobis novissimè approbatam diligenter observent, secundùm quàm Privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus aggregantibus nominatim, & expresse non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsis Confraternitatibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communicationes fiunt, communicare possint, quibus Confraternitates, & Congregationes ejusdem dumtaxat nationis, & nominis, Ordinis, Religionis, & Instituti, Archiconfraternitatis, & Congregationis, cui aggregantur, tam hactenus aggregatæ, quàm in posterum aggregandæ utantur, potiantur, & gaudeant, ita ut dictarum Confraternitatum, & Congregationum erectarum, institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes factæ sunt, Ministri, & Officiales, & alij supradicti privilegia, Indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta hujusmodi, prævia tamen recognitione Ordinarij loci qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ Capitulo, illa juxta sacri Concilij Tridentini decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant: quibus etiam Ministru, Officialibus, & alijs prædictis eleemosynas, & alia oblata Christianæ charitatis subsidia, juxta mo-

dum & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis, peluibus, & capsis quæ in Ecclesijs, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hæc ipsum Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, tam Almæ Vrbis nostræ, quàm aliarum Civitatum, & locorum quorumcunque, juxta modum à Vicario Vrbis, & ab Ordinariis locorum respectivè præscribendum, observare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, etiam Ordinum, Religionum, Institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum, & Congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios usus arbitrio ejusdem Vicarij nostri in Vrbe, necnon Ordinariorum locorum respectivè fideliter exponere, atque erogare procurent, ut omnes intelligant, cœlestes Ecclesiæ Thesauros, non quæstus, aut alicujus lucri causa sed pietatis, & charitatis excitandæ gratia ex Apostolicæ Sedis benignitate Christi fidelibus aperiri.

Præterea volumus, ut Confessarij, qui vigore privilegiorum ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus & Congregationibus aggregantibus concessorum, ac Confraternitatibus, & Congregationibus aggregandis communicandorum, pro tempore eligi possunt, & poterunt, seculares, scilicet in Alma Vrbe à prædicto nostro Vicario, extra Vrbem verò à locorum Ordinarijs. Regulares autem non solùm à prædicto Vicario nostro, & à locorum Ordinarijs respectivè, sed etiam à suis Superioribus approbati sint, utque Confratres confitentes à criminibus, casibus, & censuris, juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & Sacri Concilij Tridentini decretis, ac Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostris Constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam, & tenorem duntaxat absolvere valeant.

Decernimus insuper, ut ijdem Confessarij prædictos Confratres cujuscumque gradus, status, conditionis, & præeminentiæ, etiamsi speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in litteris, quæ die Cœnæ Domini legi consueverunt, necnon violationis, immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ, & clausuræ Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria, & urgenti causa, ac sine superiorum licentia, vel etiam si causa, & licentia concessa abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violentæ manus injectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac aliis, etiam casibus, tam à Nobis, quam à prædicto nostro in Vrbe Vicario, & locorum Ordinarijs respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quàm occasione delicti contracti, cum aliquo dispensare prætextu dictorum privilegiorum nullo modo possint.

Demum statuimus, & pariter ordinamus, ut Confraternitates, & Congregationes ubivis locorum, quavis auctoritate, ut præfertur, erectæ, & institutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuicumque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archi-

confra-

chiconfraternitatibus, & Congregationibus ubilibet existentibus hactenus aggregatæ ab eisdem respectivè Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus novas erectionum, Institutionum, Communicationum, & Aggregationum litteras, juxta formam à Nobis novissimè approbatam, infra annum, si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium à die publicationis præsentium in Romana Curia faciendæ computandos impetrare teneantur: alioquin, dicto tempore elapso, Erectiones, Institutiones, & quæcumque Communicationes privilegiorum, facultatum, Indulgentiarum, aliarumque spiritualium gratiarum, & indultorum, Aggregationes illarum vigore ipsis concessa nullius sint roboris & momenti, ac revocatæ & abolitæ censeantur eo ipso Erectionum autem Institutionum, Communicationum, & Aggregationum tam hactenus factarum, quàm deinceps faciendarum, litteræ ab ipsis Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, & Congregationibus gratis omninò, ac nulla prorsus mercede, etiam à sponte dantibus, accepta, expediri, & concedi debeant.

Quod si Ministri aliqui Superiores, vel Officiales, quocumque nomine nuncupati Ordinum, Religionum, Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujusmodi, quavis auctoritate, vel privilegio, & officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumpserint, Erectiones, Institutiones, & Communicationes privilegiorum, Indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum, & Indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, necnon aggregationes per ipsos faciendæ, seu renovandæ nullius sint roboris, & momenti, & cuilibet eorundem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum privationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, pœnam, quæ ab ullo, quàm à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, remitti non possit, incurrat eo ipso.

Decernentes præsentes litteras perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, sicque nostræ mentis, & intentionis existere, & ita, & non aliter per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, quicquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumcumque Ordinum, Religionum, & Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum & Confraternitatum secularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis, statutis, & consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, ac Bulla aurea nuncupatis, Regularibus, Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, Congregationibus, & Confraternitatibus secularium, eorumque Superioribus, & alijs quibusvis personis cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existentibus, sub quibuscun-

buscunque verborum formis, & tenoribus, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & Consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum, etiam pluries concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si ad verbum exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Vt autem præsentes litteræ ad omnium quos concernunt, notitiam faciliùs deveniant, volumus illas ad Valvas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ more solito publicari, & affigi, atque iis inde amotis, earundem exempla, etiam impressa, ibi affixa relinqui, factaque publicatione hujusmodi, omnes Regulares ordines, Religiones, Instituta, & Archiconfraternitates, Congregationes, & Confraternitates secularium, quæ in Vrbe quidem post mensem, quæ verò in Europa, post decem menses, quæ demum extra Europam fuerint, post octodecim menses à die publicationis hujusmodi computandos, perinde afficere, & arctare, ac si earum cuilibet nominatim insinuatæ fuissent. Et nihilominus, ut ipsæ præsentes Litteræ notiores fiant, magisque omnibus innotescant. Vniversis, & singulis Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per easdem præsentes committimus & mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios, hasce nostras Litteras postquam earum exemplum receperint, seu earum notitiam habuerint, semel, aut pluries, prout eis magis expedire visum fuerit, in suis Cathedralibus, & majoribus respectivè Ecclesiis Civitatum, Oppidorum, & locorum quorumcumque eorum Diœcesibus, dum in eis major populi multitudo ad divina cõvenerit, solẽniter publicẽt, & publicari auctoritate nostra mãdẽt, ac faciãt.

Cæterum, quia difficile foret easdem præsentes ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus & simili auctoritate decernimus, ut earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ ipsismet Litteris haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die septima Decembris M. DCIIII. Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

M. Vestrius Barbianus.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi, millesimo sextentesimoquarto, Indictione secunda, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini Clementis Divina providentia Papæ Octavi, Anno Decimotertio: die verò vigesimaquarta mensis Decembris, retroscriptæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ, ut moris est, per Nos Io. Baptistam Menochium, & Dominicum de Rubeis, Apostolicos Cursores.

Pro Magistro Cursorum Gaspar Bonispedibus.

DE

DE LOCVSTIS, ET BRVCHIS.

Cap. III.

SVMMARIVM.

1 Locustæ, & cætera id genus animalia, an possint excommunicari.
2 Pœna non est, nisi secundum legem, infligenda.
Excommunicatio solam ladit animam, ibidem.
3 Excommunicatio in irrationabilia non infligitur.
4 Locustæ, & cætera id genus animalia peccare non possunt.
Excommunicatio infertur ob peccatum mortale ibidem,
Excommunicatio non fertur in rationis expertem, ibidem.
5 Maledicere irritationibilibus est res vana.
6 Calamitates unde nobis eveniant.
7 Fiscus rapit, quæ non accipit Christus.
8 Idem quod supra num. 6.
Locustæ copiosæ, Deo permittente, terræ fruges absumunt, ibidem.
9 Idem.
In excommunicationem non pauci incidunt, & quomodo, ibidem in fine.
10 Locustæ Ægyptum universam devastarunt.
Ægyptus, ob Pharaonis peccata, variis afflicta fuit angustiis, ibidem.
11 Idem quod num. 6.
12 Idem.
Idem, quod supra num. 1, ibidem.
Milites commissarij, & alij rapiunt, quod non accipit Christus, ibidem.
13 Locusta, & cætera id genus animalia non possunt excommunicari.
14 Muscæ in Hispania in fugam verterunt exercitum.
Idem, quod num 6. ibidem.
15 Excommunicatio, ut justa sit, quæ concurrere debeant.
16 Excommunicatio, quando sit ipso jure nulla.
Idem, quod supra num. 4. ibidem.
Jurisdictionis defectus insanabilis, ibidem.
17 Paria sunt, quem non esse citatum, vel non esse legitimè citatum.
Citatio est de jure naturæ, ibidem.
Agens, non agit, nisi in patiente bene disposito, ibidem.
18 Excommunicatio, an in ignorantem ferri possit.
19 Maledictio quotuplex sit:
Insans, furiosus, & his similes l. Cornelia non tenentur, ibidem.
20 Locustæ, & cætera id genus animalia, agunt naturæ instincta, & copiosæ terræ fruges Deo permittente, absumunt.
21 Ficulneæ, & alia à Domino maledicta.
22 Ficulnea habet sensum allegoricum.
23 Deus mirabilis in Sanctis suis, & illi universa parent.

24 Iacobus Nisibenus fonti, & puellis maledixit.
25 Arguere non licet à peccatoribus ad Deum, vel ad ejus Sanctos.
26 Corui à Sancto Cuthberto fugati.
27 Idem, quod num. 6.
28 Anguillæ à S. Guilielmo Episcopo è lacu Lemano depulsæ.
29 Calamitates, quomodo superandæ, & abigendæ.
30 Idem.
Locustæ, quo remedio expellendæ, ibidem.
31 Diabolo non maledicendum.
32 Bononiæ laus.
Bononia in calamitatibus ad Virginem confugit, & quomodo, ibidem.
Bononiensium solemnis supplicatio, ibidem.
Iustiniani Cardinalis laus ibidem.
33 Vestium Sancti Ioannis Apostoli mirifice operationes.
34 Idem quod num. 29.
Angelus Romæ super Adriani molem conspectus, ibidem.
Imago Deiparæ Virginis miranda operatur, ibidem.
35 Cœlestis iræ vindictæ supplicationum remedio mitigatur.
36 In dubio is sensus sumi debet, qui actum validat.
37 Divina vindicta plerumque sævit in terræ fruges.
38 A Beato Aphrate, & à S. Theodoro locustæ fuerunt fugatæ & quomodo.
39 Idem.
Pluviæ cœlitus impetratæ, ibidem in fine.
40 Vespæ Phaselitas fugarunt.
Ab uno Friando expulsæ, ibidem.
41 Pius stylus expellendi locustas, & cætera id genus animalia.
42 Idem, quod supra, num. 30.
43 Idem.
44 Excommunicatio non fertur, nisi in subsidium.
45 Excommunicatio levibus causis non est incutienda.
46 Declarat num. 13.
47 Maledicere irrationabilibus est res superstitiosa.
48 Striges quandoque dæmonis opera de loco ad locum realiter transferuntur.
49 Striges quandoque realiter non deferuntur.
55 Striges an fantastice, & non verè in animalia convertantur.
51 Dæmon in energumenos, & cultores suos quid possit.
Dæmon potestatem habet super fantasiam hominis ibidem.
52 Satan non tantum animas, sed etiam corpora.
Christianorum indefessus oppugnat.
53 Malefici pythonici, & his similes evitandi.
54 Magni damni causam suis dedere cultoribus.
55 Idem quod num. 29.
Conjurationes contra locustas, & cætera id genus animalia, quomodo fieri debeant, ibidem.
Idem, quod num. 30. ibidem.
Orationis effectus, qui ibidem.
56 Miracula à quibusdam sanctis viris edita.
57 Idem.
58 Idem.

PLURIES quæsitum fuit, nunquid contra locustas, brucos, & alia animalia irrationalia ad excommunicationis, & anathematizationis sententiam pro

pro damnis illatis, aut, ne in futurum inferantur, procedi possit: Et, quia supra alibi pluribus egi de excommunicatione, quæ contra peccatores infligitur, in hac quæstione pluribus fundamentis, & argumentis pro utraque parte factis, partem affirmativam pro damnis, quæ hujusmodi animalia inferre possent evitandis, tenuit Cassanæus *in ampliss. ejus consilio primo super hac quæstione facto in quinque partes diviso præcipuè in 5. parte à num. 80. usque in fin.* Ego autem ad præcedentia continuando, ejus opinionem minimè veram esse existimo rationibus infrascriptis.

2 Primò enim † pœna nunquam infligi debet, nisi per legem imposita reperiatur, gloss 2. *in cap. 1. de jur. patr.* gloss. *in sum. in fin. 15. quæst. 8.* Felyn. *in cap. & si clerici, numer. 13. in fin. de judic.* & in terminis Cassan. post plures per ipsum allegatos *in dict. cons. 1. par. 5. num. 45.* Pœna autem excommunicationis solam animam, non corpus afficit. *cap. si habes, 24. quæst. 3. & cap, si quis presbyterorum, de reb. Eccles. non alien.* nisi per quandam consequentiam. Quapropter est medicinalis, *ut cap. multi, §. nos verò* & ibi Archid. *num. 8. 2. quæst. 1. cap. 1. de sentent. excommun. in 6.* gloss. *fin in cap. notandum, 24. quæst. 3.* Abb. *in cap. non dubium, num. 8. de sent. excommu.* Gemin. *num. 5. eodem tit. & Lazari can. quæst. spect. 1. quæst. 3. num. 1.*

3 Ideò in hominem, † non autem in irrationalia, infligitur, *cap. omnis Christianos, 11. quæst. 3. cap. 1. & 9: de offic. deleg. dict. cap. 1. de sent. excommun. in 6.* & conc. Trident. *in cap. 3. de refor. sess. 25.* & quòd excommunicatio in rem inanimatam fern non possit, Felynus *in cap. eam te, numer. 14. ver. secunda declaratio, de rescript.* & Abb. *in eod. cap. 1. & 9. numer. 4.*

4 Secundò, † pœna excommunicationis non infligitur, nisi pro peccato mortali, *cap. nemo Episcoporum,* & ibi Archid. *11. quæst. 3.* & Navar. *in cap. 27. num. 9, & 76.* sed irrationalia, ut sunt locustæ, vermes, brucus, ærugo, mures, cæteraque id genus terræ frugibus undequaque infesta inanimata peccare non possunt; cum usu rationis careant: quod simile videmus in infante, & furioso, qui ex eo, quòd delinquere non possint, cùm rationis sint expertes, nulla in eos promulgari potest excommunicationis sententia. Abb. *in cap. ab excommunicatio, numer. 7. de rescript.* Et, cùm nullibi caveatur, quòd similia animalia possint excommunicari, in illa contra legum dispositionem excommunicatio non est extendenda,

Imò † irrationabilibus maledicere in quantùm sunt creaturæ Dei, est peccatum blasphemiæ; maledicere autem eis, secundum se consideratis, est otiosum, & vanum, & per consequens illicitum, ita inquit Sanctus Thomas 2. 2, *quæst. 76. art. 2. in corpore propè finem,* D Gregor. *in 4. moral. lib, 4. cap. 3. paulò post princip.* Card. Tolet. *in instruct. sacerd, cap. 13. circ. fin, ver. uno modo, ubi,* inquit, considerando, ut creturæ sunt Dei, † Quod hoc casu illis maledicere est peccatum mortale; Non autem, nisi justo Dei judicio, & permissione, ad fructuum devastationem dicta animalia deveniunt. Nam cùm hujusmodi in mira multitudine, cujus non sit numerus, non segetes modò, & vineas, sed & arbores ipsas infestent, & destruant; his homines affliguntur suppliciis, his pœnis,

nis, divina sic flagitante justitia, in Deum delinquentes plectuntur; nec ab re tam manifestum punitionis genus à Deo unquam infligitur, utinquit D. Hieronymus *super Malach. relatus in cap. revertimini*, §. *verbum effusionis. 16. quæst.* 1. & ibi Io. de Turr. Crem. *num.* 23. & 24. & Majol. *de admir. nat. reb. colloq.* 1 §. *experti id sumus*, & §. *jam hoc pag.* 39. & 40.

7 Quæ, † licet ob innumera, eaque capitalia peccata, mortalibus soleant evenire, fit tamen sæpenumero, ut hujusmodi pœnas, ex non facta decimarum solutione luamus. Congruum est enim, ut in quibus delinquimus in illis feriamur *arg. l. sancimus. C. de pœn.* ut si illi decimam non dederis, tu ad decimam revoceris: dabis impio militi, quod dare negas sacerdoti. Majores enim nostri ideò copiis abundabant; quia decimas Deo dabant: modo autem, quia discessit devotio Dei, accessit inductio fisci, S. Augustinus *relatus in cap. tributa, 16. quæst.* 1. *cap. majores*, ubi etiam Archid. *num. 3. eod. quæst.* 7. & Card. Bellarm. *in* 2. *controv. gener. de cler. c.* 52. §. *nota tempore, tom.* 2. Nec enim debentur decimæ clericis, quia boni sunt, sed quia clerici sunt, prout tributa dantur Regibus, non quia probi, sed quia Reges, Idem Bellar. *eod. c.* 25. §. *alter error, ver tertio quia.*

8 De hac re † conqueritur propheta Ioël. & quasi memoranda, miraque dicturus ad attentiorem nos invitat auditum, dum ait. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: Si factum est illud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum: super hoc filiis vestris narrate, filii vestri filiis suis, & filii eorum generationi alteræ. Residuum cruce comedit locusta, residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo. Ioë Proph. *in cap.* 1. *in princip.* & & Archid. *in d. cap. revertimini in fin.* 16. *quæst.* 1. ibi Io. de Turr. Crem. *numer.* 23. idemque David cecinit. Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locustæ, *Psal.* 77.

Alicubi tamen † ad tantum propriæ salutis contemptum ventum est, ut decimas, quæ de jure divino ecclesiis debentur, à clericis earum ministris totis viribus conentur subtrahere diversis modis, etjam violenter, & de facto, ad libitum anfractus tentantes, ut à laicis prædia jusque pascendi in eisdem prædiis ecclesiasticis, & jurisdictio ecclesiastica usurpentur: Unde fit, quod Dei decreta super solutione decimarum, & immunitate ecclesiastica non observentur: ex quo fames & siccitates oriuntur; aliaque mala nos undique circumveniant 3. *Reg. cap.* 17. & 18. & Rebuff. *super concord. sub. rubr*, *de conclus. Later conc.* in gloss. *ver. primò quædam*, clericique pluries, ac pluribus in locis, datiis, gabellis, aliisq; oneribus directè vel indirectè, indebitè gravantur: Et à Christianis fratribus, (maximè dolendum) ecclesiastica, qua de jure divino gaudere debent immunitate privantur, bonisque, ac juribus ecclesiarum, quæ sunt patrimonium Iesu Christi, ut probavi *in c.* 9. *in fi to.* 1. sub diversis, & exquisitis modis spoliatur: ac leve peccatum ducunt nonnulli, Prælatos, ne sibi creditam jurisdictionem exercere possint, impedire. Nec desunt magistratus, qui ad talia connivere, & auctoritatem præbere videntur, quos paternè admonuit Card Baron Quapropter non pauci excommunicationis sententiam à sacris

CANO-

canonibus, sacroque concil. Trident. *ut in cap.* 11. *sess.* 22. *de reformat.* & Bull. Cœn. Domini inflictam, de qua pluribus in locis egimus, incurrunt.

10 Propter Pharaonis peccata † omnibus est notum, Ranas, Cyniphes, Cynomias, & omne genus muscarum totam Aegyptum afflixisse, & in ipsam Pharaonis regiam, & ejus servos penetrasse, ex quibus tota terra Aegypti corrupta fuit. *Exod. c.* 8. mortuaque fuere omnia Aegypti animantia; Israelis verò animalia fuerunt intacta, ac illæsa: Pluitque Dominus grandinem super terram Aegypti, & grando, & ignis mista pariter ferebantur, percussit grando, & omne lignum confregit: tantùm in terra Gessen, ubi morabantur filij Israel, grando non cecidit: *ibid. Exod. cap.* 9. cum autem adhuc induratum esset cor Pharaonis, ventus vrens levavit locustas, quæ ascenderunt super universam terram Aegypti, & sederunt incunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt, nec postea futuræ sunt: operueruntque universam superficiem terræ, vastantes omnia; Devorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit. quæ grando dimiserat, nihilque omninò virens relictum est in lignis, & in herbis terræ in cuncta Aegypto, *ut eodem Exod. cap.* 10. *& Psalm.* 77. *ver. & dedit erugini cum seqq.*

11 Legitur etiam † quòd si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata eius, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in civitate; maledictus in agro; maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum: maledictus eris ingrediens; maledictus eris egrediens: Mittet Dominus super te famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conterat te, & perdat velociter, propter adinventiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. *Deuter. cap.* 28. *& 32. Levit. c.* 26. *ver. quodsi non audieritis.* ferm. Thren, *cap.* 2. *& dicto cap. revertimini,* 16. *quæst. ubi* Ioan. de Turrecrem. *num,* 22.

12 Hodie verò, † quia hominum malitia valdè crevit, & crescit in dies super terram, præter super expressas maledictiones, fruges, quas non absumunt locustæ, bruchi, & alia Dei vindicis animalia, ac siccitatis immoderatæ pluviæ, & urentes venti non destruunt (quæ tamen etiam nunc plerumque experimur) adurit pruina, evertit grando, & contundit, ac repentina rubigo disperdit. Non hic commemoro quæ aduncæ latronum manus abipiat, quæ inopina incendii flamma devoret, inundatio aquarum absorbeat, & cœlestia fluminum tela comminuant. Ad hæc, si quæ supersunt, executores, & exactores, quos vulgus commissarios appellat, in expletæ voraginis homines, exhauriunt; populus autem, quem pacis optatæ tempore hostis gladius non devorat, interdum peste, aliisque morbis infestatur, & incommodis, quæ à Deo mittuntur, cùm omnia per ipsum facta sint, & sine ipso factum sit nihil. *Io. cap.* 1.

13 Primus omnium parens peccavit, innocens terra maledicitur: Eam enim Deus, nisi assiduo hominis labore excolatur, spinas, & tribulos germinare jussit, non ideò

novum; sed ab ipsis mundi primordijs hac via solebat Deus de peccatis nostris pœnas sumere, ac hominis contumaciam vindicare *Genes. cap. 3*, Quapropter, cùm locustæ, & bruchus, cœteraque ejus generis animalia, ob peccata hominum, excommunicationes, mandataque Dei contemnentium divinitus mittantur, soleatque Deus in creaturis irrationabilibus, ut in humanum usum, & propter hominem factis hominem percutere: sententiam excommunicationis, ac censuris in illas uti non debemus, sed orationibus, nec his remedijs sunt expellenda hujusmodi animalia. Si enim sunt, ut pijssimè, verèque credendum est, talia flagella à Deo, cur ad sinistram potiùs, quàm ad dexteram deflectas? Cur Deum relinquens, qui vulnerat & sanat, mortificat, & vivificat, *ut 1, Regum cap. 4*, ut te ab hisce liberes ærumnis ad alia confugias? Durum est sibi contra stimulum calcitrare, Act. Apost. *cap. 9*, & Cassan. *eod. cons. 1, numero 58*, Tunc tantummodò à tuis ereptum te videbis angustijs, quando indè medicinam devotè poposcris, unde justa in te noveris flagella devenisse.

14 Sunt enim muscæ † Dei miraculo peccantium vindices, Capta enim in Hispania Gerunda à Carolo Siciliæ, & Philippo Francorum Regibus, cùm milites vim inferrent sepulchro Sancti Narcisi, muscarum adeò ingens inde prodijsse traditur multitudo, & in exercitū irruisse, tam infesto impetu, ut in fugam illum verterit, & ab incœpto desistere coegerit, illata magna clade, ut post Baron, quem citat Majol. *de admir. natur. reb. colloqu. 5, §, Megarenses pagina mihi 224.*

15 Excommunicatio enim, † ut sit justa, quatuor concurrere debent, jurisdictio excommunicandi: causa vera, & rationabilis: monitio competens præcedens, & causa expressa in sententia, ut per Graf. *in decis. cap. 3, num. 5. par. 1, lib. 4*, & Abb. *in cap. ab excommunicato, num. 5, & sequent. de rescript.*

16 At hoc casu † deficit jurisdictio, & defectus jurisdictionis est insanabilis, gloss. *si in clem. unic. de seq. poss. & fruct. l. 2, in fin. de pœnit.* & Alciat. *cons. 77, num. 8, vol. 2*, Non enim habent Episcopi jurisdictionem excommunicandi animalia irrationalia, sed tantum rationalia, & pro peccato mortali, *ut cap. nemo Episcoporum, 11, quæst. 3, cum alijs supra num. 4, allegatis*, Vbicumque enim datur inhabilitas, seu incapacitas in agente, vel patiente, excommunicatio est ipso jure nulla, Abb. *in d. cap. ab excommunicato num. 5, vers. pro primo membro de rescrip.*

17 Deficit etiam citatio, seu monitio, & licet officio judicis detur illis procurator, & citetur, seu moneatur ad sententiæ nullitatem, paria sunt, quem non esse citatum, vel non esse legitimè citatum, *l. ea quæ*, & ibi Bar. *num. 1, & 2, C. quomodò & quandò jud*, Citatio autem est de jure gentium, seu naturali, *Clem. pastoralu § cæterum defectus de re jud.* Bald. *in l. fin. num. 3. C. de leg.* & Alex, *in cons 11, num. 1, lib. 7*, & fit, ut pars possit comparere, & postea deliberare, an cedere velit, vel contendere. Animal verò, quod ratione & anima careat, hæc facere minimè potest, & ideò illa ficta citatio nullius esse roboris, vel momenti. Quilibet enim actus necessariò explendus, valide debet expleri: & agens non agit, nisi in pa-

patiente benè dispositò, ut per Abb. *d. num. 5, vers. & in dubio.*

18 Procuratoris datio † citationes processus, & quidquid in processu fabricatur, à dictis animabilis ignoratur, & ignorans excommunicari, & anathematizari non potest, ut inquit tex. *in cap. ut animalibus, de constit. in 6.* & ibi glos. *in ver. sententijs*, & ideò non subsistunt in jure plura deducta, per Cassanæum, virum alioqui utriusque jurisdoctiss. super judicis competentia citationibus, & validitate processuum contra dicta animalia fabricandorum, de quibus *in eod. cons.* 1, *par.* 2. 3. & 4.

19 Eadem ratione, † nec propria auctoritate ordinaria, ut in se ipsis sunt, maledici possunt. Maledictio enim est duplex, scilicet, culpæ, & pœnæ, Archid. *in d. cap. Revertimini, num.* 1. 16. *quæst.* 1. Sed irrationabilia culpa carent, prout etiam carent infans, & furiosus, qui, si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur cùm alterum innocentia consilij tueatur, alterum verò status infelicitas excusset, *ut l. infans, ff. ad l. Cornel. de sicar. cap. illud relatum*, 15. *q.* 1. Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæst.* 60. *vers. sed, nunquid, & ver. item quæro, lib.* 5. quæ conclusio procedit, etiam in frenetico, insano, demente, seu mentecapto, Bal. *in c.* 1. *in fin. an ille, qui inter Fra. Dom. de feud.* Alex. *l. ex facto, nu.* 34 *ff. de vulg. & pupill. substit.* & post plures per ipsum allegatos, Farinac. *in sua praxi crimin. tom.* 1. *par.* 2. *quæst.* 94. *nu.* 2.

20 Adhæc † locustæ, bruchi, erucæ, & similia faciunt, quæ de jure naturæ sunt, illis concessa: omnibus enim animalibus natura datum est, sive rationalia sint sive irrationalia, ut undequaque sumere sibi possint, unde alantur, *Gen. cap.* 1. *in fin.* glos. *in cap. omnes leges* & ibi Archid. *num.* 7, *dist.* 1, *& cap. discipulos*, ubi etiam glos. *in ver. fame, de consecr. dist.* 5, quod etiam dictis animalibus, cum in copia majori solito id faciunt, propter peccata hominum est permissum à Deo, *ut dict. Psalm.* 77. *ver. & dedit erugini, &c. & Psal.* 104. *in vers. dixit, & venit locusta, bruchus, cujus non erat numerus cum seq. & d. cap. revertimini*, §, *verbum effusionis*, 16. *quæst.* 1, & non esse dubitandum, quin ira Dei sit hic locustarum importunus adventus, post Liu. *dec. 1, lib.* 9, Oros. Eutrop. & Sanctus Augustinus *de Civitate Dei, lib.* 3, *cap.* 31, quos citat, testatur Majol. *de admir. nat. reb. col.* 5. *pag. mihi* 144, §, *non est dubitandum cum seq.* cujus mali Sicilia, & Italia hoc seculo maximo cum detrimento participavit, ut pluribus adhuc in humanis agentibus est notum.

21 Nec illud obstat, † quod si non valet, quod ago, ut ago, valet in quantum valere potest, Roman. *in l, stipulatio* §, *si quis num.* 21, *ff. de verb. oblig.* & ideò, si non valet citatio, valet tamen excommunicatio, seu maledictio, quæ etiam sine citatione ferri potest, argum. desumpto à siculnea à Domino maledicta *Matth. c.* 21. *& Marc. c.* 11, quodque Dominus maledixerit terræ in opere suo *Genes. cap.* 3, *& cap. cùm Sancti* §, *item scriptura*, 24. *q.* 3, & serpenti *Genes. eod. cap* 3, & aliorum, de quibus pluribus agit Cassan. *in d. cons.* 1, *par.* 5, *num.* 120.

22 Nam respondetur, † maledictionem siculneæ, terræ, ac serpenti inflictam, aliaque per Cassanæum supra deducta,

sensum habere allegoricum, & supra in pœnam peccati facta fuisse, ut homo ex via, hoc est, per terræ sterilitatem puniretur, Sanctus Thomas 2, 2, q. 76, art. 1, *in respons. cap. & ut serpens* homini insidiaretur, & perpetua inter ipsos intercederet inimicitia, *Gen. d. cap. 3.*

23 Deo enim † cæli, terræ, & universorum, quæ in eis sunt, conditori, *Genes. cap. 1*, cuncta, sive rationalia sint, sive irrationalia, promptè serviunt, & obediunt, uti omnipotenti. Id simile plerumque præstiterunt sancti homines virtute Dei operantis, qui est mirabilis in sanctis suis, *Psalm. 67, in fin.* His montes, aquæ, dæmones, feræ, aliaque universi generis animalia paruisse leguntur. Ac de miris hujusmodi sanctorum operibus plenæ passim habentur historiæ, sed illud divinitus speciali prærogativa illis concessum fuisse constat, ut testatur Proph. *in d. Psalm. 67. ver. mirabilis Deus &c.* & in sacris litteris abundè probatur.

24 Iacobus Nisibenus Episcopus † descendens in Persidem, juxta fontem puellæ quædam objecta verecundia, detecto capite detractisque vestibus impudentibus oculis sanctum virum spectabant: quam rem vir Dei ægrè ferens, volensque divinam virtutem ad tempus pluribus manifestam facere, fonti maledixit, & confestim aquarum cursus exaruit, maledixit etiam puellis, & impudentiarum juventutem immatura canitie punivit: Nam cùm res verbum subsecuta esset: capillorum nigredo in candorem mutata est, ita ut puellæ novis arborum plantis similes evaderent, quas verno tempore appropinquante, autumnalibus foliis languere videmus in Philot. & Majol. *de admir. nat. reb. coll. 4, §, non semper, pag. mihi 166.*

25 Cæterum † non valet argumentum ab hominibus peccatoribus ad Deum, aut ad ejus sanctos. Quia est contra regulas dialecticorum argumentari à minori ad majus affirmativè, ut post Bald. *in l. conventiculæ*, C. *de Episc. & Cler.* quem citat tenet Navar. *in cons. 30. secundum ultimam impressionem Romanam, num. 1. de pœnit. & remiss. tom. 2.*

26 Sanctis † non solum locustæ, sed etiam quadrupedes, & aves cœli divina virtute paruere. Corui, quando molestissimi sua garrulitate sancto Cuthberto, & fratribus fuerant in insula Farnæ, jussi abire, omnes ab insula exularunt, sancti viri præcepto obsecuti, & quando ex eis unus ad ejus pedes convolans, velut erroris sui veniam petijt, illi parcens vir sanctus, ut in insula solus ipse degeret cum socia, permisit: at ille mox evolans, & sociam inventam reducit, & soli in insula ex omni coruorum multitudine permanserunt, fugatis alijs non modo coruis, verum etiam alijs avibus, quæ, aut quieti monachorum, aut frugibus damna inferrent, ut testatur Bed. *in vita ejusdem Sancti Cuthberti apud Surium, cap. 19. & 29. tom. 2.* & idem Majol. *eod. lib. colloq. 6. §. sanè, quæ pag. 294.* & Deus pavit Heliam per corvos, qui deferebant ei panem, & carnes vesperi, *ut 3. Reg. cap. 17.* ijdem Paulo primo eremitæ annonam in deserto ministrarunt, jubente Deo. Hieron. *tom. 1.* idem, & alijs innumeris Dei cultoribus contigit, quos longum esset recensere.

27 Thesauri, † Hierico anathematizati leguntur: sed propter peccatum civium

Ios.

Ios. cap. 6. Peccato Amalechitarum animalia eorum sunt jussa interfici. 1. *Reg. cap. 15.* Peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, primogenita, & jumenta eorum morte consumpta sunt. *Exod. cap. 9.* Et peccato Israelytarum Arca Domini Philistæis tradita fuit 1. *Reg. cap. 4. & eodem cap. Ecclesia*, ubi etiam Archidiac. *num. 4. 1. quæst. 4.*

28 Pluribus tamen exemplis † probare conatur, Cassanæus *in dicto cons. 1. par. 5. à nu. 126. usq; in fin.* virtute excommunicationis, anathematizationis, & maledictionis dictas locustas, mures, limacas, & hujusmodi animalia, à vineis, prædijsque fugari, adducens, præ cæteris, exemplum, anguillas scilicet à lacu Lemano Geneurensi hoc remedio recessisse: pro quibus adducit diversas formas processuum, & sententiarum de quibus loco proximè citato à diversis Vicarijs Episcopalibus pluribus in locis in Regno Galliæ fabricatis, quorum praxis non approbatur à Iul. Claro, qui de ea verba facit *in pract. crim. lib. 5. §. fin. quæst. 99 vers. non est etiam*, neque à Majol. qui hujusmodi Dei iram ab hominibus vitæ sanctitate facilè everti posse testatur *in eod. lib. colloq. 5. §. nemini illo*, & quod attinet ad anguillas, paruerunt mandatis, & præceptis factis à S. Guilielmo Episcopo Ausanensi, ut per Martin. del Rio. *disquis. magis. lib. 3. par. 2. quæst. 4. sect. 8. §. tertio, licet tom. 2.* sed, ut dixi, ab actionibus sanctorum ad actiones hominum peccatorum, non licet arguere. Sancti enim per fidem vicerunt Regna *Paul. ad Hebr. cap. 11.*

29 Dictis processibus † contra dicta animalia formatis, sententiaque lata, præsupponitur primò, animalia hujusmodi manifestum esse divinæ ultionis indicium. Inde parochiani cujusque Paræciæ fideles docentur, & admonentur, ut de divina confidentes clementia, transgressores mandatorum Dei, & omnia eorum crimina, quibus omnipotentiam hactenus offenderunt, lacrymis abstergeant, vitiorumque incendia contritionis aquis extinguant, & ad sacramentalem confessionem, si opus fuerit, accedant culparum omnium fœcem purgaturi, qui verò censuris fuerunt irretiti, miserandum eorum statum agnoscentes, ad piæ matris ecclesiæ gremium redire, rupti, amissique fœderis gratiam implorare, omnesque, & singuli, ante supremi parentis conspectum pias preces patronorum suoruum patrocinium rogantes, indefessè debent effundere, ut per Cassan. *cons. 1. par §. nu. 126. vers. pestes hujusmodi, & §. igitur Christi.* Hac medicina tanta malorum rabies abigenda: hoc remedio infensa nobis omnipotentis ira mulcenda.

30 Quodque † in his casibus melius quisque sibi consulat, si supplicationibus, jejunijs, & orationibus tantum mali festinet avertere, quàm maledictionum superstitionibus inhærere testatur per Proph. Dominus, & præsertim *in Psalm.* 49. Invoca in die, inquit, tribulationis: eruam te, & honorificabis me: & in alio loco. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, *Psalm. 90. & Psalm. 119.* Ad Dominum cum tribularer, clamavi, & exaudivit me. Et clamaverunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum libe-

ravit eos *Psalm.* 106, *& alibi.* Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus salvavit me *Psalm.* 54, & in tribulatione dilatasti me. *Psalm.* 4.

31 Ideò, † non maledictionibus, aut excommunicationibus dicta animalia expelluntur, ut quamplures simplices, levesque homines falsò credunt: cum nec Diabolum ipsum divini nominis, humaniqúe generis hostem hujusmodi mucrone confodere liceat, precibus ad Deum jejunijs, eleemosynis, supplicationibus, lacrymis, ac sanctissimis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ sacramentis, signo crucis, & aquæ benedictæ aspersione locustæ ipsæ, cæteraque hujusmodi pestes effugantur, ac pereunt, ut post Lipomanum *tom.* 7, quem citat, testatur Majol. *de admir. nat. reb. colloq.* 5. §, *nemini illo tempore pag. mihi* 246, *vers. propterea.* His principaliter medijs usi fuere Vicarij, & officiales Episcopales Heduen. Lugdun. & Matiscon. in Gallia à Cassan. qui supra relati *in dicto cons.* 1. *par.* 5. *num.* 123. *& seq.*

32 Et in hoc † optimè, sanctissimèque sentit religiosissima multisque nominibus memoranda Bononiæ civitas. Illa enim inter innumeras urbis dotes, illustriaque illius reipublicæ ornamenta, quibus sibi, præ cæteris immortalitatem peperit, illum nunquam satis laudatum, ac multis sæculis commendandum morem amplexa est, ut calamitatibus afflicta, non ad execranda divinæ iræ flagella confugiat; sed aliud verius, præsentiusque nacta remedium, se precibus totam ad Dei numen placandum gemebunda convertat. Quod, ut breviori, ac faciliori via assequatur, ad Divam Virginem parentem sibi amantissimam, advocatamque fidissimam nihil morata, procurrit, adillius pedes projecta, procumbit, non illinc prius discessura, quàm voti compos facta fuerit. Inde certa peti suffragia, illiusque numen supplicanti urbi semper adesse cives ipsi pluries cognoverunt apertissimaque inde subsidia fuerunt experti. Quare, ubi primum, vel ingruentium pluviarum inundatione, vel nimia cœli siccitate terræ fruges laborant, aut alij cives siccitate afflictantur angustijs ad Divi Lucæ ædem in monte, qui Guardiæ appellatur; non longo itinere ab urbe sitam, pia quadam civium sodalitate Antistitis, civiumque omnium consensu, atque consilio se recipiunt. Inde thesaurum illud sacrum, ac memorabilem tabellam, scilicet, illam insignem, qua imago Deiparæ Virginis ipsius D. Lucæ manu (ut historici tradunt) depicta cernitur, & quæ Constantinopoli, & sacrosancto Sophiæ templo, divino monitu, mirabiliter delata fuit, Bononiam, longo instructo agmine, deferunt. Cui adventanti Aatiani, cœterique magistratus una cum clero, atque omnibus Religiosorum ordinibus ad portam, quæ Saragotia appellatur, occurrunt. Illius adventus civitas tota sic gestit, eaque fertur lætitia, ac si jam optata civet fuerint consecuti. Adeò lætatur respublica, ut mœnia ipsa funditus commoveri videantur. Sacra illa effigies apud Virgines D. Matthiæ honorificè collocatur. Interea publica indicitur supplicatio, ac per urbem solemni pompa universo cleri, populique comitatu ingenti honore sacrosancta circumfertur imago, quam sub pretiosa umbella, varijs margaritis, tot quibus, alijsque innumeris ex auro, & argento

argento monilibus decorata, aureo diademate, regiaque palla fulgentem canonici ipsi metropolitanæ ecclesiæ, alijque sacerdotes suis humeris toto triduo gestare lætantur. Præcedunt casta puerorum, puellarumque agmina, omnium civitatis artium collegia. His adjunguntur devotæ albatorum sodalitates, quàm plurimæ pijs precibus Divam Virginem rogantes, quæ longo ordine cum suis vexillis insigni ornatu distinctæ procedunt. Adsunt, & huic sacratissimæ pompæ, piamque operam præstant ipsi urbis ab Apostolica Sede Legati pro tempore, existentes. Inter quos hodie Cardinalis Iustinianus, nunquam satis laudati nominis Princeps integerrimus, qui ut cæteras viri virtutes taceam, per quas in præsens felix Bononia pace, non tam optata, quam firma, potitur ea pietate, religione sacris hujusmodi, alijsque publicis supplicationibus adesse conspicitur, ut verum cunctis devotionis exemplar videatur. Præsens sibi quoque dum residere conspicitur, & ipse urbis Antistes cum universo, tam seculari, quàm regulari clero adest, & Vexillarius Iustitiæ (qua nulla major in urbe dignitas) cum splendidissimo senatorum ordine, tibicinibus, pij officij causa, præcinentibus. Hos cæteri magistratus, patritij omnes, almique gymnasij doctorum corona mira pietate, ac devotione assectantur. Tantus deinde populi numerus prosequitur, ut fateri audeam in tanta urbe, haud reperiri, qui hisce supplicationibus 33 non interfit, hic non solum preces, sed & lacrymæ effunduntur: tantaque civitatis est devotio, ut, ne noctu quidem, ab oratione cessetur. Servilia opera in urbe silescunt: & quisque pœnitentiæ Eucharistiæque Sacramentis munitus, & publica civium vota, & privata Virgini sacratæ commendat. Hinc evidens supremæ parentis favor aspirare, omniumque cœlitum caterva urbi favere conspicitur. Nam, quam primùm peracta est triduii illius deprecatio, sacraque tabella in montem suum est restituta, optatæ primo die cadunt de cœlo pluviæ ac serenitatis, tranquillitatisque donum mirabiliter obtinetur. Nec semel quidem, sed semper alijs etiam urgentibus necessitatibus, hujus sacræ imaginis deportationem salutarem Bononienses experti fuere, ut per Sigon. *de Epis. Bonon. in Vita Nicolai Albergati, lib. 3* Nam civitas aliquando gravi peste, ingentique penuria affecta, ad extremumque discrimen adducta, hoc solo remedio liberata fuit. Quare ut Virgo sacratissima, quæ in cœlis pro illis advocata sedet, majori religione colatur, ac civitas singulis annis tanti numinis patrocinio adjuvetur, triduo solemnium rogationum, quæ in tota Christi Ecclesia ante diem festum illius in cœlum Ascensionis de more celebrantur eadem, & eodem ordine illius sacræ imaginis fit deportatio: quibus supplicationibus, cum semper, dum in illa urbe Vicarij Archiepiscopalis munus gessi, præsens interfui, vota mirabiliter impetrata conspexerim, haud potui, tam commendandum devotionis, & pietatis exemplum reticere.

Idem † apertissimè experiebatur Roma Gregorij Magni tempore, quoniam in Basilica Constantiniana Sancti Ioannis Apostoli, vestes asservabantur, quæ & siccitatis tempore elatæ, pluviam con-

ferebant

ferebant, & contra in inundationibus serenitatem dabant Ioann. Diac. *in Vita ejusdem Gregor. lib. 3. cap. 58. & 59.* & 36 Majol. *de admir. nat. reb. colloq. 1. §. hæc siccitas, & §. præterea orationibus, pag. mihi 33. & 34.*

34 Idem Gregorius † sæviente in Vrbe gravi pestilentia religiosam in die Dominicæ Resurrectionis anni 591. supplicationem instituit, atque solemni pompa sanctam Virginis Dei genetricis imaginem extulit, quæ D. Lucæ manu affabrè ad vivum expressa in æde Divæ Mariæ ad Præsepe, quæ major modo dicitur, eximia populi Religione asservabatur. Tunc, gratulantibus Deo omnibus; ecce Angelus sanctam Virginem his vocibus è cœlo alloquens, est auditus: Regina Cœli lætare, alleluya, &c. Haud multò post Angelus super Adriani molem stans, acstrictum mucronem vagina recondens, conspectus est. Quo viso Gregorius exhilaratus, converso ad populum ore, bono omnes, inquit, animo estote. Nam optatus divinæ iræ, ac furentis, jampridem pestilentiæ finis, Deo ipso annuente, ostenditur. Atque ita morbus ille elanguit, & optata salubritas consecuta, Sigon. *de Regn. Ital. lib. 2, pag. mihi 39, & 40.*

35 His, & alijs, † quæ undique peti possunt, exemplis satis comprobatur cælestis iræ vindictam hoc remedio mitigari. Nam se convertentibus, inquit, Dominus, & implebuntur areæ frumento & vino, & oleo torcularia redundabunt, & reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, rubigo, & eruca, *Ioel Proph. cap. 2, post med.* & Ninivitæ conversi ad Dominum, pœnitentia, & orationibus veniam impetrarunt *Ioan. cap. 3.*

Cùm igitur † prædicti Vicarij, de quibus Cassanæus sibi postea contrarius, duobus remedijs usi fuerint, jejunijs, nempe, orationibus, processionibus, sacramentis, signo crucis, & aqua benedicta, quod est præcipuum, & altero, excommunicationibus, scilicet, & maledictionibus, quæ sunt otiosa, & vana, & per consequens illicita, ut per D. Thomam 2. 2. *dicta quæst. 76. & cap. 1.* potius est judicandum, quòd orationibus, signo crucis, & aquæ benedictæ aspersione, quæ licita sunt, dicta animalia Dei virtute recesserint, quàm altero remedio. In dubio enim debet sumi sensus, qui actum licitè valere faciat, *l. quoties, in stipulationibus*, & ibi Iaſ. *num. 1. ff. de verbor. obligat.* Roman. *cons. 353 in fin.* & Gabr. *commun. conclusion. lib. 7. de maleſ. concl. 2. num.*

37 Nec hic negare auderem, † quin divina in terræ fruges sæviat plerumque vindicta, ex eo, quòd plures in oppidis, & civitatibus immunitati ecclesiasticæ parum faventes, aut alijs ex causis, excommunicati reperiantur, quia, si ad salutis portum per restitutionem, se revocaverint, peccato se liberasse apparebit: tunc Dei erga suos clementia convertimini, inquit, ad me: & ad vos ipse convertar. Laboribus suis fideles suos frui permitteret. Et locustæ virtute Dei se recipient, bruchus, mures, cœteraque animalia, terræ frugibus infesta, orationibus signo crucis, vel sola aquæ benedictæ aspertione peribunt, aut fugabuntur, ut simile quid de Provincia Austrialium, Saxonum traditur; in qua cum toto, nunquam

nunquam dum infidelitatis tenebris obvolverentur, pluisset triennio, mox Vulpedi solertia, habita Christi fide, ac divino baptismo suscepto, in tantam copiam ingruerunt pluviæ: ut campi fœcunditate ubique exuberarint, ut testatur Bed. *in Ang. hist. lib.* 4, *c.* 13, & Majol. *de admir. nat. reb. colloq.* 1, §, *& siccitas pagina mihi* 32.

38 Beatus item Afrates † quomodo locustas fugaverit testatur Theodor. in illius vita sequentibus verbis. Iam verò dicunt, etiam, quòd cùm locustæ aliquando regionem repentè invasissent, & instar ignis omnia consumerent, segetes, arbores, prata, & nemora, venit ad eum quidam vir pius rogans ut opem ferret unum quidem agrum habenti, ex eo autem, & se, & uxorem, & filios, & familiam alenti, à quo etiam imperatoria exigeretur collatio, sic ergo rursus Dominicam imitans benignitatem, jussit ad se adferri congium aquæ. Postquàm autem aquæ congium attulit, is qui orabat, siquidem manum imposuit; Deum autem est precatus, ut fluentem impleret divina virtute, deinde finita oratione, juffit, ut in prædij limitibus aqua aspergeretur, qui eam attulerat, fecit, ut jussus fuerat, idque fuit illis agris pro vallo sacrosancto, & inexpugnabili. Nam usque ad illos fines restantes, & circumvolantes locustæ, instar exercitus, rursus retrocesserunt, benedictionem impositam extimescentes, & veluti quodam fœno suffocatæ, & ultra progredi prohibitæ Mas. *de acq. bened. sect.* 3, *cap.* 4, 5, *num.* 12, *& l.* 13. & idem Majol. *de admir. nat. reb. colloq.* 5, §, *memini.*

39 Simili modo † eadem aqua benedicta fuerunt fugatæ à Sancto Theodoro, ut testatur Metaphrast. *in ejus vita*, Mars. *eod. cap.* 5. *num.* 41, *&* 42. & Beatus Vincentius jussit afferri aquam benedictam, deinde cum clericis, qui eum assectari solebant, hymnos canentibus, ad singulas Murciæ civitatis Hispaniæ citerioris portas accessit, stansque in illarum medio contra ea loca, in quibus dicta animalia grassari dicebantur, sacratam aquam aspersit, & ecce postridie omnia extincta sunt reperta, & intra paucos dies agri, & vineæ adeò restitutæ fuere, ut illo anno nulla fuerit penuria subsecuta, ut testatur Petr. Raus. *in ejus vita lib.* 3, *ad fin.* Marsil. *eod. sect.* 3, *cap.* 6, *num.* 46. Id etiam, & alijs probat exemplis, idem Majol. *de admiran. nat. reb. eod.* §, *memini*, & Elizeus terram Hierico, quæ sterilis erat, aqua aspersit, quæ fructus postea produxit copiosissimos *Reg. lib.* 4, *c.* 2, *infra* & Mars. *eod. sect.* 3, *c.* 2, *num.* 39.

40 Vesparum † etiam aliquando tanta copia superabundavit, ut oppida deleverint: Nam Phaselitas vespæ fugarunt, ut testatur Eliam *hist. anim. lib.* 11. *cap.* 28. Quare apertissimè spectatur Christi virtus, & gratia, quàm suis infundit fidelibus levis. Vnus enim Friandus vesparum multitudinem, quæ integram Phaselitarum plebem fugarat, solo signo crucis abegit. Idem etiam apud Nauticam Vrbem præstitit: Nam cum messores ab innumera vesparum vi, aculeis infixis, vexarentur, Friandus oratione præmissa, adhibito eodem crucis signo, fugavit. Gregor. Turon. *in ejusdem Frian. vit.* & Majol. *de admir. nat. reb. eod. colloq.* 5. §. *accedit, & aliud pag. mihi* 243.

41 Hodie verò † pius stylus inolevit, quo Vniversitates ad hujusmodi infesta, & damnosa animalia expellenda, & agrorum fertilitatem à Deo impetrandam à summo Pontifice generales facultates absolvendi obtinent, quarum vigore Episcopus pontificaliter indutus, vel Vicarius generalis absolutionem concedit tenoris infrascripti.

42 Vniversitates, † & Homines hujus terræ N. hac vice auctoritate Sanctiss. D. N. Pauli Papæ V. nobis in hac parte concessa absolvimus à quibusuis excommunicationis, seu maledictionis sententijs, censuris, & pœnis quocumque modo per eos ignoranter incursis, sine tamen alicujus præjudicio.

43 Item ex parte Omnipotentis Dei, ac dicti Sanctiss. D. N. Papæ omnium dictæ Terræ personas utriusque sexus agros, possessiones, & bona quæcumque benedicimus.

44 Præterea omnibus ijs, qui confessi, & contriti post expletum jejunium, sacram Communionem sumpserint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur.

BENEDICTIO SEMINVM OLEORVM, & Leguminum.

Adjutorium nostrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum. &c.

Oremus.

TE Domine petimus, & rogamus, ut hæc segetum, fructuum, oleorum, leguminum, & herbarum semina oculis tuis serenis aspicias, sicuti enim testatus es Moysi famulo tuo in Terra Aegypti, dicens: dic filiis Israel, cum ingressi fuerint terram Promissionis, quam eis Dominus Deus daturus est, primitias frugum suarum offerant sacerdotibus, & erunt benedicta, ità, & nos oramus Domine auxilium misericordiæ tuæ super hæc semina, ex quibus fructus de terra suscipere speramus, ut non grando illa succidat, non turbo tempestatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aëris immutatio exterminet, sed tua sancta bene † dictione munita, fructifera, & superabundantia propter animarum, & corporum humanorum utilitatem, & usum ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur aqua Benedicta.

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine clementer exaudi, ut qui justè propeccatis nostris affligimur, & avium, vermium, murium, locustarum, & aliorum animalium persecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, ut procul à tua potentia expulsi, nulli noceant, & hos campos, agros, possessiones, vineas, prædia, & aquas in tranquillitate dimittant, quatenus ex eis surgentia, & orta tuæ majestati diserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum, &c.

Ore-

tribuas, vinearum quoque & arborum fœtus, proventusque omnium rerum, atque ab ipsis omnibus pestiferum fidus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem. & universa mala amovere digneris. Per Christum, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, & preces nostras benignus exaudi, ut in fruges omnes præsentes, & futuras famulorum tuorum veniat speratæ bene † dictionis ubertas, ut repleti de frugibus tuis in tuo nomine, de tua gratia semper exultent. per Dominum, &c.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, Majestatem tuam supplices exoramus, ut omni tempore hujus Terræ segetes ad maturitatem fertilitatis perducere digneris, ut esurientium animæ bonis affluentibus replearis, & egeni, pauperesque laudent nomen tuum. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oremus.

MIsericordiam tuam Domine supplices exoramus, ut animalia famulorum tuorum, sive quæ infirmitate, aut morbo vexantur, sivè quibus infirmitates, ac morbi imminent, in nomine tuo, atque tuæ bene † dictionis virtute sanentur, infirmitatesque omnes arceantur, extinguaturque in eis omnis diabolica potestas, &, ne ultexius ægrotent, tu eis Domine sis defensaculum vitæ, & remedium sanitatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus &c.

Aspergatur aqua Benedicta.

AVctoritate etiam ordinaria poterunt locustæ, bruchus, & his similia animalia modo præmisso, incipiendo, ut supra, adjutorium nostrum: Te, Domine petimus, &c. Et prosequendo usque in finem exorcizari segetes, fructus, & agri benedici, quòd si firma fide hoc fiat, Dominus petita concedet, juxta illud; quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & eveniet vobis, Marc. cap. 11.

44 QUamobrem, cum ad hujusmodi expellenda benedictionibus, orationibus, & signo crucis remedia haberi possint, cur ad excommunicationes, & maledictiones confugiendum? Præterea cum excommunicatione nulla major pœna in Dei Ecclesia reperiatur, ideò sobrie, & magna circumspectione ea est adhibenda, & nonnunquam feriri in subsidium, cùm verò alia remedia non suffragantur, ad excommunicationis remedium recurri potest, concil. Trident. *in c. 3 § quòd, si executia, de reformat. sess. 25.* & contra homines baptizatos tantùm, *cap. omnis Christianus, 11. quæst 3.*

45 Tum † si contra locustas, bruchos, mures, erucas, & similia, quæ super terram videntur excommunicationis sententiam ferre liceret, eadem ratione contra mures, & vermes, qui pluries autumnali præsertim tempore, pluribus in regionibus demoliuntur, sataque vastant universa, & contra quadrupedes, scilicet vulpes, & alia id genus animalia hominibus, & animalibus domesticis inimica, & noxia, idem remedium posset adhiberi, unde sequeretur, quòd

41 Hodie verò † pius stylus inolevit, quo Vniversitates ad hujusmodi infesta, & damnosa animalia expellenda, & agrorum fertilitatem à Deo impetrandam à summo Pontifice generales facultates absolvendi obtinent, quarum vigore Episcopus pontificaliter indutus, vel Vicarius generalis absolutionem concedit tenoris infrascripti.

42 Vniversitates, † & Homines hujus terræ N. hac vice auctoritate Sanctiss. D. N. Pauli Papæ V. nobis in hac parte concessa absolvimus à quibusuis excommunicationis, seu maledictionis sententijs, censuris, & pœnis quocumque modo per eos ignoranter incursis, sine tamen alicujus præjudicio.

43 Item ex parte Omnipotentis Dei, ac dicti Sanctiss. D. N. Papæ omnium dictæ Terræ personas utriusque sexus agros, possessiones, & bona quæcumque benedicimus.

44 Præterea omnibus ijs, qui confessi, & contriti post expletum jejunium, sacram Communionem sumpserint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargimur.

BENEDICTIO SEMINVM OLEORVM, & Leguminum.

Adjutorium nostrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum. &c.

Oremus.

TE Domine petimus, & rogamus, ut hæc segetum, fructuum, oleorum, leguminum, & herbarum semina oculis tuis serenis aspicias, sicuti enim testatus es Moysi famulo tuo in Terra Aegypti, dicens: dic filiis Israel, cum ingressi fuerint terram Promissionis, quam eis Dominus Deus daturus est, primitias frugum suarum offerant sacerdotibus, & erunt benedicta, ità, & nos oramus Domine auxilium misericordiæ tuæ super hæc semina, ex quibus fructus de terra suscipere speramus, ut non grando illa succidat, non turbo tempestatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aëris immutatio exterminet, sed tua sancta bene † dictione munita, fructifera, & superabundantia propter animarum, & corporum humanorum utilitatem, & usum ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum Dominum nostrum.

Aspergatur aqua Benedicta.

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine clementer exaudi, ut qui justè propeccatis nostris affligimur, & avium, vermium, murium, locustarum, & aliorum animalium persecutionem patimur, pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, ut procul à tua potentia expulsi, nulli noceant, & hos campos, agros, possessiones, vineas, prædia, & aquas in tranquillitate dimittant, quatenus ex eis surgentia, & orta tuæ majestati diserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum, &c.

Ore-

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximè miserator, in cujus nomine omnia genua flectuntur Cœlestia, Terrestria, & Infernalia, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede, ut, quod tua misericordia confisi, agimus, per tuam gratiam efficacem consequamur effectum, quatenus pestiferos vermes, mures, aves, locustas, & alia animalia per nos servos tuos maledicendo, maledicas: segregando, segreges, exterminando, extermines, ut per tuam clementiam ab omni peste eorum liberati gratiarum actiones majestati tuæ liberi referamus. Per Christum, &c.

Exorcizo vos pestiferos vermes, mures, aves, locustas, & alia animalia prædiis, & eorum fructibus, quomodolibet infesta & nociva per Deum Patrem omnipotentem, per Iesum Christum Filium eius, & Spiritum Sanctum abutroque procedentem, ut omni tempore confestim recedatis ab agris, campis, vineis, prædiis, & possessionibus hujus Terræ. N. nec ullo tempore in eis habitetis, sed ad ea loca transeatis, in quibus nemini nocere possitis, proparte omnipotentis Dei, & totius Curiæ Cœlestis, & Ecclesiæ S. Dei vos maledicens, ut quocunque ivenitis sitis maledicti, deficientes de die in diem, in vos ipsos, & decrescentes quatenus de vobis reliquiæ nullo in loco inveniantur, nisi necessariæ ad salutem, & usum humanum, quod præstare dignetur qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui Iordanis Flumen benedixisti, & in eodem baptizatus, aquas mundasti, & purificasti, ut elementum salubre efficeretur, & in remissionem peccatorum, & has aquas quoque benedicere, & sanctificare, & mundare digneris, ut nihil in eis noxium, nihil pestilens, nihil inficiens, nihil corrumpens remaneat, sed omnia pura, & munda in eis efficiantur, quatenus, quæ ad usum humanum ex eis creata sunt cum salute nostra, & gloria tua assumamus. Per Christum, &c.

Adjutorium nostrum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus:

BEnedicat nos Deus, Deus noster, & Terra nostris ubertatem concedat, & centuplum amplificet fructus earum, ut viventes in exultatione manipulos nostros colligamus. Per Christum, &c.

Aspergatur aqua Benedicta.

Oremus.

DEus, qui harum arborum plantas tua visitatione, & providentia protectas esse voluisti, nunc etiam, ut easdem benedicere, & sanctificare digneris, precamur, ut quicumque ex fructibus earum sumpserint, sani & incolumes esse valeant, Per Christum. &c.

Oremus.

BEnedic Domine omnes fructus arborum hujus Terræ N. & præsta, ut qui ex eis in tuo nomine vescentur, corporis, & animæ sanctitate potiantur. Per Dominum nostrum, &c.

Oremus.

TE Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus supplices deprecamur, ut misericordia tua iugiter nobis concedas messium sufficientem copiam, fructuum omnium largitatem

tribuas, vinearum quoque & arborum fœtus, proventusque omnium rerum, atque ab ipsis omnibus pestiferum fidus, tempestatis procellam, & grandinis fragorem. & universa mala amovere digneris. Per Christum, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, multiplica super nos misericordiam tuam, & preces nostras benignus exaudi, ut in fruges omnes præsentes, & futuras famulorum tuorum veniat speratæ bene † dictionis ubertas, ut repleti de frugibus tuis in tuo nomine, de tua gratia semper exultent. per Dominum, &c.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, Majestatem tuam supplices exoramus, ut omni tempore hujus Terræ segetes ad maturitatem fertilitatis perducere digneris, ut esurientium animæ bonis affluentibus replearis, & egeni, pauperesque laudent nomen tuum. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Oremus.

MIsericordiam tuam Domine supplices exoramus, ut animalia famulorum tuorum, sive quæ infirmitate, aut morbo vexantur, sivè quibus infirmitates, ac morbi imminent, in nomine tuo, atque tuæ bene † dictionis virtute sanentur, infirmitatesque omnes arceantur, extinguaturque in eis omnis diabolica potestas, &, ne ultexius ægrotent, tu eis Domine sis defensaculum vitæ, & remedium sanitatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus &c.

Aspergatur aqua Benedicta.

AVctoritate etiam ordinaria poterunt locustæ, bruchus, & his similia animalia modo præmisso, incipiendo, ut supra, adjutorium nostrum: Te, Domine petimus, &c. Et prosequendo usque in finem exorcizari segetes, fructus, & agri benedici, quòd si firma fide hoc fiat, Dominus petita concedet, juxta illud; quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & eveniet vobis, Marc. cap. 11.

44 QUamobrem, cum ad hujusmodi expellenda benedictionibus, orationibus, & signo crucis remedia haberi possint, cur ad excommunicationes, & maledictiones confugiendum? Præterea cum excommunicatione nulla major pœna in Dei Ecclesia reperiatur, ideò sobrie, & magna circumspectione ea est adhibenda, & nonnunquam feriri in subsidium, cùm verò alia remedia non suffragantur, ad excommunicationis remedium recurri potest, concil. Trident. *in c. 3 § quòd, si executia, de reformat. sess. 25.* & contra homines baptizatos tantùm, *cap. omnis Christianus, 11. quæst 3.*

45 Tum † si contra locustas, bruchos, mures, erucas, & similia, quæ super terram videntur excommunicationis sententiam ferre liceret, eadem ratione contra mures, & vermes, qui pluries autumnali præsertim tempore, pluribus in regionibus demoliuntur, sataque vastant universa, & contra quadrupedes, scilicet vulpes, & alia id genus animalia hominibus, & animalibus domesticis inimica, & noxia, idem remedium posset adhiberi, unde sequeretur, quòd

quòd excommunicationis gladius, qui tam sobriè, & tam cautè est exercendus temere, & levibus de causis incuteretur, ex quo magis contemni posset, quàm formidari, & perniciem potiùs pareret, quàm salutem, contra ejusdem sacri concilij Tridentin. dispositionem, *dict. capit. 3. in princ. de reform. sess. 25. cap. multi, vers. auferte malum, 2. quæst. 1.* Pluribus etiam ac solidis fundamentis Doctorum animalia excommunicari, & anathematizari non posse, probat idem Cassan. *dict. cons. 1. par. 5: à princ. usque ad numer.* 150. licet posteà contrariam partem amplectatur, quam tamen non probat, ut cuicunque illud legenti patet ad sensum.

46 Theologi autem † tenentes, quòd animalibus irrationabilibus maledicere liceat, loquuntur in terminis peccati, an, scilicèt, illis maledicere sit peccatum, & in his terminis post Cajet. loquitur Cardin. Tolet. ubi inquit, quòd ratione mali ab ipsis illati possunt maledici. Quia non est, tam maledicere creaturæ, quam malo, *ut in Instruct. Sacer. lib. 4. capit. 13. numer. 7.* & propterea non est peccatum, illi extrajudicialiter maledicere; sed judicialiter excommunicari, aut maledici non possunt, idque credere, vel excommunicare superstitionis esse, tenet Navar. *in cons. 5. alias 57. num. 8. & 12. de sent. excom. lib. 5. par. 2.* Qui in terminis contra cons. Cassan. scripsit, & Graff. *decis. aur. cap. 7. numer. 15* in quos postea supra à me in rem hanc congesta forte incidi, mecum ob id, quod idem cum illis senserim, gratulatus, arg. *Idem in cap. Valentinianus*, §. *cum autem 63. distinct.* excommunicari, aut anathematizari non potest, nisi homo baptizatus ex supra allegat. quibus modo addo Navar. *eodem cons. 5. numer. 6.* & Graff. *eodem cap. 6. numer. 15.*

47 Ea est enim dæmonis caliditas, † ut, cum manifestis, & apertis ictibus animas petere vereatur, occultis technis, falsisque nominibus sub specie boni miseris mortalibus conatur imponere. Hujus ideò astutia sæpe inducuntur homines ad credendum solis excommunicationibus, maledictionibus, & conjurationibus animalia irrationalia ex sententiarum, & maledictionum bonitate, & virtute fugari posse, in quibus tamen actionibus, quandoque dæmonis potestas operatur, qui è terris dicta animalia abstulit, & plerumque occidit, ut ità deceptos falsa credulitate detineat, eosquè non principaliter in Deo, sed potius in eisdem operationibus confidentes, sibi manuteneat. Unde, cùm hujusmodi manifestam superstitionem sapiant, non est illis inhærendum, Navar. *dict. num. 12.* & Graff. *dict. cap. 6. numer. 22. & 13.*

48 Ejusdem ferè generis est † quod dæmones solent cum viros, & mulieres seducunt, ut veneficijs veneficia curent applicanda. Habet enim astutus ille hostis delectum veneficarum gregem, quæ illius opera, & consilio pueros fascinant, infantes plerumque cum matribus, ac nutricibus venenis inficiunt, domestica animalia in ipsis ædibus ad extremam maciem, & ad necem malefico tactu perducunt, nihilque sceleris est, quod non intentent, sub tam scelestissimo duce, nec uno in loco, ubi talia monstra degunt, tam immania admittunt, sed per alias urbes, & vicina oppida circumvolant sæpe realiter, & corporaliter de loco ad locum dæmonis opera sese transferentes, Sylv. *in ver hæresis*, §. *3. numer. 6.* & Mart. del.

Rio, qui plures casus, & exempla deducit *in tom. 1. Disquis. Magic. lib. 2. quæstio. 16. per tot.* de quibus etiam *in priori tom. cap. 36. de sortileg.* nonnulla retulimus.

Et quamvis (ut hoc in loco id obiter adjungam) quod ad dictam corporum translationem attinet, contrarium probare videatur, *capitulum Episcopi 26. quæst. 5.* tamen nullam vim illud facere comprobat idem Martinus del Rio, qui ad contraria respondens *dictum cap. Episcopi* in omnibus his partibus est interpretatus. Nam, inquit, cum dictum capitulum sit concil. Ancyrani, & sit tantummodo decretum concilij particularis, seu provincialis contra mulieres, quæ simulant se ludere cum Diana, &c. de cujus à Romano Pontifice approbatione non constat, non est tantæ auctoritatis, ut, quæ per eum fuerunt decisa, certa fide sint credenda, nisi quatenus sacræ Scripturæ, & ecclesiasticæ traditioni, & definitioni sanctæ Romanæ Ecclesiæ sunt, quæ tradit, consentanea, idem Martin. del Rio, *ead. sect. 16. §. quare magis, & §. quæ & quanta.*

49 Sed, † quòd striges quandoque etiam non localiter, & realiter deferantur, sed interdum in imaginatione fiant, quæ ipsæ verè fecisse testantur, tenet Syl. qui de d. cap. Intellectu etiam scripsit *in dict. verb, hæresis, §. 3. num. 7. & seq.* & dixi *in eodem c. 36. num. 11. tom. 1.*

50 Quòd autem † plures tradunt, humana corpora in aliam speciem, & formam dæmonis opera posse transformari, & ideò striges in lupos, cattos, simias, porcos, equos, asinos, & in alia animalia dæmonum virtute esse conversa, & quæque necessaria portare, & post peracta opera iterum ad se redire, nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem, humanamque servari, non fit verisimile, nam nulla arte, vel potestate animus, sed, nec corpus quidem aliqua ratione in membra, vel in lineamenta bestialia veraciter converti potest, sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando, sive somniando per rerum innumerabilium genera variatur: & cum corpus non sit, corporum similes formas mira celeritate capit; sopitis autem, & oppressis homini sensibus corporeis, ad aliorum sensum figura corporea perduci potest. Ita tamen, quòd corpus ipsum hominis alicubi jaceat, vivens quidem, sed multò gravius, atque oppressius, quam somno suis sensibus obseratis: phantasticum autem illud, veluti formatū in alicujus animalis imaginem alienis sensibus appareat, talisque homo sibi videatur, qualis sibi videri posset in somnis, portare onera, quæ onera, si vera sunt corpora, portantur à dæmonibus, ut illudant hominibus, partim vera onerum corpora, partim falsa, jumentum cernentibus, S. Aug. *in lib. de spir. & anim. cap. 26. tom. 2.* quem sequitur Majol. *de admir. nat. reb. colloq. 2. §. hæc probantur, pag. mihi 99.* quod alijs pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobat, Martin. del Rio *in tom. 1. disquis. Magic. lib. 2. c. 17. §. prior conclusio, & quæst. 18. §. sed quando, & per tot.* Potest tamen dæ-

51 mon † maleficijs hominem adeò fascinare, ut à diabolo obsessus, se putet in lupū verti, atque humanas vorare carnes, cum illud efficiat lupus verus, & quandoque dæmon ipse corpus lupo persimile assumit, aut hominem in hujusmodi forma ab alijs videri facit, Sylu. *de Strig. lib. 2. cap.*

cap. 8. punct. 4. & Majol. *eod. colloq.* §. *quæ verò pag.* 100. habet enim dæmones potestate supra phantasiam hominis, eamque alienare, ut videatur bestia, seu bestiale animal, cum non sit, Andr. de Iser. *in tit. de pecul. amat. in ver. & quamquam veritatem in const. Regn. Sicil.* per D. August. *libr. 18. de Civit. Dei, cap. 18.*

52 His insidijs † Satan, non tantum animas, quas assiduè indefessus oppugnat, sed etiam corpora, impetit, non tantum spiritualis, quàm corporeæ salutis everfor, sed ut ad rem redeam, in hoc genere aliud impurissimus ille molitur, non minus damnosum, nam, quos habet damnatæ illius artis cultores, si magicis artibus alicui noxã intulerint, aut ligaturis matrimonia contracta dissolverint, aut contrahenda impedierint, eosdem perversè docet, salubria superstitiosis modis remedia profiteri, & fascinatos in grave scelus impellere, & unde vulnus illatum, inde medicina petatur, & altera manu venenum propinent, altera polliceri possint antidotum. His dolis instructus, & arte pelasga Satan divinum nomen affectans, miseros captat innumeros, diris secum flammis, nisi resipuerint, excruciandos. Hic illi quæstus exitit uberrimus. Nam multi hoc nomine decepti, corporeæ potiùs, quàm spiritualis salutis avidi, dum aliquid mali ab hujusmodi belluarum peste, aut aliunde, accepisse suspicantur, nonad divinam opem orationibus, alijsve pijs operibus implorandam, confugiunt, non peccata, tanquam veram hujusmodi malorum causam, extrudere pœnitentia studeant, sed maleficos, striges, & sortilegos consulunt illorum more, qui à scorpionibus icti ab eis-

dẽ solẽt remediũ petere, plus in diabolica arte, quàm in divino subsidio confidentes, contra illud, *Levit. cap.* 19. Non declinetis, inquit Dominus, ad Magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos, & † quàm hoc crimen Deo 53 exosum sit, multis in locis litteræ sacræ testantur, & præsertim *in eod. Levit. cap.* 20. Anima inquit Dominus, quæ declinaverit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui, *& in fi. d. cap.* vir sive mulier, in quibus Pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, sanguis illorum sit super illos *& in Deut. cap.* 18. Non inveniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & observet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui Pythones consulat, nec divinos, aut quærat à mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo, Hæc moyses, sic decipiuntur à Diabolo incauti homines ad venefi-cos, & magos divertentes, qui dum execratissimæ arti, & ejus artifici Satanæ consentiunt medicinam quærentes, vel quid simile grave peccatum admittunt, & æternam sibi mortem inveniunt. Non tamen reticebo sæpè numero fieri, ut hujusmodi bellua falsa pronuncient, & varia pro medicina venenum tribuant, Deo sic permittente, juxta illud. Isaiæ c. 44. Irrita faciens signa divinorum, & ariolos in furorem vertens, & apud Isaiã cap. 47, veniet super te malum, & nescies ortum ejus, veniet super te miseria, quam

quam nescios, sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua si fortè quid profit ibi, aut si possis fieri fortior, &c.

54 Magno † stetit Sauli Regi Pythonissa, ad quam consulendam accesserat, 1. *Regum cap.* 28, maximo suo malo Israelitæ Deum aversati divinationibus & incantationibus operam dabant 4. *Regum c.* 17, Cœlestem in se iram accēdit Manasses observans auguria, & Pythones faciens 4. *Regum c.* 21, Quot mala Pharaoni peperere tunc arioli, & malefici, quibus contra Dominum utebatur, *Exod. cap.* 7. & 14, Et Nabuchodonosorē Regem Magi, & malefici, quos alebat, in extremum discrimē conjecere *Daniel. c.* 2. Hoc demum scelus adeò grave est, ut sicut divinam directè majestatem offendit, ita severiorem cœlitus solet expectare vindictam.

55 Conjurationes autem † & adjurationes à quibus mox fuimus digressi, non sunt ita faciendæ, ut illæ ad irrationalia nocentia referantur, sed ad ipsum Deum solùm ea moventem, quod tunc verè præstamus, cùm illum obsecramus, ut dignetur illa compescere aliquo modo suæ Majestati grato vel referendo ad diabolum, & ei præcipiendo Ecclesiæ potestate à Deo tradita, ut cesset à movendo, ducendo, & erigendo, ac retinendo illa contra nos D. Thom. 2, 2, *q.* 90, *art.* 3, *in corpore*, & Navar. *eod. cons* 5, *n.* 11. & exorcismis ecclesiasticis, quos publicus Ecclesiæ usus recepit, & approbavit, *ut supra sub n.* 41, *& sequenti* non quibuscunque privati comminiscuntur hujusmodi animalium depulsiones probari, testatur Martin. del Rio *Disquisit. Magic. lib.* 3. *par.* 2. *q.* 4. *sectione* 8. §. *tertio licet tom.* 2. Precibus tamen & signo crucis, ut dictum fuit, & aqua benedicta, qua usus fuit Sanctus Vincentius, *ut loco supracitato*, *num.* 39. hujusmodi infesta animalia expelluntur, præmissa etiam à populo Sacramentali confessione sacerdotibus idoneis, & approbatis facta, sacraque communione sumpta in dictis processionibus, illisque, si opus fuerit, triduo piè, & devotè peractis, à sacerdote sacris vestibus induto, præmissa etiam oratione Dominica, Salutatione Angelica, & Symbolo Athanasij contra dæmones permissa est conjuratio, ut abstineant ab usu irrationalium in damnum, & præjudicium generis humani, illaque in loca, unde venerunt, redire permittant, & fugiant à facie sacrosanctæ crucis, quæ eisdem dæmonibus ostendatur, & ejus virtute jubeantur fugere, & relinquere sua maleficia ad laudem, & gloriam Domini Nostri Iesu Christi, & si primæ conjurationi non paruerint, altera repetatur, & tertia, donec dicto audientes fuerint cum firma fide, se quod petunt, aut quod animabus magis expedierit, certò impetratos, ut per D. Thomam 2. 2. *quæst.* 83 *art.* 5. Navar. *in Enchrid. de orat. cap.* 19. *num.* 162. *& in dicto consilio quinto, alias* 57. *num.* 13. *usque in fin.*

56 Quòd, si quæ adhæc firmanda hactenus contulimus, nondum satis lectori fecerint, clarioraq; fortasse quisque deposceret nil promptius duci posset, nec accōmodatius, quàm ipsius Dei omnipotentis vox talia docentis, ac promittentis. Apparens enim Deus nocte Salomoni dixit. Audivi orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluvia non fluxerit, &

& mandavero, & præcepero locustæ & devoret terram, & misero pestilentiam in populum meum conversus autem populus meus, super quos invocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis, & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit. *Paralip. lib. 2, cap. 7,* ex quo textu facilè colligitur, nihil agere, qui calamitatibus vexati, orationis, & pœnitentiæ remedio postposito, aliunde sibi accersunt auxilium, execrationibus magis freti, quàm precum, pœnitentiæque 57 virtute, quæ simul junctæ, quæcumque homini necessaria sunt, solæ præstare possunt, orationis enim vis, & efficacia cælum aperit, & claudit: oratio solvit vincula Petri, & Pauli dilatavit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinguit, ora leonum conclusit, seditionem compescuit, oratio Paradisum 58 aperuit, oratio cæli cardines reseravit. Oratio sterilem fœcundavit. Oratio Cornelij cœlos penetravit. Oratio publicanum justificavit, Sanctus Ioannes Chrisostomus *de red. suo ab Asia homil. 3,* Et Iesus ait: habete fidem Dei. Amen dico vobis, quicumque dixerit huic monti tolle te, & mitte te in mare, & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & eveniet vobis *Marc. cap. 11.*

56 Sanctus † Gregorius Thaumaturgus non procul ab Amasea saxum ingens velut collis, cum ædificando templo esset impedimento, solo jussu summovit. Quo miraculo ethnicorũ idololatrumque ædituus, cum propinquis omnibus relicto gentilismo ad Christi fidem conversus est, Gregorius Nissenus, *in vita ejusdem apud Surium tomo 4.* Sanctus Theodorus Siccorum, in dilatatione templi Sancti Gregorij magna rupes obsistebat, neque à fabris quavis arte exscindi poterat, at illi jussit voce aliò se conferret, permitteretque Ecclesiæ Dei locum dilatari; paruit rupes, cui jussum id fuerat, migravitque, dimissa sibi illæsa arbore, cui id non fuerat jussum. Gregorius Presbyter in vita ipsius Theodosij apud Lipoman. *tom. 7.* & Honorius † vir Dei cum magna moles saxea, quam quinquaginta boum juga loco non movissent, hortulum magno incommodo afficeret, sola oratione procul transtulit, Gregor. *Dialog. lib. 1. cap. 7.* & Majol. *de admirand. nat. reb. colloqu. 18. §. assentiar, & ego, pag. mihi 806.*

Sarraceni † Evangelium Christi blasphemare volentes, omninò incumbebant, ut Christiana Adlogio è Regione Tarvisina Regni Mosul detruderetur, & accitis igitur Christianis, proposuerunt oportere eos, vel propriæ fidei signum aliquid edere, aut loco cedere, ac solum vertere, montem enim illis esse transferendum, quòd sic dictent Christi dogmata. Absterrita tota Christiana plebs, miracula faciendi virtutem apud se non agnoscens, mœsta cœpit esse, tunc vir quidam Christi fervens amore, & fide, confortavit pusillanimes, & fusa oratione ad Dominum, cum tota fiducia monti jussit, ut aliò se transferret in nomine

sanctæ, & individuæ Trinitatis, & translatus est. Quo miraculo multi Sarracenorum conversi, Christi fidem susceperunt. Marc. Polyc. *navig. lib.* 1. *c.* 18. & Majol. *de admir. nat. reb.* qui alias auctoritates adducit, *colloq.* 16. §. *post hæc omnibus seculis, pag. mihi* 728.

DE IVDAEIS, ET SARRACENIS.

Cap. IV.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi ipsis brutis sunt deteriores,*
Ad Christi fidem conversi retinent jus successionis, ibidem.
2 *Possunt petere legitimam vivo patre.*
3 *Sunt in fide instruendi, & à quibus.*
4 *A suis domesticis, & parentibus sunt segregandi.*
Ad fidem non sunt cogendi, ibidem.
5 *Antequam baptizentur, quandiu expectandum.*
6 *Non debent per vim baptizari.*
7 *Et quare.*
8 *Idem, quod supra, num 4.*
9 *Restitutio non datur contra impressionem characteris.*
10 *Dolus, quo quis ad bonum inducitur, non imputatur.*
11 *Iudæi in delictis ecclesiasticis subsunt foro ecclesiastico, & in quibus.*
12 *In quibus delictis subsint foro seculari.*
Iudex ecclesiasticus in causis misti fori, etiam contra Hebræos jus habet prætentionis, ibidem.
13 *Iudæi nondum conversi non possunt dici hæretici, & quare.*
Infideles non possunt esse hæretici, & quare, ibidem.
14 *Neophyti contumaciter Iudaizantes, tanquam hæretici, sunt puniendi.*
15 *Iudæi, si fiant Sarraceni, non puniuntur.*
Limita, ibidem.
16 *Iudæi non possunt excommunicari, & quare.*
17 *Idem, quod supra num.* 11.
18 *Ancharani opinio reprobatur.*
19 *Idem, quod* 12.
20 *Idem, quod supra num.* 11.
21 *Idem.*
22 *Idem.*
23 *Hæreticorum fautores sunt ipso jure excommunicati.*
24 *Idem, quod supra num.* 11.
25 *Idem.*
26 *Iudæi Christianos probro habent, & ludibrio.*
27 *Iudæi, si contra legem suam peccent, puniuntur à Iudice ecclesiastico.*
28 *Iudæis publica officia minimè committenda.*
Et quare, ibidem.
29 *Iudæi sunt infames.*
30 *Iudæorum azima Christianis non licet comedere.*

31 *Iudæi*

31 *Iudæi non possunt doctoratus dignitate insigniri.*
32 *Iudæi non sunt ad ægrotorum curam adhibendi, & quare.*
33 *Mortem appetit, qui à Iudæo sanitatem quærit.*
34 *Medicus Christianus ægrum ad pœnitentiam hortari tenetur.*
35 *Iudæi Christi nomen invocare prohibentur.*
36 *Iudæis Christianorum interdici potest commercium.*
37 *Hæreticis, & eorum fautoribus non sunt committenda officia.*
38 *Hæretici pejores sunt Iudæis.*
39 *Idem, quod supra num. 37.*
40 *Idem.*
41 *Idem, quod supra num. 16.*
42 *Idem, quod supra num. 36.*
43 *Iudæi, quare in Ecclesia Dei tolerentur.*
44 *Iudæorum fides fundamentum habet veritatis.*
45 *Episcopi non possunt dispensare, ut domi suæ nutrices Iudæorum infantes lactent.*
46 *Iudæis inservientes sunt excommunicandi.*
47 *Ecclesia triplex.*
48 *Idem.*
49 *Idem.*
50 *Iudæis synagogæ quomodo sint permissæ.*
51 *Synagoga apud Hebræos, idem est, quod apud nos Ecclesia.*
52 *Iudæis octo sunt permissa cætera prohibita.*
53 *Hæreticis non licet synagogas, & similia loca sibi constituere.*
54 *Mesquitas apud fideles Sarracenis habere non licet.*
55 *Mahometis genus.*

A LOCVSTIS ad Judæos, & Sarracenos descendimus, qui dum suæ cæcitatis in tenebris vivunt, Christum Jesum minimè volentes agnoscere, non procul absunt ab irrationabilibus, imò his fortè deteriores, juxta *Isai. cap. 1. circa princ.* Bos, inquit Dominus per Prophetam, cognovit possessorem suum, asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognovit.

1 Quandoque tamen † divino instinctu, supernaque luce cœlitus illustrati ad fidem Christi convertuntur, & tunc conversi non perdunt agnationem, quominus parentibus succedant, sicut priùs, *cap. Iudæi, & Sarraceni*, ubi etiam Abb. *num. 2. de Iud. & Sarracen.*

2 Quinimò talis filius † conversus potest petere legitimam in bonis patris viventis, Felyn. *in eodem cap. Iudæi, num.* 2. Ferret. *cau. 24.* quem citat, & sequitur Vrsil. de Affli&. *decis. 151. num. 10. ut in cap. 35. tomo 1.* ubi nonnulla de Iudæis, de quibus aliqua intacta hoc loco tangenda judicavi.

3 Iudæos ad fidem conversos † curare debent sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum, quàm post, illos in articulis fidei, & legis novæ præceptis Catholicæ Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam diœcesani operam dare, ne sicut quandoque contingit, ab infirmitate curatis, modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat, ut inquit Paul. III. *in constit. 29. §. curent insuper, in Bull. Roma. pag. 415.* cap. vos ante, & ibi gloss. & Archid. de consecr. *distinct. 4.*

4 Et, † ne parentum involvantur erroribus ab eis sunt auferendi, & monasterijs, aut Christi fidelibus ad educandum tradendi, *ut cap. Iudæorum, 28, quæst. 1,* non autem ad fidem sunt cogendi, *c. sicut de Iud.* quam tamen si invitus suscepisse contenderit, cogendi sunt retinere, *cap. licet plerumque in fin. cap. de Iudæis 45, distinct.* & Abb. *in cap. sicut Iudæi num. 3. de Iud. & Sarrac.*

5 Ne autem † de voluntate baptizatorum dubitari contingat, Iudæus fugiens ad Christianos, & postulans baptismum, non debet repente baptizari, sed tantisper est exspectandus, donec illius voluntas fuerit patefacta, qua scilicet se non sinistro animi impetu, & ex suis alicubi ægrè faciat, vel ex aliqua alia instabili, & levi causa, sed recta solum, piaque devotione motus ad regenerationis sacramentum veniſſe demonstret: pro cujus voluntatis exploratione inter Christianos commorari, & stare debet totos quadraginta dies antequam baptizetur, ut *cap. nè, quod absit de consecr. distinct. 4.* & Abb. *in cap. sicut Iudæi num. 2. de Iudæ.*

6 Quæritur, † si eveniat, infantem Iudæum à Christianis baptizari, inscijs parentibus? Id fieri non debet, non enim debet quis per vim baptizari, *cap. Iudæorum* & ibi gloss. *28. quæst. 1. cap. de Iudæis, 48, distinct. cap. ad fidem, 25, quæst. 5, & cap. majores §. item quæritur* & ibi Abb. *num. 2, de baptis.*

7 Nec filij Iudæorum † debent invitis parentibus baptizari, ex quo illi sunt in parentum potestate constituti, Felyn. *in cap. sicut de Iud.* Abb. *in cap. 2 de conver. infid.* Alex. *in l. multum, in fin de verbor. obs. & cons. 71, num. 2, vol. 2,* quos citat, & sequitur Vrsill. Affl. *decis. 158, num. 1.*

8 Sed hoc casu † debet infans à parentibus separari, & in loco tuto, ubi in fide instruatur, educari: Ita respondit sac. congregat. Trid. conc. paucis abhinc annis Camillo Dadeo primo Episcopo Fossanensi. Vbi cum quædam Christiana nutrix cum infante Hebræo, quem lactabat, se in ædes cujusdam, cujus fortè, contulisset, à nobilibus quibusdam adolescentibus idem infans fuit baptizatus, unde jure meritò patres dixere, ut segregaretur, ubi in fide Christiana posset adolescere, ut diligenter fuit factum, & cautè, ne ullo modo parentibus, qui puerum anxiè exquirebant, ad illum educandum via pateret: & ita communi illius piæ universitatis pecunia in pio loco fuit educatus: Nec erat ullo jure reddendus, ne in sacramenti susceptì contemptum, & ad Christianæ Religionis ignominiam, Iudaicam personam à suis denuò cogeretur assumere, & erroribus parentum rursus involvi, *dicto capite Iudæorum 28. quæst. 1.*

Tum etiam, ut fidem, quam etiam invitis parentibus acceperat, tenere adigeretur, ne nomen Domini blasphemaretur, & susceptа fides contemptui esset, atque ludibrio, *dicto cap. de Iudæis, 45. distinct.*

9 Præterea † contra impressionem characteris cùm indelebilis sit, nulla dari debet restitutio, nec potest: maximè cum quis invitatur ad meliora, Abb. *ind. c. majores, §. item quæritur num. 7, de baptis.*

Nam † dolus, quo quis ad bonum animæ inducitur, non imputatur, nec impedit

pedit propositum melioris vitæ, *cap, cùm dilectus* & ibi gloss. *de ijs, quæ vi met. ve cau. fiunt* quod etiam sequitur Abb. *in dicto c. majores* Et hoc loco facit illa solemnis juris regula, multa facta tenere, quæ alias fieri prohibentur *l.* 1, §, *biduum ff. quan. appell sit, cum aliis simul.*

11 Subsunt † Iudæi foro ecclesiastico in delictis Ecclesiasticis si peccaverint in clericum vel in fidem, aut contra canones, aut legem divinam, veluti si Iudæus dimittat uxorem, & aliam accipiat, quia punitur per judicem ecclesiasticum servata lege Iudæorum. Bald. *cons.* 315. *Iudæis tutela in fine, & cons.* 316, *quia sæpè in fine volum.* 1. & Calder *cons.* 125. *alias* 11. *de Iudic. & for. compet. & cons.* 489. *alias* 2. *de Iudæis*, & idem Bald. *in conc.* 422. *lib.* 5. quem citat, & sequitur Card. Tuschus *tom.* 4. *pract. concl.* 372, *num.* 1, & Surd. *decis.* 133. *num.* 2.

12 Foro † seculari subsunt in delictis secularibus Calder. *ibid.* In causis verò, quæ inter personas seculares sunt misti fori, etiam contra Hebræos, locus est præventioni, Abbas *in cap. postulasti, nu.* 5. *circa fin. de Iud. & Sarracenis*, ut in causa blasphemiæ, & sacrilegij.

13 Iudæi, & Sarraceni † alijque infideles hæretici esse non possunt, quia separatio non admittitur in ijs, qui sunt extra Ecclesiam, tamen, si quid in contemptum Christianæ religionis admiserint, aut aliquod blasphemiæ genus protulerint, tanquam hæretici, & hæreticorum pœna puniuntur. Cald. *cons.* 125. *aliàs* 11. *de foro competent.* & Card. Tusc. *eodem tom.* 4. *pract. conc.* 372. *num.* 1.

14 Idem † dicendum de neophitis, qui, si se corrigere post canonicam monitionem neglexerint, & ad vomitum Iudaizantes, redire comperti fuerint, contra eos, tamquam perfidos hæreticos, per Ordinarios locorum secundùm sacrorum canonum instituta, procedi debet, *ut in eadem const.* §, *si quis autem C. plerique eadem distinct.* 4, *& in constit. Gregorij Papæ XIII. cap.* 73, §, *cujusvis in Bull. Rom. pag.* 1306. *&* Oldr. *cons.* 36.

Si tamen † Iudæus fiat Saracenus, non 15 punitur, quia de ijs, quæ sunt extra nos, nihil ad nos, secus si fidem agnovisse cœpisset, quia transeundo ad aliam sectam, punitur, Oldrad. *cons.* 51. *incipiens Iudæus transivit*, quod autem dicitur de ijs, qui extra nos, nihil ad nos, intelligitur respectu excommunicationis, ut non arceantur.

Non enim † possunt ab Ecclesia per excommunicationem ejici, qui nunquam fuerint in ea recepti, Oldrad. *eod. cons.* 36. *in princ. cap. gaudemus de divor.* Sed puniendi sunt corporaliter, & in pecunia, Alexand. *cons.* 99. *visa inquisitione, num.* 11. *lib.* 6. *& cons.* 1. *Attentis numero* 21. *& seq. vol.* 7.

In ijs autem, † quæ circa fidem cum 17 Iudæis nobis sunt communia, velut, esse Deum unum & æternum, omnipotentem, creatorem omnium visibilium, & invisibilium, & similia, si quis Iudæus non esse asseruerit, prædicaverit, aut Dominum nostrum Iesum Christum purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, matremque ejusdem non esse virginem, & alias hujusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent, in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè, protulerit, sive die, qua sanctissimum sacramentum Eu-

chariſtiæ nutrices Chriſtianæ ſumpſerint, lac uno, vel pluribus diebus in latrinam, cloacas, vel alia loca effundere coegerit, judicio Epiſcoporum, & inquiſitorum eſt puniendus, ut in conſt. ejuſdem Greg. Papæ XIII. *c. 73, §, ſi quis Iudæus, §, ſi Salvatorem, & §. ſi nutrices ea pag. 1306,* Innoc. *in cap. quod ſuper num. 5, de vot. redempt.* Felyn. *in capite poſtulaſti num. 4. & 5, de Iudæ & Sarrac.* & Burſat. *poſt alios in d. conſ. 90, num. 1, 2, 3, 13. & 21 14, vol. 1.*

18 Unde † ea opinio, quòd crimen deturpationis figuræ Domini noſtri Jeſu Chriſti à Judæo commiſſum, non ſpectet ad forum eccleſiaſticum, de quo per Ancharanum *in conſ. 15. ſub num. 4,* pace tanti viri, quem ego digniore loco habui, & obſervo, ſit dictum. hodie præſertim non eſt vera, quia repugnat conſtit. Greg. XIII. *in dicto §. ſi Salvatorem,*

19 & etiam eſt † contra communem opinionem, qua cavetur, quod in cauſis miſti fori inter judicem eccleſiaſticum, & ſecularem, ſit locus præventioni, ex ſupra alleg. cùm hoc ſit ſacrilegium, ut pluribus probat, id. Ancharan *eod. conſ. 15. num. 2.*

20 Eidem judicio eccleſiaſtico † ſubjicitur Judæus, qui dæmones invocat, conſulit, aut eorum reſponſa accipit, & ad illos ſacrificia, aut preces, ad divinationem, aliamve cauſam dirigit, aut quid eis immolat, vel thuris alteriuſve rei fumigationes offert, nam Judæi reprehenduntur, quòd pro Deo idola colebant, & pro azimis fermentum offerebant, ut ut teſtatur Card. Bellarm. *de ſacram. Eucharift. lib. 4. cap 19. §, ult, proferebant tum. 3,* aut alia quævis impietatis obſequia præſtat, ſi etiam Chriſtianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quovis modo, nefaria doceat, vel ad ea perpetranda perducat, aut perducere tenet, ut in eadem *conſt. 79. dicta pagin. 1306. §. ſi Dæmones Innocent. in eodem cap. quod ſuper nu. 4, de vot.* Felyn. *in cap. 1. de conſtit.* Paris *conſ. 79. num. 24. & ſequent. vol. 2.* Burſat. *eodem conſ. 90. nu. 1. & direct. Inquiſ. cap. 46. numer. 4.*

21 Sunt enim Judæi † à Prælatis, alijſque magiſtratibus coercendi, ne Chriſtianam fidem blaſphemijs, vel malis perſuaſionibus, aut etiam apertis perſecutionibus impediant, Sanctus Thomas *2. 2. quæſt. 10. art. 8. 1. reſponſ.* & contra facientes, aut hæreticalia inter Chriſtianos dogmatizantes auctoritate eccleſiaſtica ſunt compeſcendi, Innocent. *in dicto cap. quod ſuper* ubi etiam Hoſtienſ. *de vo. & vot. redemp.* & Burſat. *d. conſ. 90, num. 2, & 3, vol. 1.*

22 Iudæus, † qui apoſtatas, hæreticoſve ſcienter domi ſuæ acceptaverit, aluerit, commeatu juverit, ſeu quovis modo cibaria eis ubicunque præbuerit, deduxerit, ſeu aſſociaverit, vel deducendos, ſeu aſſociandos, curaverit, aut ſumptus miniſtraverit, duces comiteſve illis adjunxerit, vel, ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inveſtigari queant, fecerit; quiſque dictos apoſtatas, aut hæreticos, ſcienter, aliquo modo receptaverit, occultaverit, defenderit, aut eis opem, conſilium, auxilium, vel favorem, quomodolibet, præſtiterit, ab Ordinarijs locorum; & Inquiſitoribus pœnis eſt plectendus.

23 Cæteri verò † ex Chriſtianis hæreticorum fautores, ſi qui fuerint, quod abſit, ſunt ipſo jure excommunicati, & alias

pœnas

pœnas incurrunt, de quibus *in cap. excommunicamus, §. credentes, de hæreticis*, Aim. *in direct. Inquisitor. par. 2. quæst. 53. num. 5.* & ibi Pegn. *in comment. 78. §. & duodecim.*

24 Libros etiam † hæreticos thalmudicos, aut alios Iudaicos, quomodolibet damnatos, aut aliàs prohibitos, tenentes, custodientes, vel divulgantes, aut in quæcunque loca deferentes, aut ad eam rem operam suam accommodantes, eidem Ordinariorum, & Inquisitorum judicio subijciuntur, *ut in eadem const. §. si libros hæreticos, ead. pag. 1306.* 29

25 Si autem † Christianos deriserint, redemptionis nostræ hostiam salutarem in ara crucis immolatam Christum Dominum ludibrio, ac despectui habuerint, vel quandoque, maxime verò in sacro parasceves die agnum sive ovem, aut quid aliud cruci affixerint, aut appenderint, in eam vè conspuerint, seu quandocunque contrà ipsam fecerint, pro gravitate criminis eorundem Ordinariorum, & Inquisitorum judicio pœnis sunt plectendi, *ut in eadem pagina §. si Christianos.*

